fideiussor an & quando censeatur liberatus si debitor deposuit quantitatem debitam iuxta l.Acceptam.C.de vsuris, & postea ipsemet debitor repetijt, & reluit debitum. C.41.G.7. num.7.
fideiussor potest compensationem opponere tam pro credito proprio, quam pro credito principalis, & pro vtroque simul etiam inuito reo,vel non valente opponere talem exceptionem puta quia excommunicatus.C.41. G.8.nu.4
fideiussorem vnum dare promittens, duos dare non potest.C. 42.G.3 nu.2
fideiussor de euictione præstari non debet per venditorem emptori nisi per pactum expresse de re illa sit conuentum. C. 42.G.7. nu.1
fideiussor de euictione quibus casibus per venditorem sit præstandum,licet de eo non fuerit conuentum.C.42 G.7. nu.2
fideiussor non est necessario præstandus a venditore licet ex pacto teneretur cautum, vel securum reddere emptorem etiam si additum fuerit,ad cōsilium sapientis.C.42. G. 8. nu 1
Secus tamen esset si conuentum fuisset,quod idoneè caueretur, vel plenè,vel rectè,vel competenter, aut sufficienter.d.C.42. d.G.8.nu.2
fideiussorem dare obligatus idoneum dare debet.C. 42. G.8. num.3
fideiussorem qui dare promisit certam personam, quæ non vult se obligare tenetur ad pœnam, & interesse, & si obierit tenetur alium æque idoneum præstare C 42 G.8 nu.4
fideiussorem dare obligatus si ipse principalis est idoneus potest dare, & præstare fideiussorem etiam parum diuitem.C. 42. G.8. nu.5.
fideiussoris bona ante sunt excutienda quam deueniatur ad capturam principalis debitoris.C.4. G 8. nu.6
fideiussoris obligatio alteratur per Clausulam, principaliter, & insolidum C 42 G.9 nu.1
fideiussor dandus regulariter non tenetur principaliter, & insolidum se obligare. d.nu.1.
fideiussor dandus dari debet in loco contractus.C.4 .G 9.nu 2
fideiussor si se obligare debet ad sensum sapientis emptoris,quomodo id intelligatur.C.42.G.9. nu.3
fideiussor de euictione,& legitima defensione rei venditæ præstandus est emptori per venditorem, qui adhuc precium ab ipso emptore non exegit, si mota fuerit quæstio emptori super re vendita C.42. G.11.nu.1.
quod procedit nedum pro euictione litis motæ,sed & generaliter etiam cuiuscumque alterius mouendæ.d nu. 1.
Immò etiam venditor tenetur licet emptor obtineret in causa sibi mota,vel perierit actori instantia.
fideiussor de euictione præstari non debet a uenditore, si constat agentem nullum jus habere,vel quando debitum est conditionale.C.42. G.11 nu.2.
fideiussor de euictione an sit pæstandus a venditore si soluto precio lis moueatur de euictione. C.42 G.11 nu.4
fideiussor de euictione præstari debet iuxta conuenta alioquin emptor non potest dici in mora soluendi precium tempore statuto, & præfixo solutioni, stante maxime clausula, quod nec aliter nec alio modo possit cogi emptor ad solutionem precij C.42.G 12.nu.1
fideiussor a debitore indemnis est conseruandus, & resarcienda sunt ei omnia damna propterea passa, licet nihil sit dictum. C.43 G.1.nu.1
fideiussor,qui soluit pro reo actionem mandati habet contra ipsum reum.C.43.G.1.nu.2
quod procedit etiam si sine mandato, sed præsente reo fideiussisset.d. nu.3
fideiussor indemnitatis ita intelligitur promittere vt nullum damnum patiatur is,cui fit promissio.C.43 G.2.nu.1
fideiussor indemnitatem promittens est statim obligatus licet exactio suspendatur.d.nu.1
fideiussor indemnitatis,ad quæ teneatur.ibidem.
fideiussor indemnitatis, quando teneatur etiam vltra sortem, & vsu-

& vsuras. d. numero primo
fideiussor indemnitatis conueniri nequit nisi excusso prius principale debitore. ibidem.
declara tamen ut per Auctorem. d. nu. 1. in fine.
fideiussor indemnitatis non tenetur, quando culpa illius cui fuit promissio indemnitatis facta damnum contigisset. C. 43. G. 2. nume. 2
fideiussor indemnitatis an & quo casu ad usuras teneatur. C. 43. G. 2. nume. 3
fideiussor tenetur se defendere & opponere exceptiones omnes sibi, vel reo competentes excepta exceptione procuratoria, & excussionis non factæ. C. 43. G. 2. num. 4
fideiussor appellare debet si sit sibi facta iniuria. C. 43. G. 2. nu. 5
fideiussor si succumbit culpa sua sibi imputare debet. C. 43. G. 2. numero 6
fideiussor si non fouebat iustam causam, & voluit litigare non recuperat sumptus factos a reo. C. 43. G. 2 num. 7
quod tamen intellige ut per Auctorem. ibidem.
fideiussori sunt subministrandæ expensæ pendente etiam iudicio. C. 43. G. 2. num. 8
fideiussor iudicatum solui non tenetur defendere, & si iudicium subit, & succumbit non recuperat expensas. C. 43. G. 2. nu. 9
fideiussor indemnitatis non solum tenetur ei, qui promisit, sed & hæredibus, & bonis C. 43. G. 3. num. 1
fideiussor numquid possit ante quam soluat aduersus fideiussorem indemnitatis agere, ut ipsum indemnem conseruet, & ab obligatione liberet. C 43 G. 3. num. 2
fideiussor qui stetit per multum tempus in fideiussione potest petere se liberari. d. num. 2
fideiussor ad hoc vt possit agere ante solutionem, quid faciendum. C. 43. G. 3 num. 3
fideiussor aliquando licet per multum tempus steterit in obligatione non poterit tamen petere se liberari. Claus. 43. G. 3. numero 4
fideiussor numquid possit protestari aduersus creditorem, ut agat aduersus debitorem, & creditum exigat dum est soluendo, & si creditor negligat numquid excusetur. C. 43. G. 4. numero 1
fideiussor si soluit creditori, & repetat a reo, numquid debeat probare solutionem per ueram numerationem, seu satis sit probare per confessionem creditoris. C. 43 G. 6. nu. 1
fideiussor repetit a reo etiam si non verè, neque realiter soluerit sed tantum delegauit debitorem suum licet inopem. C. 43 G. 6. numero 2
fideiussor & si nihil soluat exigit a principali ut si successit creditori, vel gratis sit liberatus contemplatione ipsiusmet fideiussoris. C. 43. G. 6. num. 3
fideiussor soluens id reo notificare debet. C. 43. G 6. num. 4
fideiussor licet sit usque ad certum tempus obligatus lapso tamen dicto tempore potest soluere, & liberare debitorem, & ab eo repetere. C. 43. G. 6. num. 5
fideiussori pauperi, & non habenti vnde soluat, si grauetur a debitore, quomodo sit succurrendum, ne carcere mancipetur. C. 43. G. 7. num. 1
fideiussor numquid ligetur per sententiam contra principalem latam ita, ut executio illius contra ipsum fieri possit. C. 43. G. 8. num. 1
fideiussor numquid possit instare, quod sententia contra ipsum lata, quę contra eum etiam executioni mittitur, executioni pariter mittatur contra reũ sine alio processu. C. 43. G. 8. nu. 2
¶Fides præstita habet vim iuramenti. Rep. nu. 483
fide promittere, & iurare ad Sancta Dei Euangelia paria sunt. Rep. num. 485
licet grauius puniatur iurans. Rep. num. 486
fide sua promittens, & contraueniens pœnas l. si quis maior. incurrit. Rep. num. 481. & 490
declara tamen ut in d Rep. num. 492. cum seqq.
fidei præstatio est species iuramenti. Rep. num. 482
fidei uiolator periurus est, sicut uiolator iuramenti. Rep. numero 484
fidei præstatio non est iuramentum, sed ei æquiparatur. Rep. numero 487
fide promittens de priuato carcere non exire obseruare non tenetur, secus si iurasset Rep. num. 488
fidei violator an priuetur beneficio, sicut violator iuramenti. Rep. num. 489
de ueritate uide d. Rep. num. 491
fides est dictio ambigua. Rep. num. 494. & 501
fides apud ecclesiasticos pro sacramento fidei accipitur. Rep. numero 495
fides quomodo capiatur remissiuè. Rep. nu. 496
fides propriè accipitur pro dictorum, conuentorumq; constantia, & veritate dicta a fiendo, quod fiat quod promissum est. Rep. nu. 497. & 498
fides a firmitate dicta. Rep. nu. 500
fides omnis pactio appellari potest. Rep. num. 499
fidei præstatio tactum scripturarum non exigit. Rep. numero 539
fides plena licet sit adhibenda scripturæ ex statuti dispositione causa tamen semper est exprimenda confessionis, promissionis, & obligationis alioquin obligatio est nulla. C. 34. G. 12. numero 1
¶Filius bona sua aduentitia consentienti patri potest vendere. C. 7. G. 11. num. 2
filio, qui sine patris licentia contrahere non potest num quid per patrem licentia dari queat sibi nempe patri renuntiandi, & concluditur pro affirmatiua etiam si consensus expressus requireretur. C. 7. G. 11. num. 4
filius & pater si simul obligentur in eodem instrumento censetur concessa licentia filio per patrem si sine patris licentia ex dispositione statuti contrahere non poterat. C. 7. G. 11. num. 6. 8. & seqq.
filio patri mortis causa donanti pater ipse consentire potest. C. 7. G. 11. num. 7. & vide num. 8. & seqq.
filio se obligare volenti vt patrem a carceribus liberaret, pater consentire non potest ad effectum vt statuto satisfiat requirenti consensum patris in contractu filij. C. 7. G. 11. num. 9
filio sibi mortis causa donanti regulariter non potest pater consentire. C. 7. G. 11. num. 10
quod limitatur in duobus casibus. ibidem.
filius vendi potest a patre ratione famis pellendæ. C. 10. G. 2. sub numero 4
filius uiuo patre præsumitur in eius potestate. C. 18. G. 1. nu. 1
filius in potestate patris existens triplex peculium habere potest castrense, quasi castrense, & paganum, quod scinditur in aduentitium, & profectitium. d. num. 1
filiusfamilias in castrensi, vel quasi habetur pro patre, habet enim in illis & proprietatem, & usufructum. Claus. 18. G. 1. sub numero 7
filius emens de pecunijs patris proprio nomine uolente, & consentiente patre sibi acquirit, quia pater præsumitur sibi donare. C. 18. G. 1. num. 9
filius acquirens nomine proprio de bonis patris, ut quando filius est pauper, & non industriosus, & pater diues debet communicare fratribus. d. num. 9
& idem si per tertium nomine filij bona sint empta. ibidem.
filius emendo proprio nomine sibi dominium nanciscitur, sed tamen precium tenetur restituere. ibidem.
filius ex illicito lucro ut ex usuris, & ludo acquirens non acquirit patri. d. num. 9. in fin.
filio negotianti cum paterna pecunia, quæ pars lucri debeatur. C. 18. G. 1. num. 10
filij habitatio præsumitur illa quæ est habitatio patris. C. 18. G. 3. numero 2
filiusfamilias acquirit, quidquid acquirit, patri directè. C. 18. G. 4. numero 1
filius si negotiatur patris nomine totum illud quod acquirit patri acquirit. C. 18. G. 4. num. 3
filius si rem a se emptam fecit describi in æstimo patris sibi præiudicat d. num. 3
filiusfamilias sine consensu patris non potest cessionem actionum facere. C. 27. G. 4. sub num. 3
filius & pater si simul contrahant gabella est soluenda dummodo contractus sit onerosus, non lucratiuus. C. 30. G. 13. nu. 10
filius acquirendo nomine patris sibi acquirit. C. 33. G. 2. nu. 1
filius non potest patrem obligare, ei ue pręiudicare. sub d. nu. 1
filius maior annis vigintiquinque potest pro alio fideiubere, & promittere. ibidem.
filius ad hoc ut rem patris nomine emptam ipsimet patri acquirat, pater debet approbare totum contractum suo nomine gestum. C. 33. G. 2. num. 2
si tamen delegatio sit facta per filium eodem contractu, secus si ex interuallo re iam patri acquisita. d. num. 2
filius non potest obligare patrem nisi habeat mandatum, seu de pe-

de peculio, uel de in rem uerso, & similibus causis. C.38.G.4.num.1
filius potest meliorem facere patris conditionem, eique acquirere. C.38.G.4.nu.2
filius contrahendo patrem obligat eius ratificatione secuta. C.38.G.4.nu.3
filius licet non sit idoneus fideiussor pro aliquo extraneo potest tamen pro patre obligari. C.39.G.5.nu.2
filius potest inducere patrem pro fideiussore. ibidem.
filij excussio an & quando non sit necessaria ita ut pater absque alio teneatur pro ipso, ut fideiussor remissiuè. C.40.G.4.sub num.6
filio contrahenti rectè soluitur. C.41.G.2.sub nu.2
¶Filia numquid possit cum patre contrahere non adhibitis debitis solemnitatibus. C.7.G.9.nu.25
filia potest se sine solemnitatibus statutarijs immiscere hæredi tati patris, uel aui non obstante statuto, nisi expressè talis immixtio per ipsum statutum prohibeatur. C.7.G.9.num.38
¶Fimus, siue lætamen uenit in uenditione fundi si comparatus sit stercorandi agri causa, secus si uendendi. C.26.G.13. nu.6
¶Fines. Finium dominus præsumitur etiam dominus omnium existentium intra fines. C.26.G.2.nu.3
Distinguendo tamen inter fines priuatorum, & fines communitatum remissiuè. d.num.3
Fines. Si uenditus sit fundus cum suis finibus uenit etiam domus intra dictos fines constructa. C.26.G.2. nu.4
Cætera perquire supra in uerbo, Confines, Confinia.
¶Finis temporis præstituti ad soluendum an & quando sit attendendus, & an & quando principium. C.41.G.3. nu.3
finis anni est attēdendus in solutione facienda si dictum sit quolibet anno, secus si dictum sit singulis annis, secundum Gloss. sed male. C.41.G.3. nu.4
finis temporis præstituti causa limitandæ obligationis, ut quia promissor non vult teneri nisi usque ad certum tempus, numquid expectari debeat an verò statim cogi possit. d.nu.4
finis nundinarum vel festorum pascatis numquid attendi, exspectarive possit in solutione facienda, si promissio facta est de soluendo usque ad pasca, vel nundinas. d.nu.4.in fin.
¶Firmare verbum idem quod roborare, & fortificare. C.4.G.21.num.1
¶Firmum quid importet. Rep.nu. 413
firmum, & ratum simul quid importet. Rep.nu.413
¶Fiscalis procuratoris confessio ipsi fisco præiudicat. C.31.G.2.num.4
fiscalis procurator vendens fidem de precio habere non potest. C.38.G.1.nu.11
¶Fiscus obligat minorem etiam non adhibitis statuti solemnitatibus. C.10.G.16.sub nu.4
fisci emptor tenetur stare colono. C.15.G.2.nu.5
fiscus, & Ecclesia æquiparantur ita, vt de vno ad alium argumentari liceat. C.15.G.2.nu. 19.in fine.
fiscus seu publicanus non tenetur restituere gabellam solutam per emptorem redhibitoria agentem pro re morbosa, & uitiosa, sed venditor C.30.G.12 sub nu.4.
fisco præiudicatur per sui procuratoris confessionem. C.31. G.2.num 4
fiscus si succedat fideiussori, cuius bona sunt confiscata, eius ratio habenda est quo ad obligationem & beneficium etiam epistolæ Diui Adriani. C.40.G 2.num.7
fisci etiam excussio fieri debet, si principali debitori successit. C.40.G.4.sub nu.3
fiscus pœnas conuentionales non exigit, quia sibi non acquiruntur, nisi de ea sit facta mentio in contractu. Rep.nu.772
Et nisi stipulatio interuenerit notario pro fisco recipiente. Rep. num.773
Idem in legalibus quando actio parti competit. Rep. nu.774
¶Fistulæ veniunt in venditione domus. C.19.G.11.nu.1
fistulæ quænam sint, & quotuplices. C.26.G.13.sub nu.18
¶Floreni à quibus originem prius duxerint, & cur sic dicti. C.30.G.7.nu.44
¶Flumen priuatum, & aqua in suum fluens potest à domino alio duci, & diuerti, neque enim de illo, siue illa vicino gratificari tenetur C.20.G.27.nu.5
flumen vnde dictum, & quotupliciter sumatur. C.20.G.28.nu.1
flumen consistit ex quattuor, ripa, littore, alueo, & aqua. sub eodem nu.1
fluminum duo genera. ibidem. in fine.
flumina sunt de regalibus Principum, & ratio. C.20.G.28.nu.2
flumina statim atque intrant territorium Principis, vel ciuitatis, vel domini iurisdictionem habentis efficiuntur illius. d. num.2
fluminis propinquitas rei venditæ exprimi debet, quia aliquando talis propinquitas rem ipsam reddit minoris precij. C.20 G.41.sub nu.1
flumen si transeat inter duas ciuitates quomodo diuidendum. C.20.G.41.nu.2
¶Fœmina non habet integritatem intellectus. Rep.nu.70
fœmina numquid intelligatur subiecta pœnis l.si quis maior. si contrauenịat. Rep.nu.69
De veritate autem vide in d.Rep.nu.101
¶Fœnerari. Solitus non dicitur qui semel ad vsuram dedit. C.21.G.12.sub nu 2
¶Fœnerator non potest consanguineæ contrahere volenti consensum præstare quando statutum exigit consensum consanguineorum bonæ vitæ, discretionis, & famæ. C.7.G.15. nu.1
Declara tamen vt per Auctorem d.nu.1
¶Forensis quis in dubio non præsumitur, sed ciuis, siue viuus, siue mortuus sit. C.3.G.1.nu.11
forenses tenentur seruare statuta loci contractus. C.7.G.19.sub num 17
forensis numquid ligetur statuto de gabellis loquente. C.30.G.12.sub nu.7
forensis sortitur forum ratione contractus ibidem.
forensi non potest fieri delegatio, si statutum prohibeat donationem in forensem. C. 33.G.14.nu.7
¶Foresta, silua, nemus, barcus, lucus, & saltus quomodo differant, & de singulis istis. C 20.G.34.num.2
¶Forum sortiuntur forenses ratione contractus. C.30.G.12.sub num.7
forum sortimur diuersis ex causis, & præcipuè ratione contractus. C 41.G.4.nu.1
forum Ecclesiasticum attenditur propter iuramentum respectu obligationis, quæ Deo acquiritur directo ex iureiurando. Rep.nu.29
Secus respectu obligationis, quæ ipsi parti prouidet. d.Rep.n.30
¶Forma. De forma aliquid censetur quando lex procedit annullando actum in proœm.tract.sub nu.5
forma, solemnitas, substantia, & materia differunt. C.4.G.29. sub nu.1.& nu.2
forma non est aliud nisi ordinata series rem ad substantiam deducens. C.7.G.18.nu.1
forma censetur inducta à statuto quoties statutum ipsum ipso iure annullat actum. ibidem.
forma. Iuri pro forma introducto renunciari non potest. C. 7. G.19 sub num.41
¶Formula, seu incile est idem quod riuus, canale, siue aquæductus manufactus. C.20.G.27.nu.4
formula, seu Incile est locus priuatus, & venit, & accedit emptioni. d.nu.4
¶Forte. Doctori loquenti per verbum, seu dictionem, forte, standum est, quia quantum ad se censetur quæstionem decidere. C.14 G.6. nu.3
¶Fortificare, & firmare, & roborare idem sonant. C.4.G.21.n.1
¶Fossæ manufactæ ad euacuandos agros aquis materno sermone dugalia appellantur, & cur. C 20 G.27.nu.1
fossarum mensuratio an fieri debeat per fundum, an verò per superficiem. C.20 G.37. nu.5
¶Fossata, & aggeres, quæ sunt intra fundum debent mensurari, & veniunt in mensura, & modo. C.20.G.27.nu.3
Et idem de fossatis circa agrum existentibus. d.nu.3
fossata quæ fundum tangunt veniunt in venditione fundi. C.26 G.13.nu.5
¶Fouea grani existens sub uia publica ante domum uenit in venditione domus, si dominus, vel venditor ea una cum domo utebatur. C.19.G.6.nu.5
foueæ numquid veniant in venditione, & an sint mensurandæ, & precium de eis sit soluendum. C.20.G.27.nu.2
fouearum vsus est publicus d.nu. 2.in fine.
foueæ veniunt in venditione fundi. C.26.G.13.nu.5
¶Francum dictio quid importet. C.30.G.10.nu.2
¶Franchisia idem importat quod immunitas. C.30.G.10. nu.3
¶Frater ad fratris defensam admittitur in criminalibus. C.4.G.2.nu.35.in fine.
frater si faciat describi in æstimo communi predium suo nomine em-

fundi emptum tamquam commune cum fratribus sibi præiudicat. C.18.G 4.nu.4
fratres omnium bonorum socij numquid gaudeant immunitate alteri ex ipsis concessa tam pro persona, quam pro bonis. C.22.G.1.nu.6
¶Frequentia delicti delictum auget. Rep. num.7
¶Frœnum, & alia ornamenta numquid veniant in ipsius equi venditione, si illa equus habebat tempore venditionis, vel per duos dies ante. C.26.G.13.nu.52
¶Fructuum futurorum venditio, vel partus censetur conditionalis si nascatur, & ideo nullam habet perfectionem nisi post eorum natiuitatem, & tunc venditio retrotrahitur ad tempus contractus. in procem. tract. sub nu.18
fructus extantes siue maturi, siue non, veniunt in venditione. C.26.G.13.nu.7
fructus ciuiles, vt pensiones domorum, nauium, & similium, cui debeantur vendita naue, vel domo, venditori an emptori, vide Auctorem distinguentem. C.26.G.13.nu.9
fructus. Si pro fructibus pendentibus pensionem exigat venditor debet eam emptori præstare. sub eodem nu.9
fructuum appellatione quid veniat. ibidem.
fructus incisi, & à solo separati non veniunt in fundi venditione. C.26.G.13. nu.10
fructibus omnibus. siluæ venditis venit etiam glans, quæ ceciderat, secus si simpliciter sit vendita silua. C.26.G.13. sub nu.11
fructus omnes si sibi reseruauit venditor comprehenditur etiam arundo, & silua cædua. d. nu.11
fructus percepti vt vinum, & similia non veniunt in fundi venditione. C.26.G.13. nu.16
fructus percepti per delinquentem quando pœna ipso iure infligitur sunt restituendi. Rep. nu.627
¶Frumentum. Venditor qui sciebat de proximo faciendum decretum in consilio, quod corbes frumenti deberent vendi decem & ante factum decretum vendidit magnam quantitatẽ frumenti maiori precio reticendo de huiusmodi futuro decreto tenetur ad interesse emptoris. C.24.G.1.nu.3
¶Fundus quandoque est paruus, quandoque magnus prout dominus eum destinauit. C.20.G.2.nu 3
fundus est quid vniuersale, & comprehendit pascua, & alias terras separatas, quæ sunt ad fundi vsum deputatæ. C.20. G.2. num.4
fundi appellatione quid veniat remissiuè, & quid loci. C.20.G.2.num.7
fundus si diuidatur gratia vberioris culturæ non censetur fundus diuersus, vti nec etiam si fossatus fiat in medio. C.20.G.3.num.3
fundi venditi qualitates sunt in instrumento venditionis describendæ, vt quia fundus est aratorius, pratiuus, uel vineatus. C.20.G.4. nu.1
fundus vinearius dicitur terra uineata, seu uineis repleta. C.20. G.5.sub nu.1
fundo uendito non ueniunt arbores deiectæ, nec etiam cæsæ post inspectionem ab emere uolente factam maximè ignorante uenditore. C.20.G.6.nu.4
fundo simpliciter uendito ueniunt omnia in dicto fundo existẽtia, sed tamen cautius est describere omnia super existentia ad euitandas difficultates. C.20 G.11.nu.1
fundo uendito ueniunt etiam columbi, uel columbæ. C.20. G.17.num.3
fundus spectat ad municipes, viæ securitas specialiter ad Principem pertinet, iurisdictio ad eum cui castrum concessum est. C.20.G.26.sub nu.5
Fundus. Per fundum uicini numquid iri possit uia deuastata. ibidem.
fundo uendito à sæpibus usque ad sæpes ueniunt sæpes in uenditione. C.20.G.26.sub nu.6
fundo uendito à uia publica usque ad uiam publicam non uenit uia publica in uenditione. d. num.6. in fin.
fundo uendito ueniunt foueæ, & fossata, & aggeres. C.20.G.27. num.2.& 3
fundo uendito uenit riuus, seu canale, uel aquæductus, qui appellatur formula, seu Incile. C.20.G 27.nu.4
fundi dominus potest flumen priuatum, & aquam in suum fluẽtem alio ducere, & diuertere, nec tenetur de ea gratificari uicino. C.20.G.27.nu.5
fundi uenditioni an & quando accedat ripa. C.20. G.28. nu.3
fundos duos contiguos si habeat uenditor habentes suos expressos confines si unum uendat & nouos det confines nouis non antiquis confinibus standum est. C.20.G.29.nu.2
fundi certa parte uendita puta uiginti starijs, mensura nec augeri, nec minui potest. C.20.G.29.nu.3
fundi possessionem habere non dicitur qui tempore inundationis in eo piscatus fuerit. C.20 G.36. num.7
fundi appellatione uenit totus fundus C.21.G.19. nu.1
fundus totus si grauari non potest, ita nec eius pars sub d.nu.1
fundi uenditor si una cum fundo uendat seruitutẽ n tenetur de euictione, & potest agi ad rescissionem contractus. C.25.G.1 num.4.
fundum uendens non tenetur dare uiam ad fundum ipsum etiam per aliam suam terram, per quam habeatur accessus ad uiam. C.25.G.1.nu.6
Nisi sit apposita clausula, cum introitibus, & exitibus suis. ibidẽ.
fundo uendito aliquod ius quæsitum non intelligitur ex eo q̃d uenditor iure facultatis sibi per uicinum cõcessæ, uel propter familiaritatem ibat per fundum uicini. C.26.G.1.nu.5
fundo vendito cum suis finibus venit etiam domus intra dictos fines constructa. C.26 G.2.nu.4
fundo vendito cum omnibus & singulis, quæ habet in se, super, supra, intra seu infrà se integrè, numquid veniant adiacentia mobilia, & alia quæ veniunt ad instructionem prædij. C.26. G.7.num.2
fundo vendito cum clausula, integro statu, comprehenduntur etiam instrumenta eius fundi, quam patrisfamilias, quibus vtebatur in fundo. C.26.G.7.nu.3
fundo vendito cum clausula, integro statu, uel cum plenitudine iuris includuntur etiam decimæ & similia. C.26.G.7. num.4
fundi instructus quid sit. C.26.G.7. nu.8
fundus non censetur venditus instructus in dubio, nisi expressè dictum sit, uel per uerba id importantia. C.26 G.7.nu.10
fundo vendito cum instrumentis, & omni iure suo comprehenduntur etiam artifices in ipso existentes. C.26.G.8.nu.3
fundo vendito an veniat decimandi ius. C 26 G.10.nu.4
fundus quid sit, quidque eius appellatione contineatur. C.26.G 13.num.4
fundo vendito ueniunt etiam uiæ publicæ, limites, & luci, seu nemora, quæ fundum tangunt, ripa fluminis, foueæ, fossata, aquæductus. C.26.G.13.nu.5
fundo vendito sterquilinium seu fimus, siue lætamen venit, si comparatum fit stercorandi agri causa, secus si vendendi. C.26.G.13 nu.6
fundo vendito veniunt etiam stramenta, seu stramen. sub eodem nu.6
fundo vendito veniunt pali exempti ex uinea, & monte, ut iterum collocentur, sed qui parati sunt, ut collocentur non ueniunt. ibidem.
fundo uendito ueniunt fructus extantes, siue maturi sint siue non. C.26.G.13.nu.7
fundo locato vendito an pensiones debeantur emptori. C.26.G 13.nu.8 & 9
fundo uendito non veniunt blada, seu segetes incisæ, uel alia à solo separata. C 26.G.13.nu 10
fundo vendito non ueniunt arbores incisæ, uel deiectæ. C.26. G.13.nu.11
fundo uendito, si uenditor reseruauit sibi omnes fructus, comprehenditur etiam arundo, & silua cædua d.nu.11. in fine.
fundo uendito non ueniunt uasa uinaria, dolia, & torcularia, etiam si ædificio cohæreant. C.26 G.13. nu.12
fundo vendito venit caldarium aptum ad coquendum uinum si fit muratum. d.nu.12
Sed declara, & intellige, ut per Auctorem ibidem.
fundo vendito non ueniunt boues, asini, pecudes, pulli, uel alia animalia in fundo existentia. C.26.G.13.nu 13
fundo uendito veniunt columbi, & alia animalia perpetuò mansura, & cuniculi. C.26.G.13.nu. 14
fundo uendito an & quando veniant, & comprehensi intelligantur pisces. C.26.G.13.nu.15
fundo uendito non veniunt uinum, & alij fructus percepti. C. 26.G.13.nu.16
fundo uendito, ligna quæ erant ad fundum parata, non veniunt C.26.G.13.nu.17
fundi instrumenta, granaria, & domus exemptibilis solo non affixa non veniunt in uenditione domus. Claus. 26. Glos. 13. numero 39
Fundo uendito non veniunt instrumenta emptionalia ipsius vendi-

venditoris, & similia.C.26.G.13.nume.56
fundum obligare censetur, qui mutuò accipit pecuniam, vel legat super illo.C.42.G.5 num.2
¶Fur quidam fuit suspensus cum clausula, saluo iure suo. C.14. G.2.num.3.in fine.
¶Furiosus non potest esse testis in testamento. Claus. 2. Gloss. 2.numero 18
limita tamen in casu quo haberet dilucida interualla. d. numero 18
furiosus consanguineus non impedit quin mulier absque eius consensu liberè contrahere possit, tutius tamen est alios subrogare, si extant, vel decretum iudicis adhibere. C.7. G.15. nume.2.in fine.
furiosus, vel mentecaptus pœnis l. si quis maior. non ligatur. Rep.num.212.& 214
etiam si iurasset furiosus, vel contraxisset tempore dilucidi interualli.Rep.num.215
¶Furnus deducitur a furuo, id est nigro colore, propter fuliginem, vel obscuritatem.C.20.G.14.num.1
furnus, & clibanus differunt aduersus Alciatum. Claus. 20. G. 14.numero 2
furnus ruralis est prædium rusticum.C.20.G.14.num.3

G

¶GAbella vnica debetur si venditio sit facta vnico precio de pluribus rebus, secus si pluribus precijs, stante statuto, quod certum quid soluatur pro gabella cuiuscumque contractus.C.30.G.6.num 18
gabella non soluta si sunt plures venditiones ratione plurium preciorum, & pro aliquibus sit soluta gabella pro aliquibus non, omnes non annullabuntur. C.30.G.6.num. 19
gabella solui debet per emptores si venditio facta sit cum hoc, quod venditori soluatur precium liberum, exemptum, francum, & nitidum.C.30.G.10.num.4
gabella quodnam vocabulum sit, & quid importet. C. 30. G. 11.numero 1
gabella a quo sit soluenda si non sit expressum in contractu. C. 30.G.12.numero 1
gabella solui debet per hæredem grauatum a testatore emere possessionem, & tradere loco pio.sub eodem.nu. 1
gabella si solui debet, ita mandante statuto, de precio quo fuerit res vendita, quomodo id intelligendum ueniat. C. 30. G. 12.numero 3
gabella si solui debet de venditione, an etiam de promissione de vendendo sit soluenda.C.30.G.12.num.3
gabella non soluitur de cessione, quæ fit per procuratorem domino, cuius nomine emit.C.30.G.12.num.4
gabella non soluitur pro renunciatione, quam facit vxor venditoris iuribus suis, quæ habet in re vendita. dicto numero 4
gabella non soluitur pro stipulatione pœnali, quæ est accessoria ad contractum uenditionis.ibidem.in fine.
gabella vnica debetur si unus contractus in alium transfunditur. C. 30. G. 12. num. 5
gabella si est soluenda de quolibet instrumento an debeatur pro refectione instrumenti.C.30.G.12.nu.6
gabella numquid solui debeat per hæredem vendentem ex mandato testatoris rem aliquam alicui. Claus. 30. G. 12. sub d.nume.6
gabella vnica debetur si venditio alicui facta sit, a quo vicinus, vel proximior, qui habet ius retrahendi ex forma statuti, vel de consuetudine eam auocat.d.num.6.in fine.
gabella quo in loco sit soluenda si in uno loco res vendita sit, & in alio factus contractus.C.30 G.12 num.7
gabella in territorio ubi res in dotem data reperitur non est soluenda per maritum qui extra territorium uxorem accepit, matrimonium consumauit, & gabellam soluit. d.numero 7
gabellarum statutum numquid liget forenses. ibidem.
gabella est onus consecutiuum contractus. ibidem.
gabellæ soluendæ, causa locus, in quo est destinata solutio attenditur, non vbi est facta promissio. sub eodem num.7
gabella ibi soluenda vbi fuit facta traditio, non vbi factus contractus.d.num.7. in fine.
gabella contractus conditionalis, si in vno loco sit celebratus contractus, & in alio purificata conditio, vbi sit soluenda. Claus. 30. Gloss. 12. numero 8
gabella debetur in loco contractus licet alibi celebretur instrumentum. d. num. 8
declara tamen vt per Auctorem. ibidem.
gabella an debeatur tempore contractus, an verò subsecutæ ratificationis.d.num.8.in fine.
gabella numquid debeatur, & quando contractu rescisso, & annullato, vide satis latam distinctionem. Claus.30. Gloss. 12. numero 9
gabella soluta pro re vitiosa, & morbosa restitui debet emptori agenti redhibitoria non per fiscum, seu publicanum, sed per venditorem.d.num.9
gabella debetur de uenditione facta rei restitutioni subiectæ. d numero 9
gabella non est soluenda de contractu nullo, & inualido. d. numero 9. in fine.
gabella si est soluenda ex mandato statuti de quolibet contractu intelligitur de valido.C.30.G.12.num.10
gabella non debetur pro nominatione quando fit in executionem emptionis factæ pro persona nominanda. C. 30. G. 12. numero 11
gabella non debetur de secundo contractu regulariter, qui est potius impletio primi, quam nouus contractus. d. numero 11
gabella vnica debetur ex duobus contractibus ad vnum tamen finem tendentibus. ibidem.
gabella an debeatur si in nominatione sit alteratus contractus ab emptore pro persona nominanda.ibidem.
gabella debetur pro bonis in solutum acceptis quando fuit facta promissio creditori soluendi certam quantitatem pecuniarum infra certum terminum ita quod eo non soluente possit creditor in solutum accipere de bonis ipsius debitoris licet de tali contractu promissionis gabella etiam fuerit soluta.d.numero 11
gabella noua debetur pro libello in substantialibus reformato. d.num.11.in fine.
gabella debetur regulariter etiam de rebus emptis a Principe, ciuitate, vel similibus.C.30.G.12.num.12
gabellæ immunitate alicui concessa Princeps tenetur id resarcire conductoribus gabellarum.C.30.G.12. num. 13
gabella si est soluenda vigore statuti pro uenditione an vendicet sibi locum in permutatione.C.30.G.13.num. 1
gabella si solui debet uigore statuti id præcipientis pro quolibet contractu intelligi debet de quolibet contractu dominij translatiuo. C.30.G.13. nu 8
gabella non est soluenda pro contractu diuisionis. C. 30. G. 13.numero 9
gabella est soluenda etiam si contractus sit celebratus inter patrem & filium dummodo sit onerosus non lucratiuus. C. 30. G.13 num.10
gabella; Pactum de soluenda gabella est seruandum inter partes.C.30.G.14.num.1
gabella pro qua parte sit soluenda si non sunt satis clara verba ex quantitate precij pro re vendita conuenti.d num. 1
gabella non soluta per eum, qui ex pacto debebat soluere statuto disponente quod infra octo dies debeat solui numquid alteri, qui soluere non tenebatur vigore eiusdem pacti hoc nocebit. ibidem.
gabella soluta ex parte vnius non autem ex parte alterius contractus valebit pro parte soluentis.sub eodem num. 1.
gabella a nemine soluta is, qui tractat de damno vitando poterit excipere, seu replicare contra agentem, vel excipientem de nullitate.d.num.1
gabella non soluta an contractus ipso iure, vel per exceptionem intelligatur annullatus remissiuè.sub d.nu.1.
gabellam non soluens si audiri non debet per statutum ita mandans id intelligi debet tam in Ecclesiastico, quam in sæculari foro.d.num.1.in fine.
gabellam solutam nec ne fuisse ex inspectione librorum ipsius gabellæ probatur.C.30.G.14.num. 2
gabella integrè est soluenda ita, ut non desit etiam denarius. C. 30.G.14.num.3
gabellæ solutio facta per contrahentes, vel aliquem ex eis, licet de illa constet in libris gabellarum non probat uenditionem & hoc quo ad præiudicium tertij, uel etiam contrahentis, qui non interfuit tali scripturæ.C.30.G.14.num.4
gabella est res odiosa, & in dubio contra illam interpreta-

tio sumi debet.Clauſ.30.Gloſſ.14.numero 5
gabellam fraudantium pœna cui applicanda.Rep.nu. 775
¶Gabellarij.vide in verbo,Publicani.
¶Gallus venditus eſt,in cuius corpore repertus eſt annulus, hic annulus non venit in venditione.Clauſ.26.Gloſſ. 13. ſub numero 54
¶Geminatio verborum maiorem oſtendit deliberationem.C.4 G.2.ſub num.1
geminatio magis deliberatam voluntatem oſtendit. Repet. numero 260
geminatio etiam facta in vno inſtanti declarat animum.Repet. nu.261.& 600
geminatus actus ſimultaneus habetur pro vno.Rep.nu.596
Declara tamen vt in d.Rep.nu.600
geminata confeſſio non dicitur facta vno inſtanti.Rep.nu.597
geminati conſenſus,& actus vim habet iuramentum. Repet.numero 578
Declara vt in d.Rep.nu.596
geminatum pactum parit actionem.Rep.nu.579
Ratio autem aſſignatur vt in d.Rep.nu.596
¶Generale verbum comprehendit etiam inhabiles.C. 4.G. 30. numero 3
¶Generalis ſermo loquentis perſonam non includit.C 10.G 16 ſub nu.4.C.15.G.1.nu.6.C.27.G.18.ſub nu.1
generalis liberatio extenditur ad omnia ſi dicatur quod ad incognita debeat extendi.C.21.G.13.nu.2
¶Genitiuus importat propriè dominium.C.19.G.2.nu.1
genitiuus aliquando importat poſſeſſionem,& alia.d.num.
¶Genus diuerſimodè accipitur, ſicut etiam ſpecies. C.41.G.5. ſub num.2
genus an reſtringatur per ſpeciem appoſita diſiunctiua.Rep.nu. 251.253.& 256
generis appellatione an veniant maritus,& affines remiſſiuè.C. 7.G.12 num.5.in fine.
¶Gerundium probat factum vt ſi notarius dicat,dando,& numerando,probabitur ſolutio.C.31.G.5.nu.3
gerundium factum importat.Rep.nu.340
¶Gimnaſiorum bidelli poſſunt appellari epiſcopi.C.21.G.8.numero 3
¶Glans,quæ ceciderat vendita ſilua non venit in venditione niſi omnes fructus ſiluæ eſſent venditi,C.26.G.13.ſub nu.11
¶Gloſſa in l.generali.C.de tabul.lib.11.in aliquibus nec rectè, nec perfectè loquitur.in procem.tractatu, numero ſecundo, in fine.
gloſſæ auctoritati ſimpliciter non eſt ſtandum in procem. tract. ſub nu.5
gloſſæ opinio reiecta circa dictionem.Labrum.C.26.G.13. ſub numero 18
gloſſæ opinio reiecta circa dictionem Tectorium. C.26.G.13. ſub nu.20
gloſſæ opinio reiecta circa dictionem Epiſtomia.C.26.G.13.numero 23
gloſſæ opinio reiecta circa dictionem Sigilla.Clauſ.26.Gloſſ.13 numero 25
gloſſæ opinio reiecta circa dictionem. Specularia. C.26. G.13. numero 29
gloſſæ opinio circa declarationem l.vn.C.de arg.prec.quod theſaur.infer.lib.10.reiecta.C.30.G.7.ſub nu.33
gloſſæ ſententia reprobata.C.41.G.3.nu.4
gloſſæ auctoritas omnem aliam antecellit.Rep.nu.117
¶Gradus mentio ſi fiat poſt vocem attinentes, tunc maritus & affines non veniunt ſub ipſorum attinentium appellatione puta quia dictum eſt de attinentibus vſque in quartum gradum.C.7.G.12. ſub nu.5.ad fin.
¶Granaria numquid veniant ſub domus venditione diſtinguitur.C.19.C 6. nu.4
granaria non veniunt in domus venditiones.Clauſ.26.Gloſſ.13 numero 39
¶Graticulæ. Si ad graticulas monialium ſit confectum inſtrumentum poterit ſcribi à notario tamquam confectum in monaſterio.C.2.G.1.nu.7
graticulæ. Si ad graticulas carceris ſit celebratum inſtrumentum poterit dici celebratum in carcere.d.nu.7.in fine.
¶Guidonis Papæ deciſio.492.declaratur.C.30.G.9.nu.16

H

¶ Habere verbum eſt generale.C.26.G.4.nu.2
Habere verbum comprehendit tam dominium,quã poſſeſſionem,& de facto detentionem.C.26.G. 4. numero 3
habere verbum generale eſt,& quid importet.C.35.G.3.num.1
habuit, & recepit verba in inſtrumento appoſita numquid probent realem ſolutionem.C.31.G.5.nu.2
habuit,& recepit verba in inſtrumento appoſita probant numerationem,& ſolutionem.C.34.G.5.nu.2
habui,& recepi in chirographo,& ſic in priuata ſcriptura appoſita non probant numerationem.C.34.G.5.nu.3
Etiam ſi diceretur habui, & recepi ad præſentiam talium teſtium ſecundum Salicetum,& malè.ſub d.nu.3
habuiſſe & recepiſſe verba licet appoſuerit notarius adiectis etiam in præſentia ipſius, & teſtium, cum tamen actualis numeratio non interuenerit, excuſatur nihilominus à falſo, ſecus tamen ſi numeratam pecuniam fuiſſe ſcripſiſſet.C.34.G. 6.num.6
habuit & recepit verba à notario prolata actualem probant numerationem ſi adiectum ſit coram me notario & teſtibus.C. 34.G.8.nu.1
hæc tamen verborum conceptio vſurpari etiam poteſt & verè licet numeratio non interuenit,ſed pecunia fuit præſens.C.34 G.8.num.2
habuiſſe,& recepiſſe poteſt ſcribere notarius creditorem, de cuius voluntate pecunia fuit alteri numerata. Clauſ.34.Gloſſ.9 numero 2
¶Habilitatio ei,qui iam periurium incurrit concedi non poteſt. Rep.nu.398
habilitatio à iuramento partis citationem non exigit. Repet.numero 399
Cum de præiudicio partis non agatur.Rep.nu.401
De veritate autem vide d.Rep.nu.402.& 403
habilitationem impetrans ab epiſcopo an pœnas l.ſi quis maior incurrat ante, quam ſit cognitum an licitè contrauenire poſſit.Rep.nu.397.& poſt nu.404
habilitationem concedentes epiſcopi, & vicarij ſine partis citatione grauiter errant.Rep. nu.404
¶Habitare quis non dicitur qui habet recedendi animum. C.3 G.1.ſub nu.12
¶Habitatio patris præſumitur & filij habitatio.C.18.G.3. nu.1
habitatio aliquando accipitur pro iure habitandi,quod competit domino in rebus ſuis.C.20. G.10.nu.3
¶Habitator quis dicitur vbi larem, rerumque, ac fortunarum ſuarum ſummam conſtituit, vnde rurſus non ſit receſſurus. C.3.G.1.nu.12
habitator quis dicitur vbi habet familiam, & vxorem, licet ipſe ſit abſens,& vbi habitat maiore anni parte d.nu.12
habitator non præſumitur oriundus inde vbi habitat niſi probetur.d.nu.12.in fin.
habitator,& incola eſt ſuppoſitus ciuitati in qua habitat,& tenetur ibi ſoluere collectas.C.18.G.3.num.1
habitatores,non ſaxa,conſtituunt ciuitatem.C.20.G.24
¶Hæbræus.Inter Hæbreos inuocatio nominis Chriſti fieri non debet in inſtrumento, ſed nominis Dei eorum. ſecundum Bartol.C.1.G.1.nu.1
Communiter tamen contrarium tenetur.d.nu.1
Hæbræi.Inter Hæbreos inuocatio nominis Chriſti an ſit de ſubſtantia in inſtrumento recitantur opiniones.ibidem.
Hæbræi. Inter Hebræos ſi conficiatur inſtrumentum omiſſa inuocatione nominis Chriſti in dubio valebit.d.nu.1
Cautela tamen eſt vt notarius inuocet nomen Dei,& ſic patris. ibidem.
Et ita ſeruatur Venetijs,& Romæ.ibidem.
Poteſt etiam inuocari nomen Domini, & ſufficiet. ſub eodem nu.1.in fine.
¶Hæreditas tota, atque integra ſi ex teſtatoris diſpoſitione eſt reſtituenda, Trebellianicæ detractio cenſetur prohibita C.26 G.7.nu.1.in fine.
hæreditas quid ſit. C.28.G.2.ſub nu.2
¶Hæreditatis petitio ſecundum aliquos eſt actio mixta.C.27.G 11.num.2
¶Hæres,nec pater eius, aut filius etiam emancipatus, nec fratres cum eo in eadem poteſtate exiſtentes non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.C.2.G.2.nu.23
hæredis coniuncti teſtes in teſtamento eſſe nequeunt.C.2. G.2. ſub num.24
Hæredis affines non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento. ſub eodem nu.24
hæredum mentio licet facta non fuerit pro illis tamen etiam

contrahens censetur voluisse contrahere.C.12.G.4.nume.1
uæ præsumptio non tollitur nisi per contrariam præsumptionem. ibidem.
hæredum mentio cur apponatur in instrumentis obligationum ibidem.
hæredes contrahentium regulariter tenentur, & sunt obligati nisi contrarium sit dictum,& licet de ipsis nulla mentio sit facta.d.nu.1
hæredes promissoris magis subijciuntur obligationi, quam hæredes stipulatoris d.nu.1
hæres nihilominus obligatur licet contrahens obligando se apposuerit taxatiuam pro facto,& dato suo tantum. d.numero 1.in fine.
Hæredes. Contra hæredes committi non poterit executio instrumenti,in quo dictum non fuit quod contrahens obligaret hæredes statuto disponente instrumenti executionem committendam esse contra debitorem in eo descriptum.C.12.G 4.num.2
Sed contrarium sensit Castrensis,& malè.sub d.nu.2
hæres debitoris ligatur à statuto disponente debitorem posse capi.ibidem.
Quidquid alij senserint,de quibus.sub d.nu.2
hæredum bona non obligatur per clausulam, per se,& suos hæredes. ibidem.
hæredum bona quomodo obligentur.ibidem.in fine.
hæredum appellatione venit etiam hæres hæredis. C. 12. G.4. numero 3
Quod procedit etiam in pœnalibus. ibidem.
hæredibus suis,& sibi quis in dubio præsumitur voluisse prouidere.C.17.G.5.nu.1
hæredum etiam nomine quis emere censetur licet ipsorum nulla sit facta mentio.d.nu.1
hæredes succedunt etiam in casibus in quibus regulariter res ad illos non transirent,quando apposita est clausula,pro se,& hæredibus,& ideo cautè apponitur.d.nu.1.in fine.
hæredum mentio in immunitatis concessione facta numquid intelligatur de masculis C.22.G.1.sub nu.4
hæres licet habeat actiones directas, illas tamen intentare non poterit contra debitorem cui legatum est creditum per testatorem.C.29.G.4.sub nu.6.vers.tertio limita.
hæres, qui restituit hæreditatem fideicommissario non poterit agere contra debitorem hæreditarium, qui constituit se ipsi hæredi soluturum.d.nu.6.vers.octauo alio casu.
hæres bannitus si fecit cessionem cessionarius agere poterit, si per testatorem sit factum legatum nominis. C. 29. G.7. sub numero 2
hæres debitoris non potest capi ad instantiam creditoris,nisi eo citato in primis liquidetur eum esse debitoris hæredem. C. 29.G.10. nu.3
hæres grauatus à testatore emere possessionem,& tradere loco pio gabellam soluere tenetur.C.30.G.12.sub nu.1
hæres vendens ex testatoris mandato rem aliquam alicui an teneatur ad gabellæ solutionem C.30.G.12.sub nu.6
hæredes donatarij possunt etiam viuo donatore ratificare donationem defuncto factam.C.33.G.6. nu.3
hæres ex delicto defuncti nisi lite cum eo contestata non tenetur.Rep.nu.701
Fallit quando pœna pecuniaria ipso iure irrogatur,quia non exigitur litis contestatio.Rep.nu.702.790.& 791
Hæres iurantis an pœnis l.si quis maior. afficiatur. Repet. numero 784
Distingue vt in d.Rep.nu.785.cum seqq.
hæres non potest esse periurus non obseruando iuramentum defuncti.Rep.nu.787
hæres virtute iuramenti defuncti non efficitur de foro Ecclesiæ. Rep.num.793
hæredis anima iuramento defuncti illaqueari non potest.Rep. num.794
Nec propterea relaxatione opus est.Rep.nu.795
¶Hæreticus potest esse testis in testamento, & alijs actibus extraiudicialibus.C.2.G.2.sub num.22
¶Henricus Imperator condemnauit ciuitatem Brixiæ aratio subijciendam.Rep.nu.168
¶Herba est,& non arbor,illa,quæ licet radices emiserit, & terræ alimento vegetetur, eius tamen materia dura non est sed tenera.C.20.G.6. nu.1
¶Hermaphroditus ad hoc vt vel admittatur, vel reprobetur ad testimonium attendetur sexus quo magis incalescit. C.2.G.2 sub nu.16
hermaphroditus numquid possit contrahere liberè absque eo quod seruet solemnitates à statuto mulieribus præscriptas. C.7.G.19.nu.14
hermaphroditus non consideratur à lege tamquam homo mixtus,sed tamquam homo,vel fœmina secundum quod magis in vno sexu,quam in alio præualet.d.nu.14.in fine.
¶Hieronymus Cagnolus vide in verbo. Cagnolus.
¶Hipotheca,& generalis obligatio inter se non differunt.C.12. G.2.nu.4 in fin.
hipotheca vnde dicta.C.12.G.2.nu.5
hipotheca,& pignus idem sonant,nec differunt vt aliqui putant d.num.5
hipotheca differt à personali obligatione.ibidem.in fine.
hipotheca & pignus vendi possunt à cessionario sicut & poterant à cedente.C.29.G.10.nu.4
¶Hipothecaria actio. vide supra in verbo. Actio hipothecaria.
¶Hypernia quid sint.C.19 G.5.num.4
¶Hodie si quis promisit, hodie etiam conueniri poterit.C. 33. G.13. sub nu.2
¶Homologo verbum græcum quod significat confirmo,laudo. C.4.G.15.num.1
homologo non emologo legendum. d.nu.1
¶Honestas mulierem seruat,& est thesaurus inæstimabilis, & lilium dans suauitatem odoris.C.7.G.2.sub nu.1
¶Honestum omne est considerandum, non autem omne quod licet.C.27.G.19.sub nu.5
¶Honor,iurisdictio, & ius patronatus, quæ comprehenduntur in villis,veniunt in venditione ipsarum villarum.C.20.G.22 numero 4
honor appellatur personale munus quando dignitati adnectitur.C.21.G.8.nu.4
horam apponere in instrumento vtile est propter prioritatem, & anterioritatem.C.1.G.5.nu.9
hora si ignoratur à notario,qui conficit instrumentum tempore noctis,debet scribi, Actum tali nocte, quæ fuit inter diem talem,& talem.C.1.G.5.num.10
hora non est necessario apponenda in instrumento, nisi ratione horæ posset nasci dubitatio,vt exemplificatur.C.1.G.5.n.41
horæ appositio prodest ad probandam actus prioritatem.C.1.G 5.num.42
horæ,& minoris etiam temporis spatium, etiam puncti consideratur in prioritatis materia.ibidem.
hora ad cautelam est apponenda,& quare.ibidem.
hora si sit apposita in vno instrumento,& in alio non,horam habens præferetur non habenti, licet eadem die vtrumque sit confectum.sub eodem num.42
horę appositio non prodest quando alter,qui nititur instrumento horam non habenti,possidet.C.1.G.5.nu.43
horę tempus est multum in consideratione.d.nu.43
horę appositio si non est solita apponi reddit scripturam suspectam,& facit pręsumi dolum.C.1.G.5.nu.44
horæ appositio multum prodest ijs, qui aliquid facere debent intra certum spatium temporis,quod finitur certa parte diei d.num.44
hora nō apposita per appellantem vltima die probari debet per testes appellasse ante lapsum decem dierum.C.1.G.5.sub numero 45
hora apponi debet per appellantem vltima die in ipso appellationis actu.C.1.G.5.num.46
hora in qua finitur actus dat nomen ipsi actui.C.30.G.3.num.4
¶Horrea numquid veniant in venditione domus, distinguitur. C.19.G.6.nu.4
horrea accipiuntur pro quocumque loco ad reponendas merces.d.nu.4
horreum existens sub via publica,siue fouea grani, si illo vel illa dominus vtebatur vna cum domo, venit in venditione domus C.19.G.6.nu.5
Cætera vide supra in verbo,Granaria.
¶Hortus tam dicitur ille,qui vrbanus est,& habet plus amœnitatis,quam redditus,quam ille,qui plus redditus,quam amœnitatis,& est rusticus.C.19.G.10.sub nu.1
hortus secundum Grammaticos quid sit.C.19 G.10.nu.2
hortus dictio an cum aspiratione,an vero sine scribenda. d.numero 2
hortus an & quando veniat appellatione domus ita,vt comprehendatur

hendatur in eius venditione. Clauſ. 19. Gloſſ. 10. numero 4
hortus ad hoc vt veniat in venditione domus an copulatiuè concurrere debeat, & quod fuerit emptus ad vſum domus, & quod ad eum habeatur aditus per domum. Clauſ. 19. Gloſſ. 10. num. 5
hortus inter domos communes exiſtens ſi diuidantur domus cui applicandus. C. 19. G. 10. nu. 6
horti ſolius vicinitas ſtante retrahendi conſuetudine retrahendi domum venditam horto dumtaxat cohærentem facultatem præſtat. C. 19. G. 10. nu. 8
Alij tamen diſſenſerunt quos concordat Auctor d. nu. 8. in fine.
horti vinearij qui. C. 20. G. 5. nu. 1. ad fin.
¶Hoſpitandi munus eſt patrimoniale. C. 21. G. 7. nu. 3
hoſpitandi milites munus non excuſatur per generalem immunitatis conceſſionem. C. 21. G. 16. nu. 2. in fine.
¶Hoſpitium, ſiue diuerſorium, quod nos tabernam vocamus appellatur aliquando ſub ſtabuli nomine. C. 19. G. 9. nu. 1

I

¶ IActura largo modo accipitur pro omni damno Repet. numero 806
iactura ſtrictè accipiendo differt à damno. Rep. nu. 808. & 809
¶Iamdudum, dictio, ſecundum Grammaticos tria tempora cõtinet, ſed propriè continet tempus præteritum. C. 3. G. 1. nu. 4
¶Ianus fuit primus pecuniæ ſignator ſecundum aliquos. C. 36. G. 7. ſub nu. 15
¶Idem dicitur illud cuius vna eſt ſubſtantia. Clauſ. 21. Gloſſ. 14. numero 8
¶Id eſt, dictio, eſt declaratiua, & reſtrictiua. Clauſ. 21. Gloſſ. 23. numero 3
id eſt, dictio, idem importat quod ſcilicet, & videlicet. C. 38. G. 3 numero 3
¶Ignorantia tollitur & error virtute clauſulæ, Animo deliberato. C. 11. G. 3. ſub nu. 1
ignorantia, neſcientia, error, & titubatio quomodo inter ſe differant. C. 11. G. 4. nu. 1
ignorantia tamquam peſtis eſt abijcienda. C. 11. G. 4. ſub d. numero 1
ignorantia eſt duplex, vel iuris, vel facti. C. 11. G. 4. nu. 2
ignorantia iuris non excuſat. d. nu. 2
ignorantia magis præſumitur in muliere, & minore. C. 11. G. 4. ſub nu. 3
ignorantia iuris poſitiui ruſticos excuſat. Repetitio, numero 127
Quod declara vt in d. Rep. nu. 121
¶Ignorans. Non omnis ignorans eſt à pœna immunis. C. 11. G 4. nu. 1. in fine.
ignorans ius & leges in lata culpa præſumitur, & aliquando in dolo. C. 11. G. 4. nu. 2. in fine.
¶Illicitè quid fieri dicatur. C. 27. G. 19. nu. 5
¶Illuſtris vir promittens ſiſtere iuratus in iudicio ſi negligat an pœnas l. ſi quis maior. incurrat. Rep. nu. 265
¶Imbreuiatura vide in verbo, Notarius.
¶Immobilium, mobiliumque bonorum obligatio iura & actiones non comprehendit. C. 12. G. 2. ſub nu. 3
immobilis vel tamquam immobilis iudicatur res mobilis, quæ cohæret immobili. C. 19 G. 3. nu. 7
immobiles res venditæ determinari debent per latera, ſeu confinia, & qualitates, & quantitates. C. 19. G. 14. nu. 1
immobilium obligatio, ſeu diſpoſitio aliqua non comprehendit actiones. C. 27. G. 6. nu. 2. in fine.
immobiles res veniunt ſub appellatione pecuniæ. C. 41. G. 5. ſub numero 1
immobilium appellatione an veniant annui redditus. C. 42. G. 3 numero 3
¶Immunes & exempti non comprehenduntur in generali banno, vel commiſſione Principis. C. 21. G. 17. nu. 4
immunes qui precio, & per viam contractus immunitatem acquiſiuerunt intelliguntur excepti etiam ſi de exemptis ſimpliciter mentio facta eſſet. C. 21. G. 17. nu. 5
immunis ſi deſcribatur pro re immuni, & exempta ad æſtimum infra decem dies à die ſcientiæ debet appellari à tali deſcriptione. C. 21. G. 21. nu. 3
immunem rem numquid manutenere teneatur venditor, qui eam pro tali vendidit habita relatione ad inſtrumentum, quod non reperitur. C. 21. G. 26. nu. 1
immunem, vel tamquam immunem, & liberam ab oneribus rem numquid poſſit venditor alienare, & an valeat talis alienatio. Clauſ. 21. Gloſſ. 28. numero 1
immunis non facit gaudere non immunem ſocium priuilegijs immunitatis. C. 22. G. 1. ſub nu. 6
ratificatio tribus modis per minorem, duobus per maiorem fieri potest. C.4.G.12.nu.1
ratificatio ad hoc vt comprobetur facto, debet taliter factum probari quod ostendatur citra ratificationem fieri non potuisse sub d.num.1
ratificatio etiam per absentem fieri potest. C.4.G.12.nu.2
ratificatio exigit eandem solemnitatem, quæ requiritur in confectione actus. d.nu.2
ratificatio generalis se non extendit ad dolo gesta, vide tamen quomodo id,& quibus casibus procedat. d.nu.2.in fine.
ratificatio ad ignorata se non extendit. C. 5. G. 1.nu.2.in fine.
ratificatio non potest fieri per hæredes eius pro quo fuit facta acceptatio. C.18.G.7.nu.3
Etiam si fuisset facta stipulatio nomine hæredum. ibidem.
Vide tamen aliquot dissentientes,& distinguentes. ibidem.
Alia habere poteris in verbis. Absens, Gabella, promittens,& Ratihabitio.
¶Ratificare. Ratificans venditionem suo nomine factam obligatur ac si a principio ipse vendidisset, vide tamen Auctorem declarantem. C.4.G.12. sub nu. 1
ratificans facit actum suum. d.nu.1.in fine.
ratificans aliquem contractum debet habere plenam scientiam, & notitiam ipsius, quia alias si ignoraret ratificatio non valeret. C. 4.G.12.nu.2
ratificare volens debet habere scientiam totius contractus plenam,& perfectam maximè quando procurator contraxit forma mandati non seruata. C.5.G.4.nu.1.in fine.
Vide alia in verbo, Promittens.
¶Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. C. 4. G. 12.sub num.1

ratiha-

ratihabitio laudi etiam iurata non sufficit ad incursionem pœnarum l.si quis maior. Rep. nu.320
¶Ratio certa reddi non pôt in statutis de iure positiuo.Rep.n.5
ratione cessante cessat dispositio. Rep.nu.263
ratio impulsiua non facit militare, vel cessare dispositionem. Rep.nu.592.593
Sed bene quidem ratio finalis.Rep. nu. 594
ratio decidendi l.si quis maior.est vltio periurij.Rep.nu.264
¶Rationes suas priuatas an quis comburere possit. Rep.n.346
¶Ratum quid importet, & quid firmum, & quid si quis se ratum,& firmum habiturum promittat.Rep. nu.410
Quid si tertium.Rep.nu.411.& 413
¶Reale munus vide in verbo Munus.
¶Realia iura facilius transeũt quam personalia.C.27.G.8.nu.5
¶Realis actio vide in verbo, Actio realis.
¶Realiter, dictio, in materia numerationis actum veræ numerationis importat, quæ si non interuenisset,& addita fuisset instrumentum reprobaretur.C. 34.G.7.nu.1
¶Rebellio iusta est cã tollendę immunitatis.C.21.G.24.sub n.3
¶Rebellis si quis fiat ex forma statuti ipse & sui, non veniunt fœminæ.Rep.nu.113
¶Recepit,& habuit vide supra in verbo,Habuit.
¶Recipere, verbum, non importat regulariter dominij translationem nisi adijciatur generi, vel quantitati promissæ in genere.C.17.G.4.num.1
Licet contrarium Bartolus sensisse videatur ibidem.
recipiens residuum sibi debitum an videantur pœnis l. si quis maior renuntiare.Rep.nu.777.778.& 779
recipiens sortem non censetur remittere pœnas legales,nec cõuentionalem appositam rato manente pacto. Rep.num.779
recipiens sortem cum protestatione quod iura sua sint sibi salua super pœna incursa sibi non præiudicat.Rep.num.781
receptus in canonicum sponte aliquid soluens non committit simoniam etiam quod extaret statutum cogens ad solutionem.Rep.nu.781
¶Reddere verbum importat retro dare. Rep.nu.658
¶Redditus annui an veniant appellatione immobilium C. 42. G. 3. numero 3
¶Redhiberi potest vna res, & altera non ad libitum si plures factæ sint venditiones, quod declara vt per Auctorem. C. 30. G.6.nu.22.& nu.24
¶Regalia. De regalibus Principis sunt viæ publicæ. G. 20. G. 26.numero 5
¶Regula correlatiuorum est regula parium. Rep.nu.801
regulæ qui contradicit debet id expresse probare. Rep.nu.603
regulæ iuris sunt tenaces, a quibus non est recedendum nisi contrarium expresse reperiatur in iure.Rep. nu. 604
regulæ. De regulis vide sub singulis verbis vbi, si se obtulit occasio, fuerunt positæ.
¶Rei debendi quomodo constituantur. C. 39.G.7.num.3.& 4
¶Rei promittendi qui sint.C.39.G.7.sub nu.3
¶Rei stipulandi qui sint.C.39.G.7.sub nu.3
rei plures a fideiussoribus differunt.C.39.G.7.sub nu.4
rei debendi numquid per alia verba æquipollentia quam per verba in solidum possint constitui.C.39.G.7.nu.4
¶Relatio fieri non potest per nuncium in ecclesia, licet fieri possit citatio.C.3.G.1.sub num.6
relatio omnium, quæ superius dicta fuerunt, inducitur per dictionem, vt supra. C.21.G.27.nu.1
¶Relatiua, dictio, aliquando stat causatiuè. C.21.G.26 nu.1
¶Relatiuum, quæ restringit generalitatem verbi præcedentis si est sine copula. C.27.G.19.sub nu.1
¶Relatum si differat a referente attenditur relatum,& non referens, sed vide Auctorem. C.21.G.26.nu.2
¶Religioni non præiudicat paucorum culpa. C.14.G.3.sub n.2
¶Remedium l. 2. C.de rescind.vend. vide in verbo, l.2.C.de rescind vend sub littera.L.
¶Remissio fideicommissi numquid intelligatur facta per absolutionem generaliter conceptam. C.35.G 2.nu 5
remissio numquid importet dationem.C.35.G.5.nu.2
remissio ob casum fortuitum numquid peti possit non obstante renunciatione generaliter omni iuris,& legum auxilio facta. C.40.G.6.nu. 5
remissio numquid fieri possit publicanis per Principem alicui immunitatem concedentem. C.30.G.12.nu.13
¶Remittens actionem personalem potest per exceptionem summoueri, sed contrauenienS iureiurando promissis ipso iure eam amittit. Repet. numero 274
remittens actionem veterem, vt sibi aliquid detur, potest eam intentare si promissa non sint seruata.Rep.nu.767
¶Renuntiari non potest iuri pro forma introducto. C.7.G.19. sub numero 41
renuntiare,& cedere differunt. C.27.G.4.nu.2.ad finem.
renuntians omni iuris &c. censetur etiam renuntiare beneficio speciali ratione indulto vt restitutionis in integrum, & ne conueniatur nisi in quantum facere possit.C.40.G.6.num.4
renuntians generaliter omni iuris &c. an censeatur renuntiare facultati petendi remissionem ob casum fortuitum. C. 40. G.6.numero 5
renuntians generaliter omni iuris &c.an censeatur renuntiare difficultati,& impossibilitati in ꝑmissione facti alieni.d.nu.5
renuntians omni iuris auxilio an censeatur renuntiasse ne dum iuris ciuilis, sed etiam municipalis auxilio, & beneficio. C. 40. G.6.numero 7
renuntiari numquid possit, & quomodo iuri competituro. C. 40. G. 7.numero 1
Vide etiam in verbo, Fideicommissum, & in verbo, Beneficium cedendarum.
¶Renuntiatio generalis omni iuris &c. an idem operetur ac si specialiter beneficia essent expressa. C. 40.G.6.nu.1
Et an comprehendat beneficiũ diuisionis,& excussionis.d.nu.1
renuntiatio generalis oĩ iuris &c.an tollat beneficium cedendarum actionum fideiussori soluenti cõpetens. C.40.G.6.nu.2
renuntiatio omni iuris &c. multa tollit beneficia vt per Auctorem. C.40.G.6.num.3
renuntiatio generalis omni iuris &c. an cẽseatur renuntiationẽ l.De his ff.de transact.includere.C.40.G.6.nu.4.in fine.
renuntiatio generalis omni iuris &c.an tollat remedium l.2 C. de rescind.vend.& an tollat l.si vmquam. C.de reuoc. donat. C.40.G.6.numero 6
renuntiatio facta beneficijs legum numquid requirat certiorationem dictorum beneficiorum. C.40.G.7.nu.1
renuntiatio omni iuris & facti exceptioni non excludit exceptionem excussionis. C.41.G.7.nu.1
Alia habebis in verbo,Beneficiũ cedẽdarũ,& in verbo, Gabella.
¶Repetitio præcedentis verbi inducitur per dictionem, item, quando præcedenti orationi adijcitur oratio defectiua & imperfecta. C.20.G.1.nu.2
Vide etiam in verbo, Acceptilatio,& in verbo, Solutum.
¶Replicationes quid sint,& cur inductæ. C.29.G. 7.nu.1
¶Res alicuius dici potest diuersis respectibus. C.19.G.2.num.1
res aliena vendi quidem potest obligari autem non potest.
rerum proprietates, & bonorum non veniunt appellatione districtus, vel territorij. C.20.G.23.nu.11
rei appellatione simpliciter facta tota res continetur. C.21.G. 19. numero 1
rem ipsam habere intelligitur qui actionem habet ad rem ipsam recuperandam. C.27.G.6 nu.3
Sed vide inferius Auctorem declarantem. d nu.3.in fine.
res quando integra nec ne dicatur.C.30.G.12.sub nu.9
rem quis habere potest sine aliqua pretij solutione,& ad hoc datur cautela. C.34 G.3.nu.7
rei appellatio generalis est & latior quã pecunia. C. 41.G.5.n.2
rem habere numquid dicatur qui actionem habet. Rep. numer. 612. & 618
res quæ actione recuperari potest in bonis nostris esse censetur. Rep.num.613
rem dicitur amisisse cum aduersus nullum eius persequendi actio habetur. Rep.nu.614
res & pœna an & quando peti possit. Rep.nu.741. & 742
Vide etiam in verbis Emptio,& Venditio.
¶Rescissio vide in verbo Venditio.
¶Rescriptum,& beneficium differunt. C. 40.G.1.nu.2
rescriptum impetrans an pœnas l.si quis maior incurrat. Rep. nu.369.370.& 373
rescriptũ impetratũ nõ cogitur impetrator ꝑsentare.Rep.n.374
rescriptum prohibitum impetrans in pœnam incurrit cum eo vti cœperit,& reum conuenerit. Rep.nu.371.& 372
¶Reseruatio dominij perpetuò facta non valet, ad tempus tamen valet. C.15.G.4.nu.2
reseruatio dominij in venditione operatur quod venditor non videtur habuisse fidem de precio, & ideo in re vendita ipse habebit potiora iura alijs creditoribus anterioribus ipsius emptoris. C.15.G.4.nu.3

reserua-

reseruatio dominij habet effectus plures. C.15.G.4.nu.4
Quod potest intelligi etiam in reseruatione directi tantum. d. num. 4.ad fin.
reseruatio seruitutis an sufficiat si generaliter sit concepta an verò certa, & specifica esse debeat. C.24.G.3.nu.1
reseruatio seruitutis facta a venditore timente ne seruitus deberetur vicino, non autem quod sciret re vera deberi non præiudicat emptori. C.24.G.3.nu.2
reseruatio iudicis, qui de ea causa cognoscere non potest superflua est. Rep.num.552
¶Residui appellatione an veniat pars tantum, an verò aliquando totum. C. 34.G.11.nu.1
Vide alia in verbo Confessio, & Creditor.
¶Resistere. Resistendo quis intelligitur quæstionem mouere. C. 35.G.7.numero 4
¶Restaurum. vide in verbis Conductor & Remissio.
¶Restituere id est retro statuere. Rep.nu.610
restituere dicitur cum alienum redditur. Rep.nu.610
¶Restitutio integrè fieri dicitur quando fit vsque ad vnum quadrantem. C.26.G.7.sub num.1
restitutionis in integrũ beneficio vr̃ renuntiatum per renũtiationem generalem oĩ iuris & legum auxilio facta. C.40.G.6.n.4
restitutio est in pristinum statum repositio. Rep. nu.609
¶Restitutus cum clausula, integro statu, intelligitur restitutus etiam a bona propter delictum amissa. C. 26. G.7.num.6
¶Reticuli circa columnas non veniunt in domus uenditione. C.26.G.13.num.38
reticuli qui nam sint. d.nu.38
¶Retorquere in odium non debemus ea, quæ sunt ad fauorem inducta. C. 36.G.2.nu.1
¶Retorquutio est optimus, & efficacissimus modus conuincendi aliquem. Rep.nu.40
retorquutio impetrationis rescripti fit contra dolosum impetrantem, etiam si eo non sit usus. Rep.nu.379
¶Retractus ius licet concedatur proximiori per statutum tamen domo habente plura solaria plurium dominorum unus dominus uendere uolens tenetur uendere alteri domino, nõ autem proximiori, cui ius retrahẽdi cõpetebat. C.19.G.6.n.6
retractus, siue retrahendi ius ratione uicinitatis concessum competit uicino, qui habet dumtaxat domum horto alterius domus uenditæ cohærentem. C.19.G.10.nu.8
Alij tamen dissenserunt quos concordat Auctor. ibidem.
Vide etiam in uerbo Gabella.
¶Reus. Reorum clypei, & loricę sunt exceptiones, sicut actiones sunt lanceæ, & gladij actorum. C.29.G.6.sub num.2
reus licet priuetur dominio propter canonem latæ sententiæ non tamen transfertur possessio. Rep.nu.696
¶Rex seu Princeps non recognoscens superiorem habet plenitudinem potestatis, & omnia potest in regno suo sicut Imperator in suo imperio. Rep.nu. 814.
rex in suo regno dignitates concedere potest. Rep.nu.815
Et in suo regno est monarcha. Rep.nu.816
Et plus iuris habet in suo regno quam Imperator in suo imperio. Rep.num.821
rex Francię superiorem non recognoscit. Rep.nu.819
rex in regno in temporalibus est uicarius Dei. Rep.nume.820
Vide etiam in uerbis Imperator, & Nomen.
¶Ricardus de Saliceto fuit condemnatus in libris nouem in sindicatu ex quo tenuit dictionem, si quis, non comprehendere fœminam. Rep.num.98
¶Rigor scriptus æquitati non scriptæ præfertur. Rep.num.118
¶Ripa aliquando debet mensurari licet eius usus sit publicus. C.20 G.27.num.3.in fine.
ripa an & quando veniat in venditione fundi confinantis cum ripa, & an mensuranda. C.20.G.28.nu.3
ripa uenit in uenditione quando reddit fructum notabilem. C. 20.G.28.sub num 3
ripa appellatur regulariter id quod flumen continet naturalem rigorem cursus sui tenens secus uerò si ultra uiam est tanta terræ quantitas, quæ arari possit, quia tunc magis dicetur ager diuisus, & non ripa. ibidem.
riparum mensuratio an fieri debeat per fundum, an uerò per superficiem. C. 20.G.37.nu. 5
ripa fluminis accedit uenditioni fundi. C.26.G.13.nu. 5
¶Riuus, seu canale, uel aquæductus manu factus, qui appellatur formula, seu incile, est locus priuatus, & uenit, & accedit emptioni. C.20.G. 27.num.4
¶Roborare verbum idem sonat quod firmare, seu fortificare. C.4.G.21.numero 1
¶Robur debitam suorum membrorum proportionem significat. d.num.1.in fine.
¶Rolandi practica circa pactum de non mouendo controuersiã præponitur practicæ notariorũ Ferrariensiũ. C.35.G.8.n.1
¶Romanæ ciuitatis iura omnibus in orbe existentibus tributa. C.3.G.1.sub num.8
¶Romani antiquitus mulctam faciebant non in pecunia, sed in pecoribus. C.30.G.7.nu.20
¶Rosas viridarij fructificantis bis in anno vendens primas vendere censetur. C.20.G.15.nu.3
¶Rota, & situla ad hauriendum aquam veniunt in venditione domus. C.19.G.11.nu.1
¶Rubrica instrumenti si sit dimissum spatium vacuum & nihil vltra est scriptum facit fidem si est vniformis, secus si non est vniformis. in rubr.tract. nu.6
¶Ruinus damnatus. C.21.G.24.sub nu.2
¶Rusticitas non excusat in delictis. Rep.nu.140
¶Rusticus a pœnis l. si quis maior. est excusandus. Rep.nu.119. & uide nu.130. cum seqq.
rusticus a dolo præsumpto excusatur. Rep.nu.120
Et a præsumpta fraude. Rep.nu.121
Et a suspicione usurarij. Rep. nu.122
Et si rem emit inobseruata statuti forma. Rep.nu.123
Et a pœnis iure positiuo illatis. Rep.nu.124
rusticus sagax non excusatur Rep.nu.129
Nec qui vadit sæpe ad nundinas, qui appellatur rusticonus. d. numero 129
rusticus qui vadit ad siluam pro lignis ita debet ire ad ciuitatem pro consilijs. Rep nu.132
rusticus non excusatur in his, quæ sunt contra speciem honestatis. Rep.num.133
Item nisi in casibus a iure expressis. Rep nu.134
Et idem quando factum vergit in detrimentum alterius. Rep. numero 135
rusticus hæres non conficiens inuentarium amittit beneficium l.fin. C.de iur.delib. Rep.nu.136
rusticus non excusatur quando errat in iure naturali, vel in ratione naturali. Rep. nu.137
rusticus non soluens canonem pro emphyteusi cadit a iure suo. Rep. numero 139
rusticus non excusatur etiam ignorans pœnam delicti, dummodo sciat se delinquere. Rep.nu.141
¶Ruta, & cæsa nõ veniunt in vẽditione domus. C.26.G.13.n.47
ruta, & cæsa quęnam sint. C.26.G.13.nu.48

S.

¶Sacrilegij crimen est disputare de potestate Principis. C. 21.G.24.nu.2.in fine.
¶Salarium aduocatorum hodiernis temporibus ad maiorem summam centum aureorum excrescit licet antiquitus secus. C. 30.G.7.num.45.
¶Salycetus aut corruptus, aut malè locutus. C.29 G.2.num.5
salyceti opinio reprobatur. C.34.G.5.sub nu.3
¶Salientes quæ nam dicantur contra Azonem, & Glossam. C. 26.G.13.sub num.18.
salientes, seu fistulæ longè extrà ædificium excurrentes numquid veniant in venditione domus. d.nu.18
¶Saltus, & pascua quid sint C.20.G.33.sub nu 1
saltus & silua quomodo differant. C.20.G.34.nu.2
¶Sapientis est mutare propositum in melius. Rep.nu.282
sapientis sensus vide in verbo. Sensus sapientis.
¶Sata veniunt in venditione fundi. C.26.G.6.nu.2
¶Saxa nõ cõstituũt ciuitatẽ, sed habitatores. C.20.G.24.sub n.1
¶Scalæ, quæ sunt extra domum, & extra ostium, non veniunt appellatione domus. C.19.G.9.nu.5
Veniunt tamen in uenditione domus. d.nu.5
¶Scædæ. vide in verbo Notarius.
¶Scolares si debent tractari pro ciuibus non amittũt priuilegiũ ante eis tamquam scholaribus concessum. C.21.G.23.nu 5
¶Scientiam aliquam callentes tenentur proferre quæ mente conceperunt in proœm.tract.sub nu.2
scientia est animi certitudo apprehendens verum quia scientia non est nisi uerorum. C.11.G.2.nu.2
¶Scilicet dictio idem importat quod uidelicet. C.38.G.3.nu.2
scilicet, & id est dictiones idem important C.38.G.3.num.3
¶Scire, vel scire debere paria sunt. C.11.G.4.sub nu.2

¶Scriptura

I N D E X.

¶Scriptura tempore contractus necessario interuenire non debet si sit ex illis actibus, qui sine scriptis celebrari possunt. in procem.tract.sub nu.17
scriptura de proprietate sermonis venit appellatione instrumenti in rubr.tract.nu.3
De communi tamen loquendi vsu secus.d.nu.3
scriptura priuata fidem faciens etiam de communi loquendi usu venit appellatione instrumenti.ibidem.
scripturæ publicæ sine dubio veniunt appellatione instrumenti. ibidem.
scripturæ archiuij veniunt appellatione instrumenti. ibidem.
scriptura priuata non exigit diem, neque locum. C.2.G.1.sub numero 4
scriptura authentica fit etiam ab alio quam à notario.C 4.G.19 sub num.1
scriptura authentica differt à publica.C.4.G 19.nu.2
scriptura an & qñ intelligatur exigi ad probationem an verò ad essentiam,vel validitatem contractus.C.30.G.3.sub num.20
scriptura publica vt instrumentum numquid veniat appellatione chirographi.C.33.G.16.nu.1
scripturæ licet plena fides adhibenda sit ex statuto tamen causa est semper in obligatione exprimenda.C.34.G.12.nu.1
scripturæ mentio si habeatur intelligitur de valida. C.36. G.5. sub num.1
¶Scutum vnde prius profectum,& quotuplex.C.30.G.7.nu.38
scuti simpliciter, & scuti auri, & scuti auri in auro differunt, & quomodo.C 30.G.8.nu.1
scuti.Si de scutis auri in auro sit conuentum solutio debet fieri de ipsis scutis,etiam si auctus sit illorum valor.C.30.G.8.n.2
scuti auri si sunt promissi tenetur promissor soluere in auro, & non in monetis.C.34.G.1.nu.2
¶Secundus actus spontaneus purgat vitium primæ coactionis. Rep.nu.318
¶Secularitas viæ specialiter ad Principem pertinet, fundus ad municipes,iurisdictio ad eum,cui castrum fuit concessum. C. 20.G.26.sub nu.5
¶Segetes incisæ, vel alia à solo separata non veniunt in venditione fundi.C.26.G.13.nu.10
¶Sella, frænum,& alia ornamenta, quæ habebat equus tempore venditionis, vel per duos dies ante an veniant in venditione ipsius equi.C.26.G.13.nu.52
¶Sensus sapientis qualiter intelligendus.C.42.G.9. sub nu.3
Vide etiam in verbis.Contractus, Fideiussor,& Venditor.
¶Sententia prætextu nouorum instrumentorum, & testium rescindi potest.in rubr.tract.sub nu.2
sententia diffinitiua alio in loco quam in loco iudicij partibus consentientibus ferri potest. C.10.G.7.nu.4
sententia lata cõtra fideiussorem numquid executioni mitti possit si creditor non exhibeat ipsi fideiussori soluere volenti instrumentum obligationis principalis.C.40.G.4.sub nu.8
sententiæ latæ contra principalem executio numquid fieri possit contra fideiussorem C.43.G.8.nu.1
sententia lata contra fideiussorem, quæ contra eum executioni mittitur,numquid ad eius instantiam possit mitti executioni contra reum sine alio processu.C.43.G.8.nu.2
sententia sustinetur ex causa vera licet etiam falsa sit expressa. Rep.num.56
sententia nulla potest per partes confirmari,& valet ut pactum. Rep.num.321
sententia declaratoria opus est quando ipse iure pœna irrogatur.Rep.nu.549 & 659
Vide alia in verbo, Declaratoria.
¶Separatorum separata debet esse ratio.Rep.nu.3.& nu.195
¶Sepes veniunt in venditione fundi venditi à sepibus vsque ad sæpes.C.20.G.26.sub nu.6
¶Sepulcro vendito veniunt loca pura adiacentia intra maceriem nisi sint reseruata.C.26.G.13.nu 55
¶Seræ,claues,& claustra domus,p quæ clauditur domus vel aliqua eius pars veniunt in venditione domus.C.26.G.13.n.19
¶Sermo generalis non includit personam loquentis.C.10.G.16 sub nu.4.C.15.G.1.nu.6.C.27.G.18.sub nu.1
¶Seruat malè ius,qui in totum eneruat.C.14.G.2.sub nu.3
¶Seruiana actio.vide suprà Actio Seruiana.
¶Seruitus personalis non transit ad hæredes, veluti vsufructus. C.17.G.5.sub nu.1
seruitus personalis quænam sit,& quænam realis.C.23.G.1.n.2
seruitus non debetur nisi conuentum sit ab initio ut una res alteri seruat. C.23.G. 1.sub numero 4
seruitus realis ad hoc ut constituatur nullum alienum prædium debet esse intermedium.C.23.G.2.nu.1
seruitus realis ad hoc ut reseruetur cautus esse debet contrahens,aliquando enim putant reseruatum esse ius reale, & factum est pactum personale.C.23.G.3.nu.1
seruitus realis quando censeatur inducta, & quando personalis remissiuè.d nu.3
seruitus inducitur pactionibus & stipulationibus.C.23.G.3. nu.3
seruitutis reseruatio an sufficiat si generaliter sit concepta,an verò certa & specifica esse debeat.C 24.G.3.nu.1
seruitutis reseruatio facta à venditore timente ne seruitus deberetur vicino,non autem quod sciret re uera deberi non præiudicat emptori C.24.G.3.nu.2
seruitus vrbana non exigit vicinitatem immediatam sicut rustica.C.24.G 4.nu.2
seruitus fundo imposita venit cum re absque eo quod exprimatur.C.25.G.1.nu.1
seruitutem emere bonum est una cum fundo, quia venditor tenetur de euictione,& potest agi ad rescissionem contractus. C.25.G.1.nu.4
seruitus videtur de cohærentijs rei C.26.G.3.nu. 3
Vide aliqua etiam in verbis,Socius,Vendens,& Venditor.
¶Seruitus ne luminibus.vide in verbo, Lumina.
¶Seruitus oneris ferendi.uide in uerbo,Oneris ferẽdi seruitus.
¶Seruitus ne prospectui.in uerbo, Prospectus.
¶Seruitus tigni iniuncti.in uerbo,Tigni iniuncti seruitus.
¶Seruitus uiæ.in uerbo,Viæ seruitus.
¶Seruius Romanorum rex primus fuit etiam primus pecuniæ signator.C.30.G.7.sub nu.15
¶Seruus non potest esse testis in testamento.C.2.G.2.nu.15
Declara tamen quo ad alios actus ut per Auctorem. ibidem.
seruo uendito non uenit peculium.C.26.G.13.nu.54
Vide etiam aliqua in uerbis,Fideiussor,& Venditio.
¶Sestertium argenteum quid apud antiquos ualeret.C.30. G. 7.nu.26.in fine.
¶Sestertius nummus cur sic dictus.C.30.G.7.sub nu.26
¶Seu,dictio,aliquando stat ampliatiuè.C.26.G.6.nu.7
¶Sextarius continet heminas duas.C.20.G 19.nu.2
sextarij sexdecim conficiunt modium unum.C.20.G.19.num.1
sextarius apud antiquos erat decima sexta pars modij,apud Ferrarienses uigesima. C.20.G.20.nu.1
sextarius continet quattuor quartas.d.nu.1
¶Sexus mulierum fragilis est.Rep.nu.81
¶Sigilla ueniunt in uenditione domus.C.26.G.13.nu.24
sigilla quænam sint contra Glossam.C.26.G.13 nu.25
Signatura Papæ non potest supplere defectum mandati etiam in iudicialibus,etiam refectis expensis. C.5.G.3.sub nu 1
¶Signum notarij in instrumento de iure est apponendum, licet alij contrarium teneant.in procem.tract.nu 13
Est certè utile,& honestum apponere.ibidem.
signum notarij apponere est leuis solemnitas, & ideo eius omissio non uitiat.d.nu.13
signum notarij in protocollo non est necessario apponendum. ibidem.
signo notarij omisso uitiatur instrumentum licet esset leuis solemnitas.ibidem.
Et esset difficile in practica obtinere sententiam pro ualiditate instrumenti.ibidem.
Nec est leuis solemnitas. ibidem.
Et expressè cautum est statuto Ferrariæ.ibidem.
¶Sillaba non debet esse superflua in cõtractibus.C.20.G.17.n.4
sillaba non debet superfluè apponi.Rep.nu.247
¶Silua uendita non ueniunt arbores incisæ.C.20.G.6. nu.6.C. 26.G.13.num.11
silua duplex alia cędua,alia pascua.C.20.G.34.nu.1
silua quomodo differat à foresta,nemore,barco,luco,& saltu,& de singulis istis aliqua.C.20.G.34.nu.2
silua uendita glans quę ceciderat non uenit in uenditione nisi omnes siluę fructus uenditi essent.C.26.G.13.sub nu.11
silua cędua uenit in reseruatione fructuum omnium facta per uenditorem fundi.ibidem.
¶Simile quid sit,& plura de simili remissiuè.C.4.G.33 nu.2
similia dicuntur quorum una est qualitas.C.21.G.14. sub nu.8
simile.Nullum simile est idem.C.27.G.12.sub nu.1
¶Similitudo describitur C.4.G.33 nu. 1
similitudo regulariter significatur per dictionem,alius,licet aliquando

quādo improprietur.C.27.G.12.nu.1.& C.27.G.19.sub n.1
¶Simonia non committitur per canonicum nouiter receptum sponte aliquid soluentem, etiam quod statutum ipsum arcta ret ad tale quid soluendum. Rep.nu.297
¶Simplicium actionum nominatione an comprehendantur etiam mixtæ remissiuè C.27.G.11.nu.3
¶Simplicitas grosso modo proferendi nō obest.C.20.G.12.n.3
¶Sindicus non potest facere vniuersitatem incidere in pœnam contraueniendo.Rep. nu.189
¶Singula,dictio,importat diuisionem, & disiunctionem capitulorum.C.4.G.3.sub nu.1
¶Singularis successor an teneatur ad pœnas l.si quis maior.Repet.num.798
Sed vide de hac dictione in verbo Successor.
singuli de vniuersitate in quo delinquunt puniri possunt. Rep. num.183
singuli de vniuersitate non obligantur contrahendo nomine uniuersitatis. Rep.nu.186
Et propterea singulis impunè licet contrauenire.Rep.num.187 & 188
singulis annis si sit facienda solutio debet fieri in principio anni, secus autem si dictum sit quolibet anno secundum glossam, sed malè.C.41.G.3.nu.3
¶Si qua dictio est propria mulieris.Rep. nu.79
¶Si quis,dictio,an comprehendat fœminam vide articulum late disputatum in Rep.nu.73.usque ad fin.quest.
si quis,dictio,est vtroque generi communis.Rep.nu.102
si quis,dictio, in lege apposita an & quando comprehendat vniuersitatem.Rep.nu.144.151.154.& 173
si quis dictio personam veram non fictam comprehendit. Rep. num.145
¶Sithocomiæ magistratus qui nam dicatur.C.21.G.8.sub nu.2
¶Situla ad hauriendum aquam venit in venditione domus. C.19.G.11.num.1
¶Socius inuito altero socio societati renunciare non potest. C.15.G.2.sub nu.20
socius numquid gaudeat priuilegio immunitatis alteri socio concessæ.C.22.G.1.sub nu.6
socius non gaudet priuilegio consocij in materia diuidua. dicto numero 6
socij diuidentes res communes cauere debent vt sibi reseruent ius eundi ad suas res per partem consocij, quia alias non possent vti uia,qua vtebantur tēpore cōmunionis.C.23.G.1.n.4
¶Solarium in instrumento notarij non secundum propriam significationem accipitur, sed secundum quod vulgares accipiunt.C.19 G.6.nu.1
solarium de sui propria significatione vectigal illud, significat, quod solo penditur,vel soluitur,& pro suppellectile, vel alijs rebus ad commeandum necessarijs.C.19 G.6. nu.2
solarium pro loco accipitur aliquando in quo horæ ad solē denotantur,veruta seu pinula umbram faciente.C.19.G.6.nu 3
Vide etiam in uerbo,Domus.
¶Solemnitas leuis non uitiat actum licet sit omissa. in procem. tract.sub nu.4
solemnitatis ex sola consuetudine inductæ omissio uitiat actum.in procem.tract.sub nu.5
solemnitas leuis est,quæ nulla ratione munitur. ibidem.
solemnitatis etiam leuis omissio uitiat actum. ibidem.
sed uide etiam infra in contrarium sub d.nu.5
solemnitas leuis illa est,quæ multum non potest obstare.d.nu.5
solemnitas dicitur leuis quando facti substantiam non immutat. ibidem.
solemnitas modica,& leuis dicitur cuius omissio est modici,uel nullius præiudicij. ibidem.
solemnitas leuis in dubio non præsumitur de forma.ibidem.
Et hoc etiam in dubio procedit in omni solemnitate.ibidem.
solemnitas extrinseca nō presumit.in procem.tract.n 16. in fi.
solemnitas est quidquid precipuum requiritur ultra cōsensum, & quidquid adijcitur formę iurisgentium.C.4.G.29.num.1
solemnitas est facere aliquem solemnem actum secundum formam iuris, & est quid diuersum, & differt à substantia, & à forma.d.nu.1
solemnitas,substantia,forma,& materia differūt.C.4.G.29.n.2
solemnitas duplex instrumenti,& contractus.C.4.G.29.num.4
solemnitas intrinseca,& extrinseca.C.4.G.29.nu.7
solemnitas alia grauis,& magna alia leuis.C.4.G.29. nu.8
solemnitas eadem requiritur in mutatione,& additione actus, quæ requiritur in ipsa celebratione,secus in declaratione. C.4.G.29.num.9
solemnitas non præsumitur per lapsum longi temporis quando agitur de tertij præiudicio.C.5.G.4.sub nu.1
solemnitatis præsumptio militat pro instro.C.7.G.19.sub nu.1
solemnitates à statuto requisitæ numquid præsumantur interuenisse stante temporis diuturnitate.C.7. G.19. numero 42. in fine.
solemnitas ad vnguem est seruanda in contractibus minorum à statuto præscripta,nec sufficit per æquipollens impleri. C.10 G.3.num.2
¶Solidus idem quod aureus.C.30.G.7.nu.30
solidus & numisma an idem essent.d.nu.30
solidi cur sic appellati.C.30.G.7.nu.31
solidus libras viginti æris valebat.C.30.G.7.nu.32
solidi quinque constituebant libram argenti.C.30.G.7.numero 33.& 34
solidus in instrumentis accipitur pro paruo solido monetæ usualis non pro aureo.C 30.G.9.nu.1
Et ita accipitur solidus in iure canonico.ibidem.
solidus in statutis, & in hominis dispositione intelligitur de minutis.C.30.G.9.nu.2
solidus ex quot denarijs constet. C.30.G.9. nu.3
¶Solitum quid dicatur,& in quot vicibus verificetur,& quid de consueto.C.21.G.12.nu.1
¶Solitus verbum verificatur in vna vice.C.4.G.34. nu.1
solitus aliquid facere vt quis dicatur plures actus exiguntur,nec vnus sufficit. C.21.G.12.nu.2
¶Soluere obligatus triennio certam summam singulo anno ratam soluere debet.C.41.G.3.sub nu.5
soluere promittens annis,mensibus,vel diebus de duobus proximis intelligitur.d.nu.5
sicut etiam si promisisset soluere in diebus illis nisi ioco sè esset dictum.ibidem.
soluere pecuniam promittens tenetur soluere numeratam licet expresè non sit dictum.C.41.G.5.num.1
¶Soluens nulla adhibita coactione si sciebat se posse cogi dicitur inuitus soluisse.Rep.nu.300
soluens ad edictum tyranni excusatur.Rep.nu.301
soluens ad iussum iudicis minori sine curatore liberatur.Repet. num.458
Vide etiam in verbo Clausula dantibus & soluentibus,& in uerbo Numeratio.
¶Solutio est facienda secundum æstimationem,& valorem monetæ currentem tempore contractus,nisi tamen aliud sit conuentum.C.30.G.9 nu.8
solutio realis numquid præsumatur facta ex verbis habuit,& recepit in instrumento appositis.C.31.G.5.nu.2
solutio probatur si notarius loquatur per gerundium dando & numerando.C.31.G.5.nu.3
solutio prę̄sumitur facta tempore contractus,uel factę confessionis.C.31.G.6.nu.1
solutio non probatur per instrumentum,in quo dicitur solutionem factam fuisse, sed non tempore celebrationis instrumenti,sed alio,& ratio.C.31.G.6.nu.2
solutionem facere nūquid dicatur is qui delegat.C.33.G.4. n.9
solutio facta censetur si dictum sit in instrumento quod creditor habuit,& recepit.C.34.G.5.num.2
solutio vera,& naturalis intelligitur facta nō ficta,& impropria, si in instrumento sit dictum solutam fuisse pecuniam,secus autem si absque uoce pecuniam.C.34.G.5.nu.4.& 5
solutionis uerbum comprehendit omnem liberationem.d nu.4
solutio,& liberatio quomodo differant.C.35.G.1.nu.3
solutio si sit facta non est locus acceptilationi.C.35.G.10. n.12
solutionis appellatione numquid ueniat acceptilatio in statutis. C.35.G.10.nu.14
solutione facta debitor petere potest statim ut cancelletur instrumentum de originali.C.36.G.1.nu.3
solutio est facienda in fine anni si dictum sit quolibet anno secus si dictum sit singulis annis secundum Glossam & malè.C.41.G.3.num.4
solutio numquid in principio sit faciēda si promissio facta est de soluendo vsque ad pascha,uel nundinas.C.41.G.3. sub nu.4
solutio facienda est in tribus terminis iuxta conuenta de quibus terminis intelligatur an de tribus annis.C.41.G.3. nu.5
solutio absque alio,si nil dictum sit,regulariter in contractus loco est facienda.C.41.G.4.nu.1

ſolutio ſi non ſit facta loco conuento actio arbitraria competit qua iudex arbitratur alteram partem in plus, vel minus teneri quam ſit ſumma promiſſa.C.41.G.4.nu.3.in fine.
ſolutione certo loco promiſſa debitor nõ põt inuito ſtipulatore alibi ſoluere niſi ſoluat ẽt itereſſe reſpectu loci.C.41.G.4 n.4
ſolutione pluribus in locis deſtinata quo loco ſoluendum ſit. C.41.G.4.num.5
ſolutionis locus numquid ſit in libello exprimendus.C.41.G.4 ſub num.6
ſolutionis in alio loco faciendæ deſtinatio numquid poſſit fieri etiam ex interuallo poſt contractum.d.nu.6
ſolutionis locus tacitè aliquando deſtinatur incipiendo puillam in vno loco facere.ibidem.
ſolutio ſi eſt deſtinata in vno loco,& dies ſolutioni præfixa licet reus ſtatuta die non fuerit in loco illo, ſi tñ actor non acceſſiſſe illuc etiam probetur,non incurrit debitor moram.ibidem.
Limita tamen vt per Auctorem.ibidem.
ſolutio rei non cenſetur in dubio in aliquo loco certo deſtinata ſi eſt facienda in genere,ſecus ſi in ſpecie.C.41.G.4.nu.9
ſolutione deſtinata in aliquo loco creditum ibi eſſe cenſetur & in eo ſtatuta,& conſuetudines illius loci ſunt ſeruanda.C.41.G.4.nu 10
Vide etiam aliqua in verbis. Aurei, Cautela, Creditor, Debitor,Emens,Fideiuſſio, Liberatio, Promittens, Procurator, Scuti,Tempus,& Terminus.
¶Solutum tamquam indebitum repetitur ſi in inſtrumento ad quod facta fuit relatio aliter conſtet,quam aſſereretur ut fieret ſolutio.C.34.G.13. nu.1
ſolutum indebite dicitur quod poſt factam acceptilationem ſolutum eſt,& ideo repeti poteſt.C.35.G.10.nu.16
¶Sorores tertij ordinis Sancti Franciſci numquid contrahere poſſint ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs.C.7.G.19.nu.15
ſorores tertij ordinis an ſint laicæ,an religioſæ perſonæ.d.n.15
ſoror in monaſterio exiſtens adhuc tamen non profeſſa tenetur ſeruare ſolemnitates à ſtatuto præſcriptas.C.7.G.19. nu.16
Vide etiam in verbo Moniales.
¶Species remouetur ab eo, à quo remouetur & naturalis effectus.C.15.G.3.ſub nu.4
ſpecies quid ſit.C.21.G.14. nu.1
ſpecies quandoque pro qualitate accipitur.C.21.G.14.nu.4
ſpecies diuerſimode accipitur ſicuti etiam genus C.41.G.5.n.2
¶Spectare,& pertinere verba ſunt eiuſdem ſignificationis. C.26 G.13.num.1
ſpectantibus ac pertinentibus verba an idem importent ac ſi dictum eſſet cum pertinentijs C.26.G.13.nu.2
¶Speculator corruptus.C.26.G.9.nu.3
ſpeculatoris practica circa pactum de nõ mouendo cõtrouerſiã præponitur practicę notariorũ Ferrarienſium.C.35.G.8.n.1
¶Specularia numquid veniant in venditione domus. C.26. G.13.num.28
ſpecularia quænam appellentur,& ſint contra Gloſſam, & Cæpollam.C.26.G.13 num.29
¶Spes futuræ actionis cedi poteſt.C.27.G.13 ſub nu.6
ſpes non dicitur illa, quæ non eſt fundata de præſenti. C.27.G.13.ſub nu.7
ſpes quid ſit.C.27.G.13.nu.8
ſpei futuræ,ſeu iuribus futuris renunciari põt.C.27.G.13.nu.9
¶Spinæ à nobis ita vulgo appellatæ ſunt illæ q̃ à Græcis appellãtur epiſtomia quidquid ſenſerit Gloſſator. C.26.G.13. n.23
¶Sponſaliorum cauſa ſi quid detur arra appellari poteſt. C.31. G.7.ſub nu.1.& vide ſub nu.3
¶Sponſor,& fideiuſſor differunt.C.39.G.1.nu.3
ſponſor quis dicatur.C.39.G.1.nu.5
¶Sponte verbum quid importet ſecundum Grammaticos, & quid ſecundum Legiſtas.C.11.G.1.nu.1
ſponte factum non videtur id ad quod quis cogi põt.Re. n.305
¶Spurius poteſt eſſe tabellio licet ſit infamis infamia facti in procem.tract.ſub nu.15
Minus tamen ei credendum eſt. ibidem.
Nec poteſt eſſe notarius ad aliquod officium puta ciuilium, uel criminalium cauſarum.ibidem.
¶Stabulum duplici modo accipitur pro diuerſorio ſeu hoſpitio quod nos tabernam vocamus, & pro ſeptis, quibus iumenta ſtabulantur.C.19.G.9.nu.1
ſtabulum ſecundum communem vſum loquendi nedum ſignificat locum ad recipiendos equos deſtinatum, ſed & ad recipienda ali a animalia.d.nu.1
ſtabulum aliquando venit appellatione domus C.19.G.9.nu.2
ſtabulum domui iunctum prædium vrbanum cenſetur non autem ruſticum.d nu.2
¶Statuæ baſibus ſtructilibus affixæ non veniunt in venditione domus.C.26.G.13 nu.40
¶Statutum tunc demum eſt de forma quando habet decretum annullatiuum ſecundum magis cõmunem.C.3.G.1.n.2.in fi.
ſtatuta veniunt hodiernis temporibus iuris appellatione non autem ius commune,& ratio.C.4 G.35.nu.2
ſtatuti ratio finalis colligitur ex pœmio ipſius.C.7.G.4.ſub n.1
ſtatutum unum non tollit diſpoſitionem alterius circa ſolemnitates.C.7.G 17.nu.2
ſtatutum pro forma cenſetur introductum quoties ſtatutum ipſum ipſo iure annullat actum.C.7 G.18.ſub nu.1
ſtatuta loci contractus ſeruari debent à forenſibus. C.7. G.19. ſub num.17
ſtatuti ſolemnitates numquid interueniſſe præſumantur ſtante temporis diuturnitate.C.7.G.19.nu.42.in fine.
ſtatutum generaliter loquens generaliter debet intelligi. C.15. G.2.ſub num.21
ſtatuta ſecundum ſuum proprium ſignificatum ſunt interpretanda. C.27.G.19.nu.6.in fine.
ſtatuta loci in quo eſt deſtinata ſolutio ſunt ſeruanda. C.41.G.4.num.10
ſtatutum non poteſt fingere in his, quæ ſunt facti, nec facere quod non factum ſit verè factum.Rep.nu.207
ſtatutum in caſu vero locum non habet in caſu ficto.Rep.n.208
ſtatutum in vno ex correlatiuis hẽt locum ẽt in alio. Rep.n.800
ſtatuta,vel conſuetudines Eccleſiæ ſeruare iurans poteſt à Papa contra formam ſtatuti præbendam impetrare ſi de iuramento fiat mentio.Rep.nu.383
ſtatutum deſcriptum inter ciuilia non cenſetur loqui in cauſis criminalibus.Rep.nu.233
ſtatutum poteſt audientiam denegare.C.7.G.19.ſub nu.6
Accuſatio.
ſtatuto ſi caueatur quod nomen patris accuſati exprimatur in libello accuſationis, & ſi non exprimitur nulla ſit accuſatio, ſi nomen patris fuerit expreſſum, ſed erroneè ſi de corpore conſtet accuſatio procedit.C.3.G.1.nu.6.in fine.
Agnati.
ſtatuto exigente conſenſum duorum agnatorum, ſi eos habuerit,alias duorum cognatorum, ſi vnus tantum extat agnatus, duo cognati non debent interuenire,ſed ille ſolus agnatus,& vnus cognatus.C.7.G.12.nu.1
ſtatutum ſi vocet agnatos ad ſucceſſionem ipſos pręponendo agnatis intelligetur etiam quod ipſos agnatos præponat cognatis in tutela.C.9.G.5.nu.2
Vide etiam in verbo Conſanguinei, & in verbo Mulier, infra.
Alienatio.
ſtatutum de alienatione loquens comprehendit etiam permutationem.C.30.G.13.nu.4
Arbitrium.
ſtatutum dans liberum arbitrium poteſtatibus qñ tendit in pręiudicium tertij intelligitur de arbitrio boni uiri Rep.nu.329
Quando autem dicatur tendere in pręiudicium tertij vide in d.Rep.nu.330
Attinentes.
ſtatutum exigens attinentes vt debeant iurare eſt ſeruandum. C.7.G.7.nu.4.in fine.
Audientia.
ſtatutum denegans audientiam non tollit quidem obligationem ſed ab agendo excludit.C.7.G.19.nu.6.in fine.
Auus.
ſtatutum quod auus paternus excludatur extante patruo non excludit auiam. Rep.nu.112
Banniti.
ſtatutum quod filij bannitorum non poſſint habitare in ciuitate non comprehendit filias fœminas.Rep.nu.109
ſtatutum quod viri bannitarum expellantur non comprehendit vxores bannitorum.Rep.nu.110
Bononia.
ſtatuto Bononiæ cautum eſt quod vicinus teneatur rem ſuam alteri vicino vendere.C.20.G.42.nu.3
ſtatutum Bononię declaratum C.30.G.3.nu.20
Ceſſio.
ſtatuto prohibente ceſſionem valere ſtandum eſt, & ſi fiat non valebit.C.29.G.11.nu.6

Comparatio.

I N D E X.

Comparatio.

Statutum de comparatione loquens non comprehendit permutationem. C.30.G.13.num.3

Compra.

Sicut nec si de compra loquatur. ibidem.

Compromissum.

Statutum simpliciter iubens compromitti non facit actum necessarium respectu partis petentis. Rep.nu.307

statutum iubens fieri compromissum intelligitur si petitum fuerit. Rep.num.308

Consanguinei.

Statutum exigens præsentiam consanguineorum in contractu et si nõ adsit decretũ annullatiuũ actus, nihilominus si actus sine tali præsentia sit celebratus non valebit. C.7.G.6.num.1

statuto stante quod sine uoluntate consanguineorum mulier non possit contrahere præsentia ipsorum cum taciturnitate non sufficit sed expresso consensu opus est. C.7.G.7.num.3

statutum quod absque consanguineorum licentia mulier contrahere nequeat quomodo intelligatur. C.7.G.7.nu.4

statutum quod absque consanguineorum consilio mulier contrahere non possit quomodo intelligatur. d.nu.4

statutum exigens scientiam consanguinei in mulieris contractu quomodo debeat intelligi. ibidem.

statutum si disponat sine consanguineorum parabola mulierem contrahere nõ posse intelligitur de auctoritate prestãda. ibid.

statutum requirens consanguineorum consensum in contractu mulieris licet non exprimat masculorum de masculis tamen intelligitur, & ratio. C.7.G.8.nu.1

statuto requirente consensum duorum consanguineorum in cõtractu mulieris proximiores adhiberi debent licet de proximioribus dictum non sit a statuto. C.7.G.9.nu.2

Et hoc de consuetudine seruatur, & non est tutum ab ea recedere. d.num.2

Licet contrarium tenuerint alij. ibidem.

Quorum opinio fortasse aliquo iure nititur. ibidem. in fine.

statuto stante qđ consanguineorũ cõsensus adhibeatur in cõtractu mulieris si ipsi consanguinei sint absentes an & qũ exspectandi nec ne sint, & quid agendum tali casu. C.7.G.10.nu.1

statuto stãte qđ cõsanguinei interueniant in cõtractu mulieris, si ipsi consanguinei recusent quid agendum. C.7.G.10.num.2

statuto stante quod consanguinei consentiant contractui mulieris, si consanguinei renitantur, & iudex non attentis iustis causis ab ipsis consanguineis allegatis procederet ad interpositionem decreti in contractu mulieris, agnati possunt appellare. C.7.G.10.num.3

statuto disponente consanguineos præstare debere consensum mulieri contrahere volenti consanguinei non sunt citandi nisi hoc expresse a statuto ipso cautum sit. C.7.G.10.num.4

Et si sint citati iuxta formam statuti ad interponendum consensum sunt exspectandi alias quod gereretur esset nullũ. d.nu.4

statuto requirente consensum duorum consanguineorum si unus tantum adest poterit nihilominus illo uno præsente actus celebrari. ibidem.

statuto reqrente consensũ cõsanguineorũ in cõtractu mulieris, si nulli extant, mulier poterit liberè cõtrahere. C.7.G.10.n.5

Tutius tamen erit si iudicem adhibeat. ibidem.

statuto requirente consensum consanguineorum in contractu mulieris numquid poterit consanguineus consensum suum in facto proprio, & ad sui vtilitatem præstare latè per Auctorem examinatur. C.7.G.11.nu.1.& 8

statuto requirenti consensum consanguineorum in contractu mulieris censetur satisfactum si consanguineus fideiubeat in contractu. C.7.G.11.num.5

statuto exigente consanguineorum, & matris consensum matre mortua, vel absente loco ipsius iudex vnà cum consanguineis consensum præstabit. C.7.G.12.nu.2

statuto requirente consanguineorum consensum si plures sunt consanguineo in eodem gradu, & duo tantum sufficiunt ex forma statuti tunc duo ex illis pluribus adhiberi possunt ad libitum contrahentis, licet alij electionem putauerint ad iudicem pertinere. C.7.G.12.num.3

statuto requirente consanguineorum consensum si vnus consentiat, & alius dissentiat res defertur ad iudicem, qui si viderit illum iniustè dissentire, poterit compellere ad consentiendum. C.7.G.12.nu.4

statuto requirente consanguineorum consensum, consanguinei non debent necessario esse maiores vigintiquinque annis, nisi expressè dicatur, sed sufficit quod sint adulti, discreti, & consilij capaces. C.7.G.14.nu.1

statuto requirente consanguineorum consensum, deficientibus consanguineis iudex poterit supplere. d.nu.1

statutum si exigat consanguineorum cõsensum in contractu mulieris qui sit bonæ vitæ, discretionis, & famæ nõ admittet consanguineum fœneratorem. C.7.G.15.nu.1.& declara ut ibi.

statuto reqrente consensũ consanguineorũ consanguineus bannitus non admittitur ad consentiendum. C.7.G.15.nume.2

Quod uenit intelligendum ut per Auctorem. ibidem.

statuto requirente consanguineorum consensum consanguineus furiosus non impedit quin mulier absque eius consensu liberè contrahere possit tutius tamen est subrogare alios si extant, vel decretum iudicis adhibere. d.nu.2. in fine.

statuto requirente consanguineorum consensum, consanguinei adsentiẽtes mulieri alienãti res, in qbus ipsi prætẽdunt hẽre aliqua iura debẽt protestari qđ reseruentur sibi iura sua alioquin per talem consensum sibi præiudicarent. C.7.G.16.nu.1

statuto exigente duorum consanguineorum consensum si quattuor, vel plures sunt adhibiti non per hoc vitiatur actus quidquid alij senserint. C.7.G.17.nu.1

statuto exigente consanguineorum consensum, consanguinei, qui sunt adhibiti, proximiores fuisse creditur, nisi contrarium probetur. C.7.G.19.num.1

Vide alia in verbis Consensus, Consilium, & Mulier infrà.

Consensus.

Statutum exigens consensum simpliciter non imponit necessitatem vt in actu præsentialiter adhibeatur, secus si præsentiam & consensum exigat. C.7.G.7.sub nu.2

statuto requirente consensum, non poterit talis consensus prestari per procuratorem, neque per nuntium, neque per epistolam. sub d.num.2

Vide tamen Auctorem declarantem. ibidem.

Cætera supplere poteris ex verbis, Consanguinei suprà proximè, & Mulier infrà.

Consilium.

Statutum quod absque consilio consanguineorum mulier contrahere non possit quomodo intelligatur. C.7.G.7.sub nu.4

statuto exigente consilium an tale consilium possit per litteras præstari. d.num.4

Contrahentes.

Statuto stante quod nomina contrahentium & patris, & aui eorum describantur in instrumento sufficiet nihilominus singulare, & elegans nomen, quod alias non reperiatur, exprimere nisi statutum pro forma sit introductum cum decreto annullatiuo. C.3.G.1.sub nu.2

Contractus.

Statutum de contractu loquens an habeat locum in distractu. C.30.G.12.sub num.9

Debitor.

Statutum disponens debitorem posse capi procedit etiam in eius hærede. C.12.G.4.sub num.2

Quidquid alij senserint. ibidem.

statuto permittente debitorẽ capi ad instantiã creditoris nũquid cessionarius poterit facere capi debitorẽ cessũ. C.29.G.10.n.2

Defensio.

Statutum prohibens defensionem non censetur prohibere per hoc ipsam negationem. C.29.G.8.sub nu.5

Domus.

Statutum puniens offendentem in domo non habet locum in offendente in porticu. C.19.G.9.sub nu.4

Donatio.

Statuto prohibente donationem in forensem, si forensi sit facta delegatio delegatus poterit opponere de nullitate delegationis. C.33.G.14.num.7

Emphyteuta.

Statutum quod emphyteuta, vel conductor non possit expelli etiam quantocumque tempore deficiens in solutione canonis, uel mercedis non procedit si sit iuratum per emphyteutam, vel conductorem de soluendo. Rep.nu.285

Emptio.

Statutũ loquens de emptione, & venditione habet locum et in contractu cessionis sub certo precio factæ. C.27.G.3.sub n.1

Exceptio.

Statutum excludens omnem exceptionem intelligitur etiam excludere beneficium Adriani. C.40.G.2.nu.16

statutum excludens exceptionem ac defensiones omnes non

censetur excludere beneficium cedendarum actionum. C. 40.G.4.num.8.in fine.

Executio.

Statuto stante quod contra executionem nihil possit opponi beneficium duorũ reorum locum non habet. C.40.G.5.num.5

Falsum.

Statutum infligens pœnã producenti falsa instrumenta non porrigitur ad producentem falsos testes in rubr. tract. sub nu.2

Ferraria.

Statutum Ferrariæ de indemnitatibus mulierum cur introductum. C.7.G.4.num.1.

statutum Ferrariæ de indemnitatibus mulierum fauorabile licet exorbitet a iure communi. C.7.G.4.nu.3

statutum Ferrariæ de indemnitatibus mulierum non est extendendum de casu ad casum. d. num.3

statutum Ferrariæ de indemnitatibus mulierum se ipsum declarat. C.7.G.5.num.1

statutum Ferrariæ quod non fiat alienatio rerum immobilium in forenses an sit fauorabile, an verò odiosum. C.18.G.2.n.2

statuto Ferrariæ cauetur vicinum compelli ad vendendum alteri vicino. C.20.G.42. sub nu.3

statutum Ferrariæ declaratum. C.29.G.1. sub nu.2

Fides.

Statuto licet disponatur plenam esse fidem scripturæ adhibendam causam, nihilominus exprimi debet in obligatione alias erit nulla. C.34.G.12.num.1

Florentia.

Statutum Florentiæ declaratum. C.29.G.1. sub nu.2.

Forensis.

Statutum de non alienando in forenses an sit fauorabile, an odiosum. C.18.G.2.num.2

statutum de non alienando in forenses an extendatur ad mulierem originariam extra territorium nuptam. C.18.G.2.nu.8

statuto prohibente donationem in forensem, si forensi sit facta delegatio delegatus poterit opponere de nullitate delegationis. C.33.G.14.num.7.

Gabella.

Statuto mandante quod soluatur gabella de precio, quo fuerit res vendita, quomodo intelligendum. C.30.G.12.nu.2

statutum loquens de gabellis numquid liget forenses. C.30.G.12. sub num.7

statutum mandans solui gabellam de quolibet contractu intelligitur de valido. C.30.G.12.nu.10

statutum mandans solui gabellam pro venditione an vindicet sibi locum in permutatione. C.30.G.13.nu.1

statutum mandans solui gabellam de quolibet contractu intelligitur de contractu dominij translatiuo. C.30.G.13.nume.8

statutum obligans ad solutionem gabellæ pro contractu non includit contractum diuisionis. C.30.G.13.nu.9

statuto disponente quod infrà octo dies debeat solui gabella si is, qui ex pacto debebat soluere non soluit, numquid alteri, qui soluere non tenebatur, vigore eiusdem pacti hoc nocebit. C.30.G.14. sub num.1

statutum mandans non soluentem gabellam non audiri debet intelligi tam in ecclesiastico, quam in sæculari foro. C.30.G.14.num.1.in fine.

statuto disponente quod certum quid soluatur pro gabella cuiuscumque contractus si venditio erit facta vnico precio pro pluribus rebus vnica gabella debetur secus si pluribus precijs. C.30.G.6.num.18

statuto annullante contractus non soluta gabella si sunt plures venditiones ratione plurium preciorum, & pro aliquibus sit soluta gabella pro aliquibus non, omnes non annullabuntur. C.30.G.6.numero 19

Impetratio.

Statuto mandante solemnitates quasdam seruari in impetratione præbendæ si quis iurauerat statuta, vel cõsuetudines ecclesiæ seruare poterit tamen a Papa contra formã statuti præbẽdam impetrare, si de iuramento fiat mentio. Rep. nume. 383

Instrumenta.

Statutum loquens de instrumentis testes non complectitur. in rubr. tract. sub num.2

statutum infligens pœnam producenti falsa instrumenta non porrigitur ad producentem falsos testes. ibidem.

statuto disponente instrumenti executionem committendam esse contra debitorem in eo descriptum, executio instrumenti, in quo dictum non fuit quod contrahens obligaret hæredes non poterit contra hæredes committi. C.12.G.4.nu.2

sed contrarium sensit Castrensis, & malè. ibidem.

Iuramentum.

Statuto disponente etiam si iuramentum interuenerit contractum non ualere si solemnitas per ipsum statutum proposita non seruetur, iuramentum præsumitur metu vel dolo extortum. C.7.G.19.num.6

Contrariam tamen opinionem alij sunt amplexati. d. nu.6

Et prior opinio vindicat sibi locum si sit verisimilis præsumptio doli, metus, vel simulationis. ibidem.

statutum exigens iuramentum attinentium est seruandam. C.7.G.7.num.4.in fine.

Licentia.

Statutum quod absque licentia consanguineorum mulier contrahere non possit quomodo intelligatur. C.7.G.7.num.4

Lumen.

Statutum quod nullus vadat sine lumine comprehendit mulierem. Rep. numero 99

Maior.

Statutum quod maior uiginti annis habeatur pro maiore uiginti quinque valet. Rep. nu.203

Etiam conditum ab vniuersitate. ibidem.

Et talis maior quantum ad omnia reputatur maior. Rep. n.204

statutum loquens in maiore habet locum in eo, qui veniam ætatis impetrauit. Rep. nu.203 in fine.

Maritus.

Statuto disponente uxorem sine mariti consensu testari non posse maritus institui poterit in illo ipso testamento cui suum præstat consensum. C.7.G.11.nu.3. & 9

Vide etiam infra in verbo Mulier.

Mater.

Statuto exigente matris, & consanguineorum consensum matre absente, vel mortua loco ipsius iudex vna cum consanguineis consensum præstabit. C.7.G.12.nu.2

Minor.

Statutum de minorum, & statutum de mulierum contractibus fraternizant. C.10.G.3.nu.4

statuto in minoris contractu iudicis decretum, & auctoritatem exigẽte, & qđ simul se informet de cõtractu, nũquid in instrumento sit ponẽdum quod se informauit, an verò sufficiat dicere qđ auctoritatem, & consensum suum interposuit. C.10.G.16.nu.1

statutum in minorum contractibus solemnitates exigens locum sibi non vindicat minore per iuramentum asserente se maiorem. C.10.G.16.nu.4.in fine.

Mulier.

Statutum in mulierum contractibus solemnitates exigens introductum est ne mulieres decipiantur. C.7.G.4.nu.1

statutum de mulierum contractibus fauorabile licet exorbitet a iure communi. C.7.G.4.nu.3

Non est tamen extendendum de casu ad casum. ibidem.

statutum prohibẽs mulierẽ contrahere sine quibusdam solẽnitatibus nũquid hẽat locũ extra territoriũ statuẽtiũ, articulus latè discussus, & suis declarationibus exornatus. C.7.G.12.n.17

statutum quod mulier non possit contrahere sine certis solemnitatibus numquid locum habeat in contractu dotis variæ sunt opiniones de quibus vide latè per Auctorem, qui tandem distinguit. C.7.G.19.nu.19. & 20

statutum qđ mulier non possit testari sine cõsensu viri valet nisi sit factum in odiũ particularis personæ. C.7.G.19. sub nu.22

statutũ qđ mulier nõ possit se sine solẽnitatibus obligare nõ habet locum in delicto, uel quasi mulieris. C.7.G.19. sub nu.39

statuto in mulieris contractu consanguineorum consensu requirente numquid talis consensus interuenisse censebitur stante temporis diuturnitate. C.7.G.19. sub nu.42

statutum de mulierum, & statutum de minorum contractibus fraternizant. C.10.G.3.nu.4

statutum prohibens mulieres contrahere intelligitur de contractibus damnosis non de utilibus. Rep. nu.794

Alia uide supra in verbo Consanguineus, & in uerbo Mulier.

Nomina.

Statutum quod nomen patris accusati &c. vide suprà in hac ipsa dictione statutum, in uerbo, Accusatio.

statuto stante quod nomina contrahentium. vide supra in hac dictione statutum, in uerbo, Contrahentes.

Pater.

Statutum si requirat licentiam patris in contractu filij, pater poterit dare licentiam filio sibi renunciandi etiam si requireretur

retur expressus consensus. C.7.G.11.nu.4.& uide sub num.8
statuto stante quod filius contrahere nequeat sine consensu & licentia patris si pater,& filius simul obligentur in eodẽ instrumento censetur pater concedere licentiã filio. C.7.G.11.n.6
statuto requirente licentiam patris in contractu filij,pater poterit consentire filio sibi mortis causa donanti. C.7.G.11.nu.7.& uide sub nu.8.& seqq.
statuto requirente patris cõsensum in contractu filij pater filio se obligare volenti ut eum a carceribus liberet consentire non poterit. C.7.G.11.nu.9

Patruus.

Statutum quod extante patruo auus paternus excludatur non excludit auiam. Rep.nu.112

Permutatio.

Statutum de permutatione loquens an comprehendat venditionem,uel econtrà. C.30.G.13 nu.2

Præbenda.

Statuto stante quod præbenda impetretur vide supra in hac dictione statutum, in verbo, Impetratio.

Præsentia

Statutum exigens præsentiam consanguineorũ in contractu et si non adsit decretum annullatiuũ actus, nihilominus si actus sine tali præsentia sit celebratus non ualebit. C.7.G.6.nu.1
statutum exigens præsentiam, & consensum imponit necessitatem ut in actu præsentialiter consensus adhibeatur secus si consensum simpliciter requirat. C.7.G.7.sub nu.2

Pratum.

Statutum puniens damnificantes prata non extenditur ad damnificantes arbores in pratis positas. C.20.G.7.num.7

Precium.

Statutum de precio mentionem faciens in dubio de venditione tantum loqui præsumitur. C.30.G.13.nu.7

Procurator

Statutum loquens in procuratore non intelligitur de procuratore in rem suam. C.29.G.1.nu.2

Propinqui.

Statutum exigens propinquorum consensum maritum & affines non admittit. C.7.G.12.nu.5

Scientia.

Statutum exigens scientiam consanguinei in mulieris contractu quomodo debeat intelligi. C.7.G.7.sub nu.4

Scriptura.

Statutum licet disponat scripturæ plenam esse fidem adhibendam obligatio nihilominus erit nulla si in ea causa non exprimatur. C.34.G.12.nu.1

Solidus.

Statutũ de solidis loquẽs dẽt intelligi de minutis. C.30.G.9.n.2

Solutio.

Statutum de solutione loquens numquid comprehendat acceptilationem. C.35.G.10.nu.14

Strata.

Statutũ duplicans pœnã pro delicto cõmisso in strata,si dicatur delictũ esse cõmissum in via,locũ nõ habebit. C.19.G.16.n.2

Testes.

Statutum testes non comprehendit. vide suprà sub hac ipsa uoce. Statutum,in verbis Falsitas,& Instrumenta.

Venditio.

Statutum de venditione loquens habet etiam locum in contractu cessionis sub certo precio factæ. C.27.G.3.sub nume.1
statutum de uenditione loquens an uendicet sibi locum in permutatione. C.30.G.13.nu.1
statutum de venditionis contractu disponens an habeat locum in datione in solutum. C.30.G.13.nu.5
statutum tractans de uenditione comprehendit contractus onerosos. C.30.G.13.nu.6

Vicinus.

Statuto cauetur in pluribus locis quod vicinus teneatur uendere rem suam alteri vicino. C.20.G.42.nu.3

Violentia.

Statutum puniens violentiam cum armis uel sine comprehendit mulierem. Rep.num.100
¶Sterquiliniũ,seu fimus,siue letã uenit in fundi uẽditione,si cõparatũ sit stercorãdi agri causa,secus si vẽdendi. C.26.G.13.n.6
¶Stilus diuersus,& uaria consuetudo probari potest ex paucioribus instrumentis ostensis. C.1.G.4.nu.8
stilus quid sit,& quotupliciter dicatur. C.4.G.36.nu.1
stilus vnde dictus. C.4.G.36.nu.2
stilus ex actibus iudiciarijs inducitur, nec opus est quod pro ipso iudicatum sit. C.4.G.36.nu.3
stilus probatur per duos testes. C.4.G.36.nu.4
stilus ad hoc ut probetur iudex ex se debet notarios,& alias personas in foro uersantes super ipso interrogare d.nu.4. vbi declarat Auctor
stilus curiæ seruandus est, quia habetur pro lege, & pro forma etiam si sit contra ius. C.4.G.36.nu.5
stilus. Contra stilum gesta non valent,& sunt nulla. d.nu.5
stilus. Contra stilum dicta, & gesta falsi præsumptione non carent. ibidem
stilus Principis tantũ ualet quantũ consuetudo vniuersitatis,secus in stilo iudicis nõ habentis auctoritatẽ legis cõdendæ. d.nu.5
stilus irrationabilis, & contra ius commune debet restringi. ibidem. in fine.
stilus contrario usu tollitur. C.4 G.36.nu.6
stilus uariabilis est,& varietatem recipit ex tempore. C.4.G.36.sub numero 6
stilus consistit potius in facto,quam in iure. sub d.nu.6
stilus quando est varius magis statur iuri scripto, quod declaratur per Auctorem. sub eodem nu.6
stilus curiæ si sit contrarius consuetudini ciuitatis stilo tamquam speciali cedere debet consuetudo tamquam generalis. d.nume.6.in fine
stilus,& consuetudo pro vno & eodẽ ponuntur. C.4.G.37.nu.1
Alia habebis in verbis Instrumentum, Iudex, & Notarius.
¶Stipulari pro legere,& publicare. C.18.G.5.sub nu.14
¶Stipulatio celebrata intelligitur si fiat promissio præcedere interrogatione. C.4.G.16.nu.3
stipulatio in contractu de iure valido addi põt. C.12.G.1.n.1.in fine.
stipulatio omnis & ad heredes,& contra hæredes transit. C.17.G.5.sub numero 1
stipulatio non significatur per verbum conuenire, sed simplex dumtaxat pactum. C.30.G.2.nu.9
stipulatio quid sit,& unde dicta. C.33.G.5.nu.2
stipulatio olim uerba quædam solemnia exigebat, hodie uerò quibuscumque verbis concipi potest. C.33.G.5.nu.3
stipulatio necessario exigit verba. d.nu.3
stipulatio rectè fit etiam si alter Græca, alter latina lingua loquatur. ibidem.
stipulatione in conficienda cur præcedere debeat interrogatio. d.nu.3.in fine.
stipulatio ius acquirit absenti in tantum ut reuocatio fieri nequeat solã voluntate promittentis. C.33.G.6.nu.1
Declarat tamen,ac distinguit Auctor. ibidem.
stipulatio quare actionem parit. Rep.nu.575.590.& 591.
stipulatio actionem ipso iure perimit. Rep.nu.534
stipulationẽ veteres subiectæ pœnę addere solebant. Rep.n.586
Cætera huc pertinentia habere poteris in uerbis Absens, Gabella,Notarius,& Promittere.
¶Stipulatio aquiliana. vide in uerbo Aquiliana stipulatio.
¶Storea est straguli genus quod aliquando teges nominatur. C.20.G.12.num.1
¶Stramen,seu stramenta veniunt in uenditione fundi. C.26.G.13. sub numero 6
stramen quid sit,& quid stramenta. ibidem.
¶Strata differt a uia,est enim strata uia mattonata lapidibus uiuis,vel coctis. C.19.G.16.nu.1
stratæ appellatione non venit via in statutis. C.19.G.16.num.2
strata est uox barbara. C.19.G.16.sub nu.3
strata publica, seu locus ad hoc ut dicatur an sufficiat quod publicè per aliquem locum eatur. C.19 G.16.nu.5
strata quæ tendit ad plateam retinet nomen stratæ quousque intrauenit plateam ipsam,sed postquam est illam ingressa desinit esse strata,& stratæ nomen amittit. C.19.G.16.num.6
stratam uel uiam iuxtà domum suam quilibet purgare tenetur. C.19.G.16.nu.7
¶Subhastationis solemnitas adhibenda in alienatione rerum minoris quomodo describenda. C.10.G.2.nu.7.in fine.
¶Substantia rerum non mutatur per uerborum multiplicationem non necessariam. C.4.G.3.nu.3
substãtia est qd diuersũ,& differt a solẽnitate. C.4.G.29.sub n.1
substantia,forma,solemnitas,& materia differũt. C.4.G.29.n.2
substantia quid sit generaliter, & quando quid dicatur de substantia. C.4.G.29.num.3
¶Substantialia omnino sunt exprimenda, & omissa uitiant. in procem.tract.sub nu.5

¶Successor singularis non tenetur stare colono nisi sit apposita clausula, saluo iure coloni, C.15.G.2.nu.4
successor singularis non tenetur stare colono. C.15.G.2.num.3
successor singularis, vel emptor offerens interesse, & pœnam conductori tollit eius hypothecam. C.15.G.2.nu.10
Quod tamen est controuersum. C.15.G.2.nu.11
successor singularis non tollit hypothecam conductoris per oblationem interesse, & pœnæ si sit appositum iuramentum in instrumento tunc enim conductor potest insistere rei locatæ. C.15.G.2.nu.12
successor singularis conductorem expellere non refectis ipsi utilibus vel necessarijs expensis per eum factis. C.15.G.2.nu.13
successor singularis tenetur stare colono si ita conuentum & ab ipso promissum. C.15.G.2.nu.14
successor singularis an possit expellere colonum partiarium. C.15.G.2.num.20
successor singularis partiarium colonum expellere nequit elapso tempore à statuto præscripto ad dandam licentiam talibus colonis. C.15.G.2.nu.21
successor singularis non potest conductorem expellere, si locator pactus fuit de non alienando rem pendente locatione, & ideo obligauit specialiter rem locatam. C.15.G.2.nu.22
successor singularis numquid possit expellere conductorem cui locator fecit pactum de non alienando, & se generaliter tantum obligauit specialem autem rei locatæ hypothecam non apposuit. C.15.G.2.nu.24
successori singulari, vel emptori non tenetur stare colonus. C.15.G.2.num.25
Limita tamen vt per Auctorem. ibidem.
successor singularis non comprehenditur in concessione immunitatis facta alicui pro se, & hæredibus, & successoribus, nisi sit dictum pro quibuscumque successoribus. C.21.G.4.nu.4
successor singularis non gaudet priuilegio fisci. C.21.G.24.nu.1
successor singularis an & quando gaudeat immunitate. d. nu.1
successoris appellatione in dubio vniuersalis non singularis comprehenditur. C.21.G.25.nu.1
successor singularis gaudet immunitate si sit concessa pro hæredibus & successoribus. d.nu.1
Quod intellige vt per Auctorem. d.C.21.d.G.25.nu.2
successor singularis in dispositione comprehensus intelligitur si dictum sit de ijs, qui ab eo causam habent, vel quibus dederit. C.21.G.25 nu.3
successor numquid dêat cōfirmare priuilegium à prædecessore cōcessum, & si nō cōfirmet nūquid annulletur. C.22.G.1.n.2
successores vniuersales tenentur seruare pacta personalia, sed non singulares. C.23.G.3.nu.1.in fine
successor singularis non gaudet priuilegio pacti personalis nisi sit facta cessio. C.25.G.1.nu.3
successor singularis non fruitur personalibus actionibus, quæ fundum non sequuntur. C.27.G.8.nu.7
¶Sui, dictio, in odiosis odio irrationabili fœminas non comprehendit. Rep.nu.113
suorū appellatione veniunt maritus, & affines. C.7.G.12.sub n.5
¶Super & suprà dictiones sunt sinonimæ tam apud Latinos, quam apud Legistas. C.26.G.5.nu.1
Licet Valla contrarium senserit, & male. ibidem.
super significat accessionem, & ipsam rei, quæ geritur substantiam. C.26.G.5.sub nu.2
super dictio aliquando importat rei obligationem, vt exemplificatur per Auctorem. C.26.G.5.nu.3
¶Superflua dici non possunt verba illa, quæ ad tollendam dubitationem sunt apposita. C.4 G.3.nu.3.in fine.
superflua licet videantur verba nihilominus tolerantur ad tollendam dubitationem. C.34.G.2.nu.2
superflua sunt resecanda Rep.nu.247.& 622
¶Superfluitas verborum, seu inculcatio in contractibus, & instrumentis non reprobatur. C.34.G.2.nu.3
¶Superficiarius non dicitur habere proprietatem, sed vtile tantum dominium. C.15.G.3.nu.3
¶Supplicans, & narrans transactionem iuratam, ac veniam contradicendi petens an incurrat pœnas l.si quis maior. Rep.nu.380.& pluribus seqq. vbi distinguitur, & declaratur.
¶Supra dictio opponitur dictioni infra, sicut dictio intra dictioni extra. C.26.G.6.sub nu.1
De hac etiam dictione vide in verbo Super.
¶Sus. Suis nota, sicut & bouis, & ouis antiquitus fuit excusa pecunia, & cur. C.30.G.7 nu.16

T

¶TAberna est locus in quo reponuntur, & venduntur merces. C.19.G.7.nu.2
taberna vulgo uocatur id, quod latinè diuersorium, seu hospitium nuncupatur. C.19.G.9.nu.1
¶Tabellio, vide in verbo Notarius.
¶Tabulæ pictæ, quæ pro tectorio includuntur, & crustæ marmoreæ veniunt in venditione domus. C.26.G.13.nu.20
tabulæ catenis religatæ non veniunt in venditione domus sicut nec statuæ basibus structilibus affixæ. C.26.G.13.nu.40
¶Tabulata in quibusdam locis est quædam terrarum mensura. C.20.G.19.nu.4
¶Tacita actio in verbo Actio tacita.
¶Taciti, & expressi idem iudicium. C.1.G.5.sub nu.34
tacitum dicitur quod colligitur per rationem intellectus. C.27.G.10.num.3
taciti & expressi eadem est virtus. C.27.G.10.nu.9
¶Tactus scripturæ an in iuramento exigatur ad incurrendum periurium. Rep.nu.523.537.538.& 540
¶Tamquam dictio denotat fictionē, & improprietatē. R. n.109
¶Tantum, & ita demū dictiones idem important. C.14.G.4.nu.
¶Tectorium quid sit contra Glossam. C.26.G.13 sub nu.20
¶Teges accipitur pro straguli genere, quod storea vocatur. C.20.G.12.num.1
teges accipitur pro eo ædificio, quod rei rusticæ custodiendæ conuenit. sub d.nu.1
teges appellatur tugurium, mapalia, & attegias. ibidem.
teges, seu capana, & tugurium non venit domus appellatione si in eo habitent etiam homines. C.20.G.12.nu.4
¶Tegulæ, seu cuppi, & lastræ, seu laminę etiam si sint plumbeę veniunt in venditione. C.19.G.5.nu.3
si tamen fuerint ædificijs impositę secus autem si non fuerint impositæ licet fuerint allatæ. d.nu.3
tegulæ è domibus debitorū auferri nō possūt, p debito publico, & vendi, nec tigna, nec alia ædibus iniuncta. C.19.G.5.num.5
tegulæ domibus iniunctæ legari nequeunt. ibidem.
¶Tela vel alia materia destinata ad tegendum tempore æstatis hypernia, seu deambulationes subdiuales non uenit in venditione domus. C.19.G.5.num.4
¶Telaria, & vitraria, quę in fenestris ponuntur, veniunt in venditione domus. C.26.G.13 nu.31
¶Telonia vulgo dicuntur, quę à Latinis vectigalia nuncupantur. C.30.G.11.sub nu.1
telonia cur, & vnde sic dicta. C.30.G.11.nu.1
¶Temeritas excusat à dolo. Rep.nu.50
¶Tempus decem dierum ad appellandum currit de momento, ad momentum. C.1.G.5.nu.45
tempus longum accipitur pro decennio. C.15.G.2.nu.6.in fine
tempus. Permissum ad tempus videtur prohibitum post tempus. C.15.G.2.nu.21.in fine.
tempus ad legatum præstandum præstitutū an incipiat currere à die mortis, an verò à die aditæ hæreditatis. C.41.G.3.nu.
tempus solutioni præfixum non debet prius currere, quàm ipse venditor agere possit. sub d.nu.2
tempore solutioni præstituto an & quando in principio vel in fine temporis sit facienda solutio. C.41.G.3.nu.3.
tempore præstituto causa limitandæ obligationis vt quia promissor non vult teneri nisi usque ad certum tempus numquid exspectari debeat finis, an uerò statim agi possit. d.num.4
tempore ad soluendum simpliciter dato si non sit dictum quid, uel quantum de quanto intelligendum sit. C.41.G.3.num.6
tempus mensis si datum est incipit eo die, & finit eodem die mensis subsequentis licet inciperet de mense Februarij. sub d.numero 6.in fine.
tempus est pars summæ. Rep. nu.643
Et an hoc sit uerè. Rep.nu.648
Vide alia in uerbis, Promittens, & Terminus.
¶Tenuta bonorum eodem die dari potest, quo pariter fit excussio, C.40.G.4.sub nu.3
¶Terminus est duplex terminatus, & terminans. C.26.G.6.n.3
termini censentur comprehensi in uenditione si uenditor uendidit quidquid habet intra tales terminos. C.26.G.6, nu.4
terminus terminatus comprehenditur in uenditione per dictionem usque. C.26.G.6.nu.5
termino à iudice statuto pars non excluditur etiam si sit lapsus nisi prius per partem fuerit accusata contumacia, & interlocutum per iudicem. C.32.G.1.sub nu.12

secus

Secus autem in termino legis, quia non exigitur alia monitio, vel pronũtia iudicis, sed per eius lapsum ipso iure excluditur. d.num.12.in fine.
terminus solutioni præfixus in emptione quando, & a quo tempore currere incipiat. C.41.G.3.nu.1.& sequ.
terminus. Solutio faciẽda est in tribus terminis iuxta cõueta de qbus terminis intelligatur an de tribus annis. C.41.G.3.n.5
¶Terra vineata dicitur, quæ vineas continet, non quæ alias continuit. C. 20.G.5.nu.1
terra vineas continens aliquando dicitur vinea. ibidem.
terra vineata aliqñ ponitur pro ipsis vineis, aliquãdo dr fundus vinearius, seu terra vinearia, & horti vinearij. d.nu.1 in fine.
terra vineata, & vitata secundum vulgares differunt. C. 20. G. 5. numero 5
terra si dicatur vineata, quæ tamen non est in totum talis non propterea dicitur falsa demonstratio. C.20.G.6.nu.10
terrarum mensuræ diuersæ, ac diuersis nominibus nuncupatæ, quas vide per Auctorem. C.20.G.19.nu.4
terra pascuiua, seu pascua quænam dicatur. C.20.G.33.num.1
terræ diuersæ qualitatis, & generis si vendantur ad mensuram tam bonæ, quam malæ sunt mensurandæ. C.20.G.37.num.2
¶Territorium, districtus, comitatus, & diœcesis. C.20.G.23.n.1
territorium numquid strictius porrigatur quam districtus. C. 20.G 23.numero 4
territorium numquid se extendat ad mare subiectum. C. 20. G. 23.numero 5
territorium tribus modis appellatur circumscriptiuè, seu terminaliter, subiectiuè, seu materialiter, concessiuè, seu rationaliter. C.20.G.23.num.8
territorium quid sit. C.20.G.23.nu.9
territorij, vel districtus appellatione proprietates rerũ, & bonorũ nõ cõprehendũtur, sed tm̃ iurisdictiones. C.20.G.23.n.11
Alia habebis in verbis Flumina, Iudex, Possessio, & Via
¶Testamẽtis in cõficiẽdis mai⁹ est fraudis periculũ. C.1.G.5.n.6
testamentum in scriptis exigit in fine testium appositionem cum ipsorum subscriptione. C.2.G.1.nu.1. in fine.
testamenta scribi non debent a notarijs si non nouerit personas testantium. C.2.G.2.nu 9 in fine.
testamenta septem exigunt testes. C.2.G.2.sub nu 12
Fallit si ruri, vel tẽpore pestis fiat quia quinque sufficiunt. d.n.12
Fallit si fiat ad pias causas duo enim sufficiunt, & parochialis. sub d.numero 12
Fallit in terris ecclesiæ, & quæ sunt etiam Principi sæculari subiectæ ab ecclesia tamen concessæ. ibidem.
Fallit in testamento inter liberos, quia duo vel tres etiam fœminæ sufficiunt. ibidem.
Fallit in reuocatione testamenti quando testator vult intestatus decedere. ibidem.
testamentum militis duobus testibus vel uno etiam tantum adhibito ualebit. ibidem.
testamentum coram Imperatore celebratum nullo etiam teste adhibito valet secundum aliquos. ibidem.
testamentum cœci octo testium præsentia firmari debet. ibid.
testamentũ non potest confici a notario si non intelligit idioma testantis etiam si adhibeantur interpretes. C.33.G.5.sub n.3
testamentũ. In testamento fieri põt cõtractus. C.35.G.1.sub n.1
Vide etiam in verbis Mulier, Seruus, & Testes.
¶Testimoniũ mulieris varium, & mutabile. C.2.G.2 sub nu.16
¶Testes debent in instrumento describi saltem duo secundum communem opinionem. in proœm. tract. nu.11
testes ueniunt appellatione instrumẽti sub lata significatione, licet aliqui teneant quod immò sub propria. in rubr. tract. n.2
testes veniunt appellatione instrumentorum quando in utroque eadem est ratio. d. nu.2
testes publicatis attestationibus non possunt examinari propter timorem subornationis. d.nu.2
testis aliud est, & aliud instrumentum secundum communem loquendi usum ibidem.
testes de propria significatione non ueniunt appellatione instrumentorum secundum magis communem opinionem, & ita est tenendum. ibidem.
testis dictum iurati, & examinati in ecclesia ualet. C.2.G.2.sub numero 6
testes describi possunt in instrumento tribus modis in casu nominatiuo, in genitiuo, & in ablatiuo. C.2.G.2.nu.1
testium nominibus in apponendis seruanda est consuetudo & stilus loci contractus. sub d.nu.1
testium dignitates exprimere bene est. C.2.G.2.sub nu.2
testium cognomina nõ sunt necessariò describenda qñ nomẽ est ita singulare, qđ nisi in illo loco reperiatur. C.2.G.2.sub n.2
testes an in principio an in fine sint describendi. C. 2. G. 2. sub num.3. ubi remissiuè.
testes non solum debent esse præsentes, sed & intelligere debent. C.2.G.2.num.4
testes in quolibet instrumento non sunt necessariò rogandi, sed satis est quod à notario describantur. C.2.G.2.nu.6
testes in aliquibus casibus sunt necessariò rogandi. ibidem.
testes simpliciter descripti an præsumantur rogati, & a quo debeant rogari, & quibus casibus etiam in ultima uoluntate rogari non debeant remissiuè. C.2.G.2.sub nu. 6
testes non debent esse rogati in matrimonio secundum veriorem sententiam. d.nu.6
testes instrumentarij an & quando debeant esse cogniti & noti ipsi notario. C.2.G.2.num.7
testes instrumentarij non debent cognoscere contrahentes ad hoc vt ualeat instrumentum. d.nu.7
Distinguendum tamen est. ibidem.
testes inuentarij debent cognoscere contrahentes. C.2.G.2.n.8
testes an exigantur in actis iudiciarijs. C.2.G.2.sub nu.10
testes non exiguntur quando fit instrumentum in publico parlamento coram populo, & coram Papa, uel Imperatore. d.n.10
Ad cautelam tamen in ijs etiam casibus sunt describendi. sub eodem num.10
testes instrumentarij regulariter non tenentur se subscribere secundum veriorem opinionem. C.2.G.2.nu.11
Fallit tamen in aliquibus casibus. ibidem.
testes duo regulariter in instrumentis sufficiunt. C.2.G.2.nu 12
testes oẽs possunt esse qui prohibiti nõ reperiũtur. C.2.G.2.n.13
testes inhabiles, & uiles, & alias suspecti si a partibus rogentur non poterunt ulterius reprobari. d.nu.13
testes instrumẽtarij ad cautelã deberẽt adhiberi, q essẽt fratres, & propinq, vt possit postea probari de veritate cõtractus. ibi.
testes instrumentarij possunt esse pater, frater, & alij consanguinei. ibidem.
testes inhabiles fiunt habiles etiam in testamento si sint rogati a testatore. ibidem.
testes inhabiles propter inhabilitatem causatam odio testis non dependentem a partium potestate non possunt per ipsas partes habilitari. ibidem.
testes inhabiles non habilitantur quando inhabilitas ignorabatur ab altera partium, uel a testatore licet adsit rogatio. ibid.
testis approbatus a cõtrahentibus licet nõ possit improbari quo ad personã potest tamen improbari quo ad eius dictum. ibid.
testis inhabilis approbari, & habilitari intelligitur quo ad partes rogantes, sed non quo ad tertium non rogantem, nec etiam quo ad notarium. ibidem in fine.
testes inhabiles in ijs, in quibus a lege prohibentur esse testes expresse in testamentis, non possunt fieri habiles per rogationem testatoris. C.2.G.2.nu.24
testes inhabiles fieri habiles per rogationem quomodo intelligatur. ibidem.
testes in instrumentis & testamentis regulariter, & ad cautelam sunt euitandi, qui sint suspecti, habeant interesse in contractu, uel sint familiares, se coniuncti habentium, sed tales esse debent, qui in casu emergentis suspicionis pro veritate instrumentum coadiuuent. ibidem. in fine.
testes duo contrariantes instrumento directè, uel indirectè reprobant instrumentum, & ratio. C.2.G.2.nu.25
testes duo contrariantes instrumento reprobant instrumentum, quando pro instrumento non adest præsumptio iuris, & de iure, secus quando adest. C.2.G.2.nu.26
testes contrariantes nõ reprobant instrumentum qñ habens instrumentum pro se est reus. d.n. 26 vers. secundò declaratur.
testes contrariantes reprobant instrumentum si assignant rationem dicti sui etiam non interrogati, secus contrà. d. num. 26. vers. tertiò declaratur.
testes contrariantes non reprobant instrumentum quando aliqua probatio coadiuuat instrumentum, ut exemplificat Auctor. ibidem. vers. quartò declaratur.
Limita tamen ut per eundem. ibidem.
testes duo si deponant pro instrumento, & duo contra, præualet instrumentum. ibidem.
testes contrariantes instrumento ad hoc ut ualeant illud reprobare debent esse idonei, & omni exceptione maiores ibidem.

g 4 vers.

INDEX.

versic. quintò declaratur. & numerò seq.
testis omni exceptione maior dicitur,cui nulla exceptio obstat, & nulla macula impingi potest. C.2.G.2.nu.27
testes contrariantes instrumento illud non reprobant, quando non deponunt se fuisse præsentes eodem loco, & tempore.d. nu.27.vers.sextò declaratur.
testibus contradicentibus instrumento notarius per hoc de falso inquiri,torqueri,vel puniri non debet. C. 2. G.2.num.28
testes instrumentarij contradicentes instrumento illud reprobant,& reddunt insolemne licet tantum dicant rem non esse ita gestam, prout cantat instrumentum, quamuis aliter non recordentur. C.2.G.2.nu.29
Amplia siue sint numerarij, siue necessarij, siue supernumerarij,& non necessarij.d.nu.29
testes duo descripti in instrumento ipsi contradicentes illud impugnant etiam si mille essent in dicto instrumento descripti. d.num 29.in fine.
testes in instrumento descripti si negent se interfuisse, licet adsint postea alij testes in numero sufficienti tamen infringunt instrumentum. C.2.G.2.num.30
Vide tamen Auctorem declarantem ibidem.
testes instrumentarij deponentes se interfuisse ad hoc vt inualident instrumentum quid articulandum sit,& quomodo.C. 2.G.2.nu.31.in fine.
testes instrumentarij debent esse omni exceptione maiores ad hoc vt inualidare possint instrumentum cui contradicunt, quod declaratur. C.2.G.2.nu.32
testis vnus instrumentarius contradicens puta asserens se nō interfuisse sufficit ad impugnandū instrumentū.C.2.G.2.n.33
Quod quomodo procedat declaratur.ibidem.
testes instrumentarij tunc demum impugnant instrumentum si clarè deponant directè, vel indirectè,secus si dicant se non recordari interfuisse,vel de gestis in instrumēto.C.2.G.2.n.34
Quod comprobatur aliquibus exemplis. ibidem.
testes instrumentarij contradicentes instrumento ipsum non impugnabunt,si alij extrà instrumentum totum contrarium asserant,quod tamen est declarandum vt per Auctorem.ibidem. vers.secundo declara.
testes contra instrumentum si deponunt negatiuam, & pro in instrumento deponunt affirmatiuam præferentur deponentes affirmatiuam ibidem.d.versic secundo declara.
testi deponenti negatiuam simpliciter contra instrumentum non est credendum ibidem.
testes instrumentarij si contradicant instrumento in eo, quod minus scriptum, quam dictum non inualidant instrumentum. ibidem.vers. tertiò declara.
testes instrumentarij ad hoc vt infringant testamentum per suam contradictionem debent probari tales. ibidem. in fine. vers.quartò declara.
testes omissi nō possunt per notariū,et si recordetur,sine auctoritate iudicis in instrumento apponi.C.2.G.2.nu.36.in fine.
testes in vno instrumento appositi censentur repetiti in sequentibus secundum declarationem tamen ab Auctore propositam.C.2.G.2.num.37
testium nomina necessario sint in instrumento exprimenda.C. 2. G.2.num.38.in fine.
testes deponētes de tractatu nō probāt cōtractū. C.30.G.3.n.5
testi de facto suo deponenti magis creditur, quàm alteri si tamen non prætendat aliquod interesse. C.31.G.2.sub num.5
testis inhabilis fides suppletur per alium testem habilem.C.31. G.2.sub d.num.5.in fine.
testis quare expressè iurare teneatur.Rep.num.402
Alia alibi habere poteris & præcipuè in verbis.Dilatio,Instrumentum,Notarius,Procurator,Sententia,Statutum, Testamentum,& Transactio.
¶Thesaurus, cuius memoria non haberetur, venit in venditione domus. C.26.G.13.num.46
thesauri dignitatū sunt recōditi in Principe Romano.Re.n.836
¶Tigna, vel alia ædibus debitorum iniuncta non possunt pro debito publico auferri,& vendi. C.19.G.5.nu.5
tigna domibus iniuncta legari nequeunt, licet aliquibus in locis aliter seruetur. ibidem.
¶Tigni iniuncti seruitus,& seruitus oneris ferendi quid importet. C.24.G.2.nu.1
tigni iniuncti seruitus differt a seruitute oneris ferendi. C.24. G. 2.numero 2
tigni iniūcti seruitus cēsetur imponi,si duæ ædes sint vnica cōtignatiōe cōstructę,& dn̄s alterā leget,vel vēdat.C.24.G.2.n.3
¶Titubatio, error, nescientia, & ignorantia quomodo inter se differant. C. 11.G.4.num.1
¶Titulus ratione incertitudinis vitiatur. C.26.G.8.sub num.5
titulus quot modis accipiatur in iure. C.27.G.2.nu.1
titulus numquid sit addendus in principio cessionis ad hoc vt sit valida. C.27.G.2.num.2
¶Tollere vsque ad cœlum ædes proprias vnicuique licet, sed cum limitatione,vt per Auctorem.C 25.G.2.nu.1
¶Torcularia etiam si ædificio cohæreant non veniunt in venditione domus. C.26.G.13.nu 12
¶Tornalia in aliquibus locis quædam est terræ, seu terrarum mensura. C. 20.G.19.num.4.
¶Tornatura quibusdam in regionibus est quædam terrarum mensura. C.20.G.19.num.4
¶Totum. Argumentum de toto ad partem optimè procedit existente maximè eadem ratione. C.21.G.19.nu.1.in fine.
totum,& vniuersum an differant. C.28.G.2.sub nu.2
totum numquid aliquando veniat sub appellatione residui. C. 34. G.11.num.1
¶Trabachi, & aliæ munitiones ad defensam veniunt in concessione castri. C.26.G.13.sub nu.3
¶Tractatus dies est attendendus, quando de tractatu esset faciendum instrumentum. C.1.G.5 nu.12
tractatus. De tractatu deponentes non probant contractum.C. 30. G.3.num.5
tractatus dies non est scribendus, sed dies conclusionis contractus C.30.G.3.num.6
¶Tradere verbum quando adest an sit superfluum verbum dare,vel econtrà.C.16.G.1.num.4.in fine.
tradere verbum quomodo accipiatur,& an propriè, an impropriè,& q̄d importet propriè,& q̄d impropriè.C.16.G.3.n.1
tradere ex vocis proprietate nō importat dominij trāslationē, sed corporalis rei possessionis præstationem. d. nu. 1.in fine.
tradidit verbum in venditione operatur etiam sine clausula constituti, cum per illud cēseatur data licentia emptori accipiēdi propria auctoritate possessionem rei venditæ.C.16.G.3.n.2
tradidit verbum in venditione appositum operatur quod emptor propria auctoritate rei venditæ possessionem ingrediens nullam incurrit pœnam.d.nu.2.in fine.
Tradens si sit dominus transfert dominium, si non sit dominus non transfert nisi vsucapiendi conditionem,& de euictione tenetur.C.16.G.3.sub num.1
¶Traditio non est de substantialibus venditionis sed de natura,& de executione.in rub.tract.sub nu.4
traditio instrumentorum crediti operatur cessionem tacitè. C. 27.G.4.numero 4
traditio in dubio facta præsumitur vt dominium transferatur. C.30.G.6.num.11
traditionem conditionaliter factam dicens probare debet. C. 30. G.6.num.12
traditio vera,& possessionis translatio numquid resultet,ex constituto. C.30.G.6.num.13
traditio etiam ficta per precarium sufficit ad perfectionem contractus conditionalis. C.30.G.6.nu.14
Sed dubiū redditur ex multis per Auctorem relatis.sub d.n.14
traditionis locus attenditur non autem locus contractus quo ad solutionem gabellæ.C.30.G 12.nu.7.in fine.
traditio. A traditione numquid sit liberatus venditor per constitutum.C.41.G.3.sub nu.2
traditione non facta venditor non potest rei venditæ precium petere. sub d.nu.2
traditione opus est vt dominium transferatur. Rep.nu. 626
¶Transactio sicut prætextu falsi instrumenti, ita & prætextu falsorum testium potest rescindi.in rubr.tract.sub nu.2
transactio ad incognita extenditur quando id fuit dictum. C. 21.G.13.numero 3
transactio cedentis an & quando noceat cessionario latè distinguitur.C.29.G.4.nu.10
transactio si non ualet in vim transactionis an valeat in vim pacti. Rep. nu.746.747.753.754.758.759.768.& 769
transactio de re liquida, vel facta post rem iudicatam inualida Rep. num. 746
transactio generaliter accepta quodcumque pactum comprehendit. Rep.nu.759
transactio est inducta causa dirimendarum litium. Rep.nu.761
¶Transtulit verbū idē importat q̄d mādauit. C.27.G 4.sub n.2

¶Trebel-

INDEX.

¶Trebellianicæ detractio censetur prohibita quando testator disposuit totam, atque integram eius hæreditatem esse restituendam. C.26. G.7 nu.1. in fine.
¶Tribunal ad iudiciarium actum numquid possit & quando per iudicem eligi. C.10. G.9. nu 1
¶Tributum, & cẽsus subitur vel in ipsa re, vel ex re, vel propter rem. C.21. G.7. nu.10
tributorum exactio ad munus patrimoniale pertinet. C.21. G. 7. nu.8
¶Triennio soluere obligatus certam summam singulo anno ratam soluere debet. C.41. G.3. sub nu.5
¶Triplicatio quid sit. C.29. G.7 sub nu.1
¶Tueri verbũ an idem sit cũ verbo defendere. C.29. G.7. nu 6
¶Tugurium, teges, mapalia, & attegies videtur sinonimæ dictiones. C.20. G.12. nu.1. in fine.
tugurium non venit appellatione domus nisi in eo & homines habitent. C.20. G.12. nu.4
¶Turbatio, questio, & cõtrouersia idẽ importãt. C.35. G 7. n.3
¶Tutela quid sit. C.9. G.1. nu.3
tutela defertur agnatis non aũt cognatis si per statutum agnati præferuntur cognatis quo ad successionem C 9. G.5. nu.2
tutelæ instrumentum si sit nullum annullatur etiam instrumentum minoris virtute ipsius tutelæ inualidæ celebratum. C.9. G.6. nu.1
¶Tutor. Tutoris datio, quæ fit sine inquisitione etiam die feriato in honorem Dei celebrari poterit. C.1. G.5. nu.38
tutor potest conficere inuentarium etiam die feriato. ibidem.
tutori decerni potest administratio per decretum iudicis etiam die feriata. ibidem.
tutoris datio in ecclesia fieri potest. C.2. G.1. sub nu.6
tutor an possit emere semet auctore a pupillo, est quæstio, quæ plenio stilo hic discutitur, & concluditur pro affirmatiua. C. 5. G.1. nu.7
tutoris auctoritas in actu interponi debet non ante, vel post, qđ tamen limitatur. C.8. G.3 nu.2
tutor esse non potest qui est minor vigintiquinque annis, & ratio. C.8. G.4. nu.1
tutores esse nõ possunt, qui militiæ sunt adscripti. C.8. G.4. nu.2
tutor esse non potest qui cœcus est. C.8. G.4. nu.3
tutor certæ rei, vel causæ dari non potest C.8. G.5. sub nu.3
tutor legitimus est qui vocatur ad successionem, & quare. C.9. G.5. num.1
tutor principaliter personæ, secundario rebus datur. C.8. G.5. num.3. in fine.
tutores dantur a iudice communis in ciuitate Ferrariæ. C.8. G. 7. num.3
tutores unde dicti. C.9. G.1. nu.4
tutor quinque facere debet, sed ad plura adstringitur mulier tutrix. C.9. G.5. nu.4
tutor potest expendere pro alimentis necessarijs, immò est illi imputandum si talia alimenta non subministret. C. 10. G.2. num 4. in fine.
tutor qui auctoritatem pupillo præstat debet fecisse inuẽtariũ, & facere constare de tutela & cura. C.10. G.2. sub nu.10
tutorum duorum auctoritas si interueniat quorum vnus est falsus, alter legitimus valet nihilominus contractus. d. nu.10
tutor cogi non potest ad interponendam auctoritatem in contractu minoris nisi certum sit, quod ea non interposita pupillus non damnificaretur. d. nu.10. in fine.
tutor qui etiam est propinquus pupilli non potest fungi & tutoris, & propinqui auctoritate si duorum necessaria est auctoritas. C.10. G 12. nu.2
tutoris, vel alterius etiam administratoris confessio an præiudicet. C.31. G.2. nu 16
tutoribus pluribus competit beneficium Epistolæ Diui Adriani sicuti & curatoribus, & similibus. C.40. G.2. nu 5
tutoris fideiussor non habet beneficium Adriani. C.40. G.2. sub num.13
Vide etiam in verbis. Auctoritas, Contractus, Minor, Pupillus, & Venditio.
¶Tutrix tutorio nomine contrahens non tenere seruare solemnitates a statuto in mulierum contractibus requisitas. C.7. G.19. nu 12
tutrix esse regulariter non potest mulier, & ratio. C.9. G.3. n.1
tutrix renuntians omni iuris, legum, & statutorum auxilio, & beneficio uidetur etiam Velleiano, & beneficio ne possit carcerari renuntiare. C.40. G.6. sub nu.3

V

¶VAcca vendita an debeatur vitulus. C.26. G.13. nu.53.
¶Vallis quid sit, & vnde dicta, & quotupliciter accipiatur. C.20. G.36. nu.1
vallis aliquando est publica, aliquando est priuata. C.20. G.36. num.2
vallis publica si est aliqua impẽsa munienda de communi id fieri debet, & omnes debent concurrere. C.20. G.36. nu.3
vallis si sit publica etiam terra mobilis, cum herbis, & cannellis, quam Coram vocamus, erit publica. C.20. G.36. nu.4
vallis priuatæ aqua si inundet prædium alienum non tollit dominium prædij ipsi domino secus si sit vallis publica. C. 20. G.36. num.5
valles si per partes declaratum fuerit esse illas, vbi sit riuulus aquarum, cannæ, & carezæ fortes, & densæ, & vidigarij, licet aliqua tantum, & non omnia concurrant, nihilominus valles dicentur. C.20. G.36. nu.6
vallis, uel palus si propter aquam mensurari non potest mensurabitur per aerem C.20. G.37 nu.3
¶Valor. vide in verbis Aureus, Moneta, & Scuti.
¶Vasa, seu crateres lapidei ad recipiendum aquam apti veniunt in venditione domus. C.19. G.11. nu.1
vasa vinaria etiam si ædificio cohæreant non veniunt in venditione domus. C.26. G.13. nu.12
¶Vasallus feudum alienans sine licentia domini cum clausula, saluo honore, vel iure domini caducitatem non euitat. C.14. G.2. nu.2. in fine.
Vasallus alienans saluo iure, & saluis, & retentis voluntate, & consensu domini, vel si domino placuerit an cadat a feudo. C.14. G.4 nu.3. & 4
Vasallus alienans sub conditione si cõsensus domini accesserit, & agnatorum excusatur a caducitatis pœna. C.14. G.5. nu.1
& idem si saluo iure domini, & sub conditione si dominus consenserit, & inuestituram emptori fecerit, & cum pacto quod emptor teneret, & possideret rem nomine uenditoris donec sibi facta fuerit inuestitura. C.14. G.5. nu.2
vasallus alienans sub conditione, si dominus non reuocauerit; alias sit inempta, excusatur. C.14. G.5. nu.3
vasallus alienans sub conditione, si, & quantum de iure possum, & aliter non, secuta etiam traditione non cadit a feudo. C. 14. G.5. nu.4
vasallus cum reseruatione alias ualida alienans, sed tamen fraudulenter, ut in exemplis hic propositis, cadit a iure suo. C.14. G 5. num.5
vasallus si alienauerit rem saluo iure domini, & agnatorum, & nõ aliter, nec alio modo, numquid cadat in commissum sunt opiniones quas videas per Auctorem. C.14. G.6. nu.2. & 7
vasallus alienans saluo Principis beneplacito, & non aliter nec alio modo non cadit a iure suo. C.14 G.6. nu.4
vasallus numquid intelligatur rem tradidisse per clausulam precarij, vel constituti, ad effectum vt sit locus caducitati C.14. G.6. num.9
vide etiam in verbo. Feudatarius.
¶Ve, dictio, quot modis accipiatur. C.11. G.4. nu.4
¶Vectigal quid sit. C.30. G.11 sub nu.1
vectigalia vulgò dicuntur telonia d. nu.1. in fine.
vectigalia diuersimodè nuncupari solent. C.30. G.11. nu.3
vectigalia soluuntur non solum pro his, quę vehũtur, sed etiam de his, quæ venduntur in ciuitate. C.30. G.11. nu.4
¶Vel circa dictio mensuræ adiecta plurimum operatur. C. 20. G.20. sub nu.2
vel circa dictio mensuræ adiecta in venditione facit totum venire. C.20. G.21. nu. 2
¶Velleianum Senatusconsultum mulieri, quæ se obligauit in instrumento tribus testibus subscripto, licet alij dicant duobus, non prodest. C.2. G.2. sub nu.12. C.32. G.2. nu.7
velleiani beneficio renuntiatum censetur per generalem renuntiationem omni iuris &c. C.40. G.6. sub nu.3
¶Velum, seu alia materia destinata ad tegendum tempore æstatis hypernia, seu deambulationes subdiuales non venit in venditione domus. C.19. G.5. nu.4
vela cilicia non veniunt in venditione domus, & quænam sit vela cilicia. C.26. G.13. nu. 37
¶Venales res veniunt in generale bonorum obligatione. C.12. G.2. sub nu.4
¶Vendere. Vendens per procuratorem non dicitur propriè vẽdere. C.5. G.1. nu.1. in fine.

Ven-

vendens rem liberam,& iure proprio,cum plena dominij translatione illam vendere censetur.C.13. G.1.nu.1
& tenetur eam dare liberam a seruitutibus, & a creditoribus, quod procedit in contractibus onerosis. ibidem.
vendere verbum de propria, & vera, non de ficta, & simulata venditione intelligitur. C.16. G.2.nu.1
vendere vnusquisque potest, & vnicuique vendi potest.C. 16. G.3. num.3
vendens omnes possessiones suas an præsumatur voluisse etiam pecuniam, & res mobiles alienare.C.20. G.2.nu.8
vendens vuas,vel rosas uiridarij fructificantis bis in anno primas vendere censetur. C. 20. G.15. nu.3
vendens rem aliquam tenetur eam tradere liberam ab omni seruitute.C.23.G.1.nu.3
Nisi facta sit reseruatio,quod licet.d.nu.3
vendens rem, quæ sibi debebat decimam censetur vendere liberam nisi expressè ipsam reseruet.C.23.G.3.nu.5
vendens fundum non tenetur dare viam ad fundum ipsum etiã per aliam suam terram per quam habetur accessus ad viam. C.25. G.1.nu.6
Nisi sit apposita clausula, cum introitibus, & exitibus suis sub d.num.6
vendens quidquid possidet intra tales confines si sciebat partem aliquam non possidere,& ignorantem emptorem non admonuit eidem tenetur propter dolum.C.26. G.6.nu.6
vendens,vel concedens quidquid iuris habet in tali re nihil concessisse videtur. C.26.G.8.nu.5
vendens ius quod habet in domo non censetur vendidisse domum,nec tenetur de euictione.C.26.G.8.nu.6
declara tamen vt per Auctorem. ibidem.
vendere rem cum omni iure, & actione quid importet.C.26. G.9.nu.2
vendere rem cum pertinentijs an idem sit ac si dictum sit cum spectantibus,& pertinentibus.C.26.G.13.nu.2
vendens alieno nomine an & quando possit fidem de pretio habere.C.38.G.1.nu.10
vendere coactus rem suam non tenetur fidem de pretio habere. C.38.G.1.nu.24
vide etiam in verbis Procurator, & Res aliena.
¶Vendita Res, vel in contractum deducta comprehenditur in generali obligatione.C.12.G.2. sub nu.4
venditæ rei qualitas apponi debet in instrumento ne incertitudo officiat contractui.C.19.G.4.nu 1
vendita re venditor non potest lapides auferre ex quibus maceria erat confecta.C.19.G.4.nu.3
uendita res venit eo modo, & iure quo prius per venditorem detinebatur.C.19.G.10.nu.7
venditæ res determinari debent, quando sunt immobiles,per latera,seu cõfinia,& qualitates,& quantitates.C.19.G.14.nu.1
venditæ rei qualitates sunt in instrumento describendæ,vt quia fundus est aratorius,pratiuus,vel vineatus.C.20.G.4.nu.1
venditæ rei qualitas si discordet a nomine quid agendum remissiuè.C.20.G.25.nu.3
vendita re a sepibus vsque ad sepes veniunt etiam sepes in venditione.C.20.G.26. sub nu.6
Secus autem si dictum sit a via publica vsque ad viam publicam.d. nu.6. in fine.
venditæ rei qualitates clarè sunt per venditorem exprimendæ, & ratio.C.20. G.38.nu.1
vendita re locata an pensiones debeantur emptori, an verò venditori.C.26.G.13.nu.8.& sequ.
venditæ rei debet esse congruum, & proportionatum pretium, & ratio.C.30. G.9.nu.21
vendita res vindicari potest per dominum si procurator vendidit minori pretio quam in mãdato limitatum fuisset nisi præstetur sibi id,quod expresso pretio deest.C.30. G.9.nu.27
venditæ rei dominium ad hoc,ut trãsferatur necesse est uel pretium esse solutum,vel alio modo venditori satisfactum ex promissore,uel pignore,uel habita fide de pretio, etiam si modica summa remanserit soluenda.C.38.G.1.nu.1
venditæ rei dominium pro parte non transit licet soluta sit pars pretij.C.38. G.1.nu.3
Licet quo ad fructus aliud sit.ibidem.
venditæ rei dominium non transfertur in casibus in quibus fides de pretio haberi non potest etiam si sit habita pro modica summa.C.38.G.1.nu.16
¶Venditio aut in scriptis, aut sine scriptis fit.in procem.tract. nume.17.in fine.
venditionis contractus tria substãtialia requirit,sine quibus copulatiuè venditio consistere non potest consensus contrahentium,res certa, & pretium certum.in procem.tractat.nu.18
& uno deficiente venditio non probatur. ibidem.
venditio.In venditione adsunt etiam naturalia contractus,& accidentalia, quæ differunt a substantialibus.d.nu. 18
venditio in scriptis, præter tria substantialia consensum,rem,& pretium,requirit etiam quartum nempe scripturam completam,& partibus lectam, & approbatam sub eodem nu.18
venditio consensu peragitur. ibidem.
venditio intelligenda secundum id quod actum, non secundum id quod dictum est.ibidem.
venditio nulla est sine pretio. ibidem.
venditio non procedit sine re. ibidem.
venditio fructuum futurorum, uel partus censetur conditionalis si nascantur, & ideo nullam habet perfectionem nisi post eorum natiuitatem, & tunc uenditio retrotrahitur ad tempus contractus.ibidem.
venditio ualet etiam nulla re existente puta in iactu retis. ibidem.
uenditio non ualet nisi sit earum rerum tantum, quæ haberi,& possideri possunt, & quarum ius naturale, uel gentium,uel mores ciuitatis commercium non excluserũt. ibidem.in fine.
venditionis diffinitio secundum Angelum. in rub.tract.nu.4
quæ Auctori non placet. ibidem.
venditionis diffinitio per Fabianum de Monte, quæ Auctori placet. ibidem.
venditionis diffinitio per Ioannem Pyrrh. ibidem.
venditio rei non impeditur per solutionem pretij.ibidem.
venditio est a iure gentium introducta ibidem. in fine.
venditionem suo nomine factam ratificans obligatur ac si à principio ipse uendidisset, quod declara ut per Auctorem.C.4. G 12.sub nu.1
venditione facta si domus mandatum reuocat non potest traditionem impedire.C.5.G.1.sub nu.3
venditio per procuratorem mortuo domino facta non ualet. C.5.G.1. nu.4
venditio rerum minoris causæ cognitione, eiusque probatione non interueniente, decretoque super ea non interposito nullius est momenti.C.10.G.2.nu 9
venditio rerum minoris auctoritatem tutoris, vel curatoris necessariò exigit.C.10. G.2.nu.10
venditio rerum minoris facta ob causam, ut pretium soluatur creditori, si dictum pretium non fuit ipsi creditori solutum nulla efficitur,& inualida.C.10. G.2.nu.12.in fine.
venditio rerum minoris sine solemnitatibus celebrata nõ transfert dominium. C.10.G.2.sub nu.14
Etiam præscriptione triginta annorum non obstante,& si nulla minoris adesset læsio.ibidem.
venditio rerum minoris iudicis decreto uallata sustinetur nisi ostendatur iudicem fuisse falsis allegationibus circumuentum C.10.G.2.nu.16
venditio rerum minoris iuris communis solemnitates necessario requirit etiam si id a statuto de minorum contractibus loquente non esset expressum. C.10.G.3.nu.1
venditio fieri potest ad tempus,& perpetuò.C.13. G.1.nu.2
venditio in qua uenditor sibi reseruat dominium non valet. C. 15.G.3.nu.4
venditionis appellatione an ueniat alia species alienationis ex qua dominium transfertur C.16.G.2.nu.1.in fine.
venditio minus est permissa,quam emptio.C.17. G.1 nu.1
venditio ad hoc ut ualeat debet constare de consensu emptoris, & debet emens rem recipere, & promissionem acceptare.C. 17.G.3. nu.4
venditio regulariter cuilibet etiam forensi fieri potest.C.18.G. 2.num.1
venditio esse non potest sine re,quæ venditur.C.18.G.7.num.9
venditio omnium regulariter est permissa.C.18. G.7. nu.10
venditio de re aliena facta valet.C.19.G.2.nu.3
Intelligendo tamen secundum declarationes hic allatas per Auctorem.ibidem.
venditio rei alienæ confirmatur si domino venditor succedat, uel alias ad ipsum dominium perueniat.C.19. G.2.nu.7
& idem si dominus venditori succedat. ibidem.
venditio rei debet fieri ita,ut locus, & locus loci ubi sita est ponatur in instrumento puta domum sitam Ferrariæ in contrata

erata Sancti Petri. C.19. G.2. nu.1
venditio valet etiam non appositis confinibus quando locus est certus. C.19. G.14. sub nu.1
venditio non valet si arborum tantum contemplatione puta oliueti quis emere vellet, & illæ essent vento deiectæ, vel igne consumptæ ante perfectum contractum. C.20. G.6. nu.5
Si verò pro parte deiectæ sint, vel combustæ tunc distinguendum est. d. nu.5
venditio facta de petia terræ pro starijs viginti, si est vigintiquinque an & quomodo dicatur tota cadere in venditione, & an pro eodem pretio. C.20. G.19. nu.3
venditio facta tali pacto uendo vnam petiam terræ stariorum viginti positam tali loco, & taliter confinatam numquid intelligatur a mensura, an verò a re inchoata. C.20. G.20. nu.4
venditio totius rei intelligitur facta licet vno nomine tantum vsus sit venditor in venditione, & pro parte vno pro parte verò alio nomine nuncupabatur. C.20. G.24. nu.14
venditio intelligitur facta de rebus siue minoris siue maioris quantitatis quam sit expressum si sit apposita clausula, vel cuiuscumq; sit quantitatis. C.20. G.21. nu.1
venditio totius intelligitur facta quando dictio vel circa est mensuræ adiecta. C.20. G.21. nu.2
venditio valet licet erratum sit in confinibus rei venditæ modò in corpore fuerit consensum. C.20. G.25. nu.1
venditio ad mensuram facta censetur quando venditor vendit certam partem fundi puta viginti staria. C.20. G.29. sub nu.3
Secus tamen in casu ab Auctore proposito. ibidem.
venditio valet si venditor vendiderit aliquam partem fundi puta viginti staria ex fundo per eum possesso in ea parte, in qua elegerit emptor, licet antè non sit perfectus contractus, & dominij translatio facta, quam & electio, & mensuratio interuenerit. C.20. G.30. nu.1
venditio incertæ rei dici non potest quando dictum est in qua parte debeat pars vendita assignari puta ab oriente, vel occidente. C.20. G.30. nu.3
venditio certa ratione quotæ dici poterit etiam si mentio fuerit dumtaxat facta de nominibus numeralibus reducibilibus ad quotam puta ex petia terræ stariorum sexaginta vendo viginti. C.20. G.30. nu.4
Parisius tamen in fortiori casu id putat procedere, sed reprobatur. ibidem.
venditio facta collato arbitrio eligendi in emptorem licet non valeat ante electionem, & mensurationem non potest tamen per pœnitentiam retractari. C.20. G.30. nu.5
venditio incertæ rei perficitur reali, & actuali traditione interueniente. C.20. G.30. nu.6
2 de hęred. insti. & † Corn. cons. 216. In hac consultatione, ad fin. lib. 1. sed huiusmodi pręsumptio sępe ualidiori cędit pręsumptioni, l. diuus, de in integ. restit. c. literas, de rest. tut. spoliat. & sępissimè ueritati, l. neque professio, ubi glo. C. de testam. quia, cum res discutitur, ueritas detegitur; Propterea pluries animo reuolueram pro vtilitate mea, super huiusmodi emptionis & venditionis instrumentis, commentaria quędam scribere, sed multitudo negociorum, quę mihi impedimento fuere, uoti mei me compotem fieri non siuerunt, animus tamen, & desiderium numquàm recesserunt, sed adeo me impulerunt, ut amplius hoc onus (quamuis humeris meis impar) recusare nequiuerim; & ita hoc pręsenti die 19. Decembris, Anni 1546. ad laudem Dei omnipotentis initium huic operi prębui; Valde enim erit utile & fructuosum huiusmodi studium mihimet ipsi, & amicis meis, & posteris: Nec talis labor est à me magnifaciendus, uel vitandus, sed magis atque magis amplectendus, q̃nquidẽ per illũ & doctior, & sapiẽtior effici possum, & doctiores & sapientiores cęteri effici poterunt; hoc insuper est meũ debitum, quandoquidem (ut inquit Bal. in procem. feud. & sequitur Ias. eo. procem.) qui in disciplina aliqua diutius laborarunt, astringuntur ex professionis debito, quę mente conceperunt in lucem proferre, & alibi dicit Bal. in procem. scilicet Decretalium, 2. columna. & sequitur Ias. in loco pręallegato, quod quemadmodum triste est diuiti decedere sine herede, ita miserrimũ est habẽti gratiam intellectus, posteris suis. i. studiosis nihil scriptũ tãquam hęreditariũ relinquere, quo possint uelut hęredes intellectus aliqualiter cõsolari; fateor tamen, me non ignorare tenuitatem uirium ingenij mei, & respectu huius molis exiguos habere humeros, tamen confisus de diuina gratia omnipotentis Patris, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum descendit teste Iaco. c. 1. qui & dat, (teste eo. loco prędicto) omnibus petentibus affluenter sapientiam, nec improperat, eo authore intercedenteque dilecto eius filio Domino nostro Iesu Christo ad Patrem aduocato nostro 1. Ioã. 2. in cuius nomine omnia in uerbo aut in opere sunt faciẽda, Actuũ 17. & c. non liceat, 26. q. 5. ex qua innocatione, ut dicit glo. in auth. de hæred. & falci. sub rub. & in procem. Instit. in rubrica, sequitur bonum principium, medium optimum, & finis Deo acceptabilis; non timeo ad huiusmodi opus accedere, hancque molem aggredi: quia materia quotidiana est, & frequẽtissima, propterea latiùs attingam, iuxta l. legaui, in prin. ff. de libera. legat. secundùm ordinem literę & clausularum, materiam ipsam declarando, & quęstiones utiles subijciendo, prout expedire uidebitur; At quia vt eleganter inquit Bal. in pręlud. feud. in prin. non statim in messem inijciendæ sunt manus, sed pręludia quędam proponenda sunt, quę ordinem in se habent, propterea antequam materiam ipsam aggrediar, duplicem expediam quęstionem, prima erit, quæ generaliter in quolibet instrumento necessario exigantur, secunda, quę specialiter in instrumento venditionis, emptionisque.

In prima igitur q. respondeo ex not. per Spec. in tit. de instr. edi. §. 2. per glo. in l. generali præallegata, quæ tamen in aliquibus non rectè, nec perfectè loquitur, & ex notis per Bart. in l. si quis ex argentarijs, §. initium. de eden. si tamen repetitio d. §. fuit Barto. quod negat Alexand. in rubr. de no. ope. nunc. & per Ferra. in pract. Pap. in forma productionis instr̃i, in glos. exhibens, & Lanfr. in sua pract. uerb. instrumẽtorum productiones. nume. 14. per Abb. Felin. & Dec. in c. 1. de fid. instr. decem esse necessaria pro solemnitate intrinseca instrumenti, & qua-
3 tuor pro solemnitate † extrinseca. Primo inuocatio nominis Domini. Secũdo anni eiusdem. Tertio Indictio. Quarto dies & mensis contractus. Quinto nomen Imperatoris, uel Papę. Sexto locus cõtractus. Septimo testes. Octauo nomẽ tabellionis, & hoc ponit tantum Spec. & Ferra. Nono signũ tabellionis. Decimo qđ addunt Doct. d. c. 1. series facti; Ex extrinseco. Primo, qđ scribens fuerit notarius legitimus. Scđo, quod fuerit habilis, quod Abb. & Dec. addunt in d. c. 1. in fi. Tertio, quod fuerit rogatus. Quarto, quod instrumentum fuerit lectum, de quibus singulariter operę precium est dispicere.

Primo igitur uidendum est de inuocatione nominis Dñi, & in hoc reperio quinque fuisse

4 fuisse Doct.opi.prima fuit† Spec.in loco prę alleg.cũ quo ibi trãsit Io.And. & Io.Fab. in procem. Insti.in princ.nu.3.& cũ eis uidentur cõcordare Dom.post gl. in c.in nomine Domini,23.dist.& referunt Fulg.in proęm. C.& Rom.in Rub.ff.de ope.nou.nunc.& refert etiam Felin.in d.c.1.1.col.distinguentis inter negocia ardua, & perpetua, & leuia breuique tempore duratura, sed hęc opin. communiter exploditur, cum talis distinctio iure non probetur, ut inquit Rui. in d. rub.ff.de nou.oper.nunc.

Secunda fuit opin.aliquorum tenentium quòd de iure huiusmodi inuocatio esset de substantia,cuius opin. fuit Rom. in d. Rub. And.Sicul.in repet. Rubricæ,ext.de fid. instr.col.17.& Areti.in procem. Instit.in prin.

Tertia,est opin.pręcedenti contraria, scilicet, quod imo talis inuocatio non sit substantialis uel de essentia de iure,& propterea instrumentum non uiciari, si sit omissa, & hanc tenet Bart.in repet. d.§. si initium,quã multi dicunt non esse Bart. sed cuiusdam Nic. Alex. ut Alexan. tradit in d. Rub. de nou.oper.nunc.& in l.iurisgentium §.quod ferè.ff.de pact.licet in cons.147. ponderatis 3.col.2.uol. tenuerit fuisse Bal. & expressius in d.§.si initiũ,hoc idẽ tenet Bal.in procem. C.1. colum. & in d. §. quod ferè, ubi idem tenẽt Paul.& Alex.& ibi dicit Pau. quod Pistorij est in usu in instrumẽtis,ut non fiat initium ab inuocatione Domini, & hanc partem tenent communiter Doct.in d.Rub. de nou.oper.nunc. & Cano. in dicto cap.1. de fid. instr.& Lanfranc.in repet.c.quoniã contra, de probat. in uerb. instrum. productiones nu. 15.

Quarta est opin. quod licet de iure non sit de substantia,tamen,ex quo per consuetudinem est admissa,censetur esse effecta essentialis & de substantia, adeo quod si contrarium fieret, non ualeret, ita Imola, & Roman. in d.Rub.de nou.oper. nunc.quod amplectitur Abb.& sequitur Felin.in dicto c.1. & etiam inhęret Ruin. in d. Rub. in princ. cum quibus etiam tenet Porto. in procem. Instit.col.3.

Quinta,& ultima est Bart.in d.authen.ut prępon a.no.Impe. ubi expresse loquitur stãte consuetudine, & Alex.in d.Rub.sentientium, quod etiam stante consuetudine non sit de substantia,ex quo est leuis solemnitas, quę non viciat actum, vt de signo crucis in inuentario requisito omisso trad. communiter Doct. in l.fi. C. de iure delib. pro quo facit, quia Doct.sup. in 3.opin.relati dicunt idem esse si de iure esset necessaria: quia non propterea uitiaretur actus ex quo est leuis solemnitas,& hanc opin.dicit ueriorem, & eam sequitur Dec. in d.c.1. nu. 6. & cum ea etiam transit in cap. in nomine, Domini, in princ. de testi.

Omissis igitur primis tribus, solum super ultimis est considerandum. nam posito pro constanti, ut frequẽtius tenent Doct. alleg.supra in 3. opin. quod huiusmodi inuocatio de iure non sit de substantia, restat discutiendũ, nunquid propter consuetudinem sit effecta substantialis, adeo, quod si omitteretur, uitiaretur actus; & quidem negari nõ potest,quin opi.prima, sit in terminis nostris specificè cõmunior,quia solus Bar.in d. auth.& Dec.in d.c.1.expresse. & Alex.in d. rub.tacitè uidetur tenere,quod ẽt stante consuetudine talis inuocatio non sit ut substantialis necessaria,quod omnes supra in 4. opin. relati affirmant; Et Doct.allegati supra in 3. opin. non loquuntur in terminis stante consuetudine, sed solum posito quod de iure esset de substantia; Vnde in iudicando puto difficile esse obtinere contrarium, per ea quę latè trad. Neuiz.in Silua nupt.li. 5.nu.72. in puncto tamen iuris articulus nõ est sine dubio.

Pro parte namque quod stante consuetudine inuocatio diuini nominis sit substantialis, & si † sit omissa, actus corruat, est 5 decis.Bart. in l. actuarios, C.de nume.& actu. lib.12.ubi per illum tex.decidit, quod si consilium conuocatur in alio loco,quam ubi cõsueuit conuocari, actus gestus est nullus ipso iure,pro quo uidetur esse tex.in l. pen. ibi saluoq; more maiorũ.ff.de iust.& iur.iuncta l.cũ sñiam, C.de sen.& inter.omn.iud.quod refert Ruin.d.rub.de nou.ope.nũc. Et dicit Abb. in procem. Decreta.in uerb. Gregorius, il secondo,num. 14.per glo.in §.si qua uero,in uerb.authore,quę loquitur de annis Domini, qui per consuetudinem debent in instrumento apponi, in auth. ut prępo. no. Impe.colla.5. quod omissio solemnitatis ex sola consuetudine inductę, habet uitiare actum; & sequitur Felin. in d.c.1.cui decisioni non obstaret si diceretur immo non uiciari instrumentum, quia ex quo de consuetudine debet apponi, si tamen est omissa, habetur pro expressa, glo.in l.fin. C. de fideiuss. not.moder.in l.certi cõdictio.§.si nũmos,ff. si cert.pet.quia illa iura nõ habent locum in substantialibus,quę omnino exprimi debẽt, & omissa uiciant,Io.Andr.in addit. Spec.in tit.de instr.edi.§. instrumentum.uer.quid si à contrahentibus.Fel.& Dec.in c.cũ M.Ferrariẽsis.nu.7.de cõst.& dicit Ang.in l. licet, C. locat. vt refert Dec. in loco pręalleg. qđ si quędã uerba apponenda sunt de consuetu

dine in instrumento, & quod aliter non ualeat instrumentum, tunc nō suppletur instrumentum à consuetudine. Et pro ista opi. facit quod tradit Corn. consil. 226. licet in hac 2. col. lib. 3. & consil. 70. duo ueniunt 2. col. lib. 4. ubi per decisionem Abb. in d.c. 1. ex facto respondit, instrumentum non habens signum notarij non ualere, cum de cōsuetudine sit introductum, vt tale signum apponatur; Et de subscriptione notarij quòd omissa instrumentum corruat, tamquam non sit leuis solemnitas, trad. Alexan. in consil. 141. uiso testamento, col. pen. lib. 2. duplicato in 4. consil. 96.

Nec obstat quod sit leuis solemnitas, quia id non uidetur uerum, quando quidem illa leuis dicatur solemnitas, quę nulla ratione munitur, ut Bal. censuit in l. hac consultissima. nume. 6. ubi Ias. post alios, C. qui testa. fac. pos. nec illa opin. de omissione crucis in inuētario licet allegetur communis, uidetur uerior, immo contraria de iure facile possit sustineri, ut dicit Durant. tract. de art. testan. tit. 11. caut. 8. sub nu. 2.

Sed dato quòd sit leuis solemnitas ex quo secundum Rui. in d. Rub. est de forma, etiā eius omissio uitiat actum, Bal. & alij, in l. 1. de lib. & posth. Felin. in c. cum dilecta, nu. 10. decima ampliatione de Rescriptis, & in c. cum causam. nu. 22. de re iudi. Ias. in l. 2. §. patris. col. 3. de vulg. & pup. & censetur ēt de forma, qñ lex procedit annullādo actum, ut per Doct. in d. l. 1. Felin. d. c. cum causam. & Rui. in d. rub. quod applicat Rui. ad hunc casum ex quo per glo. in d. §. si qua uero, dicitur quod aliàs actus non ualet, facit, quod omissio ordinis à lege requisiti actum reddit inualidum, vt Rom. consuluit in consil. 402. in proposita, refert & sequitur Felin. in d. c. cum causam d. nu. 22.

Pro contraria uero opi. facit qđ decidunt Doct. in locis allegatis supra in 3. opin. qđ etiā quod de iure esset substantialis talis inuocato, tñ ex quo est leuis solemnitas, eius omissio non habet viciare actū. Vnde idem est concludendum quando de consuetudine esset substantialis, aliàs sequeretur quod plus operari posset consuetudo, & sic lex non scripta in casu non scripto, quā lex scripta in casu scripto, quod est absurdum, quia consuetudo est altera lex, & pro lege seruatur in non scriptis, l. diuturna, & l. de quibus, cū ibi no. de legibus. Et quod hęc sit leuis solemnitas, & per consequens eius omissio non habeat uiciare, l. 1. de uent. inspi. patet ex ijs, quæ not. Bart. in d. l. 1. ubi dicit illam esse leuem solemnitatem, quæ non multum obstare potest, & dicit in l. 1. §. si plures 4. quęst. de exercit. et in l. cum hi. §. pretor de trans. quod dicitur leuis quando facti substantiam non immutat. & in l. fin. §. si uero postquam. C. de iur. delib. dicit illam dici modicam & leuem solemnitatem cuius omissio est modici, uel nullius preiudicij, & idem in l. 2. §. prius de vulg. & pup. & sequuntur Doct. in locis preallegatis, & maxime Ias. in d. l. hac consultissima, C. qui test. fac. pos. hinc consuluit Soci. cons. 15. col. 14. uers. ad quintum, subscriptionem Canonicorum in contractu necessariam omissam, tamquam leuem solemnitatem ualiditati contractus non officere; Ex quibus uidetur quod concludendum sit imò dictam inuocationem nō esse nisi leuis solemnitatis, prout de signo crucis in Inuentario omisso magis communiter teste Ias. in d. l. fin. & in d. §. prius, trad. Doct. & Dec. cons. 633. nu. 7. Non ob. deci. Bart. in d. l. actuarios. quia uidetur restringenda ad regulas communes, scilicet, quando posset magnum preiudicium afferre, secundum Aret. in d. §. prius, pen. col. Nec uidetur uerum quod dicit Rui. qđ sit de forma, quia imo ex quo est leuis solemnitas in dubio non præsumitur de forma, Car. Imol. & Feli. in d. c. cū dilecta. quod etiam in dubio procedit in omni solemnitate, vt ipsemet Rui. fatetur ibi; Nec uidetur etiam uerum quod sit in hac solemnitate decretum annullatiuum, quia glo. in d. §. hoc quoque, non loquitur nisi de annis Domini non autem de inuocatione fienda, & etiam quod loqueretur non est standum eius authoritati, & sic propterea non censeretur positum decretum annullatiuum, & sic patet quod hæc secunda opinio in puncto iuris est sustentabilis, & forte uerior, ut etiam dicit Decius in dicto cap. 1.

Putarem tamen pro concordia distinguendum esse aliter quam distinguat Rui. in d. rub. scilicet quod prima opi. respectu pęnę intrinsecę & sic nullitatis procedat: secunda uero respectu pęnę extrinsecę, & sic pecuniarię, cum sua distinctio iure nō probetur, hoc modo; Aut extat consuetudo simpliciter qđ in omnibus instrumentis apponatur huiusmodi inuocatio, & tūc habeat locum primo opino, quia uidemus quod ēt quod id statueretur per ius commune, tamē ex quo sumus in his, quæ leuis sunt solemnitatis, solēnitas huiusmodi omissa actum non uiciaret, maxime ex quo non esset appositum decretum annullatiuū, vt notant Doct. in d. l. 1. de lib. & posth. Felin. d. c. cum dilecta d. 10. ampliatione, num. 10. & in c. super eo, post prin. de test. cog. & ita etiam sentit Rui. loco pręallegato, & isto casu tñ operatur consuetudo, & sic lex

ſic,lex nõ ſcripta in caſu non ſcripto,quantũ operaretur lex ſcripta in caſu ſcripto. Si vero extaret cõſuetudo vlterius ſe extendens, ſcilicet nedum exigens huiuſmodi ſolemnitatem,ſed etiam ſi contra fiat irritãs actum, & tunc ſecunda opinio uendicet ſibi locum, & iſto ſecundo caſu poſſet ſaluari opin.Rui. tenentis, quod in huiuſmodi ſolemnitate requiſita ineſſet decretum annullatiuum, & ita fœdere huius diſtinctionis concordandæ ſunt opinion. quæ diſtinctio videtur amplectẽda. l.ſi finita.§.illud,cum ſimilibus de damn.infect. Cætera ad hanc materiam pertinentia dicentur(Deo dante)infra in expoſitione tex. inſtrumenti ſuper verbo in Chriſti nomine.

Secundò,debẽt apponi anni Dñi;quod a iure exigi nõnulli tradiderunt, maxime Spe
6 cu.in tit.præallegato de † inſtru. edit. dicto §.2. colum.ſecunda, & §. inſtrumentum ergo uerſicu. item quod non eſt ibi inſcriptus annus,& alij relati per Felin.in dicto cap.1. num. 3. licet uerius ſit magis id conſuetudine inductũ eſſe. vt no.gl. in d.§.ſi qua vero, in verb.authore,& eam ſequitur ibi Bart. & in d.§.ſi initium,num.9. & hoc idem tenent Abb.Felin. & Dec.in d.c.1. & gloſ.in verb. indictio,in c.inter dilectos eo.titu.de fid.Inſtrument.& Dec. conſil.447.& in pleriſque ciuitatibus iure municipali etiam ſpecialiter prouiſum eſt,ut debeant apponi,& maxime in ſtatutis ciuitatis Ferrariæ, lib.de prouiſionibus,& ordinamentis collegij notariorum multis Rubricis, ſeu capitulis cautum eſt; Quo fit ut dubitandum non ſit inſtrumentum anno Domini carens,pariter & viribus carere, per gl.in d.§.ſi qua uero, approbata, vt ſupra, maxime cum hæc non ſit leuis ſolemnitas vt in præcedenti dictum fuit,quod etiam trad. Alexand. conſil.190. prima col. in 6.vol.

Tertiò,Indictio eſt in quolibet inſtrumento apponenda in dicta authen.vt præpo.no-
7 men Impera. †& alijs in locis de quibus per Spec.in d.§.2.verſ.poſt annos Domini,glo. & Felin.poſt alios in d. c.inter dilectos Bar. in d.§.ſi initium, num.12. & in l.ſi librarius de reg.iur. & omnes communi calculo in d. c.1.de fid.inſtrumen.ubi Dec.num.11.multa iura allegat, & allegato conſil. 447. Bertran.conſil.primo,nouiſ.num.119.& conſi. 2.num.11. ſecunda parte nouiſ. & Cagnol. in l.ſi librarius, nume.23.de regu.iur. Bald. conſil.286.ſuper primo puncto,num.tertio, tertia parte, & Socin. conſil. 98. num. 15. in tertio. Et ita etiam iure municipali Ferrariæ exigitur.

8 Quartò,exigitur dies quo †notarius rogatus eſt de inſtrumento, ut probatur in d.authen.ut præpon.no.Impe.gl.in d.l.generali, C.de tabu.lib.10.Spec. d.§.2.col.3.verſicu. poſt indictionem, & in d.§. inſtrumentum, uerſ.item quòd non eſt ibi inſcriptus annus, & uer.ſeq.Io.Fab.& Areti.in §.item uerborum,Inſt.de inut.ſtip.Bart.in d.§.ſi initium, num.16. & tradunt omnes d.c.1. & Dec.d. conſil.447.& Pariſ.conſil.68.in prin.3.uol. etiam ſi actus, de quo conficitur inſtrumentum,de ſubſtantia ſcripturam non exigat,ut per Spec. d.§.inſtrumentum,verſic.quid ergo ſi dies,& per Alex.in conſil.66.uiſo proceſſu,col.fin.lib.1.licet Guid.Pap.aliter ſenſerit,quæſt.582.reperitur, de quo infra dicetur; Et quia ſine menſe dies non eſſet certus regulariter,propterea etiam apponitur menſis, qui de neceſſitate non eſſet apponẽdus, vt not.Bar.in d.§.ſi initium,nu.23. & ſequitur Feli.in d.c.1.nu.10.licet in d.auth.ut prępo.no.Impe.uideatur etiam exigi menſis de neceſſitate,et gl.in d.l.generali Spe.& Abb. in locis præalleg. tenent apponendum eſſe, quod etiam tenet Alex.in addit.ad Bar.in d. §.ſi initium; Ferrarię tamen ex forma ſtatutorum dubium tollitur. quia apponi debet.

Quintò, debet apponi nomen Imperatoris,ſeu Papæ,uel Regis ſecũdum qualitatem
9 loci in quo fit inſtrumentũ,ut †no.gl.pen.in c.quoties,1.q.7.& in d.l.generali.Spec.in d. §.2.3.col.uer.poſt diem.& in d.§.inſtrumentum,ver.itẽ quod non eſt,& ibi Bar.in d.§.ſi initium, num.24.Io.And. in data lib.6. uer. hic aduertẽdũ Abb.poſt alios in d. prohęm. Greg.nu.14.Et de Impera.eſt tex.in d.auth. ut præpo.no.Impe.qui ſecundum Abb.in d. prohœm.ad Papam eſt extendẽdũ. & ſequitur Felin.d.c.1.nu.5. Et quod ſit de ſubſtantia trad. Ange.conſil.291. uiſis omnibus,& communiter omnes in d.c.1. intãtum quod inſtrumentum non ualeret ſi omitteretur,ut per Ang.d.conſi.per Abbat.conſi.53.Alex. conſi.148.num.4.lib.7.& Soc.conſi.86.col. 2.verſi.quarta concluſio, & ſequitur Dec.d. c.1.nu.8. Bene uerum eſt quod ualet conſuetudo in contrarium, ſcilicet quod non apponatur,ut per Ang.d.conſi.291. & Abb.in d. prohœm.licet in d.conſil.53.dubitauerit,& videtur velle Bart.in d. §.ſi initium, & ſentit Alexan.in conſil. præalleg. & ſequuntur expreſſe Felin.& Dec.in d. c.primo, vbi dicit Felin. quod, ſi aliter teneretur, corruerent multa inſtrumenta,Pro quo facit, quia in confectione inſtrumenti generaliter attenditur conſuetudo loci. Dyn.conſil.31.in quæſtione,& ſequitur Dec.dicto numero 8. & in ſimili de indictione propter contrariã conſuetudinem non appoſita, quod valeat

tenet Ang.consi.220.ad hoc vt scriptura; no
men autem consulis de generali consuetudi-
ne non apponitur, quæ seruanda est, latè Ale
xan.in l.j.§.editiones. n.4. vbi plura allegat,
de eden.& hoc etiam tenet Bart. d.§.si initiũ
in repe.num.24.& Abb. d.c.1. & Paris.con-
sil.68.num.20.3.vol.

Sextò, exigitur loci contractus appositio
de iure non tantum de consuetudine (qđ non
10 nulli † voluerunt, vt glo.refert in c.Abbate
sanè verb.censeretur, de re iud. in 6.& Spec.
d.§.instrumentum, vers.quid si locus, in fi.&
Bart.d. §.si initium, nu.26.) probatur in d.c.
Abbate sanè, iuncta gl.& in c.quoniam con
tra, verb.loca.vbi glo.de prob.trad. gl. in d.
l.generali, & Specu.in d.§.2. versic.post no-
men, & in d.§.instrumentum, versic. quid si
locus, Ang.& Bal.in l.optimam, post glo. C.
de commit.& contrah.stip.Bal.consi.55.an-
no Domini, nu.1. 2.p. Fab.in §.item verbo-
rum, nu.3.inst.de inut.stip. Bar.& Ang.in d.
auth.vt prepo.no. Imp. Bal. in l.contractus.
nu.6. C.de fid.instr. Lanfr.in d.versi. instru-
mẽtorum productiones, nu.14.& trad.com-
muniter omnes in d. c. 1. cum alijs allegatis
ibi per moder. quod etiam Ferrarien. statu-
tis exigitur, & per Dec.consil.447. supra alle
gato, & per Bertran.consil.2. nu.55.2.p.no-
uis.& cons.301.in prin.3.vol.primorum.Pa
ris.consil.28.nu.10.2.vol. Cagn.d.l.si libra-
rius, nu.84. & propterea si omittatur corruit
instrumentum, vt ex facto respondit Corn.
consil.60.colu.2.& consil.216. col.2. lib.4.
An modo requiratur locus specialis, vel suffi
ciat generalis: & an consuetudo in contra-
riũ valeat, dicetur infra super loco in instru-
mento describendo, vbi tangentur multæ
quæst. ad hanc materiam pertinentes.

Septimò, debẽt in instrumẽto describi te-
stes, & sic non unus tantum, sed saltem duo,
11 l.ubi numerus, de testi.c.pluralis † loquutio,
de reg.iur.in 6. de quo infra dicetur, hoc te-
net glo.in d.l.generali, licèt loquatur de sub
scriptione, non de descriptione, de quo latius
infra suo loco dicetur. Idem de descriptione
trad.Spec.in d.§.11.versic. post locum, & in
d.§.instrumentum, vers.item quod non sunt
ibi testes, Ang.in d. authen.vt præpona. no.
Imp.Alex.consil.13.ex his quæ in themate,
3.col.in prin.3.vol.cons.37.viso dicto instru
mento, col.fi.eo.vol. & consil.153.infra alle
gando, col.2.Soci.reg.418. Testes in scriptu
ra, & Dec.d.consil.447. & Bertrand.consil.
230.num.3.2.parte prum.& communiter om
nes in d.c.1.Bertran. consil.209.nu.5.3.vol.
posteriorum Paris.consi.162.in princ. lib.4.
Bal.d.consi.55.2.p.Marsi.sing.56.ad validi-
tatem, Crauet.consi.122.nu.13.& consi.56.
nu.1.Lapus alleg.81.non ualuit actus, nu.2.
adde Didac.in c.20.suarũ pract. qq. nu.3.4.

Octauò, nomen tabellionis apponẽdum
12 est, gl.in ver.adijciatur, in §.sed & si † instru-
menta, in authen.de instr.cau. & fid.Spec.d.
§.2.uers.post testes, & in d.§.instrumentum,
versi. item quod non est a tabellione subscri-
ptum, Pap.in d.sua pract. in d.glo.exhibens,
Iaco.de Aret.Bal.& Pau. in l.ad testium.§.si
quis, de testa.Alex.cons.41.viso tenore, col.
4.lib.1.& consil.153. videtur prima conside
ratione, col.2.li.2.& allegato sup.consi.141.
viso testamento, col.pen.lib.2.& Dec.d.con
sil.447.& Bertran.consil.2.nu.6.2.p.primo-
rum, sed Bart.in d.§.si initium, nu.6.intelli-
git quod nomen tabellionis sit apponẽdum
scilicet quòd sit rogatus, quòd est de solẽmni
tate extrinseca, ut etiam ipsemet fatetur, nu.
29.de quo infra dicetur, sed ultra id quod no
men notarij, id est subscriptio, eius manu de-
beat apponi, ex suprascriptis iuribus plenè
probatur, quod etiam tenet Bertr. consil.1.
num.116.& seq.1.arte prum. & consil.207.1.
col.3.vol.nouis. & Paris.cõs.27.nu.5.2.uol.

Nonò, signum notarij apponendum est,
13 sed an id substantiale sit de iure, vel de † con
suetudine sunt opi.quòd de iure debeat appo
ni tenet gl.oportet.in d.authen.de instr.cau.
& fid.§.sed & si instrumẽta. Iac.de Are. Bal.
& Pau.in allegata l.ad testium, §.si quis, arg.
illius tex.de testa.Bal.in pluribus locis, maxi
mè in l.1.§.1.in prin.de eden. in l.Lucius de
testa.milit.in l.contractus, nu.6.C.de fid.in-
stru.& in l.scripturas, nu.2.C.qui po.in pig.
habe.& uidetur huic opin. adherrere Bar.in
d.§.si initium, nu.32.per text.in l.f.C.de as-
sesso.& per alia iura per eum ibi allegata; sed
vereor ne illa sit repet. Barto. ut Alexand.
supra relatus dicit, maximè quia alijs in lo-
cis semper Bar. tenuit de iure non esse neces-
sariam appositionem signi, & tamen est con-
tra morẽ suũ si est contrarius. Quòd uero ma
gis de consuetudine exigatur, tenet Spec.in
d.§.2.col.fi.uer.in fi.vbi dicit esse utile, & ho
nestum apponere, & ibi Ioan.And.in addit.
ostendit iure necessariò non exigi; & dicit q
est leuis solemnitas, quæ non uitiat, & ipsum
sequuntur But.& Imol.in d.c.1.de fid.instr.
& Io.de Venafr.consi.ult.nu.16.qui indistin
ctè tenet in prothocolo non esse de necessita
te ponendum, de quo dicetur inferius; Hanc
eandem opin. quod sit de consuetudine ma-
gis quàm de iure, sed quòd eius omissio vi-
ciet, tenet Bar.in prohœm.ff.nu..& in d.l.ad
testium.§.si quis, dicit standum esse consue-
tudini. Hãc opin.dicit communem Alex.in
d.rub.de no.ope.nun.nu.14.& eam sequitur
in sup.allegato consil.153.& idẽ tenet Lanf.

in d.

in d. ver. instrumẽtorũ productiones, nu. 15. Anchar. consil. 441. præmissa. & Car. consil. 133. ad singula, & Ang. d. consil. 220. Felin. in ca. 1. de spon. not. 3. nu. 3. & propterea eius omissio contra dictum Ioan. And. instrumentum uiciat, Corne. aliàs allegatis consilijs 70. 94. & 118. lib. 4. & 226. li. 3. & sequuntur Abb. & Felin. ac Dec. in d. c. 1. & d. consi. 447. Crauet. consi. 72. nu. 4. licet Dec. secundum Card. in d. consi. dicat, quod de iure esset leuis solemnitas, tamen difficile esset in practica obtinere sententiam pro ualiditate instrumenti, quia communior opi. est contra Io. And. ut dicit Felin. in d. ca. 1. quam etiam sequitur Bertran. d. consi. 11. nu. 42. & consi. 126. 1. colum. 3. volu. p[rum] & Paris. consi. 27. nu. 6. & consil. 28. nu. 13. 2. volu. nec uidetur leuis solemnitas per ea quę ibi trad. Abb. Ex forma tamen statutorum Ferrariensium necessarium est apponere tale signum.

Decimò, & vltimò, exigitur series facti gl. in d. l. generali, & in l. Iuris genitum. §. quod ferè, de pact. Ang. in d. authẽ. vt præpo. no. Imp. Lanfr. d. nu. 14. Abb. & Dec. d. c. 1. & debet esse perfecta, ut Bar. docet in l. si is qui, de testa. & Bal. in d. l. contractus secunda perfectione. nu. 8. C. de fid. instr. & Dec. d. c. 1. sub nu. 11.

Expeditis his quæ solemnitatem concernunt intinsecã, videndum est de concernentibus extrinsecam.

Primò, igitur dixi opus esse quod ille qui de instrumento est rogatus sit publicus notarius, aliàs non valet instrumentum ut communiter notant omnes in d. c. 1. quando autẽ præsumatur, & quomodo cõstare debeat de eius autoritate, & de multis alijs quęst. ad hãc materiam pertinentibus, infra suo loco dicetur, satis pro nunc est quasi per indicem hęc attingere.

Secundò, dictum fuit, quod oportet notariũ esse habilem, vt quia nõ fuerit publicè excõmunicatus quia tũc officiũ tabellionatus
14 exercere non posset † instrumẽtaq; non valerent, cum talis sit actus legitimus, c. licet, de sent. excõ. in 6. idem disputando concludit glo. in c. decernimus eo. ubi idem tenet Domi. idem Io. And. post Abb. antiquum in c. pia, 4. col. in nouel. de exce. in 6. Card. in repet. c. perpẽdimus de sent. exc. 39. q. Abb. & cõmuniter cæteri, in c. intelleximus de iudi. & Abb. & Dec. in d. c. j. in fi. Bar. in cõsi. 238. existens Pet. publicè excommunicatus licet aliter videatur dixisse in authen. credẽtes. C. de hære. sed ibi est casus specialis; idem tenet Bal. in l. in exercẽdis. nu. 7. C. de fid. instr. in add. Spec. in tit. de instr. edi. 3. col. ver. quãdo notarius desinit, & in c. 11. in fi. de Lege Cornra. in vsibus feu. vbi se remittit ad glo. in d. c. decernimus, idem Bal. & Paul. cum quibus videtur transire Ias. in l. 1. C. de iur. & fact. ignorãn. secus vero si notarius non fuerit publicè sed occultè excõmunicatus, tunc eñ valerent instrumenta, vt multi ex præallegatis tenent, & trad. Abb. & alij in c. ueritatis, de dolo, & contu. & in ca. si verè, de sent. excom. & in multis alijs locis; & idem si publicè exercebat officium, uel sentẽtia fuerat lata de longinquo, vel aliter poterat per partes ignorari sententia excomm. vt latè trad. Paris. consil. 89. 4. uol.

Et idem est si notarius esset infamis, vt quia in officio aliquid falsitatis vel doli commisisset, tunc enim non posset ulterius officium notariæ exercere si modo de delicto
15 fuerit damnatus. l. si aliquid † C. de suscep. & archa. lib. 10. & not. doctrinam in hac materia ponit Bart. qui communiter ab omnibus recipitur in eadem quæst. 1. l. 3. ff. ad l. Iul. repet. ad quã se remittũt Abb. & Dec. in d. c. 1. in fi. & in consil. suo 174. Ser Ioannes de Castro Durati. idẽ trad. Bal. in d. l. in exercen. nu. 7. C. de fid. instr. & in d. c. 11. de lege Corr. Pau. de Cast. cõs. 207. sup primo. 203. ponitur in facto, & 223. super eo. Alex. consil. 80. exanimato colu. 11. lib. 2. quod refert Dec. d. c. 1. & 190. col. fi. lib. 6. trad. communiter scribentes in l. si quis ex argentarijs. §. 1. de eden. & in l. & militibus. C. de testa. milit. Abb. Felin. & cæteri in cap. cum dilectus de fid. instr. & in c. fraternitatis de hær. vbi latè Marsil. sequitur in l. fin. de iur. omni. iud. nu. 171. & in rub. de fideius. nu. 184. quod tamen procedit in illo, qui notoriè erat infamis, secus si infamia erat occulta, vt not. in plerisque ex locis præalleg. infamis vero infamia facti vt spurius, potest esse tabellio & instrumenta conficere, vt Ang. respondit consi. eius 283. præmitto, licet secundum Abb. & Felin. in d. ca. cum dilectus, minus sit ei credendum, licèt non possit esse notarius in aliquo officio publico, vt in aliquo banco ciuilium uel criminalium causarum per doctr. Bart. in d. l. eadem, quod admittit Ang. d. consi. & ostendit expressius Alex. d. consil. 80. & extollit Marsil. latè singu. suo 273. col. fin.

Tertiò, ex extrinseco notarius dẽt esse rogatus de instrumento. §. nos autem. cum gl.
16 in verb. iniungatur. & ibi † Bart. & Ang. in authen. de tabel. colla. 4. & alleg. consil. 220. & consil. 74. Spec. d. §. 1. 5. col. uersi. & nota quod tabel. Bart. in d. §. si initium. nu. 28. & in authen. si quis in aliquo, C. de eden. glo. in clem. 1. §. dudum. versi. requisitis de iureiuran. & Alex. d. consil. 153. & communiter

omnes

omnes Doct.in d.c.1. de fid.instr.Bertrand.
consil.119. 2.vol. in primis, & Paris.consil.
27.nu.7.lib.2. An autem præsumatur nota-
rius rogatus, si non sit expressum, est alia q.
quam non ponam hic, sed suo loco de ea di-
cetur. Illud tantum dicam pro nũc quod ma
gis cõmunis opin. est quod non præsumatur
ex quo est solemnitas extrinseca, vt per Ale-
xan.in l.sciendum. de verb.oblig. & moder.
in d.c.1.vbi Felin.& Dec.nu.20.

Quartò exigitur, quod notarius scriptu-
ram instrumẽti a se factam partibus legat,&
testibus,argu.l.fideicommissa. §.1.vbi glos.
17 expresè loquens in testamẽto,†Bar.& Bal.
de leg.tertio.Ioan. Andr. in addi.Spec.in §.
ostenso.in versi.illud quoq;.in addi.magna,
circa med.in tit.de instr. edi. & in d.c.1.vbi
sequũtur But.& Imol.trad.etiã But.& Imo.
in c.cum P.tabellio.eo. tit.de fid.instr.Ang.
cons.74.d.quęst.& 274. ex themate 2.colu.
And.Sic.cons.32.col.9.lib.1. Ioan.de Ana.
consil.33.circa prædicta, Corn. in consi.77.
penul.colum.lib.4. & Dec.d.c.1. nume.14.
& Bertran.d.consil.2.num.5.secunda parte
pimorum,& Paris.d.consi. 27.num.8.lib.2.
latè Didac.in c.relatum.nu.11.de testamen.
Socin.iun. consil.102. nu.8.3.vol.& consil.
144.nu.37.eo.sed Abb. quem sequitur Feli.
in d.c.1.& in d.c.cum P.tabel.pdicta.intelli
git procedere quando testamentum uel in-
strumentum debet fieri in scriptis, secus si si
ne scriptis licet ad probationem scriptura e-
xigatur, vt not.Bart.& Bal.in l. Contractus
C.de fid.instr.Bal.in l.errore.& auth.Quod
sint.C.de testa.Dec.verò in d.nu.14. intelli
git generaliter prędicta procedere in quocũ
que cõtractu uel vltima uoluntate etiam in
scriptis non conficienda ex mente plurium
ex præalleg. qui loquuntur quando contra-
ctus non fiebat in scriptis vel testamentum,
& quod lectura testamenti, vel instrumenti
non sit de substantia, vel solemnitate, tenet
etiam Corn.consil.211.col.2.lib.1. ego pu-
tarem dinstinctionis fœdere opin.concorda
ri posse: nam aut sumus in contractibus uel
testamẽtis qui debent celebrari in scriptis,
& tunc non est dubium quod debent legi.d.
l.cõtractus,vbi not.Aut in his qui in scriptis
non conficiuntur tamen fit cõmuniter scri-
ptura ad probationem rei gestę,vt in contra
ctibus immobilium quotidie fit,& tunc si
notarius substantiam contractus legat corã
partibus,& testibus, & contractum stipula-
tus sit, licet non omnes clausulas instrumen
ti legat,saltem nisi cum breuitate,imo etiam
quod non fecerit tunc aliquam scripturam
notarius de contractu, sed tantum stipula-
tus est,credo sufficere,nã quod testes & par-
tes nõ dẽant intelligere quod agitur, ex ver
bis notarij,nullus negat:& ita uidi in practi
ca seruari,& isto casu procedat opi.quam te
net Dec.post alios præalleg. quod exigatur
lectio cõtractus,& ratio est, vt dicit Paul.de
Cast. d. l.contractus,2.colu. quia qñ partes
nolunt in scriptis cõtrahere, censentur con-
fidere de peritia notarij, quod contractum
extendat cum debitis solemnitatibus, secus
in his,quæ in scriptis fieri debent, quod mo
do teneatur legere vltra substantiam, etiam
omnes clausulas,et singula verba; Vel id qđ
non est tunc scriptum,non videtur iure pro-
bari, & hoc casu procedit opi. Abb. & Feli.
Vnde si cõstaret saltem eo modo,quo supra,
non fuisse partibus, & testibus recitatũ con-
tractũ,& notariũ stipulatum,crederẽ instru-
mentum non valere, & ita inueni hanc opi.
Alex. approbantem in consil.74.viso testa-
mento Ioannis, colu.3.lib.1.vbi dicit quod
in his,quæ scripturã necessario nõ exigunt,
non est necesse tempore actus scripturam in
teruenire,hoc etiam trad.Steph.Bertran.cõ
sil.44.nu.10.2.par.nouis.vbi dicit ita uidisse
quotidie obseruari, & propterea notarij cũ
aliquem contractum in prothocolo, uel vlti
mam voluntatem scribunt, quem seu quam
tñ stipulati nõ sunt, vel ex discordiæ partiũ,
uel aliter,solent aut cancellare, aut scribere
in margine nõ fuit stipulatũ uel publicatũ.

Duo ẽt alia addit Felin. d.c.1. necessaria,
scilicet quod instrm̃ non sit scriptum in char
ta perforata,vili,et immũda. Secundo,quod
nõ sit scriptũ per notas uel signa seu zifaras
quæ omissa faciam, tanquam nimis curiosa
& quæ de raro accidunt, & ne huiusmodi
præludia nimis in longum pertrahantur,
fortè alibi de his dicetur, & per hæc sit ex-
pedita prima quæstio.

Secundã q. amplector,qua quæritur, quæ
necessario exigantur in instrumento vendi-
tionis, in qua breuiter cõcludendo dicitur,
quod aut sumus in instrumento venditio-
nis,quę fit sine scriptis,licet de ea fiat scriptu
ra ad probationem, aut uenditionis, quę fit
in scriptis,de qua habetur in l.contractus.C.
de fid.instr.& instit.de empt.& uẽd. in prin.

Primò, namq; casu tria sunt substantialia
contractus uenditionis sine quibus copula-
tiuè uenditio consistere non potest, scilicet,
18 consensus †contrahentium,res certa,& pre
tium certum, ut nota. trad.gl.in uerb.ex pre
tio,in l.pacta conuenta. ff.de contrah.empt.
sequitur Bald.in l.in uendentis.1. col.C.co.
& Fab.de Monte S.Saui.in tract. de emp.&
uẽd. q.1.Ferrar.in sua pract.in for.lib.in cau
sa uend.gl.1. & Fab.prędict. ẽt q.5. 1.col.in
tantum,quòd uno deficientę emptio non pro
batur,

batur, ut dicit Rom. in l. Titia, ff. solu. mat. refert & sequitur Soc. consil. 208. 2. col. licet plura alia exigere uideatur Rofre. in tract. de lib. 4. parte, in rub. de actione ex empto, quæ non sunt regularia; & hæc tria substantiala etiam ponit Ioann. Pyrrh. in l. contractus, fo. 10. 2. pag. ff. de reg. iur. namque vltra prędicta tria, cętera quę in instrumētis huiusmodi apponuntur, aut sunt naturalia. i. quę veniunt de natura cōtractus, vt est traditio rei vera, uel ficta, & promissio de euictione, aut accidentalia, quæ accidentaliter a cōtrahentibus diuersimodè apponūtur, ut in alijs pactis insolitis, iux. not. declarata per Bal. in d. l. in vendentis, & in d. l. pacta cōuenta, de quibus suo loco dicemus.

Secundò, scilicet quando venditio fit in scriptis, & tūc quartū exigitur, scilicet quod fuerit completa scriptura, & partibus lecta, & approbata, d. l. contractus, & inst. d. tit. de empt. & vend. in prin.

Primò, itaque exigitur consensus quo ipsa venditio peragitur, l. 1. §. fin. de cōtrah. empt. & l. in uenditionibus, eo. tit. l. 2. C. eo. l. consensu, de actio. & obli. l. si stipuler. §. fi. de verb. oblig. gl. in l. 3. verb. substantia. C. de contrah. empt. Aret. in §. actionum autem. nu. 6. instit. de actio. Corn. in cons. 25. in prin. li. 4. in tantum ꝙ magis id quod actum, quam quod dictum sequendū est. l. sed & Celsus, §. si fundus. ff. de cōtrah. empt. Fab. d. q. j.

Secundò, precium exigitur, cum substantia emptionis ex eo consistat, d. l. pacta conuēta. in prin. & sine eo vend. nulla sit. l. 2. ff. eo. de contrah. empt. & l. empti fides, C. eo. & §. precium, eo. tit. ꝙ in pecunia numerata consistere debet d. l. empti, & §. item preciū instit. eo. & certum etiam d. §. precium, licet perfectionem venditionis non impediat si solutum non fuit, d. l. empti.

Tertiò, dictum fuit sine re venditionē nō procedere, quod probatur in l. nec emptio, in prin. in l. domum. & in l. & si consensū. ff. de contrah. empt. & licet vendantur fructus futuri, & partus, d. l. nec emptio, & sic non existentes in rerum natura, tamen non propterea tollitur regula, quia illo casu venditio censetur conditionalis, si nascantur, & propterea nullam habet perfectionem nisi post natiuitatem eorum, & tunc venditio retrotrahitur, & censetur facta tēpore cōtractus, vt per glo. in d. l. nec emptio. & Azo. in summa huius tit. nu. 6. & notatur per Doct. in d. l. nec emptio. Valet tamen venditio etiam nulla re existente, quādo scilicet quasi alea, captus piscium, vel auium, vel missilium emitur, d. l. nec emptio. & l. si iactū. ff. de action. empt. vbi Bar. & per Fab. d. tract. q. 4. princ. 16. q. sed hoc ideo quia spes ibi est loco rei, vt per Azo. d. nu. 6.

Cæterum animaduertendum est non omnium rerum emptionem, venditionem vē valere, sed earū tantum quę haberi, & possideri possunt, & quarum ius naturale vel gentium, vel mores Ciuitatis comercium non excluserūt, l. si in emptione. §. omnium, vbi no. ff. de contrah. empt. habet in l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. oblig. per Azo. in summa d. tit. col. 2. & per Fab. d. q. 4. in prin. & quia hæc latius in progressu tractabuntur ijs præludijs omissis ad rem ipsam transitum faciam.

RVBRICA.

Instrumentum emptionis Domini Rodulphi de Grassaleonibus, & Baptistæ de Raynaldis de Vincentia ab Amadeo, & Consortibus de Amadeis, & Federico, & Paulo de Gandulphis.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum propriè, & strictè pro carta sumitur in qua descriptus est contractus, & conuentio partium.*

Instrumentum largè capitur pro omni eo, quod instruit causam, & sic veniunt etiam testes.

Instrumentum largissimè ratione adiuncti capitur, vt de instrumento fundi, & artificum.

Instrumentum est scriptura, uel assertio seu probatio alicuius rei facta.

Instrumētum est solemnis, & ritè ordinata scriptura per authenticæ personæ manum publicè causa memoriæ facta.

2 *Testes veniunt appellatione instrumenti sub lata significatione.*

Aliqui tamen tenent quòd immò sub propria.

Sententia prætextu nouorum instrumentorum, & testium rescindi potest.

Transactio sicuti prætextu falsi instrumenti, ita & prætextu fallacium testium potest rescindi.

Testes veniunt appellatione instrumentorum, quando in vtroq; est eadem ratio.

Dilatione concessa pro producendis instrumentis non possunt testes examinari.

Instrumenta publicatis attestationibus possunt etiam produci.

Testes publicatis attestationibus nō possunt examinari propter timorem subornationis.

Statutum loquens de instrumentis, testes non complectitur.

Instru-

Instrumentum secundum communem loquendi vsum aliud est, & aliud testis.

Statutum infligens pœnam producenti falsa instrumenta non porrigitur ad producentem falsos testes.

Testes de propria significatione non veniunt appellatione instrumentorum, secundum magis communem opin.

Et ita est tenendum.

3 *Scriptura de proprietate sermonis venit appellatione instrumenti.*

De communi tamen loquendi vsu secus.

Scriptura priuata faciens fidem, etiam de communi loquendi vsu venit appellatione instrumenti.

Scripturæ publicæ sine dubio veniunt appellatione instrumenti.

Acta causæ veniunt appellatione instrumenti.

Scripturæ Archiuij veniunt appellatione instrumenti.

Instrumentum ab instruendo dictum.

Instrumentum dicitur documentum, quia docet.

Instrumentum dicitur munimentum quia munit producentem contra aduersarium.

4 *Venditionis diffinitio secundum Ang.*

Quæ auctori non placet.

Traditio non est de substantialibus venditionis, sed de natura, & de executione.

Pretij solutio non impedit rei venditionem.

Venditionis diffinitio per Fabia. de Monte, quæ placet Auctori.

Venditionis diffinitio per Ioan. Pyrrh.

Venditio est a iure gentium introducta.

5 *Consortes aliquãdo dicuntur qui sunt de eadem parentela, licet non de eodem sanguine.*

Consortes dicuntur qui habent aliquam communionem in aliqua lite, vel causa.

Consortes dicuntur qui habẽt participationem, vel communionem dominij alicuius rei.

6 *Intitulatio seu rubrica instrumenti si sit dimissum spatium vacuum, & nihil vltra est scriptum, facit fidem si est vniformis, secus si non est vniformis, quod declara, vt hic.*

Instrumentum non probat, quãdo apparet, quòd notarius plus volebat scribere, neque habuit rem pro perfecta.

QVæro quid sit instrumentum, & respon. tripliciter instrumentum in iure sumi, strictè & propriè
1 pro carta in qua † descriptus est contractus & conuentio partium. Secundo modo largè pro omni eo quod instruit causam, & sic tali casu veniũt etia testes. Tertio modo largissimè ratione adiuncti, vt pro instrumẽtis fundi, de quib. in tit. de fund. instr. & instr. leg. & pro diuersis alijs instrumentis aliorũ artificum, de quibus habetur per Dec. in rub. de fid. instr. nu. 2. & per Alber. in d. suo verb. instrumentum, ita trad. glos. quã sequitur ibi Bart. in rub. Auth. de instr. caut. & fid. & glo. in l. notionem §. instrumentorum, uerb. separare. de verb. signi. & in l. 1. ff. de fid. instr. et Azo. in summa huius tit. & Io. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de inst. edi. §. 1. & cõmuniter Doct. in rub. ext. eo. Vnde sumẽdo in propria & stricta significatione, in materia nostra diffiniendum est instrumentum esse scripturam, ad assertionem seu probationem alicuius rei factam; Vel plenius, qđ publicum instrumentum est solemnis & ritè ordinata scriptura per authenticæ personæ manum publicè causa memoriæ facta, ita diffinit Spec. in d. §. 1. de instr. edi. habetur in pract. seu praxi iuris quę Alci. inscribitur d. tit. de instr. edi. quæ diffinitio probatur ex dictis, & trad. per Spec. in §. nunc dicendum, in d. tit. de instr. edi.

Sed licet dictum fuerit supra, testes sublata significatione non propria venire instrumentorum appellatione, illa tñ opinio non
2 est † ab omnibus recepta, cùm multi nõ mediocris authoritatis Doct. non debilibus rationibus moti arbitrentur, de propria significatione testes comprehendi, per tex in d. l. 1. de fid. instru. & in d. §. instrumentorum, quod vtrobiq; tenet Bart. & sequitur Alci. d. §. instrumentorum. & per tex. in c. peruenit, il 2. de test. cogẽd. quod & Bar. videtur tenere in l. admonendi, in fin. de iureiuran. vbi, quemadmodũ prętextu nouorũ instrumentorum sententia rescinditur, ita prætextu nouorum testiũ rescindi posse censuit, ea ratione, quia appellatione instrumentorum testes comprehenduntur; & ipsum ibi plerique sequuntur. Hoc etiam videtur simplicipliciter tenere Ferra. in sua pract. iud. in forma productionis instr. in glo. exhibens, in princ. & expressius Lanfran. in repet. c. quoniam cõtra, de probat. in verb. instrumentorum productiones, in prin. & Imol. in d. rub. de fid. inst. & pro hoc etiam facit decis. Bal. quem cæteri sequuntur, in l. si ex falsis. C. de transac. col. 2. uersi. Venio ad q. vbi decidit, quod sicut rescinditur transactio prætextu falsorum instrumentorum, ita etiam sit rescindenda prę textu falsorum testium pari ratione. Bene verum est quod Bal. & cæteri loquuntur quando militat eadẽ ratio in vtroque casu, secus si sit diuersa ratio, iuxta not. per Spec. in tit. de dilat. §. fi. ver. Item not. quod cum datur, vbi dicit, quod si est data dilatio pro producendis instrumẽtis, non possunt in ea examinari testes, quia militat diuersa ratio, quia instru-
3 menta † etiam publicatis attestationibus produci possunt, c. cum dilectus, de fid. instrum.

testes

testes non, propter timorem subornationis, c. de testibus. de testi. quã decisionem sequun tur Doct. in d. l. si ex falsis, Abb. & Felin. in d. c. peruenit. & omnes in d. rub. extra de fid. instr. Ias. in repe. d. l. admonendi col. antepe. & Alci. d. §. instrumentorum; Fatentur tñ omnes tenentes hanc partem, & in hoc con cordãt cùm tenentibus contrarium propter communem vsum loquendi, qui attendendus est, l. cũ de lanionis. §. asinam, de fund. instr. & instr. leg. & l. librorum. §. quod tamen Cassius, de leg. 3. testes nõ comprehen di in statuto de instrumentis mentionem faciente, cum communi vsu loquendi aliud sit instrumentum, aliud testes; & propterea infertur, quod pœna statuti producenti falsa instrumenta irrogata, non tenebatur falsos testes producẽs. vt Iac. But. decidit in d. l. 1. de fid. instr. quẽ ibi sequuntur Alberi. Salic. Fulg. & nonnulli alij. & ibi dicit Flor. ita iudicatum fuisse. & Alberi. in 1. parte statutorum quęst. pen. & sequitur Dec. post alios in d. rub. de fid. inst.

Cõtrariũ tamen quod imò propria significatione testes nõ comprehendantur, tenent magis cõmuniter Doct. in d. l. 1. de fid. instr. in d. c. peruenit. in c. licet dilectus. de testi. & in d. rub. quod etiam tenet Aret. per illum tex. iuncta glo. in l. 1. C. de dilat. Mar. Soc. cons. 41. col. 5. in prin. & dicit idem tenuisse in d. rub. art. 1. quod est tenendum per iura, & rationes in locis prędictis allegata.

An autẽ scriptura priuata veniat appellatione instrumenti de proprietate sermonis,
3 concludunt † communiter Doct. quòd sit secus de communi usu loquendi. vt per Bar. & alios in l. 1. C. de iur. calci. Abb. cons. 64. uenio ad primum col. fin. lib. 1. Rom. cons. 23. nescio, in 2. dub. & latè per Dec. post alios in d. rub. in fi. si tamen scriptura priuata faceret fidem, etiam de communi vsu loquẽdi comprehenderetur. vt per Soci. cons. 62. in præsenti, col. pen. per Abb. & Dec. in d. rub. De publicis autem scripturis quod comprehendantur omnino dubium non est, vt per Bar. in l. in fraudem. §. neq. ff. de iure fisci, inferrẽ tem quod falsans acta causæ ita punitur sicut falsans instrumẽta, pęna statuti, & idem de scripturis Archiuij trad. Inno. in d. rub. de fide instr. & But. in c. 2. eo tit. vt refert Feli. in d. rub. in fin.

Et sicut ab instruendo, dr̃ instrumentum c. fin. de dol. & contu. ita documentum, quia docet, ar. authẽ. si quis in aliquo. C. de eden. & munimentum, quia munit producentem cõtra aduersarium. c. 1. §. post hoc, de appel. in 6. cum glo. ita Spec. in d. §. 1. de instr. edi. & sequitur Alcia. d. eo. tit. in sua pract. supra allegata, de quo vlt. verbo, scilicet munimentum, scribit plura Feli. in d. c. peruenit. 2. col.

Quæro quid sit emptio, vel vend. & Ang. in summa Ange. in verb. emptio diffinit uen
4 ditionem esse alienationem † quia dominiũ & possessio rei vẽditę trãsfertur per traditionem ipsius Domini, vel, si nõ est Dominus, vsucapiendi conditio in ementem pro ipsa soluto pretio, quę diffinitio mihi in nullo placet, tum quia nimis prolixa, tum quia in multis defectiua, & in multis superflua; quod sit defectiua, ex sequenti definitione patebit: quòd superflua, apparet, quia traditio nõ est de substantia venditionis, sed de natura, & de exequutione, vt suprà dictum fuit, & latius infra dicetur, nec similiter solutio precij impedit rei venditionem. l. empti fides, aliàs allegata. C. de contrahen. empt. & proptereà mihi magis placet diffinitio Fab. de Mõte Sãcti Saui. in d. tract. de empt. & vẽd. 1. q. in prin. scilicet, quòd emptio & vẽditio sit contractus, bonæ fidei vltro citroque obligatorius, qui cõsensu, re, & precio pficitur. Cui⁹ definitionis verba declarãda sũt, vt ibi per eum. Aliter diffinit Ioan. Pyrrh. in l. contractus, fol. 10. 1. fac. vers. quinta pars. ff. de reg. iur. ꝙ emptio est contractus iuris gentiũ vtriusque causa factus, in quo ex parte venditoris rei traditio, ex parte emptoris preciũ uenit; Contractus uero huiusmodi quod iure gentium introductus fuerit, habetur in l. 1. de contrahen. empt. ad fin. ubi Bart. l. ex hoc iure, de iusti. & iure, trad. Bal. in rub. C. de contrah. empt. in prin. & Fab. d. q. 1.

Consortes licet diuersimodè sumantur, quia quandoque censentur ij, qui sunt de ea-
† dem parentela, licèt † non de eodem sanguine, ut per glo. primam, iuncto text. in l. dudum, C. de contrahen. empt. ubi Sali. & per Alex. cons. 125. 2. col. 7. uol. quandoque ij, qui habent communionem in aliqua lite uel causa, vt C. de consor. eiusdem lit. in rub. & nig. tamen hic accipiuntur pro illis, qui habent participationem, uel communionem dominij alicuius rei, iuxta text. cum glo. ubi expresè Bal. & Salic. in d. l. dudum. quos sequitur Felin. in rubrica de treug. & pace, sub nu. 11.

Sed quæro, pone, ꝙ reperitur in prothocollo notarij defuncti intitulatio seu rubr. instrumenti, & dimissum est uacuum spaciũ,
6 & nil ultrà est scriptum, an talis † intitulatio uel rubr. aliquam probationem faciat? in quo art. Bart. in l. admonendi, col. 8. nu. 33. uers. quęro pone quod in libro notarij, de iu reiur. distinguit, quia aut est rubr. instrumenti uniformis, & quod semper uniformiter scribitur, & fit, ut in exemplo conseruatio-

nis

nis indemnitatis, cuius rub. describitur post instrumentum fideiussionis alicuius, & tunc quia uniformiter fit, secũdum eum facit presumptionem, quod fuerit facta promissio conseruationis indemnitatis, & in exemplo posito per Caccialup. in repet. d. l. col. 29. ver sic. dicit hoc not. Bart. quando scilicet in prothocollo descriptum est instrumẽtum confessionis, & absolutionis, postea ponitur rub. Repromissio, uel promissio, non obstante confessione, & absolutione prædicta, quia idem erit ꝙ in primo casu, secundum eum; si uerò instrumẽtum cuius intitulatio, seu rub. est descripta, non est uniformis, sed diuersimodè fit, ut in Venditione, quæ diuerso fit precio, & diuersis pactis, & tunc nullam fidem facit, & hoc dictum Bart. sequitur Caccialup. vt supra, & But. in c. fin. 5. col. de iureiur. Ias. in repet. d. l. admonẽdi, col. 64. nu. 27. & Ripa, nu. 157. & Dec. in l. 1. 1. lect. nu. 7. ff. si cert. pet. & ad hoc ultimũ facit quod not. Bart. in l. si is qui, 2. col. de testam. ꝙ quãdo apparet ex Instrumento ꝙ notarius plus uolebat scribere, & nõ habuisse rem pro perfecta, instrm̃ non probat, vt quia notarius dixit Titius uendit talem rem Seio pro precio centum, his pactis appositis nec reperitur plus scriptum, quod sequitur Bald. in l. contractus, 3. col. C. de fide instr. Imola, cõs. 91. In causa quę uertitur, 2. col. & sequuntur alij supra allegati, alia similia adducentes.

CLAVSVLA PRIMA.

In Christi nomine Amen.

S V M M A R I A.

1 *Inuocatio nominis Christi inter Hebræos fieri non debet in Instrumento sed nominis Dei eorum secundum Bart.*

Communiter tamen contrarium tenetur.

Inuocatio nominis Christi an sit de substantia in instrumento inter Hebræos, recitantur opiniones.

Instrumentum inter Hebræos confectum omissa inuocatione nominis Christi, in dubio ualet,

Cautela tamen est, ut notarius inuocet nomen Dei & sic patris.

Et ita seruatur Venetijs & Romæ.

Potest etiam inuocari nomen Domini & sufficiet.

2 *Instrumentum non uitiatur si notarius omisit illud verbum Christi uel Dei, & tantùm scripsit in nomine; uel si omisit illud verbum nomine, & tantum scripsit Dei, uel Christi.*

Inuocatio facta in nomine Domini ualet.

Deus est Dominus Dominorum.

Inuocationem ponere in principio libri sufficit.

3 *Amen, dictio, posita post inuocationem diuini nominis non est de substantia, nec necessaria sed ad bene esse.*

Amen, idem significat quod sine defectu, & est dictio composita ab a, & mene.

Notarius apponens dictionem Amen, post inuocationem uel intelligit contenta in Instrumento & sine defectu, vel quòd Inuocatio ipsa sit uera, & sine defectu.

Amen dictio, in diuinis officijs ponitur pro fiat. Et est responsio Populi.

GLOSSA PRIMA.

SVprà in primo requisito in 1. q. in præludijs satis disserui, num inuocatio nominis Domini Iesu Christi in Instrumentis sit necessaria, & an ea omissa, Instrumentum viribus subsistat, & conclusi ex mente Doctorum, in crebriorem sententiam euntium, de Iure non esse necessariam, de consuetudine secus: si tamen vt ea consuetudine introductũ sit, hoc requiri necessario, aliàs inducatur annullatio actus, per iura ibi adducta; modo nunc super huiusmodi Inuocationis verbis se offerunt plures quęst. examinandæ discutiendæque; & primò, nunquid huiusmodi Inuocatio nominis Christi per notarium Christianum possit fieri in Instrumento celebrato inter Hebræos, vel alterius sectę homines, adeò quòd non propterea Instrumentum vicietur.

Secundò, an notarius hoc debeat omnino facere, aliàs actus sit nullus.

Prima quæstio modicum habet dubitationis: nam solus Bart. in repet. l. si quis, §. si
1 initium, de eden. nu. 7. quæ tamen † repetit. vereor ne fuerit Bart. vt suprà in præludijs dictum fuit, tenet inter Iudeos, vel alterius sectæ homines nomen Christi inuocandum non esse, sed solum Dei eorum; Imo verò in
4 rubr. ff. de nou. oper. nunc. reproban. Bart. ibi. tenet non esse permissam talem inuocationem inter Hebræos. Sed tamen quòd notarius etiam inter partes contrahentes Iudæos non possit inuocare nomen Christi, nullus alius ambigit; & propterea Bart. & communiter omnes, in d. rubrica, de nou. oper. nunc. tenent actum, valere, facta huiusmodi Inuocatione; Et Idem Bart. in proœm. Digestorum 2. col. & in proæm. Codicis Bald. in rubr. de Iustit. & Iure, circa princ. Io. de Plat. & Aret. in proæm. Instit. & Felin. in c. 1. de fide Instr. nu. 2.

Secunda quæst. est difficilis, quia inter Doct. sunt opiniones: nam Bald. & Paul. in dicto procemio Codicis, & Imola in d. rub. de noui oper. nunc. & alij, tenentes, quòd huiusmodi inuocatio non sit de substantia, vt in prælud. suprà, in 1. quæst. referendo tertiam, & secundam opinionem relatum est, negāt omissionē huiusmodi inuocationis in instrumento inter Hebræos celebrato, officere. Alij plerique tenent contrarium, ut Butr. in c. inter dilectos, 9. col. de fid. inst. & in proœ. Decret. 3. col. Rom. d. rub. de noui ope. nūc. Aretin. in proœm. Inst. nu. 3. Alex. & Rui. in d. rubr. de noui oper. nunc. licèt præsupponat Alex. Inuocationes huiusmodi generaliter esse de substantia, & Felin. in d. c. 1. de fide in stru. In effectu decisio huius quæst. dependet ab illa examinata suprà in d. 1. quæst. quia si etiam consuetudo extat cum decreto annullatiuo, ut supra dictum fuit, quòd talis inuocatio fiat inter Hebręos, tūc omissa uiciat, aliàs non: in dubio tamen valeret instrumentū sine ea, & ita reperitur inter consilia Ang. ante consilium 94. quædam transactio facta inter Hebræos, incipiens. Cū lis & quęstio, in qua nulla inuocatio inscripta est, & in ea more Hebræorum iuratum est, de quo ultimo infra in fine dicetur Deo dāte. Putarem tamen ad euadendum ab huiusmodi amaritudinibus, quod cautè faceret notarius, si inuocaret nomen Dei, & sic Patris, qui etiam ab Hebræis colitur, & omnibus satisfieret, cum maximè Doctores loquentes de inuocatione, magis non loquantur de inuocatione Patris, quàm Filij, & ita in pluribus locis, maximè Venetijs, & Romæ seruatur; Vel si inuocaret nomen Domini, quod sat esset, vt infra dicetur.

Tertio quęro, quid si notarius omisit illud verbum, Christi, vel Dei, & tantum scripsit in nomine, an †instrumentum uicietur, præsupposito, quod talis inuocatio sit de substantia? & Bart. in d. §. si initium, nu. 8. quem sequitur Felin. in dicto cap. 1. num. secundo, tenet non viciari, & idem, si solum sit scriptum, Domini, absque illis uerbis, in nomine, per tex. in l. prima, §. sin autem, ff. de hæred. instit. quo fit, ut minus dubium sit, an ualeat inuocatio facta in nomine Domini, q̄a censetur facta Domini Dominorum, & sic Dei per excellentiam, arg. Insti. de iure nat. gent. & ciui. §. sed ius quidem Ciuile, quod ex sacra scriptura infinitis in locis probari posset.

Quarto quæro, posito, quod huiusmodi inuocatio sit de substantia, an sufficiat in prin. libri tantum apponere huiusmodi inuocationem? & Bart. decidit quod sic, in d. §. si initium, nu. septimo, quod ex mente aliorum ibi loquentium in die, & alijs solemnitatibus affirmandum est, de quibus singulis infra dicemus. Sed quęro, cur post inuocationē diuini nominis apponatur illa dictio, Amen, & an sit de substantia? licèt non uiderim à nemine tactum, tamen non uidetur esse de substantia, uel †necessaria, sed censetur posita ad bene esse, namque, illa dictio, amen tantum importat, quantum sine defectu, est enim dictio composita ab à quod idem importat quod sine, & mene, defectu, vt tradit Io. Andr. & Abb. post Hug. in cap. & si Christus, ubi Abb. nu. 9. de iureiur. uel in ueritate, seu uerum est, cap. re uera, ubi glos. de cōst. dist. 2. & Abb. d. nu. 9. Vnde cum Notarius illam dictionem apponit, aut per eam intelligit contenta in instrumento etiam uera, uel sine defectu, aut quòd inuocatio ipsa sit uera, & sine defectu, qđ magis placet, & uerius uidetur, maximè cū post inuocationem diuinam, introduuct sit ab Ecclesia, ut dicatur hæc dictio: in officijs uerò diuinis secundum Abbat. in d. l. interpretatur, fiat, & est responsio populi, & hoc modo capitur ad Corinth. 14. ubi interpretatur, ita sit.

Anno eiusdem Natiuitatis.

SVMMARIA.

1 *Anni Domini diuersimodè computantur.*

Anni ante aduentum Christi diuersimodè computabantur.

Anni hodie ab incarnatione, & ab Imperatoris creatione computantur.

Anni antiquitus incipiebāt Calen. April. secundum glos.

Annus tempore Romuli erat decem mēs. & incipiebat à Martio.

Annus ab Hebræis ante liberationem ab Aegyptiaca seruitute inchoabatur de mēse Septembris.

Mūdus de mēse Septembris fuit creatus secundum aliquos.

Annus ab Hebræis post liberationem à seruitute Aegyptiaca de mādato Dei inchoatus fuit à mense Martij.

Anni Domini ab incarnatione sunt computandi, vt quidam volunt.

Anni Domini secundum alios à natiuitate sunt enumerandi.

Et hoc est verius.

Anni Domini ab aliquibus enumerantur à die circumcisionis.

Anni Domini ab aliquibus inchoantur octauo Kal. Octob.

Anni

Anni Domini secundum loci consuetudinem sunt inchoandi.

Et hoc est verissimum.

Anni Domini in Hetruria, Senis, et Venetijs ab Incarnatione computantur.

Anni Domini Perusii, Forliuij, & Paduæ à natiuitate initium sumunt.

Anni Domini à quo tempore, an scilicet à natiuitate, an ab Incarnatione inchoentur, nihil referre, dūmodo sit certū de tēpore contractus.

2 *Instrumentum confectum ab Incarnatione, anno Domini 1530. de mense Februarij, est anterius altero instrumento confecto à natiuitate eodem anno 1530. de eodem mense Februarij, & ratio.*

Anni Domini inchoati ab Incarnatione præcedunt annos inchoatos à Natiuitate.

3 *Contrarium tamen Cremonæ est in vsu, quòd prius, scilicet a Natiuitate incipiant huiusmodi anni, quàm ab Incarnatione.*

Anni Domini ab Incarnatione incipiunt Florentiæ.

4 *Annus seu millesimus positus in vno instrumento censetur repetitus in alijs instrumentis sequentibus, si tamen aliqua concurrant, vt hic.*

5 *Notarius qui omisit in instrumēto apponere millesimū, quoniā est de cōcomitantib. necessarijs, incontinenti pōt propria auctoritate apponere.*

Notarius si errauit circa appositionem anni, vnum pro alio ponens, si non est data copia parti, potest corrigere.

Melius tamen est nouum prothocollum siue instrumentum conficere propter suspitionem.

Notarius qui errauit circa appositionem anni, si dedit copiam parti, emendare non potest, non accedente iudicis auctoritate.

GLOSSA SECVNDA.

SVpra in secundo requisito in 1. q. preludiorum cōclusimus, annos Domini saltem de approbata cōsuetudiue apponendos in instrumento esse, aliàs secundum ueriorem opin. Doct. redditur inualidum instrumentum; modò uidendum est, quo tempore computandi sint anni Domini, quia diuersimodè computantur; in quo est sciendum quòd e-
1 tiam ante aduentum Christi † anni diuersimodè inchoabantur, & computabantur, nā Romani ab Indictione, Hebręi à diluuio, Græci à Ludo Herculeo, qui singulo quinquennio in Monte Olympo fiebat, annos computabant; hodie uerò ab annis Incarnationis Dominicę, & Imperatoris dicit glos. in rub. C. de indictio. lib. 10. cum qua transit ibi Bart. & sequitur Dec. in d. cap. 1. de fide instrumētorum, nu. 7. non aperit tamen hęc glos. quo tempore, seu quo Mense anni, annus inciperet, sed glos. in l. per hāc, in uerbo, per annos, C. de aduoc. aduers. iud. dicit annos secundum antiquos incepisse in Mense Aprilis. Alciat. tamen latè hanc materiam ex historijs attingens, in l. cum Bissextus, de uerb. signif. tradit Veteres Romanos primū annum, qui tunc erat decem Mensium, a Romulo institutum à Martio mense incepisse; Hebręi uerò ante liberationem à seruitute Aegyptiaca, annum incipiebant mense Septembris, in quo secundum aliquos fuit creatus mundus; post uerò liberationem similiter à Martio mense annum inceperunt, Deo sic mandante Exodi 15. Mensis iste uobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Hęc igitur glos. concludit incipiendum esse annos Domini ab Incarnatione, quod etiam uoluit glos. in Auth. ut præpon. nomen Imper. in uerb. authore, pro qua est text. in cap. in nomine Domini, 23. dist. ubi Dominic. & eūdem Dominic. post Archid. uidetur sequi, in c. 1. in princ. de relig. dom. in 6. Sed quod imò à natiuitate anni Christi computandi sint, est decis. Rotę. A natiuitate, in nouis, quod est regulare, secundum Bar. in l. 1. §. annum, ff. de itin. actuq. priu. & in l. libellorum, in prin. nu. 15. ff. de accusat. quod rectius est secundùm Abb. in cap. inter dilectos, nu. 13. de fide instr. Glo. in Clem. 1. uerbo ex temp. de sūma Trin. & fide Cath. dicit, quod alij à natiuitate, alij ab *Incarnatione* annos incipiunt, addit Io. Andr. in d[illegible]ta lib. 6. in princ. etiam alios à Circuncisione, alios octauo Kalend. Octobris, *sicut fie*bat ante aduentum Christi, annos incipere, in quo se, remittit ad not. per Spec. in §. 2. de instr. edit. qui quidem Spec. ibi, in uers. subsequenter, tenet seruandam esse consuetudinem loci, & s̄m eam annos inchoandos esse quod uerissimum est; Et hoc sequitur Bar. in d. Auth. vt præpo. nomē Imper. nu. 12. dicē in Tuscia annos computari ab Incarnatione, Perusij à natiuitate; & idem in d. §. si initiū, nu. 9. vers. secundo dixi, vbi dicit, Senis computari ab Incarnatione, Perusij, & Forliuij à natiuitate, idē tenent Imola Alex. & Ias. in l. de diuisione, in prin. sol. mat. Soc. in l. diuortio, col. 1. eo. Felin. & Dec. in d. c. 1. cum quibus concordat Bal. in d. l. per hanc, C. de aduoc. diuers. iudicum; quæ opin. & verior, & cōmunior est; fortius ex facto consultus rñdit Imola cons. suo 8. In casu præmisso, relato per Dec. d. c. 1. instr̄m factum Paduæ, vbi cōsuetudo est annos à natiuitate inchoare, s̄m stilum ciuitatis Venetiarum, vbi annos incipiunt ab incarnatione valere, maximè cum non constaret de consuetndine inualidante,

dante, & certum tempus apparebat contractus, tam ex hmôi inceptione annorum ab incarnatione quã a natiuitate, vt ibi per eũ; nihil igitur refert, quo tempore inchoentur huiusmodi anni, dummodo sit certum de tẽpore contractus, nisi propter Indictionem de qua infra dicetur, sed seruanda est consuetudo cuiusque loci.

Sed ponamus, prout mihi contigit in facto dũ causas agerem Mir. qđ ex duobus Instrumentis alterum fuisset confectũ de mense Ianuarij anni ab Incarnatione 1530. alterum verò de mense Februarij anni etiam 1530. a Natiuitate, & disputetur de prioritate & anterioritate, iuxta Reg. Qui prior in tempore, potior est in Iure, de reg. Iur. in 6. quodnam esset pręferendum; certè cõcludo,
2 prout cõcludebã tunc, Instrumẽtum† ab Incarnatione esse prius, & anterius altero stipulato de mense Febr. à natiui. quia si cõputãtur anni ab Incarnatione, certũ est, qđ incipiũt per nouem menses ante cõputationem eorum qui incipiũt à natiu. quia Christus incarnatus est per nouem menses antequam natus fuerit, vt patet ad sensũ, sed tñ fuit probatum, cõsuetudinem extare Cremonę vbi celebratum fuerat dictum Instrumẽtum ab Incarnat. qđ incipiũt Notarij annũ ab Incarnatione post annũ inceptũ à natiuitate, & sic
3 per tres menses post alios, qua†stãte proculdubio erat concludendum, Instrumentũ ab Incarnatione esse posterius, cũ censeretur factum de anno 1531. à natiu. & sic per vndecim menses post aliud à Natiu. Et hanc consuetudinem, ꝙ anno completo ab Incarnatione inchoatur computatio annorum Dñi existentem Florentiæ, comendat Dec. post Card. per eum ibi allegatũ, in d. c. 1. num. 7.
4 Quero quid si in vno Instrumento† est appositus annus seu millesimum, an censeatur repetitus in cæteris sequentibus Instrumentis? in quo Bart. Bald. Ang. & communiter alij, in d. §. si initium, cõcludunt, qđ sic, non nullis concurrentibus: primò, quod sit vnus liber Instrumentorum, in cuius princ. sit millesimum appositum, non autem sit quinternus disligatus seu filcia Notarij, quę non habet continuationem, & non sit aliqua carta non scripta, vel aliquę cartę dimissa, vel dimissæ in medio, sed cõtinuatè sint scripta Instrumenta in ipso libro, iuxta ordinem mensium sequentium: secùs esset, si post mensem Martij, vel Aprilis esset Instrumentum descriptum mense Ianuarij, tunc annus nõ censeretur repetitus, cum imposibile sit quod vno anno bis sit mensis Iannuarij nec censeretur repetitus annus seu millesimum anni sequentis, quod non fuit positum.

Quid si notarius omisit in instrumẽto apponere millesimum, seu annum Domini, an corrigẽdo errorem suum, illũ possit addere? & Bart. loquens in die, & sic in tempore omisso, in l. Imperator, de statu homin. & in l. si librarius, de reg. iur. quem communiter sequuntur Doctor. in locis ipsis distinguit, quod aut notarius incontinenti omissum tẽpus apponit, & quia hoc est de concomitantibus necessarijs, sine quibus actus fieri non potuit, vt dicit Domin. post Io. Andr. in c. Abbate sanè, col. fin. de re iudic. lib. 6. & propria authoritate potest apponere; si autem fuit appositum tempus, sed in eo erratum, & tunc si non est data copia parti, etiam potest, licèt diceat Dom. vbi suprà, melius esse, facere nouum prothocollum, seu nouum instrumentum, propter suspicionem; Si verò fuerit data copia parti, & tunc authoritas iudicis exigitur, de quo late habetur per Felin. in c. ex literis, de fide instr. & per Dec. & Cagnol. in d. l. si librarius; & quia hæc quest. latius infra venit discutienda, sufficiat pro nunc prædicta decisio, cum distinctione, de qua supra.

Millesimo quingentesimo quadragesimo septimo.

SVMMARIA.

1 *Annus Christi dicitur millesimus, & solet apponi uel a Natiuitate, uel ab Incarnatione.*

GLOSSA TERTIA.

Hoc modo solẽt vbiq; describi anni Domini. Vnde dicit Bart. in d. §. si initium, nu. 9. quod debemus ponere millesimum, scilicet annum currẽtem, computare ab incarnatione, uel natiuitate Christi, talis namq; annus dicitur millesimus, vt etiam ipse videtur velle in d. l. libellorum, in princ. de accus. et ita dat formam Spec. in d. §. 2. de instr. edit. col. 1.

Indictione quinta.

SVMMARIA.

1 *Indictio aliquando capitur pro munere seu onere subditis, per Principẽ indicto, vt plurimùm certam quantitatem non complectens.*
Indictio capitur pro spatio trium Lustrorum.
Lustrum est spatium, quinquennij.
Indictiones hoc est munera quæ singulis quinquennijs, per spatium trium quinquenniorum exige-

exigebantur, primo Lustro ferrum, secundo argentum, tertio Aurum.

Indictio finitur finitis quinque Lustris, & de nouo incipit.

Indictio hodiernis temporibus ità reperitur, si per quindenarium numerum anni Domini diuidantur, addendo tres annos.

Christus quando natus est, tertia erat Indictio.

Indictio est mutanda cum anno, tempore illo quo mutatur annus, vt cum alijs mutantibus concordet.

2 *Notarius si erroneè vel corruptè apposuit Indictionem, vtpote, quia non conuenit annis Domini, non uiciat Instrumentum, dummodo certum tempus celebrati contractus deprehendi possit, & vt hic latius.*

Indictio ab omnibus nescitur computari, & ideo facilius quis creditur errasse circa Indictionem quàm circa annos, qui ab omnibus noscuntur.

Notarius si dimisit spatium pro indictione, non censetur omisisse ad effectum vt corruat Instrumentum.

Indictio corruptè, vel erroneè apposita viciat Instrumentum, quando de annis non constat.

Indictio per errorem & perperam apposita, post redditum parti Instrumentum, corrigi non potest à Notario, nisi accedat Iudicis auctoritas.

Crebrior tamen & verior opinio est in contrarium.

Indictio potest omitti in instrumento ex consuetudine.

Et talis Consuetudo probatur ostensis pluribus Instrumentis sine Indictione.

3 *Consuetudo fit notoria ex ostensione plurium Instrumentorum, & ideo non indiget probatione.*

Et ità fuit decisum Senis.

Licet decisio illa habeat multa pugnantia, vt hic.

Iudicis auctoritati plurimum tribui debet, stante probationum difficultate.

4 *Probatione illa quæ haberi potest, & aliquando indicijs, aliquando præsumptionibus lex est contenta.*

5 *Pro Actus validitate in dubio est iudicandum.*

6 *Indictio de Consuetudine in pluribus locis vltrà Montes non solet apponi.*

7 *Consuetudo non probatur per ostensionem sex vel octo Instrumentorum in locis propinquis.*

8 *Consuetudo varia & diuersus stilus potest probari ex paucioribus Instrumentis ostensis.*

9 *Indictio apposita in principio vnius libri seu quaterni Instrumentorum, censetur repetita in omnibus Instrumentis, in eodem libro descriptis, si liber est vnius & eiusdem anni.*

10 *Indictio non censetur repetita in alijs Instrumentis factis alio loco, vbi annus alio tempore inchoatur, vt si primum Instrumentum Perusii vbi à Natiuitate, cætera Senis vbi ab Incarnatione anni computantur, celebrata sint.*

Notarij apposito millesimo in principio prothocolli seu libri scedarum, in cæteris sequentibus debent repetere, eisdem millesimo, & Indictione.

11 *Instrumentum in quo ex toto omissa est Indictio, si est viuus notarius non, valet, si est mortuus facit semiplenam probationem.*

Instrumentum laborans vicio omißionis Indictionis, potest perfici viuente notario cum Iudicis auctoritate.

GLOSSA QVARTA.

ESset primo videndũ quid sit Indictio, vñ originẽ habuerit, & qu fuerit introducta: In quo, quia est qõ vulgaris, & ferè prima, quam discunt Notarij iuuenes, breuibus expedia Indictio põt capi dupliciter, vno modo pro munere seu onere subditis indictio p Principem seu Imperatorem, qđ definit Alciat. l. inter publica, de verb. signifi. esse, qđ edicto Principis subditis indicitur, vt plurimũ certã quantitatem non complectẽs: & hoc modo non accipitur hic; Altero quidem modo accipitur pro spacio illo temporis, quod erat trium lustrorum, scilicet trium quinquẽniorum, quod idẽ est, l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, quo exigebantur huiusmodi Indictiones seu munera: & hoc modo accipitur hic. Qđ Spec. in d. §. 2. col. 2. vers. post annos, & col. sequent. dicit fuisse inductum tẽpore Romanorum, quibus soluebatur primo Lustro seu quinquennio ferrum pro fabricandis armis militibus: secundo argentũ pro stipẽdiarijs militibus: tertio, aurum ęrario deputandum, pro Republica conseruanda, & ſm nõnullos pro simulachris cõstruẽdis; quibus quidem lustris finitis, finita erat Indictio, & de nouo incipiebat; Et hoc idẽ de Indictione tradit glos. in verbo, Indictionis, in d. Auth. vt prępon. nom. Imper. & habetur in addit. no. glos. septimę Indictionis, in l. j. C. de Iust. Cod. confir. & cõiter tenent Doct. in d. c. inter dilectos; Ab illa igitur Indictione ita introducta, introductum fuit, vt Notorij in Instrumentis apponant annũ ipsius Indictionis seu ipsam Indictionem, denotantem annum ipsius, prout supra Indictione quinta, scilicet quinto anno indictionis, quæ semper reperiri potest diuidendo annos Dñi per numerum quindenarium

& ad-

& addẽdo tres, quia tertia agebatur indictio tempore natiuitatis Christi, & ita habetur indictio, qđ ex his versibus positis per Specul. vbi suprà, facilè dignoscitur, scilicet.

Si per quindenas Domini diuiseris annos,
His tribus addiunctis, indictio certa notatur.

Addit glos. in d.c. inter dilectos, aliũ, scilicet,

Si nihil excedit quindena indictio currit.

Et hunc modum etiam ponit gl. in d. Auth. vt præpon. nom. Imper. & l. 1. C. de Iustin. Cod. confir. & tradunt Doctor. in d.c. inter dilectos, & vnà cum anno est mutanda, tempore quo mutatur annus, vt cũ alijs mutantibus concordet, s̃m Specul. d. §. 2. 3. col.

Et quia conclusum est suprà in præludijs in 3. requisito, omissionẽ indictionis instr̃m, viciare, quęro, quid si fuit apposita, sed erroneè, & corruptè, quia non conuenit 9. annis
2 vt suprà, an vitietur instrumentum; † & an omissa possit addi per notariũ? Et in primo membro concludendũ est, errorem notarij parti nõ obesse, qa ex quo indictio est apposita, licet corruptè, & ex annis appositis põt deprehendi certum tempus celebrati cõtractus, et certus error indictiõis, magis est presumẽdum notariũ errasse in indictione, quæ ab omnibus nescitur computari, q̃ in annis, quos omnes sciunt, & tunc non vitiatur instrumentum; ita Dyn. cons. 13. Quæstio talis est. & hoc in plerisq; locis tenet Bart. & maximè in l. si librarius, preallegata, in l. Imperatores, de statu homi. in l. si nominatim, de condit. & demonst. vbi Socin. dicit communem opin. esse cum Bart. Idem tenẽt moder. in d. l. si librarius, vbi Cagnol. nu. 23. & sequent. & Felin. in d.c. inter dilectos, num. 14. & c. imputari, nu. 10. eod. & Dec. d. l. si librarius, & d.c. 1. nu. 11. de fide instr. & Mars. Sing. 431. Dixi tibi, & Ias. in repet. l. admonendi, col. 66. num. 17. de Iureiur. licèt aliter videatur tenuisse Io. Andr. in data lib. 6. & contrarium tenuerit Comens. d. l. si nominatim, & Bald. in c. cum in iure peritus, nu. 16. videatur tenuisse, omissam esse indictionẽ, si notarius specificè, & expresè non apposuerit, sed vsus fuerit his verbis, indictione, &c. quod videtur sequutus Corn. cons. 93. lib. 4. quia merito talis decisio reprobatur, vt per Alex. d. cons. 190. 2. col. lib. 6. & per Dec. d. c. 1. contra quod etiam est decisio ipsiusmet Bal. in d.c. inter dilectos, nu. 14. dicentis, qđ si notarius dimisit spacium pro indictione, quia fortè tunc non recordabatur, non censetur omissa, & valet instrumentum, quod sequitur Socin. d. l. si nominatim, Dec. d.c. 1. & per Cagnol. d. l. si librarius, nu. 24. opin. tamen Io. Andr. & aliorum tenentium instrumentum vicinari ex corruptè apposita indictione, procedit, quando de annis non constat, vt per Felin. d.c. inter dilectos, numero 11.

In secundo membro, licèt Io. Andr. in d. data li. 6. & nonnulli alij tenuerint, quod notarius post redditum parti instrumentum in dictionẽ errore & perperam appositam, corrigere non possit, secùs verò ante, nisi fiat iudicis authoritate, quod tenet Socin. cons. 98. numero 15. libro 3. quod videtur sequi Decius dicta l. si librarius, numero sexto, tamen quia notarius corrigit eo modo, quo corrigit Lex, quia pro eo præsumitur, & ex appositis annis dignoscitur quænam indictio sit apponenda, & tũc verior & crebrior videtur opinio, tenentium etiam hoc casu propria authoritate posse, vt tenent Bald. & Ang. in d. l. Imperator, de stat. homin. Alex. d. cons. 190. Ias. cons. 28. lib. 1. Felin. d.c. ex litteris, nu. 9. 4. casu, de fide instr. Lanfranc. in verbo instrumẽtorum productiones, nu. 37. & Cagnol. d. l. si librarius, num. 23.

Vnum tamen non est omittendum, quod licèt indictio de iure sit apponẽda instrumẽtis, vt suprà, tamen hoc procedit, non extante consuetudine in contrarium; quia aliàs valeret instrumentum absque indictionis appositione, vt plerique ex supra allegatis af-
3 firmant, quæ consuetudo † posset probari per ostentationem multorum instrumentorum, vt dicit Felinus, dicto capitulo inter dilectos, num. 1. per doctrinam Bal. in l. 1. ante fin. C. ad Vellei. qui dicit, qđ consuetudo fit notoria ex inspectione plurium instrumentorum, & ideo nõ indiget probatione; quod dictum Baldi refert & sequitur Dec. in cons. 11. col. 6. post med. num. 9. vers. ad hoc fundamentum, & in cons. 163. col. 6. nu. 8. vers. & cum talis consuetudo, vbi cõsuetudinem ex plurium instrumentorum ostensione probari tenet; quod etiam videtur tenere Socin. cons. 94. col. pen. vers. circa secundũ. & dictũ Bal. etiam refert & sequitur Curt. iun. cons. 106. nu. 6. & hoc idẽ habetur in quadam addit. ad Abbat. in d. c. inter dilectos, nu. 13. litera B. vbi dicitur, qđ ex dicto Bal. pallegato, fuit Senis decisa similis quęstio, fuerat nãque productum instrumentum Parisijs cõfectum, in quo nõ erat apposita indictio, & cũ fuisset oppositum de inualiditate, fuit replicatum de consuetudine, de qua propter distãtiam difficuliter poterat cõstare, & ex dicto Baldi dicentis sufficere, apparere ex sex vel octo instrumentis consuetudinẽ ita esse vel non esse, innuit illa addit. sic fuisse decisum; Sed tamen contra hoc est consil. Abb. 53. Attingendo, secunda parte, vbi decidit ex ostentione, sex vel octo instrumentorum non

probari consuetudinem, quod nomen Impe
ratoris non apponatur in instrumentis, per
iura per eum allegata, quod Consilium se-
quitur Crauetta, cons. 134. nu. 7. & Ias. l. de
quibus, in fine repet. ff. de leg. & Paris. cons.
98. numero 82. 1. uol. & Curt. in tract. de
consuet. nu. 367. nec Bald. super quo funda-
tur illa decisio, loquitur de ostensione octo
Instrumentorum, sed omnium Instrumento
rum, nisi in meo libro eius lectura sit corru-
pta: & propterea decis. Felini redditur ali-
qualiter dubia: sed tamen, cum concurrant
authoritates, de quibus suprà, cum quibus
etiam tenet Crauet. d. cons. num. 9. ubi loqui
tur in terminis doctr. Bald. & aliorum illam
sequentium, & supra nu. 7. loquitur, quando
probatur consuetudo per testes, non autem
per ostensionem Instrumentorum, iuxta con
silium Abb. decisio ipsa videtur tenenda, ma
ximè, quia etiam tenet eam idem Crauet. in
tract. de antiquit. tempor. Conclusione 1.
amplicatione 1. nume. 16. fol. 24. Marant. in
tract. de ord. iud. 3. parte, nu. 129. fol. 23. &
Paris. consil. 13. num. trigesimotertio 1. vol.
quãdo sumus in instrumentis in longinquis
partibus celebratis, prout in illa quæstione,
multum enim propter difficultatem proba-
tionum tribuendum est authoritati Iudican
4 tis, quia quando † sumus in his quę sunt diffi-
cilis probationis, lex contentatur ea proba-
tione quæ haberi potest, & aliquando indi-
cijs, aliquando pręsumptionibus, vt habetur
per Doct. in l. si quis ex argentarijs, §. fin. ubi
latè Ias. de eden. & Marsil. in rubr. de pro-
5 bat. nu. 11. & in dubio pro ualiditate † actus
iudicandum est, l. quoties, de rebus dub. & l.
quoties, de uerb. obligat. de quo latè tradit
Alciat. in tract. pręsumpt. Reg. 3. pręsumpt.
6 34. maximè, cũ in pluribus † locis vltra mon
tes vigeat huiusmodi consuetudo, quod non
apponatur Indictio, vt per Cagn. d. l. si libra
rius, nu. 24. & quę uiget in Delphinatu, vt p
7 Guid. Pap. quæst. 26. Si tamen † Instrumen-
tum esset confectum in loco propinquo, pu-
tarem non sufficere, producere sex uel octo
Instrumenta ad probandam cõsuetudinem;
per not. per Abb. in d. consil. maximè, cum
nullus ex supradictis allegatis Doct. loqua-
tur de tali numero, & Dec. in d. cons. 11. lo-
quitur de ostensione quasi innumerabilium
Instrumentorum: ad probandum tamen di-
8 uersũ † morem, & uariam consuetudinẽ, suf-
ficeret ostensio pauciorum instrumẽtorum,
iuxta not. per Bart. & moderniores in l. sem-
per in stipulationibus, in fine de reg. iur.
9 Sed an † Indictio in principio unius libri
seu quaterni instrumentorum apposita, cen-
seatur repetita in omnibus Instrumentis, &
eodem quaterno, seu libro descriptis? & Bar.
quem alij sequuntur, in d. §. si initium, con-
cludit, quod sic, modo appareat illa Instru-
menta uno anno fuisse descripta, ut quia ille
liber est vnius anni tantùm, secùs, si appare
fuisse ibi scripta Instrumenta etiam alio-
rum annorum, quia tunc respectu aliorum
Instrumentorum non censeretur repetita, &
hoc idem sequitur Bald. d. c. inter dilectos,
& Cagnol. d. l. si librarius, num. 15. ubi dici
ita se practicasse, & obtinuisse. Si autẽ sit ap
posita in medio, Bart. in repet. d. §. si initium
numero 14. tenet, in sequentibus illius an
ni censeri repetitam, si in fine etiam ad om
nia suprascripta constet eo anno fuisse cele
brata, et uerba Instrumenti in quo est appo
sita Indictio, possint referri ad superiora
sui generalitate, alias secùs, vt per eum ib.
10 num. 15. ubi latè declarat: non † censetur
tamen repetita in Instrumentis alio loco, ubi
annus alio tempore inchoatur factis, ut
primum Instrumentum in quo est apposi
Indictio, sit celebratum Perusij, ubi annus
natiuitate initium sumit, & cętera Senis, ubi
inchoatur ab Incarnatione, quod inducit di
uersitas inchoationis anni, ut decidit Bar.
§. si initium, num. 15. & proptera, ad euitan
dum opiniones, & difficultates, cauti Nota
rij ut Ferrarienses, apposito millesimo & in
dictione, in princ. prothocolli seu libri scea
rum, in cæteris sequentibus instrumentis re
petunt eisdem millesimo, & indictione, quo
casu, millesimus, & indictio censentur repe
titus & repetita.
11 Quid si † notarius ex toto omisit appo
re indictionem, an instrumentum aliquam
fidem faciat? Bart. in l. admonendi, num. 3.
uers. quid si in Instrumento, reperitur de
ctus, distinguit; aut notarius uiuit, aut mor
tuus est, primo casu nullã fidem facit, quan
doquidem imputandum sit parti non agenti
contra notarium ut Instrumentum perfe
ctum reddat, quod faciet tunc notarius sal
tem authoritate Iudicis interueniente, ut la
tè examinat Ias. in repet. d. l. admonendi, col.
mihi 65. nume. 17. aut uerò non supestes est
notarius, & tunc tale Instrumentum saltem
faceret semiplenam probationem, & hoc di
ctum Bart. sequitur Butr. in c. fin. de iureiur.
Alex. cons. 59. Viso processu, col. 3. lib. 2. &
dicit Caccialup. in repet. d. l. admonẽdi, col.
mihi 19. quod dictum Bart. omnes sequun
tur. Sequitur Venafr. in cons. suo ult. col. &
& Felin. d. c. 1. num. 7. & Alex. in l. de pupil
lo, §. qui nunciat, nume. 7. de oper. no. nunc.

DIE

SVMMARIA.

1 *Dies apponi debet in Instrumento post indictionem.*

Dies diuersimodè secundum locorum consuetudines in Instrumentis apponuntur.

2 *Dies quinque modis in Iure accipitur, licet tribus tantùm dicat Alciat.*

Dies naturalis habet 24. horas, & incipit à media nocte.

Dies naturalis secundum Alciat. ab ortu ad occasum solis, & est horarum. 12.

Dies ciuilis secundum Alciat. qui a media nocte usque ad aliam mediam noctem protenditur.

Dies artificialis est qui comprehendit lucem a mane ad uesperas.

Dies legalis est seu emergens qui computatur præcisè de momento ad momentum.

Dies conuentionalis est secundum quòd partes conueniunt.

Contractus ex conuentione partium uim habet.

Dies in dubio aliter non declarato per partes intelligitur horarum 24. & sic naturalis.

Dies Ecclesiasticus diuersimodè incipit.

Dies Ecclesiasticus secundum Alciat. procedit more Atheniensium, ab occasu ut incipiat, & in alium occasum finiat.

3 *Instrumenta si fieri potest diuerso tempore sunt celebranda.*

Instrumenta nocturno tempore celebrata sunt suspecta.

Quod intelligitur quando data opera nocturno tempore celebrarentur.

Male agens odit lucem.

Instrumenta tam de die, quàm de nocte celebrata valent.

4 *Notarius non conuincitur de falso licet in Instrumento noctis tempore celebrato sub die celebratum dicat.*

5 *Instrumentum nocturno tempore celebrari debet præsentibus luminibus, vt ipse notarius dignoscat partes, & testes, & testes etiam cognoscant partes, ne fraus fiat.*

6 *Testamentis in conficiendis maius est fraudis periculum.*

In Instrumento noctu celebrato tria solum luminaria adesse debent.

7 *Notarius si rogetur de Instrumento tempore noctis, si ante mediam noctem diem præcedentem debet scribere, si post mediam diem sequentem.*

8 *Instrumentum eo tempore celebratum intelligitur quo actus est consummatus, & sic quo ipsum fuit lectum & publicatum.*

9 *Horam apponere in Instrumento vtile est propter prioritatem, & anterioritatem.*

10 *Notarius ignorans horam, quando conficit Instrumentum tempore noctis debet scribere actum tali nocte, quæ fuit inter diem talem, & talem.*

11 *Dies est attendendus quo contractus concluditur.*

Conclusio sola attenditur licèt inter partes plura verba dicantur.

12 *Dies tractatus est attendendus, quando de tractatu esset faciendum Instrumentum.*

Dies rogationis est apponendus non dies extensionis Instrumenti.

13 *Diei nomen, vt Martis, Veneris, non est apponendum, nisi obiter per statutum disponatur.*

14 *Dies in vno Instrumento descriptus censetur repetitus in alijs sequentibus, quod declara vt hic.*

Cautius tamen agunt Notarij repetentes, Eisdem Millesimo, Indictione, Die, & Mense.

Dies etiã in medio prothocollo positus in aliquo Instrumento, censetur repetitus in sequẽtibus.

Dies appositus super cooperta prothocolli nõ censetur repetitus in Instrumentis.

15 *Apostillæ positæ in margine Instrumentis censentur eodem die, quo Instrumentum celebratum fuit, additæ.*

16 *Contraria tamen opinio verior, & crebrior.*

17 *Apostillæ, & additiones in margine instrumento appositæ, ad hoc vt dicantur factæ eodem die quo factum fuit Instrumentum, opus est quod notarius id attestetur.*

18 *Quod tamen non procedit quando constat manu notarij fuisse scriptas Apostillas, & subiungeretur datum vt suprà, vel etiam quando super contentis in apostilla non sit dubium, & num. 19.*

20 *Die apposita in ꝓthocollo si notarius omittat postea apponere in Instrumento, non per hoc vitiatur Instrumentum.*

Originali, & primæ scripturæ in dubio stãdũ est.

21 *Die in Instrumento nõ apposita, Instrumentum sustineri nequit.*

Distingue tamen vt hic.

Diei appositio etiam in Instrumentis quæ fiunt ad rei faciliorem probationem exigitur.

Instrumentum corruit die non apposita licèt actus valeat.

Dies omissa potest addi per notariũ, vel probari per testes, & sic conualidatur Instrumentum.

22 *Instrumentum carens die, facit semiplenam probationem si notarius est mortuus.*

23 *Notarius propria auctoritate diem omissam corrigendo errorem suum potest apponere.*

Dies est vnum de concomitantibus Instrumentum sine quo stare non potest.

Notarius qui non apposuit diem nondum est functus officio suo.

Notarius potest cogi per partem edere Instrumentum vt hic.

24 *Notarius potest corrigere Instrumentum incontinenti, vel infrà modicum interuallum.*

Notarius non potest ex post facto Instrumẽtum corrigere quoad substantialia.

Notarius etiam post annum potest corrigere errorem omissionis diei.

Notarius an possit corrigere errorem, & addere diem omissam, hoc totum residet in pectore Iudicis.

25 *Compensatio apposita ad debitum liquidum debet incontinenti probari.*

26 *Notarius infrà tempus arbitrio Iudicis moderandum, poterit omissum diem in Instrumento apponere, & Iudex debebit arbitrari an sit verisimile notarium posse recordari de dicto die.*

27 *Dies omissa per errorem non potest addi a notario, quando est certa questio erroris, nisi mandante Iudice.*

28 *Dies omissa in Instrumento potest addi per notarium quando adhuc Instrumentũ non est leuatum parti, nec data copia.*

29 *Dies per errorẽ omissa potest suppleri per Notarium quando dies non est de substantia, vt in hypothecaria.*

30 *Notarius debet in dubio Iudicis auctoritatem adhibere, maximè si non potest facere constare de tempore circa diei appositionem in Instrumento.*

Notarius indistinctè tenetur circa diei omissæ appositionem in Instrumento Iudicis auctoritatem adhibere.

Et ità communiter tenetur.

31 *Notario volente diem omissam in Instrumento apponere & propterea Iudicis auctoritatem inuocante, Iudex debet considerare an notarius sit bonæ famæ, & an alteratio diei sit allatura præiudicium, vel non.*

32 *Notarius si apposuerit diem erroneũ, non potest delere falsum, & apponere verum, sine auctoritate Iudicis, secundum aliquos.*

Contrariam opinionem alij secuti sunt, quæ etiam est verior.

33 *Notarius omissa die certa, poterit se referre ad diem, qua fuit factus actus notabilis, & valebit Instrumentum, quando tamen constat quo die fuit factum Instrumentum.*

Certum esse aliquid per se, vel per relationẽ ad aliud, sunt paria.

Pro Actus validitate in dubio interpretatio sumi debet.

34 *Notarius si retulit se ad diem omninò certam, licet non apposuerit mensem, facit nihilominus validum Instrumentum.*

Taciti & expressi idem iudicium.

35 *Notarius si diem non ità certam apposuit, puta diẽ Paschatis Resurrectionis, uel diẽ Veneris Sancti, qui ex cursu Lunæ variantur, nõ facit validum Instrumentum secundum Bart. Auctor tamen distinguit.*

36 *Instrumenta de contractibus inter partes celebratis, & de actibus voluntariæ Iurisdictionis, tantum celebrata diebus feriatis in honorem Dei, valida sunt.*

37 *Notarij facientes Instrumenta diebus feriatis nisi immineat pietas, aut necessitas, peccant.*

Instrumenta actuum contentiosæ Iurisdictionis diebus feriatis confici nequeunt.

38 *Tutoris datio quæ fit sine inquisitione etiam die feriato in honorem Dei celebrari poterit.*

Inuentarium potest confici die feriato loquendo de Inuentario per tutorem faciendo.

Administratio per decretum Iudicis decerni poterit tutori die feriata.

Pupilli, Quãdo tractatur de pupillis, & miserabilibus personis, est actus pietatem concernens.

39 *Decretum iudicis super alienatione rei minoris est voluntariæ iurisdictionis, nec admittit aliquem cõtradictorem prætendentem proprium interesse, licet exigat causæ cognitionem.*

Decretum iudicis super alienatione rei minoris interponi potest, etiam die feriato in honorem Dei, secundum Castr.

40 *Decretum est voluntariæ iurisdictionis.*

Decretum iudicis super alienatione rei minoris nedum die feriata in honorem Dei, sed necessitatem in ferijs messium potest interponi, quæ est crebrior sententia.

41 *Hora non est necessariò apponenda in instrumẽto nisi ratione horæ posset nasci dubitatio, quod exemplifica ut hic.*

42 *Horæ appositio prodest ad probandam prioritatem actus.*

Prioritas consideratur etiam in spatio horæ, & minoris temporis etiam puncti.

Prior in tempore potior in iure.

Hora ad cautelam est apponenda, & quare.

Instrumenta duo si reperiantur celebrata eadem die, & alterum tantùm habeat horam, habens horam præfertur non habenti.

Instrumentum habens diem certum, præfertur habenti incertum.

43 *Horæ appositio non prodest, quando alter, qui nititur instrumento horam non habenti possidet.*

Horæ tempus est multùm in consideratione.

44 *Horæ appositio si non est solita apponi reddit scripturam suspectam, & facit præsumi dolum.*

Horæ appositio multum prodest ijs, qui aliquid facere debent intra certum spacium temporis, quod finitur certa parte diei.

45 *Tempus decem dierum datum ad appellandum currit de momento ad momentum.*

Appellans ultima die, si non inserit horam, tenetur probare per testes appellasse antè lapsum decem dierum.

46 *Appellans vltima die tenetur horam apponere.*

GLOS-

GLOSSA QVINTA.

Post Indictionis appositionē, in Instrumento debet apponi dies, qui diuersimodè secundum locorum consuetudinem apponitur, vno
1 ex quatuor modis, † quos ponit Spec. in d. §. 2. uersic. post indictionem, licet Bart. in repet. d. §. initium, nu. 16. duos tantum ponat; primo modo, prout ipse dicit seruari Bonnon. secundum Roland. sic, primo die Septembris, secundo die intrante Sept. vsque ad medium inclusiuè, & sic ad diem 15. posteà dicitur 15. die exeunte Septe. vsque ad penultim. diem, quo dicitur, die penul. Septe. & die vltimo Septe. Si uerò mensis habeat 31. dies dicitur vsque ad 16. intrante postea in sequenti, ut supra dictum est, & numquam prima die ponitur intrante, nec penul. vel vltimo exeunte. Secundo modo, & hoc dicitur seruari in Regno Siciliæ, ponitur dies sine illa dictione, intrante, vsque ad medium mensis, post medium, exeunte, ut supra, in 1. modo. Tertiò modo ponitur dies per Calendas, Nonas, & Idus, de quibus latè disserit Specul. d. vers. Io. Andr. in data lib. 6. glos. & Alcia. in l. cum bissextus, ff. de verb. signif.

Quartò, & vltimo modo, quod seruatur in Curia Romana, ut per Specul. ibi, ascendendo gradatim, 1. 2. 3. Sept. vsque ad finem, & hoc vt dicit Bart. d. nu. 16. communiter seruatur, sed in hoc non est uis, quia seruanda est consuetudo.

Prætereà est sciendum, diem quinque modis in Iure accipi diuersimodè, & latè prosequitur Ias. post alios, † in l. more Roma-
2 no, de fer. licèt triplicem tantum ponat Alciat. in l. 2. §. cuiusque diei, ff. de verb. signifi. Primus est Naturalis, habens 24. horas, incipiens a media nocte, & altera media nocte finiens, more Romanorum, quē ex Macrobio diuidit Ias. in partes, in d. l. more, in princ. Sed Alciat. d. §. cuiusque diei, hunc naturalem ab ortu ad occasum Solis esse affirmat, authore Censorino, & hunc horarum 12. fuisse; Ciuilem verò illum esse dicit, qui à media nocte incipit, & altera media nocte finitur, qui apud Gallos Germanosque plerisque in locis est in vsu, quem Ias. naturalem appellat.

Secundus Artificialis, qui tantùm comprehendit lucem à mane ad vesperas, & sic quādo Sol est super terram, c. si perfodiens, de homicid. cum alijs ibi adductis per Ias. & hoc modo dicitur à Dyan. Græcè, quod Latinè dicitur, claritas, ut per Dom. in c. fin. §. in festiuitatibus, pen. col. de sent. excō. in 6.

Tertius est Legalis, seu emergens, qui computatur præcisè de momento ad momentum, l. 3. §. minorem, de minor. Ias. vbi supra.

Quartus est Conuentionalis, secundum quod partes conueniunt, quia ex conuentione partium contractus vim habent, l. contractus, de reg. iur. l. prima. §. si conuenerit, deposit. qui in dubio aliter per partes non declarato, est horarum 24. & sic Naturalis, l. eum qui certarum, ff. de verb. oblig. et latè Ias. d. l. more.

Quintus & vltimus est dies Ecclesiasticus, qui diuersimodè incipit, vt prosequitur latè Ias. ibi, licèt Alciat. d. §. cuiusq; diei, simpliciter more Atheniensium ab occasu Solis incipere, & in occasum finire censeat, c. 2. de fer. cuius dictum procedit iuxta terminum d. c. 2. His quatuor vltimis igitur diebus omissis, quia non faciunt ad Rhombum, solùm super 1. quem Alciat. Ciuilem uocat, cæteri verò Naturalem appellant, initium, & finem media nocte habens, d. l. more Romano, & c. consuluit, de offic. deleg. verba sunt facienda.

Debet igitur animaduertere notarius, vt Instrumenta scribat, & conficiat de die, si res patitur, vel periculum non sit in mora: quia Instrumenta celebrata nocturno tempore, sunt suspecta, vt tradit Bald. in d. c. 1.
3 nu. 5. & ibi sequitur Felin. † nu. 9. de fide Instrum. & sequuntur Ias. d. l. more, in fine, & Ias. & Alciat. in l. non minorem, C. de transact. & Dec. in d. c. consuluit, nu. 5. vers. vltimo notandum, vbi dicit, quòd cum hoc casu sit præsumptio contra clàm actum facientem, fortiores & clariores probationes requiruntur pro validitate actus: quod procedit, quando dedita opera, non casu, nocturno tempore celebraretur Instrumentum, vt ibi per eum: quia qui malè agit, odit lucem, d. c. consuluit, cum concord. licèt valeant Instrumenta tam celebrata de die, quàm de nocte, d. l. non minorem, ubi cōiter omnes; nec
4 notarius † conuinci potest de falso, licèt in Instrumento, noctu celebrato, die tali celebratum scribat, ut tradit Innocen. & communiter omnes, in d. capitulo consuluit, & communiter tradunt Doctores in dicta l. non minorem, & in dicta lege, more; Si tamen
5 notarius † instrumentum nocturno tempore conficit, debet curare, ut accedantur lumina, & ut partes & testes dignoscat, & testes partes etiam cognoscant, ne fraus fiat, ut nota. Doctores post Bart. in d. l. non mino-
6 rem, maximè in testamentis, † ubi maius est periculum, & propterea saltem tria luminaria adesse debent, l. 1. §. tria luminaria, ff. de

uent.inspic. per Moder. in l.non minorem,
Ias.in cons.50.Placet consult. lib. 3. & Du-
rant.in tract.de arte testan.tit.2.Caut.8. nu.
3. Cagnol. d.l.si librarius, nu.72. Et si nota-
rius rogetur de instrumento, seu testamento
7 † tempore noctis, debet apponere diem præ
cedentem, si ante mediam noctem celebra-
tum sit instrumentum, diem verò sequētem,
8 si post mediam noctem: & in hoc, hora † con
summationis actus, scilicet non qua scripsit,
sed qua legit & publicauit, est attendenda, ut
per Ioan. Andr. in addit.ad Specul.§.2.in ad
dit.incip. Hora diei. Felin.in c.pastoralis, nu
me.7.de Rescriptis. Bald. Imola, & Alexan.
in l. si quis eum, §.1.de vulg.& pupil.& per
Alex.& Modern.in d.l.more, & Cagno.d.l.
si librarius, nu.72. Et est utile apponere ho-
9 ram, propter † prioritatem, & posteriorita-
tem, vt per Bald. & Felin. in d. c.consuluit,
de quo dicetur infrà latius. Sed si notarius
10 ignoret horam, † & sic quem diem possit
scribere, ut quia nesciat adhuc sit lapsum di-
midium noctis, potest scribere actum tali
nocte, quæ fuit inter diem 11. & 12. Se-
ptembr. vt per Ang.& alios, in l.in usucapio
nibus, de usucap. per Alex.& Ias.in d.l. mo-
re, & Felin.d. c. consuluit, nu.6. Et sicut est
attendenda hora consumationis actus, & sic
conclusionis, ut sciatur quis dies sit contra-
11 ctui inscribendus, ita etiam dies † est atten-
dendus, quo concluditur, si fortè tractatus
per multos dies duraret, ut tradit Bald. in l.
contractus, nu.7.col.3.vers.quæro de die, C.
de fide instr. Felin. d.c.1.nu. 8. vbi Dec. nu.
10.nā conclusio sola debet attēdi, licèt inter
partes plura verba dicantur; text. est melior
de Iure, secundum Bald. ibi, in l.si volunta-
te, C.de rescind.vend.quod etiam tenet So-
cin. cons. 214. col.3. Paris. cons.162.nu.22.
12 23.4.parte, quod intellige, nisi † de tractatu
ipso esset faciendum Instrumentum, vt quā-
do alienatur res Ecclesiæ 12. q.2.c.sine, c.1.
cum glos.in verbo, tractatus, vbi not.de reb.
Ecclesiæ non alienand.lib.6.& per Spec.tit.
de locat. §. sequitur, uers. Item quod dixi de
tractatu, Paul. de Cast. cons. 91. Super eo
quod quæritur, in fine. Alex. cons. 16. Viso
Instrumento locationis, col.2.lib.4.& Paris.
cons. 36. nu. 10. vol.4. & per Fab. de Mon-
te S. Saui. d.tract. de emp. & vend. quest.5.
antepen.col.quia illo casu etiam dies tracta-
tus inserendus est Instrumento, & dies ro-
gationis est apponendus, non dies extensio-
nis Bar. d. §. si initium, nu. 16. Spec. d.§.2.
col.pen.vers.debet etiam Instrumentum, Fe
13 lin.& Dec.d.c.1.Nomen verò diei, † ut Mar
tis, uel Veneris necessariò non exigitur, nisi
statuto aliud disponatur. Felin. d.c.1.nu.10.

post Alber. in 1.parte Statut. quæst. 140. &
Dyn.ibi, per eum allegatos, quod vltimum
refert Ias. in l. 1.5.col.de lib.& posthum.
14 Sed an † dies in vno Instrumento descri
ptus, censeatur in sequentibus repetitus? &
dicendum est, quòd sic, per text.in d.§.si ini
tiū, sepissimè allegato, quod tenent Docto
ibi, post Bart. pluribus concurrentibus, d
quibus etiam dictum fuit suprà, in Glos.
in pen.q.nu.4. Et primò hoc procedit, in li
bro seu quaterno Notarij ligato, uel in du
bus uoluminibus quæ habentur pro uno,
quia continuantur ex sermone finis præce
dentis, & principij sequentis, non autem i
filijs Notariorum simul non ligatis. Secu
do, quod inter Instrumentum diem habe
tem, & sequentes, non sit aliud instrume
diuersum annum, uel mensem habens,
nō sit aliquod spacium dimissum, seu car
vacuę, quia censeretur Notariū uoluisse al
quid diuerso die scribere in illo spacio, &
to magis, si sit appositus millesimus, & rel
ctum spacium pro die; uel unum Instrume
tum celebratum fuit in uno loco, ut Flore
tię, aliud remotiori, ut Perusij: quia tunc
esset uerisimile eodem die fuisse confectu
trūque; similiter hoc procedit in paucis
strumētis secus si numerus est adeò magnu
32 *Testes Instrumẽtarij debent esse omni exceptione maiores ad hoc vt inualidare possint Instrumentum cui contradicunt.*

Declara tamen vt hic.

33 *Testis unus Instrumentarius contradicens, puta asserens se non interfuisse, sufficit ad impugnandum testamentum.*

Quod quomodo procedat hic declaratur.

34 *Testes Instrumentarij tunc demum impugnant Instrumentum si clarè deponunt, directè, vel indirectè, secus si dicunt se non recordari interfuisse, vel de gestis in Instrumento.*

Quod comprobatur aliquibus exemplis.

Testes Instrumentarij contrariãtes Instrumento, ipsum non impugnabunt, si alij extra Instrumentum totum contrarium asserant, quod tamen est declarãdũ vt hic, uers. secũdo declara.

Testes contrà Instrumentum si deponunt negatiuam, & pro instrumento deponunt affirmatiuam, præferentur deponentes affirmatiuam dicto versi. secundo declara.

Testi deponenti negatiuam simpliciter contra Instrumentum non est credendum.

Testes Instrumentarij si contradicunt Instrumento in eo quod minus scriptum, quàm dictum, non inualidant Instrumentum versic. tertio declara.

Testes Instrumentarij ad hoc vt infringant testamentum, per suam contradictionem debent probari tales, versi. quarto declara.

35 *Notarius nullo casu potest iuuare Instrumentũ.*

Notarij frater vel soror nõ admittitur ad iuuãdum Instrumentum.

Limita tamen nisi talis frater esset testis Instrumentarius.

Frater ad fratris defensam admittitur in Criminalibus.

36 *Falsitas nõ præsumitur etiamsi reperiatur plus scriptũ quàm dictũ, sed potius error cẽsetur.*

Falsitas non est punibilis quando non nocet.

Notarius testes omissos non potest etiam si recordetur, sine auctoritate Iudicis in Instrumento apponere, & ratio.

37 *Testes in uno Instrumento appositi censentur repetiti in sequentibus, secũdum declarationem tamen hic positam.*

38 *Clausula, Præsentibus tali, & tali, & alijs est superflua in ultimis illis uerbis, & alijs, & ratio hic assignatur.*

Testium nomina necessario sunt exprimenda in Instrumento.

GLOSSA SECVNDA.

POsito loco debent describi testes per modum supradictum, qui tamen triplici mõ describi possunt, vt not. Spec. in d. §. 2. † versi. post locũ, primo per casum nominatiui, hoc modo: interfuerunt P. & M. testes, secundo per casum genitiui, vt acta fuere ad pręsẽtiam B. & A. testium tertio per Ablatiuum modo supradicto; sed in hoc non est uis, quia seruanda est consuetudo & stilus loci celebrati contractus, uel Notariorum, ut dicit glos. mag. in §. sed & si Instrumenta, in Auth. de Instr. caut. & fide. collat. 6. ubi monet, Notarios debere uniformiter apponere, & unicã formam seruare propter comparationem fiendam, si opus esset, iuxta §. si uero nullus, eod. & sequitur Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in d. uersi. post locum; † Et debet Notarius apponere nedũ nomina testium, sed ẽt cognomina, si sine illis posset esse dubium in nomine, vt per Io. Andr. in d. addit. ne uitium incertitudinis incurrat, l. duo sunt Titij, ff. de testa. tut. & l. si fuerit, de rebus dub. & propterea Instrumẽtum corruet, quod tenet Alex. cõsi. 153. Vr̃ prima cõsideratione col. 2. lib. 2. aliàs allegato. sequitur Durand. d. tract. de arte testan. tit. 2. Caut. 1. in fine. Facit tex. in l. hac consultissima, post prin. C. qui test. fac. poss. & dicit Bart. in l. demõstratio, 7. q. quod ad demostrandam personam, perfectè debet exprimi nomen cum duobus alijs accidentibus, uel indicijs, ut Petrus Martini de Perusio, & idem tenet in l. libellorum, in princ. col. pen. uersi. sumus expediti de tẽp. nu. 17. de accus. & sequuntur Doct. in d. l. hac consultissima, & in l. 1. ff. de lib. & posth. & est communis opin. à qua non est discedendum secundum Paris. in c. auditis, nu. 26. col. 2. de pręscript. quã sequit̃ Afflic. decis. 245. Magnifici nobiles, nu. 6. et pro maiori declaratione & certitudine, bene est etiam exprimere dignitates, & ea ex quibus cõiter q̃s cognoscitur, ut dicit Rolãd. cõs. 343. Ex proposito themate, col. 3. Quod limitat ꝓcedere gl. in d. l. hac consultissima, & ibi sequũtur Doct. & in d. l. 1. qñ in nomine posset oriri dubitatio, secùs, si nomen esset ita singulare, quod nisi in illo loco reperitur, ut de Gallopresso Bidello Azo. dñt glos. & Doct. in d. l. hac cõsultissima, & Doct. in d. l. 1. & de Cerbero Bidello

trad. Imola, in c. ex tranſmiſſa, de renunc. &
refert Felin. in procem. Gregor. nu. 31. tunc
enim quia remota cenſetur omnis dubietas,
Inſtrumentum ſuſtentatur, fruſtrà enim adij
ciendũ eſt aliquod nomẽ rei ſatis demõſtra
tæ, l. 1. in fine, de dote præleg. quod ſequitur
ẽt Bald. in l. certum, ff. ſi cert. pet. & Felin. in
3 d. nu. 31. † Declara tamen ſupradicta omnia,
ſcilicet quod Inſtrumentũ dẽt continere cer
tam deſcriptionem teſtiũ, vt ſuprà, procede-
re ad incertitudinem euitãdã, ſecus eſt, quo
ad validitatem Inſtrumenti, quia Inſtrm va-
let teſtibus deſcriptis, ſolo inquam ipſorũ te-
ſtiũ nomine, prout deſcribit Spec. in d. verſ.
poſt locum, Et procederet ſi non opponere-
tur, nec probaretur in loco eius celebratio-
nis extare alios, qui vocentur eo nomine, qa
tunc redditur dubium, & incertum, ut trad.
Bart. in l. ſi rem, de rei uend. & ſequitur Ant.
de But. in c. 2. de lib. obl. Felin. in d. procem.
Socin. in d. l. 1. 1. col. de lib. & poſth. & Dec.
d. l. certum, col. 1. vbi etiam Alciat. licèt ali-
ter loquatur Pariſ. d. c. auditis, num. 26. de
præſcript. 2. col. Quid aũt ſit ſtatuto exigẽte
teſtes, vel cõtrahentes deſcribẽdos eſſe ꝑ no
mẽ propriũ addito noĩe Patris, et aui, dicetur
infrà ſuꝑ noĩe cõtrahentiũ. An aũt ſint appo
nendi teſtes in princ. uel in fine Inſtrumẽti,
dictũ fuit ſup. in gl. p̃cedẽti. Loci, circa prin.

Et quia in Inſtrumento dicitur, præſenti-
bus teſtibus, quæro, nũquid teſtes debeãt in-
4 telligere quid contineat Inſtrumentum, † &
an ſufficiat ſola præſentia, vt ſic ẽt præſuma-
tur intelligentia? in quo concludendũ eſt, te-
ſtes debere intelligere continentiam Inſtru-
menti, ex quo eorũ præſentia exigitur, & ex
eorũ præſentia præſumitur intelligẽtia, utrũ
que probatur in l. coram, ff. de uerb. ſignif. et
hoc ibi tenẽt Bart. & Alciat. & in l. diẽ ꝓfer-
re, §. coram, ubi Bart. & Bald. de arbit. Io. de
Amicis, cõſi. 115. nu. 3. Dec. & Alciat. in Ru
br. C. de in ius voc. & idẽ tradũt Bar. Bald. et
Paul. in l. 1. C. de error. aduoc. hoc etiã tenet
Pau. de Caſt. cõſ. 204. Ad primũ quęſitũ, ubi
in terminis nr̃is loquitur, qñ in Inſtrumento
Notarius dicit præſentibus teſtibus, tunc ẽt
intelligitur intelligẽtibus, & ſequitur Alex.
cõſi. 190. n. 6. lib. 7. Felin. in procem. Decret.
ante fin. & in c. cum cauſam. il 1. col. 8. uerſi.
ſecundo declara, de teſt. & Iaſ. in l. 2. §. fi. col.
pen. ſol. matr. tradit Andr. ab Exea tract. de
pact. nu. 87. Capic. deciſ. 192. nu. 3.

Sed quòd in caſu noſtro hmõi intelligen-
tia non præſumatur ex præſentia teſtiũ, mul
tũ vrget deciſ. Bart. in l. 1. §. fin. de autor. tut.
ubi hoc quod dicitur ex præſentia præſumi
intelligentiam, declarat procedere, qñ quis
atteſtatur de propria præſentia, ſecùs de alie
na, vt quia teſtis deponit ſe aliquid ſcire, qa
præſens fuit, & tunc cenſetur probare, quia
debet ſubaudiri, & intelligens, cũ ex tali præ
ſentia præſumatur intelligentia, vt ſuprà; ſe-
cùs verò ſi teſtis deponat quendam alium
5 fuiſſe † præſentem, nam tali caſu non inferre-
tur propterea, & intelligentem, & hãc doct.
Bart. ſequitur Alex. in pleriſque conſilijs ma
ximè in conſi. 180. In cauſa Angellorum 1.
col. 2. vol. 174. lib. 6. 212. nu. 33. eo. uol. & in
d. l. 2. §. fin. ſol. matr. ubi dicit eſſe cõmunem
opin. & in l. 1. ff. ſi cert. pet. Bal. & Salic. in l.
teſtium. C. de teſti. & alij quos refert Iaſ. d.
§. fin. & Felin. d. procem. & in d. c. cum cau-
ſam, quem ſequitur Ripa, d. §. fin. & Abb. in
c. peruenit, il 2. de fide Inſtr. & And. Sicu
conſi. 209. col. 2. lib. 1. Bertrãd. conſi. 247. 1.
parte, primo impreſſorũ, & cũ hac opin. con
cordat Gemin. in c. in primis, q. 1. ubi dixit
quod ſi ſtatutum exigit præſentiam, oportet
ꝓbari qđ præſens intellexerit; ſequit Arno
ſing. 5. Volo tibi; & hanc cõtrarietatem per-
pendit Iaſ. in d. §. fin. & Dec. in cõſ. 630. col.
2. ubi motus rationibus ſupradictis, in 1. o-
pin. dixit hanc ſecundum cõmunẽ non pro-
cedere in notario qui atteſtatur in ſcriptura
de præſentia alterius, quia ꝓ uerbis Notarii
præſumitur, l. 1. C. de uſur. Sed non affirma-
uit audacter, imò loquutus fuit trepidè per
uerba, poſſet attentari; quam rationem im-
pugnauit Iaſ. d. §. fin. nec tamẽ queſt. ſoluit,
ſed pro Dec. poteſt adduci, quod ideo magis
debet credi Notario atteſtanti de præſentia
tertij, ſcilicet, quòd etiã interuenerit intelli-
gentia, quam teſti de ea deponenti, cum No-
tarius atteſtetur in actu uoluntario, teſtis ue-
rò in actu neceſſario, & lex latius interpreta-
tur factum uoluntarium quàm neceſſarium,
ut tradit Alex. in repet. l. ſæpe, car. 14. de re
iud. & ſequitur Crot. in repet. l. ſciẽdum, nu.
18. de uerb. oblig. Pręterea, Notarius coram
teſtibus tenetur legere Inſtrumẽtũ, ſeu teno-
rem contractus declarare, & publicare, ut ſu-
prà in præludijs quarto requiſito ex ſolẽnita-
te extrinſeca, dictũ eſt, ad ipſumque ſpectat
adhibere teſtes, ſicut cæteras ſolẽnitates, vt
ꝑ Bart. & alios, in d. l. ſi librarius, & ꝑ Curt.
ſen. conſi. 56. nu. 18. Vnde eſt præſumẽdum
ipſum bene officiũ ſuũ exercuiſſe, c. ad audiẽ
tiam, de præſcript. not. Bald. in l. Imperator,
col. 1. verſ. ſed an poterit, prima Lect. de ſtat.
hom. Seqtur Alciat. in tract. p̃ſumpt. reg. 3.
præſumpt. 13. & ſic Inſtrm ad intelligẽtiam
teſtium demãdaſſe, & propterea ſufficit ſi ſo-
lum præſentiam, non ẽt intelligentiã teſtiũ,
& contrahentium ſcribat, quæ rõnes ceſſant
in teſte deponente de præſentia alicuius, qui
ex neceſſitate, non tenebatur intelligere,
nec ad

nec ad testem pertinebat rē ad intelligentiā suam deducere, prout in notario, unde merito lex magis præsumptionem pro dicto notarij extendit; & hanc opin. inuenio Bart. tenuisse in tract. testimoniorū, in uerbo, testis dixit si aliquid scire, Socin. cons. 114. uer. sed posset contra hoc, & Ruin. cons. 108. nu. 11. 1. uol. & cons. 22. nu. 2. 4. uol. Et hanc opin. inferius dicit Dec. d. cons. esse ueriorem, & præcedentem, licet communiorem, tamquam coniunctam melioribus rationibus, non esse attēdendā. Sed licèt contraria opin. sit magis communis, tamen ex quo non est in terminis nostris, sed in remotis, magis hanc, quod ex præsentia intelligentia præsumatur, debemus sequi, iuxta not. per Alex. in l. sed & si quis, §. quæsitum, col. fin. ff. si quis caut. & Ias. in l. 1. §. sed & si mihi, ff. de uerb. oblig. ubi dicunt, quòd qn̄ habemus text. in materia specifica loquentē, nō dēmus ab eo discedere, propter l. loquentem in materia remota, quod latè alia adducēdo tenet Neuiz. in Silua Nupt. li. 5. nu. 72. maximè cū ipsam in terminis nostris teneat Alciat. in d. l. corā, & in l. 1. in princ. ff. de verb. obl. Et propterea debet aduertere notarius, quod non apponat testes in instrumento, nisi ipsi intelligant quod agitur, & tenorem instrumenti, quia aliàs posset incidere in falsum, ut tradit Bart. in d. l. coram, vbi sequitur Alciat. & in d. §. corā, Bal. & Pau. in d. l. 1. C. de error. aduoc. quia testibus negantibus intellexisse, notarius esset in periculo, cum saltem suspicaretur contra ipsum de falso, & posset procedi ad inquisitionem, iuxta not. per Bald. & Salic. in d. l. testium, C. de testib. Capic. d. decis. 192. nu. 4. licet tamen instrumentum posset saluari à falsitate, ex quo notarius dolosè nō esset versatus, sed eroneè, vt tradit Paul. de Cast. in d. l. 1. C. de error. aduoc. & sequitur Alex. d. cons. 190. nu. 6. li. 7. & huius mentis videtur fuisse in alleg. cons. 42. Visis, col. 3. li. 4. vbi voluit cōtractum sustineri, si per alios testes ibi tunc pręsentes, & intelligentes, probaretur de tenore instrumenti, & quod notarius non incurrat falsum, tenet etiam Mars. Sing. 408. Attende, in fine, vbi dicit iuuisse quendam notarium, & consequutum fuisse honorem, & lucrum, et idem tenet Alciat. in d. l. 1. in princ. de verb. oblig. & in d. l. coram, vbi nonnulla exempla ponit, quando notarius censeretur dolo egisse. Ad euitandam etiam omnem amaritudinem, propter opin. præcedentem huic contrariam, ut suprà, cautela erit, ut notarius quando attestatur quem fuisse in instrumento præsentem, addat etiam intelligentem, vel alia verba idem importantia, ne in conflictus opinionum incidat, à quibus abstinere sanctum est.

Dicitur etiam vocatis & rogatis; an hoc sit de substantia? certè non, licèt apponatur
6 ex vsu† notariorū, ut tradit. Spec. d. §. 2. vers. post locum, nam testes regulariter in quolibet instrumento necessario non sunt rogandi, sed satis est, quod per notarium describantur, l. ad fidem, ff. de testib. glos. in §. sed & si instrumenta, verb. abijciatur, in Auth. de instrum. caut. & fide, & glos. in verba audierūt, in c. testes, §. de his, 3. quæst. 9. Spec. in §. 1. de test. col. antepen. Idem tenet Bald. in rubr. C. de fide instr. col. 6. uers. quæro igitur de instrumentarijs, nu. 18. Abb. Felin. & Dec. in d. c. 1. Lanfr. in pract. in verbo testium depositiones, nu. 39. & Salic. in Auth. sed nouo iure, C. si cert. petat.

Fallit tamen, primo in testamentis, in quibus testes debent esse rogati, ēt si essent nuncupati, l. hæredes §. in testamētis, C. de test. l. hac consultissima, in prin. vbi not. Doct. C. de test. Auth. Nisi rogati, C. de testi. ubi not. & idem in casu l. testiū, & d. Auth. Nisi rogati, scilicet, quādo testes deponunt de solutione facta debiti, de quo erat factus contractus in scriptis, & de confessione facta de solutione ipsius debiti, quarto casu exigitur rogatio testium, qn̄ probatur diuortiū, l. nullū, ff. de diuort. not. gl. in d. §. sed & si instra, verbo adijciatur, & Doct. in locis præallegatis, & Lanfr. loco pręallegato, n. 40. & Spec. d. §. 1. de testa. col. antepe. an aūt pręsumantr rogati qn̄ sunt descripti, & à quo debeant rogari, & quibus casibus ēt rogari nō debeāt in vltima volūtate, & de multis alijs similibus qq. quia nō est materia nr̄a, sat erit, remittere ad not. in d. locis, & ad Bar. Alex. & alios, in l. sciendum, de verb. obl. Cur. sen. cons. 56. n. 18. & seq. Soc. in Reg. 420. testes in testō, Dur. trac. de arte test. tit. 2. Caut. 5. & Paris. cōs. 61. vol. 3. vbi latè oīa examinantur: duos ēt alios casus addit Spec. d. §. 1. quibus testes debent esse rogati, & sic sunt sex, primus est, qn̄ qs vult sine tabellione cautè deponere, iuxta §. si qs igitur, d. Auth. de inst. caut. & fide. Secundus qn̄ depositarius vni ex hr̄dibus partē reddit, l. 1. §. si pecunia depo. Septimus casus addit per gl. in d. §. de his, 3. quæs. 9. in fi. f. qđ testes debent esse rogati, quando contractus fit in scriptis, & eam not. dicit Abb. in d. c. 1. de fide instr. 3. col. licet hoc nō videatur iure probari, tamē maxima est authoritas gl. & Abb.

Octauum, & ult. addit. Spec. d. §. 1. col. antepen. vers. tertius s. in matrimonio, qđ testes dēnt rogari, 30. q. 5. c. nostrates, vbi glos. hoc voluit, licèt Brix. addiderit illa verba, qđ nō credo, & hoc tenet Ro. Sing. 709. An ad io[illegible] nitatē, & Andr. Sicul. cons. 45. col. 3. & in co[illegible] 53. col.

53.col.3.li.1.sed contrariũ tenet Butr.in c.ex
par.in fine,de sponſ.Aret.in conſ.13. Viso di
ligẽter, col.5.& Dec.in conſ. 163.nu.7.licet
noluerit decidere, in d.c.1. ex eo quod causa
pendebat Mantuæ, & idẽ tenet Andr.Sicul.
ſibi contrarius, in conſ.40.col. 9.verſ. ſepti-
mo opponebatur, lib.3.quæ opin.uerior eſt,
& cùm magis inhæreat regulæ, ſequenda,
iuxta not.in l.omnis diffinitio,de reg.iur.

Sed licèt hęc Clauſula, Vocatis & roga-
tis, nõ ſemper ſit neceſſaria, tamen vtilis, &
propterea ſemper Notarij eam apponunt,
quia poſſet eſſe caſus, in quo exigeretur ro-
gatio teſtium, quẽ ipſi ignorarent, & ad hoc
eſt inuenta, vt dicit Bart.in d.l.hęredes,§.in
teſtamentis, & ponitur ad cautelam,ut dicit
Spec.d.§.1.col. antepen. de teſte.

Quæro, nunquid notarius & partes de-
beant cognoſcere teſtes in inſtrumento adhi
bendos,& quid è contra? Quo ad primum re
7 ſpectu notarij, quod neceſſariò non † exiga-
tur cognitio teſtium,niſi quãdo notarius de-
beat ſcribere in inſtrumento certam qualita
tem eorum, puta,quod ſint idonei,poſſiden-
tes ſubſtantiam, & vt in Auth. de hæred. &
Falcid. §.ſi uerò abſunt, coll.1. decidit Nic.
de Mattar.in Rubr.C.de fide inſtr.quem ibi
ſequitur Bald. col.4.uerſ.circa tertium, de te
ſtibus,nu.13. reſpectu vero partis, quod etiã
non ſit de ſubſtantia cognitio teſtium, niſi in
caſibus infraſcriptis,probatur in Auth.de fi-
de inſtr.§.& licèt, iuncto §.ſi vero ignoti, &
tradit Io.Andr.in addit. Spec.in tit.de teſt.§.
1.uerſ.de teſtimonio aũt credulitatis, in add.
incip.quid voluerit,ſequit Iaſ.in l.fi.in princ.
col.vlt.C.de iure delib.allegando Spec.in d.
§.1. Item opponitur excepto, quod tenet e-
tiam Socin. in regula 412. teſtes ad inſtrum.

Quoad ſecundum,an è contrario teſtes de
beant cognoſcere contrahentes, concludi-
tur regulariter, quod non, vt per Spec.in d.
§.1. verſ. Item quod non nouit perſonas, &
Io.Andr.in d.addit. Socin. conſ. 143.3.col.
verſ.confirmantur hæc,duplicato conſ.175.
Boer.deciſ.118.nu. 4.quod etiam tenet gloſ.
verbo, cognoſcant, in d.l.fin.in princ.quam
ſequuntur communiter Doctor. ibi, diſtin-
guentes, quòd aut probatio ſit per teſtes, &
tunc debent cognoſcere contrahentes, ſi ſu-
per eorum actibus teſtificantur,& ſi non co-
gnoſcant eos,niſi perſonæ eorum exhibean-
tur, debẽt exhiberi in veſtibus, & habitibus
conſuetis,quod tradit etiam Bart. in l.3.§.1.
de teſtib.& Bald.in c.cum cauſam, de teſtib.
nu.530.& Bart.Bald.& alij,in l.1.ff.ſi ex no-
xal.cau.agat.aut ſit per inſtrumentũ,& tunc
non eſt neceſſarium teſtes cognoſcere,vel co
gnouiſſe contrahentes, quia ſtatur inſtrõ, &
hoc idẽ tenent Abb.n.16. & Fel.nu.11.in d.
c.cũ cauſam, & Soc.d.conſ.143.col.3.1.uol.
8 Limita tamen ſm gl.in d.l.fin.Io.Andr.et
alios ſuprà allegatos, prædictam cõcluſionẽ
nõ procedere in caſibus,in inuẽtario, in quo
teſtes debent cognoſcere contrahentes, d.l.
fi.in prin.& in d.§.ſi verò abſunt,& in inſtru
mento in ſcriptis confecto ab imperito litte-
rarum,§.oportet,in Auth de inſtr.caut.& fi-
de,quod declara,ut per Abb.d.nu.16.& ter-
tio,ſm Io.Andr.& alios, qñ extaret ſtatutũ.
(ut eſt Bononiæ)quòd ſaltem unus teſtis co-
gnoſceret contrahentes,quæ omnia ſequitur
etiã Soc.in Fallent.d. Regulæ proximè alle-
gatæ; Et certè,quod tale ſtatutum eſt ſancti
& honeſtum, cum per ipſum poſſint euitari
quàmplures falſitates, & huiuſmodi ſtatutũ
credo ẽt extare Mantuæ,quod collegi ex plu
ribus inſtrumentis ibi celebratis,ubi ſempe
notarij apponunt teſtem aſſerentem cogno
ſcere conteſtes, & contrahentes.

Sed nũquid notarius teneatur cognoſcere
partes? Bal.in d.l.fi.in princ.nu.16.dicit i...
9 eſſe regulare, †quod debet cognoſcere, ...
poſſet decipi in nomine, & cõmittere falſu,
ſed idẽ Bal.in rubr.C.de fide inſtr.col.3.uer.
uenio ad ſm, nu.11.arguit pro prima opinio
ne,qđ cognoſcere teneatur,quia aliàs nõ p
ſcribere niſi pſonas cognoſcat de quorum ...
cto faciat mentionẽ,exẽplo teſtis,l.3.§.idem
diuus,de teſtib. & alijs per eũ ibi adductis,in
contrarium dicit facere, quia ſi hoc eſſet ue-
rum, eſſet quaſi ad nihilum deducere inſtrã,
quia non poſſent fieri inſtrã niſi de perſonis
quæ aliàs eſſent notæ, vnde non de mulie
bus,non de ruſticis,nõ de extraneis, quod e
rit contra legem,quę uoluit probationẽ no
reſtringi,ſed ampliari;propterea, cũ tabellio
ſcribit,Titius promiſit Mæuio,qũo poteſt ſci
re quod ille uocetur Titius, & ille Męuius,...
ſi ex aſſertionibus eorum, vel ex eo quod ...
audiuit nominari eos?certè,nullo modo; &
tandem,poſt Nic.de Mattar.concludit,nota
rium excuſari,ſi ante celebratum inſtrm no
noſcit contrahentes, & ſufficere, quod acqui
rat notitiam eo modo quo poteſt, vt ex uer-
bis eorum, & licèt poſſint mentiri, quia eſt
de raro contingentibus,non eſt in conſidera
tione,l.nam ad ea, de legibus, nec eſt præſu-
mẽdum qđ fingant nomen, & falſum cõmit
tant,quia punirẽtur de falſo,l.1.de falſ.nã in
his præſumitur qđ tabellio ſcribat,& inſtrm
conficiat bona fide, quia quantum eſt in ſe,
nõ potuit aliud ſibi innoteſcere; referunt,&
ſequuntur Alex.& Iaſ.in d.l.fi.in princ.Et q
notarius tali caſu propter ignorantiam excu
ſetur,tenet Petr.de Anchar. in cap.quanto,
de his quæ fiunt à prælat.& Anan.in c.licèt,

col.pen.

col. pen. de crim.fal. refert & sequitur Dec. Authen. Si quis in aliquo, nu.39.in fine, C. de eden.& sequitur Cagnol.in l.si librarius, nu.65.de reg.iur. & sequitur doctr.Bal.in d. Rub.Rum.cons.189.nu.17.1.vol. Quam decisionem in proposito nota, & memorię mãda, quia vidi in facto casum accidere Ferrariæ, vbi quidam prauus, & reus homo, cuius nomen silentio prætereo, tres vel forte plures probos Notarios decepit, supponẽdo viros ignotos, asserens esse mercatores aduenas, qui in Instrumentis recipiebant, seu fingebant recipere ad mercationem plures quãtitates denariorum, & asserebant falso se esse tales mercatores, de tali Ciuitate vel loco, & Notarij rogati fuerunt de ipsis Instrumentis, & postea fuit repertum, qđ falso fuerant celebrata huiusmodi Instrumenta, quia mercatores nominati nunquam receperãt pecunias illas, nec se obligauerant, sed alij mutando sua nomina, falsò eorum nomina assumpserũt, et se tales esse asserendo, se obligauerunt, & sic talia Instrumenta fuerũt cassata, & aliqualiter punitus malefactor, sed nõ prout Iuris erat, quia opus erat fune, seu laqueo, Notarij verò tamquam innocentes fuerunt absoluti; Propterea caueat notarius ad omnem bonum effectum, scribere Instrumenta contrahentium ignotorum, ne in dubiũ incidat, & tanto magis testamenta, si nõ nouerit personas testantium, propter maius præiudicium, quod ex eis oriri põt, & uelit curare, ut notitiam ipsorum, & scientiam habeat, aliter, quam ex eorum uerbis, quia etsi non teneatur pęna falsi ut suprà, nec in foro fori, tñ posset teneri in foro poli, & ſm consciẽtiã, & poneretur in discrimine honoris.

Et quia conclusum fuit suprà in pręlud.in septimo requisito, testes omninò esse neces-
10 sarios in Instrumento, quæro, nũquid † hæc Regula aliquas patiatur exceptiones? & respondeo quod sic, tribus casibus; primus est, extante consuetudine quod sine testibus Instrumentum faceret probationem, vt tenent Anton.de Butr.Imola, Abb.& Felin. d. c.1. de fide Instr.per not. in c.cum dilectus, ubi etiam Felin.nu.35.eod.tit.quod sequitur Socin.Regula 418.aliàs 510.Testes in scriptura publica, prima fallentia. Secundus est in actis Iudiciarijs, in his ẽt testes nõ exigũtur, vt not.glos.in uerb.uiros, in c.qm̃ contra, de probat.ubi Felin.plures allegat, num.12.& Dec.nu.19.dicit esse communem, licèt nitatur eam aliquibus medijs impugnare; hoc etiam tenet Spec.in tit. de Instr.edit. §.restat, uers.sed cum litteris, Lapus Allegat.81. Nõ ualuit actus, nu.4. Card.cons.41. Cõ pręsuponatur, franc. Viuius in suis Com. opin. 1.parte, opin.345. Testes nõ requirũt, Abb. & Felin.d.c. 1. & Socin. d. Reg.2. Fallent. quod tamen declara, procedere in his, quæ propriè sunt de actis, secùs in alijs quæ Notarius causæ immittit, seu registrat in processu, vt in mandato procuratoris, quia exiguntur testes, vt per Felin. & Dec. post alios, in d.c.quoniam contra, & idem est seruandum in sententijs definitiuis, & in interlocutorijs, propter varietatem opinionum, vt ibi Abb.& Felin. Idem, quod non exigantur testes, sed sufficiat quod Notarius dicat, Actũ coram tali Iudice, vel ad Bãcum Iuris, tenet Lanfr.in repet.d.c. quoniam contra, nu. 27. Tertius est casus qando Instrumẽtum fieret in publico Parlamento coràm populo, vt tenet Spec.d.vers.sed cum litteris, Abb.& Felin. d.cap.1.Socin.d.Reg.vlt.Fallent.& Ias. in l. omnium, C.de testa. & Mars. Sing.56. Ad validitatẽ, & Arno Problemate 64. Ad constitutionem, quod extendit Felin. ibi, in Instrumento facto coràm Summo Pontifice, per text.in d. l. omnium, vbi habetur, quòd valet testamentum factum coràm Imperatore sine aliquibus testibus, licèt Bar.& plerique alij, intelligant tantùm debere interuenire duos, nec etiam opus esse subscriptione Notarij; tutius tamen esset, etiam tali casu apponere testes, & subscribere, vt omnis difficultas cesset.

Sed nunquid exigatur in Instrumento testium subscriptio? glo.in l. generali, allegata supra, tenuit quod sic, & idem videtur tenere
11 re † glos.in vers. viros, in d.c.in pręsentia; sed tamen communiter reprobatur: quia sufficit solùm descriptio ipsorum facienda per Notarium, vt tradit Io. Andr.in addit. ad Spec. in d.§.2.de Instr.edit.vers. post locum, in addit.incip.dicit Accurs.Innoc. in c. 1. de his q̃ fiũt à pręlatis, Abb.& Dec.d.ca.1. Pau.de Cast.cõs.205.nu...vers.multum videtur necessarium, & Alex.in l.Iurisgẽtium, §.quod fere, 1.col.de pact.& Abb. post alios, in c.cũ Ioãnes, nu.5.de fide Instr.& Grammat. cõs. 67.nu.10.Quod non procedit in Instrumento in scriptis celebrato, l.contractus, C.de fide Instrum.Instit.de empt.& uend.in princ. Abb.d.nu.5.nec in testamento cęci, l.hac cõsultissima, C.qui test.fac.poss. vel in testamẽto in scriptis condito, l.hac cõsultissima, C. de testam.quia in his testes debent se subscribere Instrumentis.

Quero, quot testes in Instrõ exigantur? & rñd.regulariter in quolibet Instrõ duos suffi
12 cere, l.vbi † numer⁹, de testib.fac.c.pluralis, de reg.iur.in 6. & hoc tenet glos. in d.verb. adijciatur, in d.§. sed & si instrã, in Authen. de Instr. caut.& fide, licèt teneat exigi tres,

& notariũ in numero computari, & idem tenet Spec. in tit. de test. §. restat, in princip. gl. & Io. Andr. in d. cap. pluralis, Bart. & Salic. post glos. in Auth. sed nouo iure, C. si cert. pet. Abb. d. c. 1. col. 4.

Fallit primo in testamentis, in quibus septem testes adhiberi debent, l. hac cõsultissima, & l. in testamentis, C. de testam. §. pen. Instit. eod. Spec. d. §. restat, ver. item in testamento, & gl. in d. c. pluralis, & in d. l. numerus, nisi ruri fiat, vel tpe pestis, quia tũc sufficiunt quinque. l. fin. C. de testam. & est cõis opin. ut per Ias. ibi, & Dec. cons. 284. & cõs. 404. nu. 7. & Dur. d. tract. de arte testan. tit. 2. Caut. 2. & caut. 5. & Bertrand. cons. 160. col. 1. 1. parte primo impressorum, & cons. 223. Circa princ. 2. parte primorũ, & nisi testamentum fiat ad pias causas, quia duo sufficiunt cum presbitero parochiali, c. cũ oẽs, & c. relictum, de test. Spec. loco prę allegato, immò, etiam in dispositis ad nõ pias causas valeret testamentũ in terris Ecclesiæ, ut per Corn. cons. aliàs allegato 261. De duobus, col. fin. in princ. lib. 4. vbi dicit esse cõem opin. declarans procedere etiã in terris Principi sæculari quò ad temporalem iurisdictionem ab Ecclesia cõcessis, quales sunt Ciuitates Regni, Ferraria, & Vrbinum; sequitur alios allegans, Dur. d. Caut. 2. vbi tenet idem procedere, si fiat coram iudice, & duobus testibus, per l. oĩum, supra alleg. C. de test. vel si non adest presbiter parochialis, corã quatuor testibus, Dur. d. Caut. num. 3. vbi dicit magis communiter approbari, nu. 4. vel nisi testamentum esset inter filios vel nepotes, quia tunc duo, vel tres sufficiunt, ut d. l. hac cõsultissima, §. ex imperfecto, & §. fin. Spec. in loco præallegato, & Doct. in d. §. ex imperfecto; immò sufficeret etiam si essent fœminæ, glos. & Doct. in Auth. Quod sine, C. de testam. & Dur. d. Caut. ad fin. vel nisi testator vellet reuocare priorem voluntatem seu testamẽtum, & decedere intestatus, l. sancimus, C. de testam. item, nisi in testamento militis in expeditione degentis, in quo duo, & etiam unus sufficit, Instit. de test. milit. in prin. & §. planè, & C. eod. l. milites, licèt hic casus videatur superfluus, cum illi milites recesserint ab aula, secundùm Spec. loco prę allegato, 2. col. vers. quintus, contra quem est communis opin. Doct. vt ex allegatis per Dec. in rubr. C. eod. cernere est, vel nisi testamẽtum fieret coram Imperatore, d. l. oĩum, quia nullus testis exigitur, secundum Spec. loco præallegato, & Ias. ibi, licet Bar. & plerique alij ibi, teneant interuenire debere saltem duos testes, cum quibus cõcordat Dec. d. c. quoniam contra, nu. 19. In testamento ẽt aliquando debent interuenire octo testes, quando testator est cęcus, l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss. vel quando testamentum fit in scriptis, & testator est ignarus litterarum, d. l. hac consultissima, §. quod si litteras, C. de testam. & Spec. vbi supra.

Fallit secundo in Codicillis, in quibus sufficiunt quinque, l. fin. C. de Codic. Spec. d. loco, & gl. in d. c. pluralis. & d. l. ubi numerus.

Fallit tertio in donatione causa mortis, ubi similiter quinque sat sunt, l. fin. C. de don. cau. mor. Spec. vbi suprà, & gl. d. c. pluralis.

Fallit quarto, quando mulier pro alio intercedit, q̃a iuuatur Velleiano, nisi in instrumẽto trino teste subscripto obligetur, l. antiquæ, §. ne autem, C. ad Vellei. Et licèt Bald. in l. 1. C. eod. dicat, de cõsuetudine esse abrogatum, quia sufficit descriptio duorum testium facta per notariũ, quod sequitur Aret. in §. Item si in Iudicio, nu. 20. 2. col. Instit. de except. tamen fortè non probarẽ cõsuetudo & propterea nõ ualeret obligatio mulieris nam ibi dicit Paul. de Cast. quod cum ostenditur instrumentum in quo mulier se obligat pro alio, inspiciendum est, an interuenerint tres testes, fatentur tamen ibi ipse Paul. & Salic. sufficere, quod inscribantur per notarium, nec sit opus eorum subscriptione, & propterea ad euitandas difficultates, caut notarius apponet tres testes talibus instrumentis, & etiam generaliter in omnibus, & prædictam Conclus. etiam tenet Spec. d. § restat, vers. item in renunciatione, & glo. in c. pluralis.

Fallit quintos, in instrumento in quo pater fatetur aliquem esse filium suum, nec dat naturalem, quia tunc eius filius naturalis, natus scilicet ex ea quę poterat esse vxor efficitur legitimus, & tunc in tali instrumento debent adesse tres testes, in Authen. Vt ceat mat. & auiæ. §. ad hoc, Collat. 8. gl. in c. pluralis.

Fallit sexto in inuentario, in quo debent adesse tres testes loco legatariorum, & creditorum absentiũ, & duo, qui hæredes cognoscant, d. l. fin. §. si verò dubium, C. de iure delib. in Auth. de hæred. & Falc. §. si verò absunt, & §. sancimus, vbi Doct. tradunt Spec. loco præallegato, & gl. d. c. pluralis, & Dur. dicto tract. titu. 11. Caut. 8. col. 3. vbi ponit omnia in inuentario requisita.

Fallit septimo in diuortijs, in quibus requirũtur septem, l. nullum, ff. de diuor. & Spec. vbi suprà, cęteros casus in q̃bus plures testes requiruntur duobus, in iudicijs, vel alijs, videas in Spec. d. tit. & in gl. p̃dic. d. c. pluralis.

Quæro etiã, qui possint esse testes in instrumẽtis? & r̃ndeo, edictũ de testibus esse prohibitorium,

13 bitorium, unde oēs possunt†admitti qui nō reperiuntur prohibiti, l. 1. in princ. de testib. Et omnes etiam inhabiles, & uiles, seu aliàs suspecti testes, si a partibus rogentur, nō poterunt ulterius reprobari, hæc est glos. not. & sing. in §. & licèt, uerbo, & supplicijs, in Auth. de testib. quod etiam tenet Bart. d. tit. §. si uero ignoti, & Bal. not. & seqtur in multis locis, & 1. in l. parentes, col. 1. ubi etiā sequitur Salic. C. de testib. in l. ad testium, §. 1. & ibi Paul. de Cast. sequendo, dicit singularem, & sequitur etiam ibi Imola, ff. de test. & in c. in nomine Domini, col. 1. vbi dicit singularem, & notandam, & non esse alibi, de testib. Ang. Corn. & Ias. in l. 1. C. de testam. Imola, in c. ex litteris, de trans. Aret. Port. & Bauer. in §. pater, Instit. de test. & Alber. Malet. in tract. de testa. 4. col. vbi dat cautelam, quod adhibeantur testes in Instrumentis fratres, & coniuncti, vt possit postea probari de veritate contractus, & dicit, quod in l. quæstione facti, in qua accusabatur testamētum de falso, consuluit, affinem rogatum a testatore posse examinari, & debere admitti; Idē tenet Lanfr. dans hanc similem cautelam in pract. sua, in verbo testium depositiones, nu. 98. Cepol. latè Cautela 219. Licèt regulariter, & Felin. latissimè in c. cum inter, nu. 11. de except. & Socin. Reg. 427. Testes parentes, 4. Fallent. Hanc etiam Conclusionē tenet Salic. in l. quoniam, C. de hæred. Aret. Ioan. de Ana. & Felin. in c. cum oporteat, de accusat. & Felin. in c. litteras, nu. 12. de præsumpt. Alex. cons. 70. Viso processu, 4. col. lib. 1. & cons. 94. nu. 14. in 6. Ias. l. 1. 3. col. de fer. & in l. 1. §. fi. nu. 8. de verb. oblig. Marsil. Sing. 93. Licèt testis, & in l. 1. §. ad quæstionem, n. 13. de quæst. Bertrand. cons. 210. nu. 10. 1. parte priorum, & in l. ex libero, nu. 9. eod. & Crauet. cons. 56. nu. 10. facit qđ not. Butr. in d. c. ex litteris, de trans. quòd si pater fuit adhibitus testis in contractu filij, adminiculatur Instrumento, & idem tāto màgis in coniuncto, quod sequuntur Imola, & Abb. ibi, & Corse. Sing. suo, in verbo testis, incip. Licet Pater; Et propterea inferunt supradicti Doctor. posse adhiberi & patrem, & fratrem & alios coniunctos cōsanguineos in teste Instrumenti, & ex quo interuenit rogatio partium, quæ facit de inhabili habilem vt supra.

Ampliatur supradicta Conclusio, procedere, etiam si tales testes rogentur per testatorem, & adhibeantur in testamēto, quia pariter efficiētur habiles propter rogationem testatoris, ut tradit Bald. in d. l. parentes, & in d. l. ad testium, §. 1. ubi etiam Paul. Alber. d. tract. & Cepol. d. Cautela, & sufficit constare ex tenore Instrumenti seu testamēti de rogatione, Bald. d. c. in nomine Domini, & sequitur Ias. d. l. 1. de fer. Et propterea Clausula illa, Vocatis, & rogatis, non erit superflua isto casu, & creditur Notar. ut etiā tenet Port. in §. fi. col. pen. Instit. de testam. de quo etiam per Bart. & alios, in l. hæredes palam, §. in testamentis, de testām. & per alios supra allegatos.

Recipit tamen hęc doctrina plures limitationes, Et 1. limitatur, non procedere in his, quorum inhabilitas non dependet à potestate partium, sed causatur odio testis, ut in excommunicatione, banno, & similibus, quæ non dependēt à partium potestate, prout dependent aliæ exceptiones eorum fauore introductæ, ut cōiūctio, affinitas, familiaritas, & similes, de quibus per Bald. in l. si quis testibus, C. de testib. col. fin. ità Felin. d. c. cum oporteat, & d. c. litteras, nu. 12. & sequitur Marsil. d. Sing. 92. & d. §. ad quæstionem.

Secundo non procedit, quando huiusmodi inhabilitas per altetā ex partibus uel per testatorem ignorabatur, quia tunc non censetur talis testis approbatus, Ang. Ias. & cæteri, in l. 1. C. de testa. Cępol. d. Caut. 217. & Felin. d. c. cum inter, nu. 11. in fine.

Tertio limitatur, quia licèt partes nō possint opponere contra personam testis, tamē poterunt opponere eius dicto, Felin. d. nu. 11. & Marsil. d. Singul. 92.

Quarto limitatur non procedere, respectu non rogantis, & sic tertij, quia persona non censetur approbata, Paul. de Cast. d. l. ad testium, §. 1. Ias. post alios, d. l. 1. C. de testam. Crauet. cons. 72. nu. 5. & propterea non procedit respectu notarij non rogantis, quia uerba instrumenti censentur verba partium, Alex. d. cons. 70. & Bauer. d. §. pater, & sentit Ias. d. l. 1. C. de testa. & Pet. de Monca. in addit. ad Crot. de testi. nu. 120. in fine addit. de quo dicetur infrà latius, in quæst. qui testes exigantur ad reprobationem instrumenti, 2. conclus. post 2. ampliationem.

Est modo uidendum, de testium inhabilitate, quæ per partes, uel per testatorem remitti non potest, ut sciamus qui testes non sint idonei, & uitient tam testamentum, quā ultimam uoluntatem, & contractus.

Primò itaque, infamis infamia iuris non admittitur in testamēto, l. is cui, §. si quis ob
14 carmen, de testam. † & l. cum lege, ff. eod. §. testes, Instit. eod. & not. Doct. in locis prædictis, quod procedit quādo notoria erat eius infamia, ut per glos. in d. l. cum lege, in fi. secùs si communi opinione reputabatur non infamis, ut communiter trad. Doct. in l. 1. per illum text. C. de testam. Felin. in c. testimonium,

monium, nu. 16. de testib. de quo per Crot. in tract. de testib. in princ. 1. & 2. col. & qui sint infames, habetur in l. 1. & in toto tit. de his qui not. infam. Tamẽ poterit esse testis in instrumento, maximè quando testes non requiruntur pro solemnitate testamenti, vt in casu, quando plures duobus exiguntur, ita Ioan. Fab. in §. sed cum aliquis, nu. 11. Instit. de testa. & quod regulariter propter approbationem partium, vt suprà dictum fuit, admittatur in instrumẽto, decidit expresè Ias. in l. 1. col. fin. C. de sum. Trinit. & fide Cath. quod notandum est contra illud vulgatum vulgarium, fustigatum, uel mitriatum, non posse esse testem, quia non procedit in instrumento, licet etiam talis uerberibus cęsus, uel castigatus non semper sit infamis, sed tãtum propter causam infamantem, ut furtum, secùs si causa non infamat ut in exemplo posito per Bald. in l. ictus fustium, col. fin. ff. de his qui not. infam. de illo qui fustigatur quia ludebat ad azardum, ubi allegat pulchrã & menti tenẽdam auctoritatem Augustini, qđ martirem non facit pęna, sed causa, & idem concludendum est de Bannito qui nõ est infamis, nisi de delicto per confessionẽ pateat, secùs si per contumaciam, ut not. in d. l. ictus fustium, & per Bald. & Felin. in c. super eo, de test.

Secundò, in testamento nõ admittitur seruus, l. qui testamento, §. si seruus, de testam. l. 1. ubi not. C. eod. Spec. d. §. 1. de test. uers. i-
15 tẽ quod † est seruus, Crot. tract. de test. 1. parte, num. 13. Alber. malc. tract. de testib. 9. fol. col. 2. quod nõ procedit, si, quando fuit adhibitus, communi opinione reputabatur liber, d. l. 1. & ibi communiter omnes; in contractibus tamen in quibus non adhibetur ad solẽnitatem ut supra in præcedenti, Io. Fab. d. §. sed cum aliquis, nu. 11. & cum in multis casibus admittatur quos ꝑsequitur Spec. & Alber. locis proximè allegatis, videtur posse teneri, propter approbationem partium admitti debere, quod etiam uidetur admittere Ias. d. l. 1. contra quod tamen facit quod ipso iure seruus repellitur, & testimonium eius nullum est, ut dicit Ang. in Auth. de testib. §. 1. circa princ. per illum text. & propterea nõ uidetur quòd partes possint ipsum habilẽ reddere, ut suprà in 1. limitatione conclusũ fuit; & propterea tutius erit abstinere, si casus occurreret, quia etiam si instrumentum efficeretur suspectum, hic testis passim non admitteretur ad defendendum ut habetur in d. l. 1. Monachus uerò, uel frater Ordinis Minorũ, seu aliàs arctioris Regulę, non prohibetur in testamento esse testis. Spec. in d. §. 1. uers. q d de monacho, Bald. in l. 1. 13. col. super. 9. & 10. quæst. nu. 43. C. de sacrosã. Eccles. Card. cons. 100. Testator habet, Aret. cons. 160. Liga est ista consultatio, 8. dub. Felin. c. cũ nuncius, ad fin. de testib. Crot. d. tract. 1. parte, nu. 14. Paris. cons. 34. nu. 33. in 3. Licèt ad deponendũ in iud. esset opus licentia superioris, ut per Felin. & alios, d. c. cum nuncius Are. & Paris. d. cons. de quo tamen per Crot. d. tract. num. 178.

16 Tertiò, Mulier in testamento prohibetur esse testis, l. qui testamento, §. mulier, ff. de testa. §. testes, Instit. de testam. glo. in c. forus, in verbo, nec fęmina, de verb. sign. Lanfr. c. quoniam contra, verbo, testium depositiones, nu. 140. Socin. Reg. 419. Testis mulier, Crot. d. tract. de testi. 1. parte, nu. 5. Felin. Dec. in c. quoniam, de testi. & Dec. latè in l. 2. nu. 27. de reg. iur. & per Dur. d. tract. de te testan. tit. 2. Caut. 2. nu. 7. Quod procedit etiam de Iure Canon. ut per Dur. ibi, licet Crot. aliter dixerit, in d. tract. nu. 10. & procedit etiam secundum Crot. d. nu. 5. in test. rustici, & quod ruri fieret, quod etiam tenet Ias. d. l. fin. C. de test. In Codicillis tamen non prohibetur mulier esse testis, glos. in l. fi. & Ias. post alios, C. de Codic. & trad. Doct. locis præallegatis, vbi tenent idem in testamẽto ad pias causas, vel inter liberos, quod ultimum tenet Venafr. cons. 115. nu. 6. idem est dicendum secundum Alber. in d. §. mulier, quando adhiberetur testis ad probandum testamẽtum; & sequitur Socin. d. Reg. vlt. fal. & in testamento facto tempore pestis, admitti debere, refert Crot. d. tract. nu. 11. & tenuit etiam Ias. d. l. fin. & cum opin. videtur transire Rub. cons. 165. nu. licèt in fine alleget Alex. cons. 70. Viso col. pen. lib. 2. & Ripa tract. de peste, fol. vers. quęro an mulier, & tenere contrarium hanc opin. quod mulier tali casu admittatur tenet etiam Bertrand. cons. 212. nu. 5. & 1. vol. & idẽ in testamento militis tenet glo. in Authen. Hoc sine, C. de testam. & sequitur Aret. & Bauer. d. §. testes autem, & quando reuocatur testamentum, & reducitur ad causã intestati, quod admittatur, tenet Bald. cons. 39. Factum super quo, nu. 2. Ex quibus infertur, mulierem in Instrumento contractus posse in testem adhiberi, licèt cautius agat notarius, si marem adhibeat, quia si dubitaretur super Instrumento, & opus esset testimonio mulieris, posset uariare, cum uarium semper & mutabile sit testimonium mulieris, c. forus, ubi glos. verbo, uarium, de verb. sign. allegat illa carmina:

Quid leuius fumo, flamen, q d flamine, uẽtus.
Quid uento, mulier, quid muliere, nihil.

Nam cæteris paribus, in casibus, in quibus

mulieris

mulieris testimonium admittitur, magis creditur masculo, quam fœminæ, Lanfr. d. vers. nu. 141. Felin. d. c. quoniam, ad fin. & Dec. d. l. 2. nu. 34. Sexus enim mulieris fragilis est, l. 2. §. verba itaque, ad Vellei. c. ex parte, il 1. de priuil. & mulieres habent consilium inualidum, Bald. c. 1. de Iudic. col. 9. vers. vltimo quæro, imo nullum consilium animi reperitur apud mulierem, Bal. in c. significauit, col. 1. de Resc. Dec. in d. l. 2. nu. 4. In Hermaphrodito verò attẽditur sexus is in quo magis incalescit, l. repetundarum, §. fina. ff. de testi. l. quæritur, de stat. hom. glos. & Doct. in d. §. testes autem, sed eunuchus videtur omninò admittendus, cùm testamenti habeat actionem actiuam, & passiuam, l. eunuchis, C. qui test. fac. poss. quod tenet Bauer. in d. §. testes aũt.

17 Quarto impubes in testamento nõ admittitur testis, §. testes, Instit. de testa. imò nec in alijs regulariter, l. 3. §. lex Iulia, & l. inuiti, in fine de testib. Spec. d. tit. de teste, §. 1. vers. Item excipitur, quod est impubes, vbi latè Io. Andr. in addit. Alber. tract. de testib. 10. car. 2. col. Crot. d. tract. in fi. 1. partis nu. 21. Abb. Felin. & Paris. in c. cum nobis, de præscript. & Dec. d. l. 2. §. item impuberes, de reg. iur. Est enim testimonium talis impuberis, sicut cæci, qui testificaretur de coloribus, & sicut si homo testificaretur se prospexisse intermediante monte, vel muro, vel alio obstaculo, ad instar oculorum linceorum, vt dicit Bald. in l. testimonium, 3. col. nu. 7. C. de testi. & sequitur Dec. d. §. item impuberes, limitat tamen Aret. non procedere in impubere proximo pubertati. adhibito in testamento inter liberos ad pias causas, & in testamento militis, in d. §. testes autem, quod etiam tenet in primis duobus casibus Bald. in l. 1. 13. col. vers. de secunda quæstione, nu. 36. C. de sacrosanct. Eccles. & sequuntur Felin. & Paris. d. c. nobis, non puto tamen, quod impubes debeat adhiberi testis in instrumento, cum omnino sit inhabilis, & ipso iure à testimõnio repellatur, Ang. in §. 1. in Auth. de testi. Dec. d. §. impuberes, nu. 9. qui etiam in defectum aliorum admitti non potest, obstante defectu iudicij naturalis, vt ibi tradit Dec. licèt crediderim, per eum postea effectum puberem, probari tenorem contractus, cui ipse fuit præsens tempore pupillaris ætatis, quia tunc ei est credendum, & admittitur, vt per Doct. magis communiter in locis præallegatis, quod etiam tenet Lanfr. in d. vers. testium depositiones, nu. 142.

18 Quinto, furiosus non admittitur in testamento, d. §. testes autem, Instit. de test. l. qui
19 testamento, §. nec † furiosus, ff. eo. nec etiam in alio instrumento admittitur, quia nullum negocium contrahere potest, non enim intelligit quod agit, §. furiosus, Instit. de inut. stipulat. & nulla est eius voluntas, l. furiosi, de reg. iur. & in omnibus & per omnia loco absentis, & quiescentis habetur, l. 2. §. furiosus, ff. de iure codicil. cũ alijs latè cumulatis per Dec. & Cagnol. in l. in negocijs, de reg. iur. quod procedit, nisi habeat dilucida interualla, eo tempore quo adhibeatur testam. ut in d. §. nec furiosus, & not. in locis pręallegatis, & idem dicendum est in mente capto, fatuo, seu demente, nam à pari procedunt, vt not. Bald. in l. 2. C. de cur. furios. Alex. cons. 54. Ad quęsitum, 1. vol. latè Dec. post alios, in l. humanitatis, C. de impub. & alijs substit. sequitur Cagnol. d. l. in negocijs, & Gramma. cons. 16. de quo etiam per Dec. cons. 86. & latè plures allegans Paris. cons. 88. nu. 6. & 7. in 3. vol. & Curt. iun. cons. 51. nu. 9.

Sexto, in testamento repellitur is cui sunt interdicta bona, vt est prodigus, §. testes autem præall. & l. is cui, in princ. ff. de testam.
20 Spec. d. §. 1. vers. † Itẽ quod est talis, cũ quo, & dicitur prodigus qui nec tempus, nec finẽ habet expendendi. l. 1. §. 1. ff. de cur. fur. cum alijs trad. per Dec. & Cagnol. in l. furiosi, de reg. iur. non puto tamen repelli in contractibus, quia cum sit speciale, non admitti in testamento, in cõtrarium est ius commune in cæteris, l. ius singulare, de leg. & cum non inueniam prohibitum, censeo admissum, l. 1. in princ. de testi.

Septimo, mutus, & surdus omninò nõ admittuntur testes in testamento, d. §. testes, & Spec. dicto vers. Item quod est talis, cũ quo; Sed an admittatur in instrumento? videtur dicendum quòd non, cum in testibus requiratur intellectus eorum quæ aguntur, & dictũ fuit suprà, nu. 4. super verbo, præsentibus; & licèt nõ appareat de iure prohibitus, satis est, quod appareat prohibitus natura ipsa, l. cum prætor, §. non omnes, de Iud. & hoc videtur tenere Spec. in tit. de test. §. nunc tractandũ, vers. quid de muto, & Io. Fab. in d. §. testes, vbi idem tenet, & si quis alterum tantum habeat uitium, & sciat litteras, tribus rationibus, 1. quia testis debet deponere verbo, 2. debet exaudire, 3. quia non ualet testimoniũ per scripturam; puto tamen posse teneri in instrumento mutum & surdum adhiberi posse, si intellectum habeat eorum quæ geruntur, iuxta not. per Bart. & alios, in l. 1. in prin. ff. de uerb. obligat. quod relinquitur arbitrio iudicis. Abb. in c. cum apud, infrà allegando, & Paris. cons. 63. in 4. uol. & sciat litteras, iuxta l. discretis, C. qui testam. fac. poss. quia tali casu posset legere instrumentum nõ publicatum, & cernere eius tenorem, & propterea cognoscere

cognoscere actum contrahentium, & ex si-
gnis consensum, & per scripturam testimo-
nium perhibere de illo actu gesto, & sic in-
strumentum cõfirmare si de eo dubitaretur:
nam testimonium muti tali casu admittitur,
cum in iuramento non sit opus verbis, quod
videtur tenere Spec.d. versic. quid de muto.
Ant. de Butr. & Præpos. in c. cum apud, de
spons.glos.in c.testes,3.quæst.9. Alex.in d.l.
1.nu.17.& in l.qui iurasse, vbi etiã Ias.de iu-
reiur.Abb.& Felin.in c.de testibus,num.10.
de testibus,Pet.de Moncad.in addit.ad trac.
Croti de testa.nume.373.& Alciat.in repet.
Rubricę de iureiur.nu.21. & Marsil.l.de mi
nore, §.plurimum,nu. 8. de quæst.

Octauo Cæcus testis in testamento repro
batur,ea ratione,quia testes debent videre te
21 statorem, & è cõtra,l.†si nõ speciali,ubi not.
& l.si unus, C.de testa. Spec.d.§.1.de teste,
vers.sed qualiter testificabĩt cæcus, Matthes.
notab.125.not.qđ licèt regulariter, Abb.&
alij,in c.cum causam,de testib. Felin.in c.prę
terea,ad fin.eo.tit.de quo etiam Dur.d.trac.
de arte testan.tit.2.Caut.8. Paris.cons.33.in
2.nu.36.& 37.& Dec.cons.354.Et idem erit
in inuentario, cum testes etiam illo casu de-
beant videre hęredem,l.fin.§.si aũt dubium,
C.de iure delib.§.si uerò absunt, cum gl.ibi,
& uidisse,in Auth.de hęred.& Falc.Spec.et
Felin.in locis pręallegatis,secus igitur erit in
alijs,qui sensu auditus percipiũtur, nec est o-
pus sensus uisus, ut in uerborum obligationi
bus,& contractibus qui uerbis contrahunť,
ut dicit glos.& sequitur Ang.ibi,in d.uers.&
uidisse;quod etiã procedit, si habet notas uo
ces contrahentiũ,glos.uerbo,quæ nouerunt,
3.quæst.9.in c.testes, & Spec. in d.§.1.uers.
sed nunquid cæcus,Cyn. & Bald.in l.testiũ,
C.de testib. Alber.d.tract. car.11.col. 4.ubi
dicit de hoc standum esse iudicis arbitrio,an
habuerit notas uoces nec ne; hoc etiã tenet
Alex.d.l.si non speciali, in fine, & in consil.
24.Animaduersis,col.3.lib.2.Abb.& Felin.
d.c.cum causam, Felin.d.c. præterea,ad fin.
& Mar.in rubr. C.de probat. nume.332. Et
quòd testes habentes notam uocem contra-
hentium probent, licet contrahentes non ui
derint,tenet glos.communiter in hoc appro-
bata,in l.2.§.Idem,Labeo,uerbo,audierint,
ubi Bar.& latè in apostil.ad eum, ff.de aqua.
pluu. arcend. & Doct. in d.l. si non speciali,
& in d.c.cum causam,& per Felin.d.c.præte
rea, Cæpol. Caut.228. Quando quis,& per
Mars.usque ad saturitatem, in d.rubr.nume.
328.& seq.& propterea infert Matthes.d.no
tab.125. quod in Codicillis & donatione
causa mortis, non erit opus testes uidere te-
statorem, quod sequuntur Alex. & Ias. d.l.si
non speciali, Cępol.& Mars.locis præallega
tis;cuius contrarium tenet Corn.cons.18.li.
2.col.2. quem uidetur sequi Dur. d. Caut.2.
& Dec.tenet in cons. 354. ubi dicit, quod in
ista opinione uidentur etiam Doct.commu
niter,& generaliter loqui, & opin. Matthe.
esse singularem; & hæc pars habet æquita
tem,& est tutior,per quam occurri potest fa
sitatibus quæ fabricari possent; Limitant ta
men non procedere in testamentis,nec in in
uentario,ut supra, nec tertio, in causa matri
moniali, scilicet de matrimonio separando
d.c.præterea,ubi Felin.& quarto in causa cri
minali, ut per Cæpol.d.Caut. & sequent.&
Marsil.d.rubr.nu.331. Ex quibus conclu-
tur,extrà prædictos casus, cæcum posse ad
mitti in testem in contractibus, & in contra
ctuum instrumentis, in quibus non est op
uisu,ut in numeratione fienda, & similibu
à quo tamen abstinere debet notarius inqu
tum potest,maximè,quia si instrumentum
uocaretur in dubium,uel in suspicionem a
qua de causa, fortè non ita iuuaretur testim
nio cæci, sicut testimonio uidentis, quia cæ
cus sicut alius non ità plenè probat, ut dic
Ang. d.l.si non speciali, & sequitur Abb.
c.cum causam,nu.9.licèt Cæpol. d.Caut.
228.in fine,teneat testes deponentes de au
tu tantum probare sufficienter,per prædic
& ij sunt,qui aut malis moribus,& eorum u
tio aut natura inhabiles sunt testes in testa-
mento,quibus tres non annumerantur, cu
recipi possint.

22 Primus est excõmunicatus,quia licèt n
possit in iudicio esse testis, c.decernimus
sent.excom. in 6.Spec.d.§.1.de test. uers.
quid si dicitur testis excommunicatus, Al.
d.tract.5.car.4. col.& sequ. Lanfr.d.uers.
stium depositiones, nu.134. Felin.c. Rodu
phus,nu.39.in fine, de Rescriptis, tamen se
cùs est extra iudicium; quia si describitur
instrumento, ualet instrumentum. Innoc.
c.pia,ante finem,de sent.excom.in 6. But.
Imola, in c.ex litteris, de transact. Dom.
Fran.in d.c.decernimus, Specul.in tit.de in-
strum.edit.§.instrumentum, uers.quid si te-
stis inscriptus in instrumento est excommu-
nicatus,Felin.in c.ueniens,il 2.ult.col.de te-
stib.Bald.in l.1.6.col.nu.17.C.de hæred.in-
stit.Felin.& Dec.in c.intelleximus,in princ.
de iudic. & idem uidetur concludendum, si
in testamento adhibeatur;quia nõ propterea
redditur nullum testamentum, cum excom-
municatus tãtum in iudicio esse testis prohi-
beatur, extra iudicium uerò põt oẽs contra-
ctus facere, & etiã testari, ut per Abb.posta-
lios,in c.ueritatis,de dolo & contum. & hoc
ultimũ ẽt tenet Dur.d.trac.tit.1.10.caut. ubi
dicit

dicit hanc esse communem opin. Si tamen instrumentum redderetur suspectum, non coadiuuaretur per testimonium excommunicati, Spec. d. vers. quid si testis inscriptus in instrumento, Dom. d. c. decernimus, ad finẽ, & Felin. d. c. veniens, col. fin. & propterea opus esset absolutione ad cautelam, pro tempore quo testificaretur, Abb. Felin. & alij, in d. c. veniens, Dec. dicto capit. intelleximus, col. 1. Secundus est hr̃ticus. Tertius est Iudæus, Et ij etiam non repelluntur in testamẽto, uel alijs contractibus extraiudicialibus, l. quoniam, vbi Bart. C. de heret. glos. in l. inuiti, la 1. de testib. Bart. in l. Cassius, de Senat. Bal. in l. 1. 5. oppos. C. de summa Trinit. & fide Catho. & Felin. in c. Iudæi, nu. 3. de testibus.

Superest modo uidere de his, qui non possunt in testamento esse testes ratione proprij interesse, & primo, in testamento non admit-
23 titur testis hæres, nec eius pater †uel filius, nec fratres cum eo in eadem existentes potestate, §. sed neque hæres, Instit. de testa. l. qui testamento, ubi not. ff. eo. Crot. d. tract. de testi. 1. parte, nu. 16. & ibi latè Pet. de Monca. in addit. & in hærede quod non admittatur etiam testamento per Pontificem roborato, tenet Corn. cons. 266. col. 4. lib. 4. & idem est in filio emancipato, Bart. & plerique alij, d. l. qui testamento, Ang. & Bauer. d. §. sed neque, nisi in testamento militis, d. l. qui testamento, §. 1. & ibi Doct. & Socin. d. reg. 427. 5. Fallentia.

Sed uidetur quòd hoc sit contra id, quod suprà datum est, s. quòd p̄p rogationẽ testatoris, testes inhabiles habilitantur, & admittuntur, prout de patre, & alijs suprà conclusum est: q̃uo igitur hic repellũtur, cum etiam suprà conclusum sit, in omnibus testamentis testes debere esse rogatos? Respondeo, quod illa decisio etiam procedit in contractibus, prout glos. loquitur, in d. §. & licet, & etiam in testamentis quorum inhabilitas, uel habilitas dependet à potestate partium, ut supra in prima limit. d. conclusionis dictum fuit,
24 sed in ijs, †in quibus expressè à lege prohibentur esse testes in testamentis, non uidetur rogationem sufficere testatoris ut fiant habiles, & in hoc opin. Bald. generaliter tenentis dictam rogationem sufficere, in l. parentes, C. de testi. non admittunt Imola, & Paul. de Cast. in l. ad testium, §. ad conditionem, ff. de test. Rom. Aretin. Alciat. & Ias. in d. l. 1. C. de testa. nam aliàs sequeretur, ut Ias. ibi dicit, quod partes possent inhabiles reddere habiles, & dicit Soc. eam semper uisam esse falsam in testamẽto, in quo semper testes rogantur, in cons. 229. col. pen. uers. quarto uentilatis; Nec facit illa gl. loquens in contractibus, quia tunc illud procedit, quando interuenit consensus & rogatio ambarum partium, sed quando rogantur à testatore, non debent censeri habiles respectu uenientium ab intestato non rogantium, & sic succedit quod dictum fuit supra, in 4. limitat. ad dictam glos. & hoc dictum Ias. allegat Crauetta, cons. 72. nu. 5. allegando Socin. d. cons. licèt nolit ponere pro constanti illud dictum, propter consil. Alex. 54. ad fin. li. 3. & Bellamera 42. col. pen. tenentium cum Baldo, cum quo tenent plerique ex suprà allegatis in illa conclus. illius glos. loquentis in indiuiduo, in testamento, & cum eo etiam tenet Bertrand. in terminis, in cons. 358. nu. 2. 2. parte, nouiss. Addit aliam rationem Ias. ibi, & erit 5. limitatio, quod illa glos. procedit, quando testes exigũtur in instrumentis ad probationem, non autem ad solemnitatem prout in testamento in scriptis, l. hac consultissima, in princip. C. eo. quia tunc rogatio nihil facit, l. nemo pōt, de leg. 1. uide tñ Soc. qui nititur saluare Bal. in casu, q̃n testes non in totum repelluntur ut mulier, & seruus, sed admittuntur, licèt non sint oĩ exceptione maiores, ut in legatarijs, in l. si quis ita, col. 3. de reb. dubijs. Et qđ dictum est de herede, qui non admittitur testis in testõ, idem erit in fideicommissario uniuersali, qui habetur loco hæredis, l. si necem, §. fin. de bon. liber. Bald. & alij, in l. dictantibus, C. de testam. Crot. d. tract. nu. 17. ubi limitat non procedere, quando esset restituenda hereditas fideicommissario sub conditione incerta, vt quia fuit grauatus hæres, si decesserit sine liberis, & idem tenet Ioan. Fab. Ang. & Bauer. in §. legatarijs, Instit. eod. tit.

Et quod non admittantur ẽt coniuncti hr̃des, tenet Ang. cons. 128. In facto proponit, ꝙ Bellafloræ ubi loqtur in uiro, & socero hæredis institutę, & Soci. d. cons. 229. loquitur in affine heredis. Substitutus uerò q̃n non tractatur de uiribus testamẽti, posset esse testis, s̃m Ang. cons. 174. Thema, super quo consilium petitur, pen. col. Sequitur Ias. d. l. dictantibus, & in l. si quis nec causam, 3. col. si cert. pet. & idem in legatario, d. §. legatarius, & d. l. qui testõ, in princ. vbi idem habetur in tutore, etiã si omnes testes essent legatarij, ut per Io. Fabr. d. §. legatarijs, quod procedit testõ condito in scriptis, & legatarijs testibus adhibitis subscribentibus, & signantibus, secùs in testõ nuncupatiuo, si inducentur ad probationem rei gestæ, vt per Socin. in d. l. si quis ita, per Crot. d. tract. nu. 15. de quo etiam tradit. Alber. d. tract. car. 9. col. 4. vers. consequenter. Nec admittitur ad probandũ legatum sibi factum, l. omnibus, C. de testib. Felin. in c. insuper, col. 5. de testib. Alex. in d. l. dictan-

dictantibus, & Dur.d. tract.tit.2.caut.2. Et idem in executore teſtamenti tradũt Ang.& Bauer. in d. §.legatarijs, licèt Bald. contrarium tenuerit in conſ.221. Videtur 1.vol.cũ quo tranſit Dur. d. Caut. 2. Cautius tamen erit, ſi alij teſtes adhibeantur, vt tradit Ang. d.§.legatarijs,& Dur.d.caut.in fine. Filium verò, vel patrem notarij, poſſe teſtem adhiberi in teſtamento,& in inſtrumento,tenendum eſt,prout tenent Ioan.de plat.& Bauer. d.§.legatarijs;pro quo facit conſ.Bar.61. Filiusfamilias presbiter,de quo in fine inſtri erit Deo dante dicendũ; Sed ne,dũ de contractibus loqui propoſuerimus, in pelagum teſtamentorum, & vltimarum voluntatum demergamur, ſat erit hæc appoſuiſſe pro rudibus tabellionibus,quos admonere non deſiſtimus,ut ad euadendum difficultates, teſtes recipiant non ſuſpectos, nec in contractibus intereſſe habentes,vel habentium familiares ſeu coniunctos, ſed tales qui in caſu emergentis ſuſpicionis pro veritate inſtrumentum coadiuuent.

Viſo quibus, & quot teſtibus inſtrumentum celebretur, & conſtruatur, conſequens eſt videre,quibus & quot reprobetur, & deſtruatur, quæ eſt alta, & profunda quæſt. in qua varij varia dixere,& multæ fuerũt opin. tam antiquæ,quàm modernæ,quarum ſeptẽ refert Abb. in c. cum Ioannes de fide inſtru. ſed pro elucidatione,& clara omnium intelligentia quæ in hac quęſt.dicentur placet ſeruare ordinem Felin.in d.c.cum Ioannes, faciendo bimembrem diuiſionem ſeu diſtinctionem, & vnumquodque membrũ de per ſe diſcutiendo,& examinãdo; Diſtinctio igitur talis eſt, ꝙ aut inſtrumentum reprobatur per teſtes non inſtrumentarios, nec in inſtro deſcriptos,aut per ipſoſmet inſtrumentarios & in inſtro deſcriptos; in primo membro.

25 Concluſio eſt magis cõmunis,quod † duo teſtes contrariantes inſtro directè,uel indirectè reprobant inſtrum. Innocen. Cald. Butr. Card.Imola, Abb.& Felin.in d.c.cum Ioannes,n.35.Pau.de Leaz.Butr.Abb.& Dec.in c.tertio loco, de probat.Spec. in tit.de inſtr. edit.§.reſtat, verſ.ſed ſi alij teſtes, in fi.Cyn. & Salic.in l.in exercẽdis,C.de fide inſtr.Bar. in l.hęredes palam,in princ.ff.de teſta.quam Concluſionem ſequuntur Lanfr. in c.qm̃ cõtra,verb.inſtrumentorũ productiones,n.46. Alex.conſ.17. Ponderatis,4.col.3.uol.Soc. conſ.143.col.3.latiſſimè Curt. ſen.conſ.56. col.2.& in addit.ad dictum conſ.in fine.Bertran.etiam plenè in conſ.239. 3.par. priorũ, Io.de Amicis de Venafro, conſ. 44. nu. 4.& ſeq.& conſ.137.nu.25.& 26.& Crauet. cõſ. 56.in fine,& Pariſ.conſ.162.n.4.vol.4.Quæ innititur & iuſtitiæ & ęquitati,iuſtũ enim & æquum eſt,authoritati notarij præferri teſtimonium uiuę uocis duorũ teſtium,per quos inducitur naturalis,& vera probatio, cũ probatio inſtrumenti dicatur miraculoſa, ut creditur teſtimonio pellis mortuæ, Inn. in c.cum P.tabellio,de fide inſtr. Oldar.conſ.75. Qui poſſit.Bal.conſ.447.Ad euidentiam,circa fi. li.5.Fel.d.c.cũ Io.nu.35.& Crauet.d.cõſ.56 ad fi.& dr̃ ẽt cõtra ius diuinum, quo cautum eſt, ut in ore duorum uel trium ſtet omne uerbum, Corn.conſ.32.col.2.et con.55.col. 8.lib.3.& Crauet.dicto conſ.in fine.

26 Primò declaratur procedere † in caſibus in quibus inſtrumẽtum probationem admittit in contrarium, ſecùs autem in caſibus in quibus pro inſtrumento eſt pręſumptio iuris & de iure,ut in caſu l.antiquæ.C.ad Velleia. de qua aliqua verba ſuprà facta fuere,& in alijs caſibus,quos proſequitur Felin. poſt Butri.in d.c.cum Ioannes, nu.36. & ſeqq.

Secundò declaratur,niſi habens inſtrumentum pro ſe,eſſet reus,qa ex quo ſ'm Doctores q; ex ſup.allegatis, inſtr̃um hẽt uim duorum teſtium,ẽt qđ probatio per teſtes ſit naturalis,fauore tñ rei præualeret inſtr̃um. Goffred.in c.cum à nobis,de teſtib.ſed Bal. tenet contra,in d.l.in exercẽdis, 4.col.Abb. c.tertio loco,de probat.& Felin.d.c.cum Ioannes, nu.41.ſed 1.opin. tenet Pet.de Anchar. conſ.77.Viſis,ad fin. & ſequitur Dec.in d.c. tertio loco, nu.11.pro quibus eſt regula l.fauorabiliores,de reg.iur.ubi not.Doct.& tradit Alciat. ad illam Reg. plura in tract. præſump.3. Reg. pręſumpt.44.quod in arbitrio Iudicis reſidere cenſeo, per ea quę dicentur infrà,in 3.declaratione.

Tertiò, declaratur procedere, ſi teſtes deponentes contra inſtr̃um, aſſignẽt rationem dicti ſui etiam non interrogati,quia aliàs inſtr̃um non reprobaretur, Bal.in l.presbiteri la 1.vlt.col.C.de Epiſc.& cler.Feli.d.c.cum Ioãnes.3.declarat.n. 42. Alex.cõſ.53.1.col. 7.vol.& conſ.93. In cauſa & lite, col.pen.li. 5.& conſ.33.Põderatis,5.col.lib.3.nam probatio debet in hac cauſa neceſſario concludere,gl.Bal.& Iaſ.poſt alios,in l.Iuriſgentium, §.qđ ferè,ff.de pact.& Dec.conſ.101.2.col.

Quarto declaratur, ut hẽat locum, niſi ſit aliqua probatio coadiuuans inſtr̃um,ut ſi aliquis ex teſtibus inſtrumentarijs,vel alijs non deſcriptis, viua voce deponeret ꝓ inſtro, tũc non ſufficerent duo teſtes ad ipſum reprobãdũ,ſed pluribus opus eſſet,ità declarãt Abb. & Imola, in d.c.cũ Ioannes, & ſequitur Fel. ibi,4.declarat.nu.43.qđ tenet ẽt Alex.d.cõſ. 93.pẽ.col.in fi.Corn.cõſ.261.littera L.4.uol. Dec.d.cõſ.101.& Mar.Sin.61.Dictũ,& cõſ.

ſuo

suo 27.nu.14.refert Crauet.d.conf.56.nu.7. & huius opin.videtur fuisse Io.Fab.in §. Itē verborum, nu. 18. Instit. de inut. stipul. & hoc tenet Arno.Problema. 65.Ad eandem.

Sed tamen hoc venit declarandum, prout egregiè, & subtiliter declarat Crauet. d. conf. nu. 15. tribus modis,scilicet,vt procedat,quando testes duo deponētes contra Instrumentum, non essent Instrumentarij secundo,quādo remaneret numerus perfectus testium,prout dicetur infrà,in 2.membro distinctionis,tertio quod testis coadiuuans Instrumētum,voce viua deponat,quia non sufficit quod sit descriptus in Instrumēto, & sit mortuus,per Iura per eum ibi allegata, quæ aliter non curo referre.

Si tamen essent duo testes deponētes pro Instrumento, & duo contra, casus est magis clarus, quia præualet,Instrumentum,ut tradit. Bald.in d.l.in exercendis,& Gram.conf. 67.nu. 12. Alex.conf.27.In causa, & lite, 2. col.1.& Corn.d.conf.261. littera L.in fine.

Quinto declaratur procedere, dummodo testes instrumento contradicentes,& ipsum reprobātes, sint idonei, & omni exceptione maiores,l.optimam,in fine, vbi Bald. nu. 8. C.de contrahen.& commit. stip. Institut. de inut. stip. §. item verborum, cum glos. idoneos, vbi Aret.col.fin.Bart.& Imo.in l.1.§. si quis neget, ff.quemad.testam.aper. Cald. Abb.Imola,& Felin.in d.cap.cum Ioan.vbi Felin.5.declaratione,nu.44.Bald.conf.152. Ista causa,in 2.vol.Bald. conf. 70. Proponitur,in 5.Annan.conf.97.2.col.vbi dicit, qd' debent esse tam in dictis, quàm in personis omni exceptione maiores,& quod in supplementum non posset deferri Iuramentum, & ibi Bol.in addit. Lanfr.d.ver.instrumentorū productiones, nu.47.Alex.d.conf.53.1.col. & conf.42.lib.4. Cor. d.conf.261.littera M. & Dec.d.conf.101.& Crauet.conf.77.in fine, & dicitur testis omni exceptione maior, cui nulla exceptio obstat,vel macula impin-
27 gi potest,glos.maiores,† in cap.1.de consan gui. & affin.glos.& Bald.in d.l.optimam, & modicus defectus viciat dictum testis.Bald. quem sequitur Felin.in d.cap.cum Ioannes, d. nu. 44.quod etiam tradunt Doct. in l. admonendi,de Iureiuran.Bertran.conf.14.nu. 3.conf.282.nu.6.2.parte nouissimorum Paris.conf.59.nu.3.vol. 4. & propterea opus erit pro parte producentis articulare, & probare huiusmodi testes esse tales, scilicet idoneos,fide dignos,& omni exceptione maiores,vt tradit Ang.post Bar.d.§.si quis neget, vbi hanc dat cautelam uolenti reprobare instrumentum;Etlicèt Felin.in d.5.declaratione,& Curt.d.conf.56.nu.10.teneant,non esse opus hac articulatione vel probatione, tu tamen tene contrarium,quia cōmunis opin. est contra eos,ut tenet Alex.conf.82.In causa uertente,2.col.lib.1. Socin.conf.274. col. 9. in 2. Cepol. conf.57.col.4.Barb.conf.47. col.9.1.vol.Dec.conf.37.col.4.nu.8.& fi.& in ca.1.col.pen.de appellat.Mars. in l.si quis ne quæstio,nu.136.ff.de quest.& in Rubrica de prob.nu.441.Gram.conf.35.nu.38.& D. Vber.Zuccar.in repet.l.fi. C. de edicto Diui Adr. tol. nu. 83. ubi dicit aduertendum esse ad hoc secretum uerbum,quod est pulcherimum,& sibi sępè fecit honorem in practica; & eam ēt tenet, & defendit Alciat. in tract. præsumpt.3. Reg.præsumptione 2. num. 9. Sed contra Didac.in cap.relatum,il 1.nu.6. 7.de testam. Si igitur testes non essent ita integri,& omni exceptione maiores, non uidetur quod sit iudicandum instrumentum falsum; hoc tamen pendet ab arbitrio Iudicis, qui omnibus pensatis,arbitrabitur,an magis sit danda fides testibus, quàm instrumento, & hoc casu procedere potest opin. tenētium quod hoc reliquatur Iudicis arbitrio, quam tenent Bart. Bald. & Ang.in d. §. si quis neget,& alij,quos refert Felin.d.ca.cum Ioannes,nu.35.ad fine, quā etiam sequitur Ioan. Fab.in d.§.item uerborum,nu.15. Lanfr. d. uer. instrumentorum productiones nu. 46. Alex.d.conf.42.in 4.Corn.d. conf.261.littera,M.& uidetur adhęrere Crauet. conf. 75. nu.14.secundum quam fuit determinatum, ut dicit Guid. Pap. quæst. 540. testes; Et in hoc multum adiuuat bona fama notarij, ut per Bart.& alios, in d.§.si quis neget, & Salic.in d.l.in exercēdis,Lanfr.d.nu.46. Alex. d.cōs.93.col.pen.n.12.in 5.& Bertran.conf. 82. 1.parte nouissimorum; sicut è contra, si suspicio est contra notarium, qui non habet bonum nomen,etiam alijs non concurrentibus,Bald.conf.402.Quæritur,col.1. & dicit Anan. conf.49.quod contra notarium suspectum,sufficit probatio per coniecturas, quæ refert,& sequitur Crauet. conf. 134. nu. 34.

Sexto declaratur procedere, quando testes deponunt se fuisse præsentes eodem loco, & tempore quo fuit celebratus contractus,aliàs non concluderet eorum probatio, quia alio tempore potuerunt fieri diuersi contractus, diuersi tenoris, & propterea datur Cautela,ut fiat articulus, quod semel tātum ille contractus fuit celebratus;quod si partes fatentur, res erit in tuto,& testes probabūt; ita probatur in d.ca.cum Ioannes, ubi Abb. & alij, & Felin. nu.6.Idē Bart.in d.§.si quis neget, ante fine.Aret. in d.§.Item uerborū, Bologn.in addit.ad conf.Anan.97.Corn.d. conf.261.littera V.& Dec. d.conf. 107. col.

1.nam ad euitandum contrarietatem, præsu
mitur pluralitas actuum, ut per Doct. in d. lo
cis, & Dec. post Bald. in l. 2. C. de bon. poss.
secundum tab. nu. 4.

Septimo declaratur, ut procedat, respectu
reprobationis instrumenti, ut ei non creda-
28 tur, secus verò † punitionis notarij de falso,
quia duo testes non sufficerent, secundum Sa
lic. in d. l. in exercendis, 4. col. & Felin. d. c.
cum Ioannes, 6. declaratione; quod etiam te
net Socin. conf. 28. col. 2. vers. respondeo ēt,
& scđo & apertius, cons. 92. col. 2. vers. scđo
ipse respondet, lib. 3. & Crauet. d. cons. 56.
nu. 20. quod etiam plures allegando tradit
Ias. in l. duobus reis, §. fin. ad fin. de Iureiur.
Grammat. Voto 26. nu. 16. & d. cons. 67. in
princip. An autem posset inquiri uel torque-
ri notarius propter dictos testes contradi-
cētes, tradunt Doct. in locis præallegatis ad
quod uidenda est decisio Boerij 118.

In secundo membro scilicet quando in-
strumentum reprobatur per testes instru-
mentarios.

Concluditur tanto magis per duos testes
instrumentarios instrumentū reprobari, c. tā
29 litteris, in fine de † testib. & d. c. tertio loco,
de probat. nam statim quod testes impugnāt
instrumentuum, remanet sine solemnitate
testium, ergò non probat. Bart. in d. §. si quis
neget, & not. communiter omnes, in d. cap.
cum Ioannes, ubi Felin. 2. concl. nu. 46. quā
conclusionem tenet Ancharan. d. cons. 77.
Visa limitata, col. 2. Io. Fab. & Aret. in d. §.
item verborum, Alex. cons. 56. Viso proces-
su, in fi. lib. 2. Socin. in cons. 143. 2. col. in fi-
ne, & 3. col. duplicato 171. vbi fortius vo-
luit, instrumentum reprobari, etiam quod te
stes deponant tantum rem itá non esse ge-
stam, prout cantat instrumentum, licèt aliter
nō recordētur. Curt. d. cons. 56. 2. col. Corn.
cons. 73. col. fin. lib. 2. & 232. col. 2. lib. 1. &
Venafr. cons. 13. nu. 9. & cons. 44. nu. 4.

Ampliatur primo hæc Conclusio, siue te-
stes sint numerarij seu necessarij, siue super-
numerarij, & non necessarij, ut sentit Bald.
in d. l. in exercendis, 4. col. vers. venio ad se-
cundum nu. 9. & expresè Felin. 1. ampliat.
d. c. cum Ioannes, nu. 47. imò secūdum Bald.
in §. sed cum aliquis, Instit. de testam. repro-
batur instrumentum per duos descriptos, e-
tiam si mille in instrumento essent descripti,
quod dictum refert, & sequitur Curt. d. cons.
56. 2. col. nu. 6. & Venfr. d. cons. 44. nu. 4.

Ampliatur secundo, ut procedat, nedum
quando testes deponunt directè contra in-
strumentum, scilicet testificando rem aliter
30 fuisse gestam, sed etiam quando † indirectè,
vt quia dicunt se non interfuisse, quia etiam
quod alij testes descripti remaneant, in nu
mero sufficienti, si viua uoce non coadiuué
instrumentum, reprobatur instrumentum
quia ex quo apparet notarium scripsisse pa
tem falsam, totum instrumentum censet
falsum, cap. quanto, de his quę fiunt à pręla
& c. si ad sacras, 9. distinct. Ita Innoc. & al
in d. cap. cum Ioannes, ubi Felin. nu. 48. u
declarat, id procedere, etiam quod non co
staret dictos testes abfuisse, per alios, sed t
tum per se ipsos iuxta doctrin. Bart. in d. §
quis neget, quod tenent plerique alij alleg
ti per ipsum Felin. ibi, nu. 49. quod tenet So
cin. dicens cum Bart. esse communem opi
in allegato cons. 28. 2. col. vers. sed ad hoc d
rè, lib. 3. & Crauet. d. cons. 56. nu. 17.

Sed contrarium tenet Lanfr. in d. verb
strumentorum productiones, nu. 44. vers
sunt plures testes, ubi dicit, quod si testes c
tradicentes, & dicentes se nō interfuisse, su
supernumerarij, instrumento non præ
dicant, hoc idem uidetur probare glos. vlt.
fi. in d. §. si quis neget, & uidetur sequi Ba
ibi, nu. 7. versiculo quęro quid si unus, & he
idem expresse decidit Paul. de Cast. in d. l. he
redes palam, in princ. de testam. vbi dicit ha-
buisse in facto, quod in quodam instrumē
fuerant descripti sex uel septem testes, cu
duo tantum sufficerent, & duo interrog...
dixerunt se non interuenisse illo contra-
ctui, alij verò erant mortui, quærebatur, nu
quid instrumentum redderetur uiciosum
concludit, quod ex quo isti contradicent
non erant de necessarijs, quia remaneban
alij non contradicentes in numero sufficien-
ti, quod instrumentum ualebat; & ad hoc
cit etiam quod ibi tradit Bald. quem ipsemet
Paul. sequitur, quod si duo testes deponant
in aliquo actu, alios testes fuisse præsentes, ui
delicet A. & B. si illi alij dicant se nihil scire
non propterea primi censentur reprobati,
sunt in sufficienti numero; Et hanc decisio
nem Pauli sequitur Mars. in l. unius, §. fin
nu. 7. de quæst. allegando ad propositum, q
solemnitas non necessaria in actu, si appona
tur, non uiciat, ut per eum latè ibi, ad hanc
materiam multa cumulantem; quæ Regula
videtur facere ad dictam decisionem. Et idē
Marsil. de hoc dicto exclamat, in Sing. 285.
Multi sunt, vbi dicit, per hanc doctrinam li-
mitari omnia dicta Doctor. tenentium per
testes instrumentarios instrumentum repro-
bari: quia hoc procedit, quando non super-
sunt alij testes necessarij, ut ibi per eum.

Supradictam ampliationem procedere,
& decisionem in contrarium allegatam esse
falsam censeo; Quod probatur, tùm ratione,
tùm authoritate; Ratione, quia clarum est,
quod

quod illud Capitulum, seu illa pars instrumẽti, continens descriptionem testiũ huiusmodi, falsa redditur, quia conuincitur notarium falsò descripsisse testes qui non fuerunt præsentes, & propterea succedit Regula, quod vno capitulo falso, totum instrumentum falsum reputetur, c. si ad scripturas, 9. dist. l. si ex falsis, & ibi communiter Doctor. C. de transact. not. Innoc. & cõmuniter cæteri sequuntur, in c. fraternitatis, de hære. ubi latè Felin. nu. 16. Authoritate, nam quod instrumentũ reprobetur etiam alijs testibus necessarijs remanentibus descriptis in instrumento, tenẽt Innoc. & communiter alij, in d. c. cum Ioannes, Bart. in d. §. si quis neget, Aret. in d. §. item verborum, & Bologn. in addit. ad d. consilium Anan. 97. & sentit Alex. in sæpè allegato cons. 42. 2. columna.

Non obstat 1. glo. in d. §. si quis neget, quã videtur sequi Bart. ibi, quia loquitur vno tantum teste contradicente, non autem duobus, vel pluribus, & Bar. ibi hoc expresſè declarat, de quo dicet in sequenti ampliatione.

Secundo non obstat decis. Pau. de Cast. in d. l. hæredes palã, quia est contra cõem, ut suprà. Nec similiter facit illa regula, Solẽnitatẽ superfluã nõ uiciare, quia illa procederet, qñ in veritate fuissent appositi et descripti testes supernumerarij: nã tũc uerum est qđ non uiciat; Sed quando describuntur aliqui qui nõ interfuerunt, & tunc cõmittitur falsum, prout tenet Innoc. in c. cum in iure peritus, de offic. deleg. quæ falsitas in uno Capitulo, totũ instrumentum uiciat, ut per eũ ibi, & per Doctores in locis præallegatis; & ad hoc optimè facit quòd Iudex in sententia nõ tenetur exprimere causam, c. sicut, de re iudic. tamen si exprimat ineptam vel falsam, uitiatur sententia. Innoc. & alij, in c. in pręsentia, de renunc. latè Felin. in d. c. sicut, nu. 19. cum pluribus seq. Felin. in c. cum ordinem, in princ. ubi multa similia ad dictam regulam cumulat, de rescrip. & sequitur Mars. d. §. fin. n. 19.

Nõ obstat ẽt illa decisio Bal. in d. l. hr̃des, quia ibi concordantur testes: nã qui dñt illos fuisse pręsentes, intelligunt, s. corpore, alij qui dicunt se nescire, non negant adfuisse, q̃a censent fuisse præsentes, non aĩo, & sine intellectu, ut ꝑ Bal. ibi, de quo suprà dictũ fuit, super verbo pręsentibus; Nec testes dñtur cõtrarij, si unus dixerit non uidisse scribere scripturam, & alter dicit fuisse pręsentẽ, quia potuit scribi scriptura eo præsente licèt non uidente, ut tenet Bal. cons. 455. Quidam noĩe, nu. 4. quia pręsentia non semper includit uisum, uel intellectũ, ut supra dictũ est. Vnde, si in casu instrumenti testes dicerent solũ se nesciuisse, uel intellexisse, non autẽ negarent se interfuisse, saluaretur instr̃m, ut ibi dictũ fuit.

Et inquantum Felin. 1. limitatione dictæ secundæ ampliationis allegando Butr. dicit, instr̃m sustineri posse, si coadiuuetur ꝑ alios testes, deponentes, imò dictos testes contradicentes fuisse præsentes, addo Bologn. d. addit. idem tenentem; quod limitatur procedere respectu validitatis instrumẽti, secùs uerò

31 respectu ualiditatis cõtractus: quia † licèt corrueret instr̃m, tñ ualeret contractus, & ex eo posset agi, quod tenet Io. Fab. in d. §. Itẽ uerborum, nu. 17. & Alex. d. cons. 42. 4. col. pro quo facit quod not. Cyn. Salic. Rimin. & Alciat. in d. l. si ex falsis, ubi dicunt, quod illud quod dicitur instrumentũ in uno capitulo falsum, in cæteris instrumentum reddere falsũ, procedit ex præsumptione. Vnde, si cõstat de veritate cęterorum capitulorum, veritati pręsumptionem cædere æquum est. l. diuus, de in integr. restit. Bald. tamen, in cons. 228. In quodam instrumento, 2. uol. tenet ualere instrumentum, si duo testes deponãt pro instrumento ex quinq; descriptis, licèt alij tres nõ interfuerint, & idem tenet, licèt instrumentũ sit falsum in uno capitulo, si tñ in alijs cõprobetur per testes deponẽtes, vel per confessionem aduersarij; quod dictum facit pro decisione Paul. de Cast. suprà reprobata. Vndè uidetur dicendum, instrumentum nõ comprobari, ex quo in parte est falsum, sed cõtractus sic, & propterea ex contractu posset pars agere, & defendere, ut supra dictum fuit.

Ad illud ẽt qđ tradit Felin. in 2. limitatione dictę ampliationis, qđ testes deponẽtes se non interfuisse, probent, seruanda est Cautela q̃ tradit Bar. in d. §. si quis neget, nu. 8. ut s. fiat articulus, quod tali loco, & t pe tales testes non fuerunt præsentes contractui, & qđ vnus non fuit cum alio in dicto loco, nec potuissent esse, quin se inuicem vidissent: quia tunc non censerentur singulares; Et hanc doctrinam sequuntur Aret. in d. §. item uerborum, & Bologn. in d. additio. ad dictum cons. Ananiæ.

Sed nũquid isto casu testes instr̃arij dẽant esse omni exceptione maiores, sicut quando non sunt instr̃arij? & videtur quod sic: quod

32 sentiunt Anan. d. cons. 97. & † nõnulli alij ex suprà allegatis; Sed tamen contrarium tenet Corn. cõs. suprà allegato. 232. col. 2. Curt. d. cons. 56. 4. & 5. col. & Crauet. latè instans d. cons. 56. nu. 9. & seq. licèt d. cons. 76. ante finem, videatur tenuisse contrariũ; & hoc procedit, respectu partis minori difficultate, q̃a testes inhabiles rogatione partium habilitãtur, ut suprà dictum fuit, unde poterũt admitti tam ad coadiuuandum instrumentum, ut per Bertrand. cons. 210. nu. 9. & seq. 1. parte

nouissimorum, quàm etiam ad impugnationem in odium & damnum partiũ; sed respectu notarij non rogantis, non censentur habilitati, ut per Alex. allegato cons. 70. lib. 1. ubi loquitur in terminis, & tenet contra prædictos, quem sequuntur alij suprà allegati in 4. limitatione, in quæst. qui possint esse testes in instrumento, licèt Curt. d. cons. 56. faciens mentionem de dicto cons. Alexan. ipsum reprobauerit, cuius opin. videtur sustẽtabilior, maximè, quia ad notarium pertinet, adhibere, & describere testes, & ꝓpterea sibi est imputandum si inhabiles adhibet, sicut imputatur parti, si consentit, & rogat; & propterea caueãt notarij, ut testes adhibeant habiles, fide dignos, & probos, ut postea si in dubium fides instrumenti reuocetur, deponant contra veritatem.

Ampliatur tertio supradicta Cõclusio ꝓcedere, ẽt uno teste instrario contradicente,
33 tam † indirectè quàm directè: nã si dicit se nõ interfuisse, & hoc probat per alios testes, adhuc corruit instrũm, cum reperiatur falso descriptũ, ut in ampliatione præcedenti; Sed si esset de numerarijs, & necessarijs, etiã quod per alios non probaretur abfuisse, ẽt vacillaret instrũm, nec esset ei adhibenda fides, non prædicta ratione, sed quia nõ remanet numerus perfectus & necessarius testium in instrõ requisitorum; & idem erit, si directè instrũm reprobet, deponẽdo, aliter fuisse dictum. Ita Felin. post alios quos allegat d. c. cum Ioannes, num. 50. 3. ampliatione, vbi dñt Abb. & Imo. esse cõem opin. quam tenent ẽt Io. Fab. d. §. item verborum, nu. 12. Lanfr. d. vers. instrumentorum, nu. 44. & inter cons. Ang. Nicol. de Gãbilionibus cons. 169. Super pũcto, col. fin. Bal. cons. 404. Quod non sit sufficienter, n. 2. in 5. vol. Socin. con. 46. in fine, li. 1. & cons. 28. circa prin. li. 3. Curt. d. cõs. 56. n. 22. Corn. d. cons. 73. col. fin. in 2. & d. cons. 261. littera I. in 4. vol. Dec. d. cõ. 101. 1. col. & Venafr. d. cons. 44. nu. 5. & cons. 115. n. 5. posset tñ isto casu notarius, & alter testis examinari ad probationem contractus, & ità procedit qđ tradit Bertrand. cons. 358. nu. 6. 2. par. nouissimorũ, sed tñ nõ poterit sustineri instrũm, ut tenet Io. Fab. d. §. item verborũ, nu. 13. & Bald. declarat cõs. 413. Duo sunt statuta, li. 1. quod comprobat opin. Crauet. d. cons. 56. declarãtis dictum illud Imolæ, qđ si unus testis viua voce coadiuuat instrumentum, tũc duo testes nõ poterunt reprobare, procedere, qñ remanent testes necessarij in instrumento, quia aliàs corruit instrumentum, per prædicta, sed si esset supernumerarius, tũc staretur instrõ, vt per plerosque ex supra allegatis maximè Fel. n. 50. & per Bal. con. 79. Proponit, uol. 5. duplicato 166. in 2. ubi dicit, ꝙ tñ facit indiciũ ad torturã, et vterq; s. notari⁹, & testis sũt torquẽdi, & magis credit̃ notarius ꝑseuerãti, & tortura à teste est incipienda, ut idem Bal. cõs. 385. Ex quadam scriptura, in 5. vol.

Istam Conclusionem sic ampliatã declara 1. procedere, qñ testes clarè deponerent contra instrũm directè, uel indirectè, secùs si dixerint se non recordari interfuisse, vel de ge-
34 stis in † instrumẽto: quia tunc staretur instrumento; ita Innoc. Abb. Butr. & Imola, in d. c. cum Ioannes, Bart. Bald. & Imola, in d. §. si quis neget, Salic. in d. l. in exercendis, Felin. in d. c. cũ Ioannes, limitatione, nu. 51. Lanfr. d. uer. nu. 45. Alex. d. cõn. 42. col. 4. in 4. cons. 33. col. fin. in 3. & cons. 53. num. 17. in 7. vol. Paul. de Cast. cons. 205. Non multum videt̃, in princ. & Grammat. d. cons. 67. nu. 8. sicut etiam non comprobaretur instrumẽtum per alios testes reprobatum, si testes deponerent se non recordari, vt tradunt Curt. d. cons. 56. nu. 6. 2. col. Corn. cons. allegato 232. 3. col. in 1. & Venafr. d. cons. 44. nu. 11. secùs verò, si testes se referrent ad instrumentum: quia tũc censentur deponere secundum instrumentũ, & ipsum confirmare. Dec. d. cons. 101. 2. col. vers. 4. considerandum, & idem est, ac si dicerent contenta in instrumento. Venafr. cons. 87. nu. 5. Comprobatur ex not. suprà in 1. cõclus. primi membri, in 3. declaratione, vbi dicitur, quod testes debent cõcludentem rationem reddere; Faciet etiam pro ista declaratione quod tradit Paul. de Cast. in l. fin. ad finem, C. de bon. possess. secundum tab. vbi dicit, quod si septem testes deponant de testamento, & interrogati de contestibus, dicant se non recordari, tamen faciunt plenam probationem, nec sunt singulares, sed præsumuntur contestes. Et Paul. sequuntur alij, in d. l. fin. & Roch. de Curte, in c. fina. 31. car. in 1. col. de consuetu. de quo exclamat Marsil. in Singulari, 401. Nescio.

Secundo declara, nisi sint duo testes extra instrũm, deponentes pro instrõ directè cõtra improbantes, vt si testes reprobantes dicant se non interfuisse, ij dicant interfuisse, si dicãt aliquid non fuisse dictum, ij dicant fuisse dictum, nam coadiuuabunt instrũm. Cyn. Bal. & Salic. in d. l. in exercẽdis, Felin. post alios, in d. c. cum Ioannes, nu. 51. vers. limita secundo, quod intelligitur, qñ probationes sunt pares, vt quod tot testes sunt pro instrumento quot contra, uel si pauciores sunt pro instrumento illi sint maioris meriti, & magis spectatę fidei, & coadiuuãtes sint in numero sufficienti, & necessario ad illum actũ, ut in Codicillo, in quo exigũtur quinque, ut per Feli. ibi; cui adde, inquantum dicit, quod si testes

contra

contra instrm deponunt negatiuam, & pro instro deponentes deponunt affirmatiuã, prę feruntur deponẽtes affirmatiuam, ipsum Felin. in c. in nra, de testib. & Dec. d. cõs. 101. 2. col. vbi dicit, non esse credẽdum testi simpliciter negatiuam deponenti contra instrm. Et idem Bald. cons. 80. Duo soli, li. 1. & Crauet. cons. 75. nu. 25. vbi dicit, testes deponẽtes negatiuam non facile coarctabilem, effici suspectos, & debẽt deponere de toto tenore instrumenti, ẜm eum ibi, nu. 28. post Bald. cons. 21. Punctus quæstionis vertentis, col. 2. lib. 3. & Alex. aliàs allegato cons. 33. col. fin. vers. & etiam tertius testis, lib. 3. quod est contra Socin. cons. allegato 193. volens sufficere, si testes dicant rem non ità esse gestam prout cantat instrm, licèt aliter non recordentur, & qđ magis affirmantibus quam negantibus credatur, tenet etiam Grammat. d. cons. 67. n. 12.

Tertio declara procedere, quãdo testes cõtradicunt instrumento, secùs si deponunt aliquid vltrà instrm compatibile, vt quia minus scriptum, quàm dictum, tunc enim nõ reprobatur instrm, ut est casus in d. ca. cum Ioannes, & ibi Felin. d. nu. 51. vers. limita tertio.

Quarto declara, dũmodò probetur quod testes instrumentarij qui contradicunt instrumẽto, sint illi qui sũt descripti in dicto instrumento, ut per Card. & Abb. d. c. cũ Ioannes, vbi Felin. d. num. 51. in fine; quod ẽt tenet Alex. in cons. 190. nu. 31. in 6o. vol. Dec. d. cõs. 101. 1. col. & Crot. d. tract. de testib. nu. 353. licèt Felin. aliter dixerit suprà, in d. c. cum Ioannes, nu. 9. & Socin. contrarium tenuerit d. cons. 28. nu. 9. in tertio, de quo dictum fuit suprà, in 1. quęst. huius Claus. & habetur per Paris. c. auditis, de præscript. nu. 26.

Duo etiam addam pro complemento hu-
35 ius quæst. Primum, quod † notarius nullo casu potest iuuare instrumentum depositione sua, quia nõ faceret aliam fidem quàm faciat instrumentum, ut per Doctor. in d. c. cũ Ioannes, ubi Felin. nu. 43. & nu. 51. immò non admitteretur frater, vel soror notarij ad probandum pro instrumento, ut in dicto cõs. 169. inter cons. Ang. col. fin. & de fratre notarij etiã teste instrumẽtario, quod nõ admittatur, tradit Socin. d. consil. 27. num. 3. vers. Præterea; Sed tamen hoc vltimum dictum puto falsũ, quia ad defensam fratris, frater admittitur etiam in criminalibus, & est idoneus, ut tradunt Bald. & Salic. in l. parentes, in princ. C. de testib. Felin. in c. cum oporteat, 3. col. de accus. & in c. litteras, nu 15. de præsump. sequitur Marsil. in l. vnius, §. cogniturum, nu. 12. de quæst. & in cons. 68. nu. 19. Quod etiã tenuit Alex. cons. 119. num. 5. 7. vol. & tanto magis, si fuit descriptus in instrumento, quia censetur habilitatus, ut communiter tradunt Doct. in locis allegatis suprà in quęst. qui possint esse testes.

Scd̃m, quod in dubio falsitas nõ pręsuma-
36 tur † ẽt si reperiatur aliq̃d vltrà scriptũ quam sit dictum, sed potius error, ut dicit Bart. in l. quoties, §. sed si notũ, ff. de hæred. inst. & in l. si librarius, ubi latè Moder. de reg. iur. & latè tradit Alciat. in tract. præsumpt. 3. Reg. præsumpt. 13. nu. 10. & ibi in addit. & propterea dẽt multũ Iudex esse circunspectus in dignoscenda falsitate ab errore; & maximè non præsumitur dolus, uel falsitas, qñ id, quod asseritur appositum, non nocet parti, quo casu talis falsitas non est punibilis, l. pen. cum gl. in verbo, priuatus, ubi Barto. & alij, C. ad legem Falcid. Bart. in l. 1. §. qui in rõnibus, ff. eo. sequitur Paul. de Cast. in cons. 151. Videtur dicendum, col. fin. vt tradit Crauet. in d. cons. 75. nu. 10. & pluribus alijs, ubi plura adducit ad præsumptionem prædictam, & ad euitandum falsitatem.

Modo pone, quod notarius rogatus fuit de instro, & fuit oblitus scribere testes, seu nomina testium, numquid si recordetur, possit propria authoritate addere? & cõcludendum est quod non, ex quo non sunt de concomitantibus instrm, quia instrumentum potest fieri sine testibus, sed sunt de validantibus, unde debet interuenire iudicis authoritas; Ità Ioan. Andr. in d. addit. ad Specul. in d. tit. de instr. edit. §. instrumentum, vers. sed nunquid confecto, in addit. magna, ante finem, quem sequitur Dominic. in c. Abbate sanè, col. fin. de re iud. li. 6. & Cagnol. d. l. si librarius, nu. 27.

Sed nunquid testes in uno instro appositi, censeantur in cęteris sequentibus repetiti? &
37 concludit † Bar. in d. §. si initiũ, ad finẽ, quod sic, cõcurrentibus illis de quibus suprà dictũ fuit in Clausula, Diei, in simili quæst. ut per Ias. ibi, dummodò non sit diuersitas in tp̃e; Et decisionẽ Bart. communiter sequũtur Doctor. ibi, sed tamen in repetitione, nu. 28. vers. septimo dixi, aliter distinguit, concludendo censeri repetitos, præterquàm in certis casibus, scilicèt, si testes tempore celebrati cõtractus non habentis testes, non uiuerent, uel ut plurimum non morabantur in loco contractus, ut ibi per eum, quod plurimum consistit in arbitrio iudicantis; adde tamen, quod nedum testes censentur repetiti in sequenti vel alio instrumento in eodem libro descripto, sed etiam in testamento, in quo debent rogari testes; ita Bart. quem cæteri communiter sequuntur, in l. patris & filij, de vulg. & pup. & Alexan. in d. §. si initium, & in cons. 37. 3. volum. Aretin. in §. igitur, Institut. de pupil. substit. Bertrand. cons. 44. ante finem, 2. parte, no-

te, nouissimorum, & censerentur etiam rogati in sequentibus instrumentis, vt expresse Imola, & Moderni, in d.l.patris & filij, quod non procederet in testamento in scriptis, censentibi Fulg. Paul. Alex. & Aret. d. §. igitur, cauti tñ notarij repetũt in instrumẽtis sequentibus testes, dicendo, eisdem testibus, &c.

Restat vnum verbum facendum super illa Clausula, Et alijs, in † instrumento apposita, quam ideo apposui, non ut sit de substantia, vel aliàs necessaria, sed ut arguerem communem errorem notariorum Ferrariẽsium, qui nescio quo spiritu in omnibus instrumentis eam apponunt, per modum supradictum; & hunc communem errorem adeò insequũtur, vt etiam eam apponant, etsi vltrà testes descriptos nulli alij adfuerint in loco contractus, quod est manifesta falsitas, & profectò non video vnde inoleuerit hæc practica, nec ad quid seruiat hæc Clausula: nam aut exigitur certus numerus testium in instrumento, prout volumus quod sufficiunt duo testes regulariter, ut suprà dictum fuit, & tunc si sunt descripti, illa Clausula est superflua, si uerò non sunt descripti, non propterea sustinetur instrumentum per dictam Clausulam: quia nomina testium substantialium debent exprimi in instrumento, aliàs instrumentũ non ualet, ut in Auth. de instr. caut. & fide, §. sed si instrumenta, & incertitudo uitiat instrumentum, l. duo sunt Titij, de testa. tut. l. ita fidei, de iure fisci. ita in terminis Bald. in cons. 108. Domina Ioanna, in 2. dubio, 3. vol. pro quo facit quod dicit Marsil. in cons. 20. nu. 25. qđ testis qui generaliter, & in aere, non autẽ specialiter dat contestes, cẽsetur singularis; Nec dicatur, quod eius uigore possit probari alios interfuisse, si fortè numerus necessarius non fuisset descriptus, quia etiam sine ea hoc fieri poterit, cum semper possit probari ommissum in instrõ, nec propterea reprobet̃ instrm̃, vt suprà dictũ fuit in quęst. q̃bus, & quot testibus reprobet̃ instrm̃, 2. concl. 3. declaratione.

38 (margin)

CLAVSVLA III.

Amadeus & Andreas fratres, & filij quondam Lucæ de Amadeis, ac Hieronymus filius quondam Thadei, etiam de Amadeis, olim fratris ipsorum fratrum, Mercatores, Ciues, & habitatores Ferrariæ, in prædicta contrata Sancti Romani.

SVMMARIA.

1 *In emptionis contractu contrahentium consensus necessario exigitur.*

Contrahentium nomina qualiter describenda.

Personæ demonstrantur ex quatuor vocabulis.

2 *Nomen uetus & nouum contrahentis est ponendum in contractu, quando ex aliqua causa fuit mutatum.*

Nomina Monachorum, Monialiũ, vel aliorum similium ità sunt describenda vt & uetus, & nouum nomen ponatur.

In nomine modica differentia non nocet, vt si Petrus nominetur Petrutius cum sit sillabalis differentia.

Nomen Patris contrahentis in instrumentis necessariò non est ponendum, caute tamen agit notarius apponendo ad certificandam personam.

Statuto stante q̃ nomina contrahentium & patris, & aui eorum describantur in instrumẽto sufficiet nihilominus singulare & elegans nomen quod in alijs nõ reperiatur exprimere, nisi statutum pro forma sit introductum cum decreto annullatiuo.

Statutum tunc demum est de forma, quando hẽt decretũ annullatiuum secundum magis cõem.

3 *Error in nomine contrahentis non uitiat instrumentum, si constet de corpore, secundum veriorem opinionem.*

Notarij uerba p̃sumuntur uerba contrahentiũ.

Nominis error in citatione annullat citationem.

4 *Quondam, dictio, olim, iamdudum, & similes tria tempora continent secundum Grammaticos, sed propriè continent tempus præteritum.*

Quondã, dictio, probat si sit appositũ nomini contrahentis, patrẽ ipsius cõtrahentis esse mortuũ.

5 *Instrumentum in quo dictum fuit, Titium filiũ quondam Sempronij contraxisse ualet, licet reperiatur postea Sempronium viuere, & hoc secundum magis communem.*

Instrumentum in quo dicitur Titium filium Sempronij contraxisse, valet, etiam si reperiatur Sempronium mortuum esse, quia subauditur dictio quondam.

6 *Instrumentum in quo est erratum in nomine patris cõtrahentis, si apparet de certitudine personæ ipsius contrahentis, valet.*

Distingue tamen ut hic.

Demonstratio falsa non vitiat actum, quando adsunt aliæ demonstrationes veræ.

Demonstratio non necessaria si apponatur, & ineptè seu erroneè non nocet.

Statuto si caueatur quòd nomen Patris accusati exprimatur in libello accusationis, & si non exprimatur nulla sit accusatio. si nomen Patris fuerit expressum sed erroneè, & de corpore constet, accusatio procedit.

7 *Instrumentum non vitiatur si sit erratum in agnatione dummodo constet de persona.*

8 *Instrumentum in quo est erratum in nomine artificij non vitiatur dum tamen de personæ certitudine appareat.*

Digni-

Dignitatis vel Artificij nomen aliquando plus attenditur quàm nomen proprium.
Si sit erratum in nomine proprio, & non in nomine officij vel dignitatis, dispositio nihilominus procedit.
Mercator ad hoc ut quis dici posit plura requiruntur.
Artifex omnis non potest dici mercator,
Romanæ Ciuitatis Iura omnibus in orbe existētibus tributa.
Ciuis quilibet dici non potest.
Ciuitas non potest dici omnis locus uel terra, sed ea quam Princeps vult esse Ciuitatem.
9 *Ciuitas de vsu Italiæ illa dicitur, quæ habet Episcopatum.*
Ciuis alicuius Ciuitatis propriè is dicitur q est originarius illius Ciuitatis strictè accipiendo.
Ciuis est qui altero ex tribus modis ciuilitatem consecutus est.
Ciuis quis non efficitur per habitationem etiam longissimi temporis, quando non participat de honoribus.
10 *Instrumentum sustinetur etiam si per errorem fuerit dictus aliquis ciuis, qui non est, dum tamen de persona constet.*
Declara tamen vt hic.
11 *Ciuis quis in dubio præsumitur non forensis, siue sit uiuus siue mortuus.*
Ciuis si quis describatur in Instrumento tanquam ciuis alterius Ciuitatis, tale enūtiatum probatur inter ipsas partes.
Ferrariensis potest esse nomen proprium, & potest etiam significare ciuilitatem, ut hic.
Ferrariensis, & de Ferraria idem sunt secundum magis communem.
12 *Habitator quis dicitur vbi larem, rerumq; ac fortunarum suarum summam constituit, vnde rursus non sit recessurus, &c.*
Habitator quis dicitur, vbi habet familiam, & vxorem licet ipse sit absens, & vbi habitat maiori anni parte.
Habitare qs nō dicitur, qui hēt recedēdi animū.
Habitator nō præsumitur oriundus inde ubi habitat, nisi probetur.
13 *Instrumentum non uiciatur si sit erratum in Parochia uel contrata, si de corpore constet.*

GLOSSA PRIMA.

1 HIc incipit capitulum contrahētiū, quod est de substātia emptionis, & venditionis, quando quidem in † eo tractetur de consensu partium, qui necessario exigitur in huiusmodi contractu, vt dictum fuit suprà in præludijs, in 2. quæst. Circa quod plura sunt videnda, Et primò, modus describendi nomina, & cognomina ipsorum contrahētium, ita, ut plenè demonstrentur, ne in personis ipsorū ulla possit oriri dubitatio, vel ambiguitas; in quo concludendum est prout supra conclusum fuit in Clausula Testiū, 1. col. vbi plenè tactum fuit; & ponit ēt Spec. in tit. de empt. & vēd. §. 1. ver. primo aūt nota hoc. Quibus addas, quod nomina sunt inuenta ad recognoscendū personas, l. ad recognoscēdos, C. de ingenu. et in Iure habemus quatuor vocabula, inuenta ad demonstrandos quoscunque, scilicet nomen, prænomen, cognomen, & agnomen, ut est text. & ibi declarat glos. in §. si quis in nomine, Instit. de legat. & in l. si in nomine, C. de test. & de tribus primis ponit text. in l. 1. de liber. & posth. & est aduertendū, quod si nomē sit mutatū dictis, aliqua de
2 causa, nomen † uetus, & nouū est apponēdū, arg. l. Lucius Titius test. ff. de fideicō. libert. ita Bar. in procem. Digestorū, §. nos uero, ubi Cagn. n. 182. & in d. l. demōstratio, in princ. vlt. quęst. qđ facit ꝓ describēdis Monachis, Monialibus, uel alijs similibus, quibus in ingressu Religionis mutatur nomen; Illud tñ scias, quod modica differētia in nomine non nocet, ut si quis vocetur Petrus, sit scriptū Petrutius, cū sit solū differentia syllabalis, l. qui habebat, in princ. de man. test. Bart. in d. l. de mōstrat. vlt. qst. & Doctor. in d. l. 4. de legat. 1. & Vital. loco pręallegato, scilicèt in tract. Clausul. tit. de errore noīs proprij, in princ. Nec est necessarium apponere nomē patris contrahentis in Instrō, sed sufficit, si demonstretur per demōstrationē patrui, uel fratris, seu affinis, & sic sufficit, qđ dicat, talis, uxor talis. Bart. quem ibi sequitur Socin. in l. si nominatim, de cond. & demōstr. tñ ad tollēdū omne dubium, debet notarius nedum apponere nomē patris, sed ēt quandoque Aui, uel prænomen seu agnomen contrahentium, vt omnimodò eius persona sit certa, & proptere a, si sunt duo fratres eodem nominè, vt cōtigit in Illustrissimis filijs Illustrissimi Ducis Alfonsi Estēsis Ducis Ferrarię, qui ambo uocabantur sub nomine Alfonsus, quorū vnus nuper decessit, debet notarius addere aliquā specialem demonstrationem, vt ambiguitatem effugiat, vel per ętatem, vt maior, vel minor ætate, vel alia demonstratione, ne Instrumentum propter incertitudinem corruat, d. l. duo sunt Titij, de testa. tut. ut not. Corn. de mente aliorum, in l. hac consultissima, C. qui test. facere possunt.

Sed quid si statutū disponit quod noīa cōtrahētium, & patris, ac aui eorum, seu nomina propria, prænomina, & cognomina ipsorum describantur in Instrumēto, an sufficiat si describatur nomen singulare, & elegans, ut Gallopressus, de quo suprà in d. Clausula

Testium, dictum fuit, seu aliàs certũ, et Bald. quem magis communiter sequuntur Doct. in d.l.1.de lib.& posthum.tenet sufficere, nisi statutum sit introductum pro forma, ut quia apponat decretum annullatiuũ, scilicèt, quòd aliter factum non ualeat, quod etiam tenet Alexand.in l.hac consultissima, C.qui test.facere.poss. Felin.in procem. Decret.Greg.nu.31. & Socin.in consil.24.col.7.uersi.uerum prædictis, in fine, & consi.33.col.3.uersi.& pro parte negatoria, licèt indistinctè Ang.& nonnulli alij tenuerint statutum esse introductum pro forma, etiam non apposito decreto annullatiuo, contra quos magis communiter tenent Doct. in d.l.1. Quam conclusionem declara ut infrà, in quęstio. quando est erratum in nomine patris contrahentium, in fine.

Quòd si sit erratum in nomine proprio contrahentium, an uicietur Instrumentum? & uidetur dicendum quod non, si de corpore†constat, l.si quis in nomine, C.de testam. §.si qs in nomine, Instit.de legat. & ibi not. Doctor. & in terminis tenet expresè Bart. in cons.179.Martinus Barócij, 2.col.sed aduertendum est, quod hoc nõ uidetur uerum, quia illa iura procedunt, quando contrahẽs, uel disponẽs errauit in persona legatarij, uel hæredis, seu alterius tertiæ personæ, secùs uerò, si in persona propria, quia tunc dispositio, seu contractus non ualeret, quia præsumeretur disponens fatuus, errando in nomine proprio; de hoc est textus ineuitabilis, in l.fin.C. de hæred.instit. ubi hoc tenent magis communiter omnes, post Bart. & in d.l. si quis in nomine, & §.si quis in nomine, & Doct.in l.si in nomine, de uerb.oblig. & in l.4.de legat.1.quod extendit Bald.& sequũtur Moder.in d.l.fin.& in locis pręallegatis, procedere, etiam si sit erratum in nomine filij testatoris, uel disponentis, quod etiam tenet Socin.in Reg.119. Error, 1. & 2. fallentia, & Vital.tract. Claus.in uer.nunc uidendũ de errore nominis proprij, car.40.2. col. Immo fortiùs uoluit Roman.in consi.179. Ampliss.Doctor, 2.col.per illum text.in d.l. fin.non ualere codicillos, in quibus erratum est in nomine patris Codicillãtis, quod consilium Romani, allegant plerique Moderni in locis præallegatis, & maximè Ias.in d.l. fin.& allegatur in apostillis ad omnes, Nec obst.secundum Rom.quod huiusmodi uerba sint uerba notarij, & sic error non uiciat, l.errore, C.de testam.& l.si librarius, de reg. iur.cum simil. quia respondet, quod uerba quæcunque à tabellione scripta, à parte per prius prolata fuisse præsumuntur, ut not. Bart.in l.quid si nepotes, quam legit cum l.si quis filiabus, ff.de testam.tut.Secundo, quia pertinet ad partem nomen suum, & paternũ declarare, merito error interueniens in eorum expressione, præsumitur error partis, non tabellionis.Bald.in terminis, in d.l.errore, cuius contrarium uoluit Bart.in d.cõs. 179. ubi dixit esse errorem notarij; sed tamen dictum Baldi uerius uidetur, quod sequitur etiam ibi Paul.de Cast.2.col.et Aret. in l.sciendum, 5. col. uersi.& idem si uerba, de uerbor.oblig. Et idẽ tenet Bald.in l.sciendũ, in fine, ff. de uerbor. oblig.ubi not.quod omnia scripta in Instrumento publico, præsumuntur scripta uoluntate partium, Et dicit in l.mater, col.3. uersi. præterea, num.6. C.de rei uendic.quod uerba quæ profert tabellio, profert in persona contrahentis, unde ipse contrahens proferre, & confiteri uidetur ea esse uera, & in l.unica, col.fin.C.de priuil.dot. ante finem, dicit, quod quicquid dicit tabellio factum respiciens, uidetur dixisse partium assertione, & idem tenet in l.2. ad finẽ, C.de execut.rei Iudic. Et dicit in §. notãdum, in c.1. de his qui feuda darc poss. ubi Afflict. nu.42. limitat, quod siue uerba formentur in persona prima, siue in tertia, pars semper loquitur, c. dudum, de conuers. coniug.& per glos.in d.l.sciendum, & quod uerba notarij censeantur uerba partium, tenet Socin.cõsi.20.col.3.nu.12.uol.3. Curt. sen.consi.50. nu.372.uersic.dum autem ultimo loco, & Dec.in consi.450. ubi allegat consilium Romani supra allegatum, & cõs. 653.num.6.& idem Dec. in aliàs allegata l. si librarius, nu.4.& consi.185.ad finẽ, & Cagnol.d.l.si librarius, n.9. facit pro hoc quod not. Marsil.in Repet.l. de unoquoque, antepen.col.n.194. ubi dicit, quod si citetur alio nomine q̃ uocetur, non ualet citatio, & ibi plures ad hoc allegat facit etiam ad hoc decisio Baldi in procem. Digestorum, in 12. quæst.quod non ualet Epistola, in qua quis mutauit sibi nomen, per d.l.fin.C.de hęred. instit.& sequitur Felin.in procem. Decret. Gregor.nu.38.

Primam tamen opinionem puto veriorem, scilicet valere Instrumentum, etiam quod erratum sit in nomine alicuius ex contrahentibus, si de corpore constat per alias demonstrationes, vt nomine patris, consanguinitate, vel alijs, de quibus dicetur infrà, in seqq. quæst. Nam considero, quod aut pars in cuius nomine est erratum, & quæ opponit Instrumento, fatetur notarium errasse, quia aliud nomen scripsit quàm ipsamet dixerit, aut semet errasse; Primo casu clarum est Instrumentum tenere, quia tollitur præsumptio fatuitatis, de qua in d.l.

fin.ex

fin. ex quo apparet, fuisse notarium qui errauit, & per istam confessionem tolletur etiam illud, quod verba notarij censentur partium, nam hoc casu quando pars & notarius faterentur contrarium, magis veritati, quàm præsumptioni, seu maiori præsumptioni standũ erit, l. diuus, de in integr. restit. nam confessio partis tollitur etiam per præsumptionem iuris & de iure, vt per glos. in verbo, nullo modo, in l. in contractibus, C. de non nume. pecun. cum alijs adductis per Alciat. in tract. præsumpt. 2. parte, nu. 6. Aut fatetur se errasse, quia nomen sibi mutauit, aliud exprimendo, & tunc valet etiam contractus in odium ipsius, text. est in c. tua nos, de sponsal. vbi Abb. dicit secundo not. quod ratio est, quia nomina sunt inuenta significandorum hominum gratia, Instit. de legat. §. si quis in nomine, sed ex quo constat de corpore, non est curandum de nomine, & quod actus valeat quando quis mutat sibi nomen, tenet Bald. in d. l. fin. 2. quæst. per d. c. tua nos, quod c. dicit esse glos. illius l. & sequitur Felin. d. num. 38. Nec obstat d. l. fin. quia non procedit, quãdo ex verbismet contrahentis, seu disponentis constat de corpore, etiam quod nomen proprium esset mutatum, ut tenet ibi Bald. in 1. quæst. quem sequitur ibi Corn. & declarat Ruin. in d. l. si quis in fundi vocabulo, in princip. pro quo facit, quia error in nomine appellatiuo, non vitiat, si res est præsens, & ostendatur ad oculum, vt per glos. & communiter omnes, in l. quæ extrinsecus, vbi latè Ias. de verb. oblig. & tamen dicti casus purificãtur, vt per Bart. in d. l. si quis in fundi vocabulo, nu. 6. & per Ruin. post alios ibi. Accedat, qđ nonnulli, ut Aret. & Fulg. in d. l. fin. tenent, d. l. non procedere, si contrarium probetur, & idem Corn. in d. l. si quis in fundi vocabulo, licèt eorum opinio dãnetur per alios, sed in hoc tamen procedit, quando ex verbismet contrahentis apparet de corpore, ut suprà, nam pręsentia corporis plus attẽditur, quàm ignorantia nominis, vt idem Bal. not. in l. si quis in nomine, de verb. obli. Et huius mentis videtur etiam esse Roman. in aliàs allegato cons. 343. 3. col. vers. quarto principaliter moueor, vbi dicit, quod quando constat de personã actum faciente, & quæ potest actum facere, error in nomine, pręnomine, cognomine, vel alia eius qualitate actum nõ uitiat, allegat l. si in iudicis nomine, ff. de Iudic. puto etiam, quod si constaret aliter quàm per confessionem partis de errore notarij, ut per testes, vel alio modo, ut not. in d. l. errore, C. de testa. & in d. l. si librarius, quod valeret instrumentũ, non obstantibus dictis per Rom. in d. cons. 179. scilicèt, quod censeantur verba partium, non autem notarij; & quod error in nomine proprio non viciet contractũ, iuxta text. in d. l. fin. & d. cons. Rom. in terminis tenet Barb. in addit. ad Bald. in d. §. notãdum, de his qui feuda dare poss. in addit. incip. in glos. & sic concluditur errorem in nomine contrahentis, uel eius patris, si de veritate constet, non officere validitati instrumẽti, per prædicta, de quo ulterius etiam dicetur infra.

Dictio, quondam, etsi secundum Grammaticos tria tempora contineat, prout etiam
4 dictio, olim, † iamdudum, & similes, ut per Alber. in Dictionario suo, uerbo, olim, ubi allegat versus hos.

Olim, iam dudũ, quondam tria tempora portat.
Præsens, præteritum simul dices atq; futurum.

Et idem Fulgos. cons. 21. Testator legauit uxori, & Corn. cons. 163. col. 3. lib. 1. tamen propriè secundum legistas respicit tempus præteritum, glos. in l. nec emptio, de contrahen. emp. Abb. loco pallegato, Salic. in l. cui eorũ, §. affinitatis, de postul. Butr. & Imola, in c. cũ contra, de pignor. Card. & Fel. plures allegans, in c. fi. de test. cog. Alex. & Ias. in l. 1. §. 1. de noui oper. nunc. Ruin. cons. 70. nu. 12. 2. vol. idem tradit Iac. Butr. in l. cum aliquis, C. de iure delib. ubi dicit, ex dicto uerbo, quondã apposito in instrõ, probari prẽm contrahentis mortuũ esse, inter ipsas partes, etsi sit uerbum enunciatiuum, & sequitur Alex. d. §. 1. & idem qñ est scriptum in actis tradit Crauet. cons. 148. num. 9. latè Felin. post alios in c. ex parte, nu. 2. de foro compe. & dicit Aret. in l. fin. quam legit cum l. 1. C. si aduer. uend. pign. per illum text. quod magis propriè adaptatur ad præteritum, quam ad pręsens, licèt possit habere tria significata. & quod dictio, quondam, propriè referatur ad præteritum, tenet Aret. in terminis, in l. Pãtonius, §. pro hęrede, de acquir. hæred. ubi plura iura allegat, & idem de verbo, olim, tradit Felin. in c. ex insinuatione, 1. col. de simon. & sequũtur nonnulli, in l. eius qui in prouincia, licèt Bart. & nonnulli alij, in d. l. 1. §. 1. de noui. oper. nunc. teneant etiam de iure importare propriè tria tempora quorum sententia contrariæ crebriori credere debet.

Sed quid si instrum contineat Titiũ filium quondam Sẽpronij, cõtraxisse, & reperiẽ Sẽ-
5 pronium uiuere, nunquid †sustineaẽ instrm? & dicendum est, quod sic, ut decidit Bar. quẽ magis cõiter sequũtur alij, in d. l. 1. §. 1. licèt loquatur de dictione, olim, quæ idem importat qđ quondã, ut suprà, & de dictione, quondam, tradit Aret. & cõiter alij, in d. l. eius qui in prouincia, Cano. communiter, in d. c. ex parte, de foro cõpet. licèt ibi Fel. 2. intelligen

tia dicat cogitandum, esse propter communem usum loquendi, & Barb. cap. cum olim. Abbas, de offi. deleg. quem uidetur sequi Ias. in d. §. 1. teneat contrarium, Sed cum Bart. tenent Canon. vbi Abb. in d. c. cum contra, de pig. & dicit Ias. in d. §. 1. quod consulẽdo & iudicando, non est recedendum à decisione Bart. & communiter approbata; & idẽ è contra, si dicatur in instrumento, Titius filius Sempronij licèt Sempronius fuerit mortuus, quia subauditur dictio, quondam, l. insula, in fine, ubi Bart. de acquir. rerum domin. Spec. in §. restat, uers. penult. & plenius in §. instrumentum, uers. quid si ita, de Inst. edit. idem tenent Bart. & communiter omnes, in d. l. eius qui in prouinciam, per illum text. cũ glos. & moder. in d. §. 1. & Cano. in d. c. cum contra, & c. ex parte, ubi latè Felin. nu. 3. quę interpretatio facilè fit, cum persona certo nomine designata sit, ut tradunt Dec. & Alciat. d. l. eius qui in prouinciam, & quod dictum est de dictione, quondam, & olim, idem dicendũ est de alijs similibus, de quibus suprà.

Sed quæro, pone, quod est erratum in nomine patris alicuius ex partibus, uel contrahentibus, nunquid instrumentum ualeat, si
6 apparet† de certitudine personæ contrahentis, licèt huiusmodi addita demonstratio sit falsa? & in hoc distinguendum est: quia aut est erratum in nomine patris partis absentis, ut contingit in procuratore absente constituto, uel in legatario, seu hærede, & similibus, aut præsentis, primo casu res est extra aleã, quia sicut error nominis proprij ipsius nominati per tertium in instrumento, non uiciat, d. l. si quis in nomine, C. de testa. & d. §. si quis in nomine, Instit. de leg. cum alijs suprà de errore nominis cõtrahentis adductis, tanto magis error nominis patris, quod non est necessarium, ut suprà dictum fuit, & infrà etiam dicetur. Et quod error nominis patris non noceat, quando persona aliàs est certa, tenet Bart. d. l. demonstratio, in prin. 6. quęst. & idem Bart. in l. 1. §. fin. de dote præleg. vbi dicit, quod si sit legatum, Bart. Petri de Saxoferrato ll. Doct. licèt non sit Bar. Petri, si duę aliæ demonstrationes sunt veræ, demonstratio falsa non uiciat. Sequitur Aretin. in tract. malefic. in glos. Caium Sempronij, col. 3. uers. quid autem si erratum fuit in nomine patris, & ibi Ang. in addit. Aut est erratum in nomine patris contrahentis præsentis, & tunc obstat consilium Romani suprà allegatum, 179. in terminis decidentis, non ualere, per rationem l. fin. C. de hæred. instit. quod consiliũ per nõnullos allegatur, & sequitur vt suprà, ea ratione scilicet, cum censeantur uerba partium non notarij, ut suprà dictum fuit; sed tamen, etiam hoc casu teneo instrumentum sustineri, si aliter ex alijs demonstrationibus persona sit certa contrahentis, per ea quæ suprà dixi in quæst. quando est erratum in nomine contrahentis, tamen etiam quia ut suprà dictum fuit circa princ. huius Clausulæ, non est necesse demonstrare personam contrahentis per demonstrationem patris, quod tenent Bar. & Socin. d. l. si nominatim, de cond. & demonst. Vndè, cum ista demonstratio non sit necessaria, si apponatur, & ineptè, seu erroneè non nocet; ita Bart. in d. l. demonstratio, 4. q. per text. in l. unica, circa princ. C. de rei vxor. act. quem sequitur Marian. in repet. c. qualiter, il 2. quęst. 11. art. 21. de accus, & Felin. in c. cũ ordinem, 3. col. de rescrip. & ad hoc facit Regula, quod expressio erronea nõ obest in actibus in quibus non erat necessariũ, de qua habetur per glos. & Doctor. in l. vinum, ad fin. ff. si cert. petat. de qua plura tradit Felin. d. c. cum ordinem, & Mars. in l. unius, §. fi. de quæst. & quod demonstratio falsa non necessaria apposita nõ noceat, tenet etiam Aret. in d. glos. Caium d. 3. col. quæst. incip. quæro quid si plures, ubi etiam Ang. in addit. Ad hoc etiã facit quod not. Socin. in d. l. si nominatim, in fine, quod stãte statuto, quod nomen patris accusati exprimatur in libello accusationis, & si non exprimitur, sit nulla accusatio, quod si nomen patris fuisset expressum, sed erroneè, & de corpore constaret, actio procederet, & satis diceretur factum statuto, per ea quæ ibi not. Bart. de Indictione erroneè apposita, quod est notandum pro limitatione eorum quæ suprà post princ. huius Clausulæ posui, in illa quæst. similis statuti.

Quid si sit erratum in nomine agnationis, ut quia cum esset de Amadeis, scriptum est,
7 de Obizis, & supradicta † ratione, quando persona ex alijs demonstrationibus redditur certa, nõ officere veritati, tenet Bar. in d. 6. q. & sequitur Aret. d. quæst. allegata, & Ang. in addit ibi, ad seq. quæst. si tamen in instrumento loco nominis proprij apponatur agnomen, ut quia notarius primo dixerat Martinus Baroncij, postea in progressu instrumenti dixerit dictus Baroncius non propterea uiciatur instrumentum, Bart. in aliàs allegato cons. 179. Martinus.

8 Quid si in nomine† artificij, ut quia cum cõtrahens esset faber, macellarium scripsit tabellio, text. est in l. qui habebat, quæ est l. penult. de reb. dub. & ibi not. Bart. & alij, quod non noce, si de corpore constet; idem tenẽt Bald. & Aretin. in l. si quis in fundi vocabulo, de leg. 1. Aretin. d. glo. Caiũ, penult. col. uers. quid si erratum est in nomine artificij,

& in d.

& in d. §. si qs in noīe, Inst. de leg. Idē Vital. in tract. Claus. car. 40. vers. nunc uideamus de errore nominis, circa finem, quod etiam videtur sequi Roman. aliàs allegato cons. 343. Notandum tamen est, quod aliquando nomen artificij, vel dignitatis magis attenditur, quàm proprium, quando scilicet magis ex ipso artificio, uel dignitate dignoscitur persona, quàm ex proprio nomine, vt est tex. in d. l. qui habebat; Et propterea, si sit erratū in nomine proprio, & non in nomine officij, uel dignitatis, dispositio nihilominus procedit, ut in exemplo posito per Bart. ibi, inquisitione facta contra Titium potestatem Assisij, cū in ueritate uocaretur Sempronius, quod etiam tenet Bart. in d. l. demonstratio, in princ. 7. quæst. nu. 17. Sequitur Aretin. d. glos. Caium, penult. col. uers. quid autem si sit error in nomine proprio delinquētis, ubi etiam Ang. in addit. & idem Aret. in d. §. si quis in nomine, sequitur Felin. in ca. signific. 2. col. de rescript. Aduertat tamen notarius, ne omnem artificem scribat mercatorem, cū plura exigantur ut quis dicatur mercator, & non omnes artifices eo numero habentur, l. mercis appellatione, ubi latè declarat Alciat. de verb. sign. & idem Alciat. in l. mercis appellatione, eod. tit. post Bart. in tractatu testi. vers. 62. mercatorem ...

Licèt Iura Ciuitatis Romanæ ex Antonini Constitutione ad omnes in orbe Romano existentes concessa fuerint, ut Iureconsultus tradit in l. in urbe Roma. ff. de statu hom. quæ debet legi in orbe Rom. vt pulchrè declarat Alciat. Dispunct. lib. 2. ca. 21. quod & ipsemet Alciat. tradit in l. potestatis verbo, 2. pag. de uerb. signif. respectu honoris non etiā immunitatis, ut per ipsum Alciat. d. cap. pen. pag. in quo originem ciuilitatis tum ex historijs, tùm etiam ex legali disciplina latè prosequitur, tamen secundum tempora nostra non omnis persona potest dici Ciuis, sicut, nec omnis locus, vel terra potest dici Ciuitas, sed ea, quàm vult Princeps esse Ciuitatem, ut tradit Innoc. in cap. cum ab Ecclesiarum, de offic. ordin. & Bart. per illum text. in l. 1. C. de Metropoli Berito, lib. 11. licèt non habeant Episcopum, quia sine eo potest esse Ciuitas; de usu tamen Italiæ illa dicitur Ciuitas
9 quæ habet † Episcopatum, secundum Bart. in l. 2. de verb. signif. in l. sodales, nu. 5. de colleg. illic. & in l. si hæres, §. vicis, ff. de leg. 1. plura de Ciuitate ponunt Io. Andr. Archid. & Dom. in ca. si ciuitas, in princ. de sent. excom. in 6. & Bart. in Extrauaganti, Qui sint rebelles, verbo Lombardiæ, de quo etiam dicetur infra, in uerbo Ciuitatis Ferrariæ. Ille igitur dicetur ciuis propriè alicuius Ciuitatis, qui est originarius ipsius, l. eius, ubi Bart. C. de incol. lib. 10. glos. & Bald. in l. ciues, C. de appellat. & ità propriè, & strictè accipitur. Aret. cons. 77. Et ratio, in princ. uel etiam ille qui ciuilitatem consequitur alijs ex tribus modis, de quibus in d. l. ciues, C. de incol. & maximè, q efficitur ciuis primo modo, scilicèt electione, qui modus declaratur per Bart. in l. 1. nu. 17. ad municip. procedere, scilicèt quando ciuis quis efficitur per receptionem à Ciuitate, uel priuilegium sibi factum, ut not. per Doct. post Bart. d. l. ciues: nam tali casu habetur pro ciue originario, & uero, saltem quoad cōmoda, ut habetur per Bart. & alios, in l. si is qui pro emptore, ubi Crot. nu. 45. & seq. de usucap. & per moder. post Bald. in l. si Ruffinus, C. de testam. milit. Alex. cons. 157. Viso instrumento, col. 4. lib. 2. Dec. cons. 283. nu. 10. & latissimè per Paris. cons. 71. 1. vol. Nec sufficit habitatio etiā longissimi temporis ad consequendam ciuilitatem, quādo quis non participat de honoribus, & oneribus. Aret. cons. 77. Et ratio scribendi. Felin. cap. quoniam, nu. 3. de offic. Ordin. & Paris. cons. 53. nu. 90. 3. vol. Et propterea caueant notarij, ne aliquem scribant ciuem alicuius Ciuitatis, nisi sciant ipsum esse originarium, uel ex priuilegio, ne contrà ueritatem fiat. Putarem tamen, quod etiam qđ scriberent quem ciuem qui non esset, per errorem, quod nihilominus sustinerent instrumentum, si aliàs constaret de persona, per supradicta:
10 † & quia error in patria nominati, non officit dispositioni de eo factę, l. quoties, in princ. ubi not. de hęred. instit. l. his uerbis, §. fin. vbi Ang. & Imo. ff. eod. Aret. d. glos. Caium Sempronij, col. 4. uers. quid si est erratum in terra, & in d. §. si quis in nomine, Instit. de legat. Quod tamen uidetur limitandum esse, procedere, nisi aliàs esset necessariū contrahentem esse ciuem illius Ciuitatis, ut quia forensis esset exclusus ab acquisitione immobilium ex forma statuti, ut est Ferrariæ, & in pluribus locis per ea quæ not. Ang. in addit. ad Aret. in d. uers. quid si est erratum, & per Doct. in cap. significante, de Rescript. In dubio tamen quis præsumitur esse de illo loco, in quo reperitur, & in dubio qs præsumitur ciuis, non forensis, ut not. Ang. in l. si cum exceptione, §. in hac, ff. quod
11 metus causa. † Aretin. in dicto tract. malefic. in uerbo, Angel. de Bononia, secunda quæstio. & ibi Ang. in addit. dicit procedere, siue quis sit uiuus, siue mortuus, & sequitur Felin. dicto capit. quoniam, numer. 3. licèt de hoc dubitaret Alciat. tractatu prę-sumptionū Reg. secunda præsumptione 15. pro quo facit decisio Baldi infrà alleganda, in uer-

in verbo, habitator, ubi dicitur; Sed si in Instrumento quis describeretur Ciuis alicuius Ciuitatis, huiusmodi enunciatum probaret inter ipsas partes, l.optimam, C.de contrahen. & committ.stipul. Dec.d.cons.suprà allegato.283.sub nu.8. versi. & hoc confirmatur, seqtur Alciat.d.tract.pręsumpt.Reg. 2.psumpt.24...nu.8.& in l.1.§.nũciatio,nu. 12.ff.de operno.nũc.Felin. & Dec.in c.cum venerabilis.nu.23.primus, & secũdus 22.de except.Alciat. cõs.3.nu.14.2.lib.pro quo facit quod si qs sit descriptus Titius de Papia in Instrumento, deinde Papię repertus, velit vt forensis declinare forum, non admittitur nisi contraria probatione præsumptionem tollat; ita Bald.in l.fin.ad finem, C.si à non compet.iud. Felin.cap.cum causam,num.6. vbi Dec.num.8. de probat.& Alciat.d.præsumpt.15. num.2.

Sciendum tamen est, quod si quis vocetur Ferrariensis nomine proprio, non per hoc censeretur originarius Ciuis Ferrariæ, nec de Ferraria, l.fina.§. pen.vbi Bart.ad munic. Secus si nomine appellatiuo, vt B.Ferrariensis, tũc censeretur Ciuis originarius Ferrar. l.sed & reprobari, §.amplius, cum glo. Comaneus, de excus.tutor. Bart.& alij, in Rub. sol.matr.Bald.in d.c.significante, vbi Felin. col.pen.si tamen quis de Ferraria descriptus sit, magis censetur origo in consideratione quam domicilium, l.1.in fin.de tutor.& curat. dat. is ab his, Bartol.l.prouinciales, de uerbor.significa. licèt communiter teneatur idem esse, ac si scriptus sit Ferrariensis, vt per Alciat.ibi, in fine.

Habitator unius loci quis dicitur ubi larẽ, rerumque ac fortunarum suarum summam
12 constituit, unde† rursus non sit recessurus, & si profectus est, peregrinari uidetur, et rediẽs peregrinari desijt, d.l.Ciues, C.de incol.lib. 11.declarat Bart.in l.1.§. habitare, ff. de his qui deie. uel effud. & ubi quis habet familiã et uxorẽ, licèt ipse sit absens, l.1.§.1.ubi Bar. de lib.agnosc.et licèt nõ cõtinuè ibi maneat, l.si quis ita, ubi Bart.& Socin.not.de condit. & demõstr.Bald.l.1.col.fin.de statu homin. latè tradit ad materiam Bertrand. in consi. 75.2.uol.primę partis priorũ, & in cõsi.157. 5.quesito, 3.uol.eiusdem partis, & Gram.de cis.87.per totum, & ubi maiore parti anni habitat, l.cum de lanionis, §.Sabinus, de fundo Instruc.& instr. leg.not. Bart.& alij, in l. 4.§.prætor ait, de damn.infec.& est text.ubi glos.uerbo, communiter, & Clem. Causam, de elect.nam hæc dicitur solita habitatio; ut per Paris.consi.41.in fine, lib.4. & ante eum Corn.consi.52.col.fin.lib.4. & plura ad materiã habitationis ponit Felin. post Abbat. in d.c.quoniam, de offic.ordin.Alex.Dec.& Moder.in l.cum filiusfamilias, ff.si cert.pet. ubi dicunt, quod habitare quis non dicitur, qui habet animum recedendi, exemplificantes in Scolaribus, de quo est dicendum, ut ibi per eos, dicit tamen Bald.in tit.de pace Constant. §. nomina uerò, quod habitator non præsumitur oriundus, nisi probetur: quod uidetur esse contra decisionem Angeli Aret.& aliorum suprà in præcedenti quæstione allegatorum; posset dici, quod præsumptio non sit pro aliqua parte, sed qui vult dicere quem esse alicuius loci Ciuem, vel habitatorem, ipse probet, vt dicit Baldus, in consil.198. Statutum Ciuitatis, lib. 2.& idem, si quem non esse Ciuem, vel habitatorem sit fundamentum alicuius, vt tenet Aretin.in dicta gloss.de Bononia, 2.quæstione, vbi dicit, quod quando est fundamentum alicuius quem esse forensem, debet allegari, & probari; Et ità videtur tenere, nisi præsumptio sit propter Instrumentum, in quo enunciatur quem esse Ciuem uel habitatorem, ut suprà in pręcedentibus dictum fuit, secundum Alciat. dicta præsumptione 15. nam Instrumentum probat inter partes. Dec.dicto consil.283.sub nume.8. Non debent igitur Notarij scribere quem habitatorem qui nõ sit, ut suprà, sed per verbum, talis morãm hic trahens, vel nunc existens, & similia.

Quid si sit erratum in contrata, uel Parochia, dicendum est non officere, si de cor-
13 pore constet, l.his† uerbis, §.1.ubi Ang.& Imola, de hæred.instit. Aret.d. glos.Caium Sempronij, col.4. uers.quid si est erratum in terra; quando autem quis dicatur magis de una contrata, quam de alia, si inhabitat domum habentem capita in duabus contratis, uide infrà, in uerbo in contrata Sancti Petri.

Agentes tam suis proprijs nominibus quam nomine, & vice Iacobi ipsius Hieronymi Fratris absentis.

SVMMARIA.

1 *Contrahens præsumitur proprio nomine contrahere, nisi contrarium ex Instrumenti tenore appareat, & ideo in omni Instrumento non est apponendum contrahentem nomine proprio contrahere.*

Actum faciens in dubio proprio nomine facere censetur, etiam si esset alicuius personæ generalis procuratur.

Absent

Absens varijs modis quis dicitur, secundum subiectam materiam.
Absens dicitur qui est extrà vrbis continentia.
Absentiarum quinque sunt genera remissiuè.

GLOSSA SECVNDA.

ADuertendum est, quod non in omni instrumento est apponendum
contrahentem nomine proprio
contrahere, quia satis præsumi-
1 tur ita facere, nisi contrarium ex †instrumenti tenore appareat, l.& magis, de solut. Bart.
& Bald. in l. mater, ad finem, C. de rei uend.
nam faciens actum, in dubio censetur nomine proprio facere, Bart. in l. gerit, nu. 24. ad
finem, de acquir. hæred. etiam si alicuius personæ esset generalis Procurator, ut per Socin. consi. 113. lib. 4. & per Alciat. tract. præsumpt. 2. Regula, præsumptione 24. num. 9.
sed hic fuit hoc appositum, ex eo, quod etiã isti uenditores nomine alterius uendũt, quia
nisi dictum fuisset, quod agerent nomine etiam proprio, ostenderent totum negocium
pertinere ad alium, cuius nomine uendebãt, ut habetur in dicta l. mater, & locis præallegatis.

Absẽs uarijs modis quis dici potest: nam licèt ille qui extra continentia Vrbis sit, abesse dicatur, l. collegarum, §. primo. ff. de uerbor. signific. & qui non est in eo loco in quo petitur, l. absentem, eod. tit. tamen accipitur quis absens secũdum subiectam materiam, quod ad iudicis officium pertinet, ut Alciat. docet, l. mulieres. §. fin. ff. eod. tit. & de quinque generibus absentiarũ ponit gl. magist. in l. fin. circa princ. ff. de in integ. restit. quas prosequitur Zasi. post alios, in §. rursus, num. 3. Institut. de actio. & Alciat. dicta l. absentem, in principio.

CLAVSVLA IIII.

Et pro quo de rato.

SVMMARIA.

1 *Obligare alium quis regulariter non potest.*
Promittens factum alienum, neque se, neque alium obligat.
Promißio de rato regulariter non sufficit, nisi sit iurata.
Promittens factum alienum obligatur, quando promittit se effecturum, & curaturum.

GLOSSA PRIMA.

ESt sciendum, quod quis nõ potest
alium regulariter obligare, nec
valet promissio qua quis promittit alium daturum, vel facturum,
1 nec ipsemet promittens regulariter† obligatur, §. si quis alium, Instit. de inut. stipul. stipulatio ista, in princip. de verb. oblig. nisi in casibus ibi not. & in pluribus alijs locis, & maximè per Socin. in Regu. 326. aliàs 404. promittens factum alienũ; Et propterea ad hoc, vt quis obligetur, introducta est promissio, quod quis promittat se effecturum, & curaturum, quod talis tertius ratificabit eius gesta, de qua infrà dicetur; Nam tũc ex quo videtur promittere factum proprium, non alienum, valet promissio, d. §. si quis alium, in fine, & l. quoties, la 2. in princ. vbi glos. de verbor. oblig. & not. in d. l. stipulatio ista, de quo habetur latè per Paris. consi. 109. 2. col. lib. 1. vbi plura adducit: Nec enim sufficeret promissio de rato, regulariter, eadem ratione, nisi iurata. Abb. Felin. & alij, in c. ex rescripto, de iureiur. Moder. in d. l. stipulatio in princ. Socin. consi. 26. vol. 3. & Corn. cõs. 228. vol. 1. & Paris. consi. 16. nu. 119. 2. vol. & consi. 110. nu. 6. vol. 1.

Et ratihabitione.

SVMMARIA.

1 *Promittens de rato maiorem ostendit deliberationem, si dicatur promittit de rato, & ratihabitione.*
Verba geminata maiorem ostendunt deliberationem.

GLOSSA SECVNDA.

ISta verba geminata, habent uim,
& effectum producunt: nam maiorem ostendunt promittẽtis de
1 liberationem l. balista, † ad Trebel. l. cum scimus, C. de agricul. et cens. libro vndecimo, Paris. consil. 92. numer. 19. & in terminis de his uerbis idem Paris. dicto consilio 109. numero 13. quod procedit, etiam quando uerba geminata uno instante proferuntur. Decius in l. legem, numero decimotertio, C. de pactis. Crot. in l. prima, in principio, prima lectura, numero vigesimo tertio, de uerborum obligatione. Quod est notandum ad uerba sinonima, & geminata quæ pluries ponuntur per notarios in instrumentis.

Omnium

Omnium & singulorum infrascriptorum. Et in præsenti instrumento contentorum.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Omnia, & singula, ad quæcunque pacta, & capitula refertur.*
Omne qui dicit nihil excludit.
Singula, dictio, importat diuisionem, & disiunctionem capitulorum.
Clausula, Omnia, & singula, comprehendit omnia, & exigit concursum omnium, quæ sunt apta comprehēdi, & omnia quæ principaliter, seu incidenter vel accessoriè sunt descripta in Instrumento.

2 *Infrà, dictio, habet relationem ad contenta, & descripta in Instrumento, & est eiusdem effectus ac si omnia nominata & descripta ibi fuissent.*

3 *Verborum multiplicatio non necessaria, non mutat rerum substantiam.*
In Instrumentis, & priuilegijs nō possunt nimis specificari specificāda ad tollendū sophisticam interpretationem Malignorum.
Cautela abundans non nocet.
Verba non possunt dici superflua, quæ sunt apposita ad tollendam dubitationem.

GLOSSA TERTIA.

HAec Clausula sæpissimè ponitur a notarijs in Instrumētis, & idem importat, ac si diceretur, quod omnes partes Instrumēti simul, & quālibet de per se, teneatur promissor ratificari facere: nam † Clausula, Omnia, & singula, ad quæcunque pacta, & capitula refertur. Bald. in addit. ad Specul. in tit. de empt. & uēd. col. 1. versi. quæ omnia, & qui omne dicit, nihil excludit, l. Iulianus, in princ. de leg. 3. & l. à procuratore, C. mand. Bald. in Rubr. C. qui accus. nō poss. col. fin. ubi dicit idē de verbo, Quilibet, & uerbū, Singula, q̄ importāt diuisionē, & disiunctionē Capitulorum, vt habetur ex dictis Baldi in l. 2. col. fin. C. de probat. Idem Bald. in cons. 461. Inter Ioannem, nu. 6. 1. vol. & Aret. & Ias. in l. Titia, §. fin. ff. de verb. oblig. & est nomen distributiuum habens uim specialis dinumerationis, Bald. & alij, in l. si Stichum, §. stipulatio, de verbor. obligat. & Aretin. in l. si ex toto, §. si ita legatum, 1. not. de leg. 1. & ad propositum, in cons. 114. In præsenti, col. fin. Et ista Clausula, comprehendit omnia, & exigit concursum oīum quæ apta sunt comprehendi, Anton. de Butr. cons. 19. Quia hic agitur, & Socin. consi. 147. 3. col. & omnia quæ principaliter, seu incidēter, uel accessoriè in Instrumēto descripta sunt, ut Bart. tradit in l. si cui, §. 1. licèt loquatur tantum de uerbo omnia, de leg. 1. Alex. loquens de vtroque, consi. 17. Pōderatis, col. 1. uol. 3. Ruin. cōsi. 137. nu. 6. in 1. uol. omnia complectuntur, et includunt. Bertrād. consi. 249. nu. 3. 3. parte, nouissi. & Ripa. 3. lib. respōs. c. 5. nu. 5. etiam respectu pęnæ, ut prosequitur Ias. in d. l. Titia, §. fin. & latè tradit Paris. cons. 97. nu. 91. & nu. 121. lib. 1. de quo etiam tradit Curt. iun. consi. 74. nu. 3.

2 Verbum hoc, Infrà, habet relationem tātū ad contenta, & descripta in † instrumento tantū, Bart. in l. qui liberis, §. hæc uerba, ubi alij, de vulg. & pupil. Paris. cons. 113. nu. 24. 1. vol. & est eiusdem effectus, ac si omnia hic nominata, & descripta fuissent, ut not. per Bart. & alios, in d. §. hæc uerba, & per Imol. Aret. & alios, in l. si quis filium, §. fin. de acquirend. hęred. et trad. Curt. iun. consi. 115. num. 27.

Licèt hæc uerba uideantur sup̄flua, ex eo, quod satis ex supradictis liqueat, fuisse promissum de ratihabitione omnium contentorum in Instrumento, tamen, non propterea viciāt, nam ut dicit text. in l. pediculis, §. Labeo, ff. de auro, & arg. leg. † nō mutat substātiam rerum non necessaria uerborum multiplicatio; hinc dicunt Host. Io. Andr. & Anton. de Butr. in c. nimirum, il 1. de excel. prælat. quod in Instrumentis, & priuilegijs non pñt nimis specificari, specificātur aūt ad tollendum sophisticam interprętationem malignorum, referunt Ias. & alij, in l. testam. C. de testam. vbi est tex. quod abundās cautela non nocet, & sequitur Dec. cōs. 11. nu. 16. et Curt. iun. cons. 45. nu. 8. nam satis operātur, ex quo sunt apposita ad tollendum dubitationem, unde non uiciatur dispositio l. quæ dubitationis, ubi Dec. et Cagnol. latè plures allegantes, dicūt, quod notarij in suis Instrumentis apponunt multa uerba superflua, & sæpenumero impertinentia, & ponunt plura exempla, propterea ibi est uidendum, & idem tradit Crauetta, consi. 70. nūm. 29. ubi dicit, uerba non posse dici superflua, quando sunt apposita ut dubitationem tollant.

Promiserunt infrascriptis emptoribus.

SVMMARIA.

1 *Promisit, uerbum, in scriptura Tabellionis, importat stipulationem, secùs si testes dicant Titium promisisse.*

GLOS-

GLOSSA QVARTA.

Verbum promisit in scriptura uel tabellionis, uel partis, descriptũ, importat per stipulationem §. si
1 ita† scriptum, Instit. de inut. stipulat. secùs verò si testes deponant Titium promisisse, tunc non præsumeretur stipulationem interuenisse, ut not. glos. ibi, per text. in l. 1. vbi glos. C. de usur. & sequuntur Doct. ibi, & tradit Bart. & alij communiter, in l. sciendum, in 1. quæst. ff. de uerbor. oblig. & propterea non esset opus apponere uerba sequentia, sed tamen ad omnem ambiguitatem, ut suprà dictum fuit, super uerbo præcedenti, abigendam, debent apponi, de quo etiam dicetur infrà, Clausula. 33. glos. 11.

Vt infra stipulantibus.

GLOSSA QVINTA.

De stipulatione plura infrà, suo loco dicentur.

Et se facturos, & curaturos.

SVMMARIA.

1 *Promittens se facturum & curaturum factum suum promittere censetur.*

Promittens facturum, et curaturum quòd alius ratificabit, debet obseruare promissa, & potest cogi præcisè ad faciendum ratificari, alias tenetur at interesse partis, & si non intersit partis, promittens tenetur in nihilo.

Declara ut hic.

2 *Promittens se facturum & curaturum, quòd alius ratificabit, si fecit omnem conatum, & quantum in se fuit curauit, quòd ille ratificaret, & id obtinere non potuit, secundum communem, & magis communem sententiam, & secundum quam fuit iudicatum, liberatur, etiam si iuramentum interuenerit.*

Clausulæ tamen sunt inuentæ ad effugiendam communem Doctorum opinionem remißiuè.

GLOSSA SEXTA.

Haec Clausula introducta est, ad hoc, ut quis promittendo factum alienũ, obligetur: quia ex quo se facturum & curaturum promittit, factum suum promittere censetur, d. §. si quis alium, in fine, Instit. de inutili stipulat. ut suprà dictũ fuit, super uerbo, & pro quo de rato. Vnde est aduertendum, quod promittens se facturum, & curaturum, quod alius ratificabit, debet obseruare promissa, & potest
1 cogi præcisè† ad faciendũ ratificari, ut tradit Bertrand. cons. 345. 2. p. priorum, aliàs tenetur ad interesse, parti cui promisit, ut latè tradit Dec. cons. 2. Bertran. cõs. 80. 2. parte priorũ, in fine, & sequitur Paris. cons. 109. nu. 16. lib. 1. & cons. 111. in fine, lib. 4. & cõs. 33. nu. 62. in 1. vndè si non intersit partis, promittẽs tenetur in nihilo, ut ipsemet tradit ibi, nu. 63. & ante eũ Bald. cons. 101. Nobiles, 2. dubio, nu. 3. 3. vol. Cast. cons. 115. 2. dubio, nu. 2. & cons. 99. 2. dubio, 1. vol. & Socin. cons. 253. col. pen. 2. vol. & Marãtha disputatione 7. in fi. vel tenetur ad pęnã conuentionalẽ, si pęna est promissa, ut per Doct. in locis infrà allegandis, & mediũ concludendi est, ꝙ ipse promissor non curauit ut ratificaretur contractus, vel fieret ꝙ nomine alieno promisit, ut not. declarat Bart. in l. inter stipulantem, in princ. 1. col. ff. de verb. oblig. & Aret. in §. si quis alium, Inst. de inut. stipul. & Alciat. in l. 4. §. Cato, nu. 130. de verb. oblig. & si non constat quod fuerit in mora faciendi, & curandi, non tenetur Dec. cons. 107. ad finem.

Sed quid si promittens fecit oẽm conatũ, & quantum in se fuit, curauit, quod talis quẽ ratificaturum uel aliud facturũ promisit, ratificaret, uel faceret, & tñ obtinere nõ potuit,
2 an propterea à † pęna vel interesse sit liberatus, ita quod à parte inquietari non possit? & Feder. cons. 122. Martinus, quod cõsilium est positum ẽt inter cons. Bar. sub nu. 236. tenet excusandum esse; quod ẽt procedit, si Iuramentum interuenerit, glos. But. & Abb. in c. ex litteris, & glos. in c. sicut, de sponsal. idẽ tenent But. & Abb. in c. gemma, eo. tit. Aret. cõs. 143. Ex facto proponitur. Abb. cons. 50. Circa primum dubiũ, lib. 1. Felin. post Abb. in c. ex rescripto, de Iureiur. & hanc opin. sequuntur oẽs repetẽtes in l. 4. §. Cato, in 9. oppositione Bart. de verb. obl. ubi Crot. 2. lectura, nu. 21. dicit cõem, & Horman. nu. 521. dicit magis communem, & etiam cõem dicit ibi Alciat. nu. 129. ſm quam pluries fuisse iudicatum dicit Afflic. decis. Neap. 295. Magnificus Troilus, & quam sequitur Dec. cõs. 313. & in l. impossibilium, ubi ẽt Cagnol. de reg. iur. & Paris. in cons. 109. in prin. & cons. 110. nu. 26. & cons. 117. in princ. 1. vol. licèt contra eã tenuerit Aret. in l. si ità stipulatus, §. possum, de uerb. oblig. & Ias. in l. stipulatio ista, in princ. 4. col. ff. eod. Socin. cons. 288. 5. q. & Bertrand. cons. 214. nu. 5. 3. parte nouissimorũ, duplicato cons. 309. eadem parte; sed non esset recedẽdum ab opin. hac cõi; Vndè quia pars promittens de facili poterit eludere contrahentem, fingendo facere conatũ ut is pro quo de rato promissum est cõuenta ratificiet, & tñ ille noluerit hoc adimplere, inuentæ sunt Clausulæ, de quibus infrà, ex quibus effugiatur communis opin. Doct. de qua suprà, & promittens oĩno teneatur, & 1. hęc.

Ita &

Ita & taliter cum effectu.

SVMMARIA.

1 *Promittens se facturum & curaturum ità, & taliter, cum effectu, conatus non sufficit, sed omnino aut debet fieri ratificatio, & impleri promissa, aut pœna solui secundum ueriorem opin.*

Verbum cum effectu tollit fictionem & fraudes, & importat quòd realiter, non uerbo fiat.

GLOSSA SEPTIMA.

HAec Clausula, operatur quòd conatus non sufficit, sed omnino aut debet fieri † ratificatio, & debent impleri promissa, aut pœna solui, ut tradit Aretin. in d. §. possum, 2. col. quẽ sequitur Dec. in l. fi. §. fi. nu. 11. ff. si cert. pet. & Ruin. in d. §. Cato, 9. oppositione licet limitet procedere in promissione extraiudiciali, quod nõ admittunt Modernior. ibi, & idem sequuntur Horman. & Crot. 2. lect. & Alciat. ibi, ubi dicit Alciat. num. 131. negari non posse, quin hoc importet, ut talis sic promittens teneatur ad interesse; & idem tenet idem Alciat. in l. quod te, super uerbo in potestate sua, ff. si cert. pet. & uidetur huic opinio. adherere Bertrand. dicto conf. 214. allegando Aret. in dicto §. possum, & uidetur etiam sequi Dec. in cons. 323. 2. col. vbi allegat eundem Aretin. & expresse est sequutus in cons. 325. 1. col. & cons. 401. 2. col. pro quo facit, quia illud uerbum, cum effectu, tollit fictionem, & fraudes glos. pen. in Clem. 1. de Dec. & importat, qđ realiter non uerbo fiat, ut probatur in Extrauag. Io. XXII. Suscepti, & sequitur Socin. Cons. 44. in prin. & cum hac transit Aldobrandinus in addit. ad Horman. & sequitur Ripa, in l. quod te, nu. 47. ff. si cert. pet. Capic. decis. 93. nu. 8. & hanc opinion. veriorem dicit Did. Hispan. in repet. cap. quamuis, de pact. in 6. 2. part. §. 5. num. 6.

Contrarium tamen, scilicet hanc Clausulam non sufficere, ut etiam non excusetur promittens, tenet Aret. dicto consil. 143. & Dec. consil. 213. 3. col. & in dicta l. impossibilium, Lancel. Galiaula, in Repet. dicti §. Cato, num. 52. circa finem, & Paris. latissimè, & vehementer instans, in dicto consil. 110. num. 42. & sequent. ubi plenissimè examinat. & Ruin. consil. 67. in 4. volum. nume. 9. & in fine, ubi dicit, quod aliàs legendo ad adducta in dicto consilio non animaduertit, & tunc maturius cogitans, ità sensit: Non puto tamen à prima opinione recedendum, tamquam communiori in practica, cum solum Galiau. & Par. hanc teneant. Aret. & Ruin. & Dec. sint contrarij, nec standum est Dec. ut Paris. tenet, quia hoc tenet consulendo, illud legendo, quia & hoc tenuit consulendo ut supra ostensum est. Sed ad cautelam, & ut omnes cessent amaritudines, addendæ etiam sunt sequentes Clausulæ 13. nam quando constat de mente ex uerbis expressis omnino tenetur promittens. Did. loco præallegato, qui dubitat an sat sit addere dicta uerba, cum effectu.

Omnibus iuris, & facti exceptione ac difficultate, & impossibilitate cessantibus.

SVMMARIA.

1 *Clausula, omnibus iuris, & facti exceptione ac difficultate, & impossibilitate cessantibus, plurimum operatur, sed ad cautelam alia etiam est iungenda.*

GLOSSA OCTAVA.

HAec Clausula ad euitandum difficultates solet apponi per prudentes notarios, ut dicit Horman. d. §. Cato, nu. 528. Et idem tenet Socin. in dicto cons. 288. 5. quæst. versiculo,
1 tertio procedere, † ut euitetur dicta communis opin. quando est tantum apposita Clausule omni Iuris uel facti exceptione, & cauillatione remotis. Et idem Crot. d. §. Cato, in fine nona oppositione, si sit renunciatum omni legum auxilio, sed tamen eam non admittit Paris. d. consil. 110. vbi omnibus respondet. Vnde ut etiam remoueatur difficultas Dec. consuluit in d. cons. suo 323. col. fin. etiam addendam esse Clausulam infrascriptam uidelicet.

Ita quod faciendo possibilia, non excusentur, sed omnino teneantur non obstante quod non essent in mora nisi præcisè effectus rationis sequatur.

SVMMARIA.

Promittens se facturum, & curaturum cum clausula, quòd etiam faciendo possibilia non excusetur, uim habet, quidquid dixerint aliqui, tenentes, quòd immo clausula illa, Non obstante, si faceret possibilia, excusaretur.

GLOS-

GLOSSA NONA.

1 Sed etiam tali casu † non sufficere dicit uidisse bis iudicari Afflict. decis. 295. vbi erat promissum cum tali Clausula, quod etiam faciendo possibilia non excusaretur promittens; & hoc sequitur Paris.cons. 110. num. 42.& Gram.quæst. sua 2. impressa post decisiones suas; sed tamen durum esset recedere ab opinion. Dec. quam etiam sequitur Cagnol. dict. l. impossibilium, vbi dicit ita uidisse iudicari in causis arduis, & idem in l. semper qui non prohibet, ad fin. eod. pro quo faciunt quæ dicentur super sequenti Clausula, quando quis aliàs promittit de suo, quam etiam tenet post longam discussionem Marantha in sua 8. disputatione nu. 20.23.& sequent.

Aliàs de suo proprio ęre teneantur.

SVMMARIA.

1 *Promittens se facturum & curaturum quòd alius ratificabit, non excusatur etiam si fecerit possibilia, quando ultrà clausulam illam promissionis ulterius progressus est promittens, adijciendo quòd alias de suo proprio ære teneri vult, secundum ueriorem opin.*

2 *Promittens infrà certum temporis spacium aliquem ratificaturum cum clausula quòd alias intendit de suo teneri, licet post terminum de suo teneatur, tenetur tamen etiam elapso termino, ad faciendum ratificari.*

3 *Aeris appellatione nedum pecunia sed omnes facultates patrimonium, & bona omnia comprehenduntur.*

4 *Promittens non offendere in ære uel in persona, incidit in pœnam si parti furtum fecerit.*

GLOSSA DECIMA.

Qvando est promissum hoc modo, uel quod promissor promittet cõseruare indemnem alteram partem contrahentem, & tunc uidetur, quod omnino cesset omnis difficultas, & non procedat dicta communis opin. suprà al
1 legata, quia † tali casu non sufficit quod factum fuerit possibile per promittentem, sed tenetur in casu non ratificationis ad interesse, uel ad pęnam si est apposita, ita Socin. tenet, d.cons.288.5.q.uers. tertio principaliter, & sequitur Dec.d.l.fin.§.fi.nu.11.si cert.pet. & idem admittit Dec.d.cons.313.col.fin. & sequitur d.cons.323.& idem in cõs.439.col. fi.& in d.l.impossibilium, ubi etiam Cagnol. idem Dec.cons.325.1.col.& hanc opin.tam quam ueriorem sequitur Paris. cons. 16. nu. 122. 2. vol. licèt cum quadam distinctione, & eam indistinctè tenet dicto cons. 109. 1. vol. fere per totum, maximè num. 31. & in cons.76.3.vol.& Crauet.cons.272.num.13.
2 Et est sciendum, quod licèt quis promiserit infrà certum temporis spacium aliquem ratificaturum ut supra, cum hac Clausula, quod aliàs intendit de suo teneri, licèt post terminum de suo teneatur & sic purificetur obligatio, tamen non est quin etiam teneatur ad faciendum ratificari post terminum eum quem promisit, ità Corn.cons. 62. col. fin. lib. 3.
3 Verbum, æs, comprehendit nedum pecuniam tantum, sed omnes facultates, & patrimonium, ac bona omnia, ut tradit Alciat.in proœm.ante Rubricã de uerb.signifi. pag.2.& in l.cedere diem, §. æs alienum, ff. eod. & pro hoc facit quod not. Bart. in l. licitatio, §. quod illicitè, col. 1. de public. &
4 vectig. quod † promittens non offendere in ære, uel in persona, incidit in pęnam si parti furtum fecerit.

Quod prædictus Iacobus ad omnem instantiam & requisitionem infrascriptorum emptorum.

SVMMARIA.

1 *Promittens nullo apposito tempore & sic pure, tenetur absq; alia interpellatione, quamprimum potest promissa adimplere, alias dicitur morosus secundum crebriorem sententiam.*

Contrarium tamen alij senserunt, quorum opinio fortasse verior est in puncto iuris, sed prima seruatur in practica.

Ratificatio est fienda quamprimum scit ille qui ratificare debet, aliàs tacendo censetur improbare si sit factum sibi nociuum.

Promittens ad certum tempus, elapso tempore constituitur in mora sine alia interpellatione, etiam si fuerit apposita clausula illa ad omnem requisitionem.

Dies pro homine interpellat.

Promittens ad tempus incertum non constituitur in mora, sine interpellatione.

Fallit tamen ut hic.

Promittentibus de rato ambobus partibus contrahentium, pœna non potest committi contra unum ex ipsis contrahentibus, nisi agere volens ad pœnam, prius ratificauerit, vel ratificare fecerit.

Pro-

Promittens aliquem ratificaturum, si ante morã decedat is qui ratificare debebat, liberatur.

2 *Promittens de rato pro aliquo minore, non tenetur ipsum ratificari facere, nisi tunc demum cum ad legitimam ætatem peruenerit, secundum ueriorem sententiam, & ratio.*

3 *Promittens de rato pro minore, si minor ratificauit & postea per restitutionem in integrum vult contrauenire, non tenetur.*

Agens ex contractu quem promisit alium ratificaturum, repellitur non facta ratificatione, maximè ante moram.

GLOSSA VNDECIMA.

Sed quæritur, nũquid interpellatio sit necessaria ad hoc ut quis constituatur in mora? in quo est distinguendum: † quod aut nullum est 1 appositum tempus ratificationi faciendæ, & tunc quamprimum põt, debet promissor per eum promissa adimplere, nec est opus alia interpellatione, ut constituatur in mora, ut tenet Bald. in cap. ad hæc, in tit. hic finitur lex Corradi, quem sequitur Aret. in l. si ex legati causa, de verbor. oblig. & in d. §. possum, & dicto cons. 143. col. 4. Felin. in d. c. ex rescripto, nu. 18. in fine. Alex. Ias. & Alciat. in d. l. quod te, si cert. pet. & ibi Alciat. dicit hanc esse communẽ, quam etiam sequitur Crot. d. nu. 21. uers. tertio argumento. & secundum hanc opinion. refert D. Siluest. Aldobrad. in addi. ad Horman. in d. §. Cato. nu. 511. fuisse consultum per plures Iuris consultos Florentinos, quod tenet Ruin. cons. 132. num. 2. 1. vol. 136. nu. 9. 5. vol. 42. nu. 2. eod. 42. nu. 26. 1. vol. idem Bald. cons. 112. Præmisso, col. 3. nu. 2. in 3. Alex. cons. 147. in princ. 7. vol. & Gozad. dicens communem, cons. 27. nu. 10. Viui. qui dicit communem opin. 255. Promittens, in 1. par. suarum commun. opinion. pro quo facit quod dicit Corn. in cons. 247. col. 3. vers. Accedit, vol. 4. quod ratificatio est faciẽda quamprimum scit ille qui ratificare debet, aliàs tacendo censetur improbare si sit factum sibi nociuum, & sequitur Paris. d. cons. 109. nu. 17.

Contrarium tamen tenet Aretin. consil. 72. Præsupponitur in facto, col. penult. nu. 7. & Dec. in d. l. quod te, ubi dicit fuisse consultum, & iudicatum in causa magni ponderis, contra decisionem Baldi, nu. 12. & idem tenet Dec. in d. cons. 2. 2. col. & cum eo transit Horman. d. nu. 511. & Cagnol. sequitur d. l. semper, qui non prohibet, nu. 29. & Rub. Alex. in Repet. §. mone, l. non solum, ff. de noui operis nunc. num. 695. & sequent. & Ant. Gab. li. 3. suarum Conclusionum, tit. de solut. Conclusione 9. nu. 31. & sequent. & Menoch. cons. 279. num. 61. & seq. in 3. & uidetur etiam hoc sentire Corn. cons. 40. col. 2. lib. 2. & propterea Paris. noluit intrare hãc difficultatem, dicto cons. 109. nu. 24. sed putarem in practica durum esse recedere à prima crebriori sententia, quam etiam dicit cõmunẽ Ripa, in d. §. Cat. n. 59. licèt fortè hæc secũda, in puncto Iuris uerior uideri posset; primam etiam reprobat multis rationibus Bauer. in tract. de mora, secunda parte 10. limitat. num. 17.

Aut est appositum certum tempus præfixum, ut infrà tempus Mensis, & tunc elapso tempore constituitur in mora, quandoquidem, dies pro homine interpellat, l. magnã, C. de commit. & contrahen. stipul. & c. fin. loc. cum similibus, etiam si fuerit apposita illa Clausula, Ad omnem requisitionem de qua suprà, ità Socin. d. cons. 288. 4. quæstio. quicquid teneat Dec. d. cons. 2. aliter loquẽs, contra quem tenet Horman. d. §. Cato. nu. 515. Aut tẽpus incertum, ut cum ad ętatem peruenerit legitimam, & tunc exigitur interpellatio, aliàs promittens non constituitur in mora, Cin. Bald. & Salic. d. l. magnam, circa princip. Dec. d. cons. 2. num. 5. & 6. & d. cons. 333. 2. col. Cagnol. in l. semper qui non prohibet, nu. 29. de reg. iur. quod fallit, nisi fuerit additum tempus aliquod præcisum post dictam ætatem, ut quia dictum fuerit, quod teneatur ratificari facere, cum fuerit ætatis annorum 18. infrà mensem finito dicto tempore. Ita Socin. dicto consil. 288. 4. quæstio.

Illud autem est sciendum, quod quando ambæ partes inuicem promittunt pro alijs de rato, pęna non potest committi contra alteram, nisi primo aduersa pars ratificauerit, vel ratificari fecerit, ita Corn. cons. 40. col. 2. libro 2.

Si tamen quis promisit aliquem ratificaturum, & ante moram decedat ratificator debens, liberatur promissor. Abb. præal. cõl. 90. circa 1. lib. 1. Marantha, d. 7. quęst. nu. 24.

Quid sit fuit promissum de rato, pro aliquo minore, an promittẽs teneatur ante per-
2 fectam ætatem ipsum ratificari † facere? Bal. in l. cum maritum, arg. illius text. C. de solut. tenet censeri promissum ipsum ratificaturum, cum erit legitimæ ætatis, & idem tenet in l. si procurator, ad fin. ff. de cond. indebit. sed Ias. ibi tenet contrarium, quia minor potest etiam minori ætate durante cum authoritate tutoris, uel curatoris ratum habere, ut per Bartol. & alios ibi, puto opinion. Baldi veriorem, quia quando quis promittit de rato pro aliquo minore, videtur promittere ut

tere vt ita fiat legitimè ratificatio, quod ratificans cõtrauenire nõ possit, & ita videtur intellexisse Bald. in d. l. si procurator, sed ratificatio quæ fit per minorem effectũ maiorem, tunc omninò est firma, quia non potest contrauenire vt l. 1. & 2. C. si maior fact. ratum hab. ubi not. ergo de eadem videtur promissum, et cum Bald. tenet etiam Horman. in d. §. Cato, nu. 517. & Cagnol. in l. semper qui non prohibet, nu. 28. de reg. iur. Ad tollendas igitur dubitationes, benè erit apponi facere, quod promissor teneatur minorẽ, etiam durante minori ætate legitimè ratificari facere.

3 Sed nũquid si † promissum sit de rato pro minore, & ipse contractũ ratificet possit minor ipse ratione minoris ætatis obtenta in integr. restitutione, cõtrauenire, & promittẽs pro eo in aliquo non teneatur: dicẽdum est, quod sic, text. est & ibi not. Bart. & Paul. de Cast. in l. cum minor, in princ. rẽ rat. haberi, & hoc etiam tenere videtur Bald. in consil. 225. Verba dicunt, 2. vol. & Socin. cõsi. 159. in fine, & propterea opus est quod promissor promittat tã de rato pro minore, quam quod minor non ueniet contra ratione ætatis, nec petet restitutionem, ut not. in d. l. cũ

4 minor, & p Hormã. d. §. Cato, nu. 518 † ille verò qui agit ex contractu, non facta ratione per eum pro quo ipse de rato promisit, non videtur agere posse, maximè si sit in mora, vt uidetur de mẽte Cor. in d. consi. 40. & expressius id firmat in cons. 245. 4. uol. ad quod etiam uide Paris. consi. 33. num. 57. 1. uol. & idem trad. Gram. dec. 101. nu. 55.

Ratificabit.

SVMMARIA.

1 *Ratificatio tribus modis per minorem, duobus per maiorem fieri potest.*

Ratificatio ad hoc vt facta comprobetur debet taliter factum probari quod ostendatur citra ratificationem fieri non potuisse.

Ratificatio retrotrahitur, et mandato comparatur.

Ratificans venditionem suo nominè factam obligatur ac si a principio ipse vendidisset, quod declara vt hic.

Ratificans facit actum suum.

2 *Ratificans aliquem cõtractum debet habere plenam scientiam, & notitiam ipsius, quia aliàs si ignoraret, ratificatio non valeret.*

Ratificatio etiam per absentem potest fieri.

Ratificatio exigit eandem solemnitatem quæ requiritur in confectione actus.

Promittens aliquem ratificaturum in Instrumento contenta, intelligitur de licitis, & honestis, non de his quæ, in se dolum habent.

Ratificatio generalis non se extendit ad dolo gesta, quod vide quomodo, & quibus in casibus procedat.

3. *Promittens etiam medio iuramento aliquem ratificaturum contractum si ostendat eum pro quo promisit fecisse sibi mandatũ ad taliter cõtrahendum, liberatur a promissione.*

GLOSSA XII.

Ratificationis, & ratihabitionis uerbis promiscuè utuntur Doct. nam & eandem habent significationem. Sciendum itaq; est, quod ratificatio facta, seu faciẽda per minorẽ, põt tripliciter fieri, primò, uerbis expressis, secũdo facto, tertio, taciturnitate lõgi temporis,

1 glo. & † Sal. in l. 1. C. si maior fact. ratum haber. Curt. iun. consi. 50. nu. 9. & Paris. cons. 49. 2. col. lib. 1. facienda uerò per maiorẽ primis duobus modis fieri potest, expressè scilicet uerbis, & tacitè factis, text. est in l. Paulus respondet, ff. rem rat. hab. quam materiam latè prosequuntur Decius, & Cagnol. in l. semper qui non prohibet, de regul. iur. Et quòd fiat facto, tradit etiam Socin. consi. 220. col. pen. uersic. quartum, & ultimum Dec. consil. 9. num. 34. Crauet. consil. 55. nu. 5. & consi. 159. num. 5. & Paris. consi. 49. nu. 15. & seq. in 1. uol. de quo aliàs erit dicendũ. Et ad hoc ut ex facto ratificatio comprobetur, debet taliter factum probari quod ostendatur citrà rationem fieri non potuisse, ut declarat Crauit. cons. 197. n. 12. & ratihabitio retrotrahitur, & mãdato cõparatur, c. ratihabitionẽ, ubi Din. de reg. iur. in 6. de quo habetur latè per Dec. et Cagnol. in d. l. semper, qui nõ prohibet, & per Felin. in c. sicut, il 2. col. pen. de simon. quod fm fictionẽ introductum est, nõ fm ueritatẽ, ut per Bar. & alios, in l. si quis pro emptore, de usucap. & per supraallegatos in d. l. semper, qui nõ prohibet, undè ratificans uenditionem nomine suo factã obligatur ac si principio uẽdidisset, quia ratihabitione actus dicitur meus. Socin. consil. 158. col. 3. circa princ. 2. uol. Et è contra, emens sibi acquirit, ac si a principio acquisiuisset, quod sine dubio procedit, qñ extrema sunt habilia, ut quia fiũt facta tẽpore habili, uel ante ius quæsitum, tertio uel similibus casibus, quia tũc retrotrahitur, ut hr̃ in d. l. semper, qui nõ prohibet, & in d. l. si quis pro emptore, per Dec. cons. 460. & per Crauet. cõs. 5. nu. 17. & Paris. cõs. 12. n. 110. & seq. 2. uol. De quo latius inferius dicet̃, & dẽt ratificãs aliquem cõtractum, habere plenã scientiam

2 & notitiam ipsius, quia aliàs si† ignoraret, ratihabitatio nõ valeret, ut per Cagnol. plures allegantẽ, d.l. semper, nu.21. Paris. consi. 12. nu.72. in 2. uol. & cons. 100. nu.71. 1. uol. Et propterea debet ratificare uolẽti legi Instrumẽtũ cõtractus, quod debet ratificare, ut ualeat ratihabitio. Paul. de Cast. cons. 350. De casu pręsenti. Soc. cõs. 251. col. 14. Crauet. d. cõs. 197. col. fi. & Paris. cõs. 47. n. 97. in prin. & ratificans dẽt certificari de qualitate actus ratificãdi, l. fin. C. plus ual. qđ agit, & l. 2. C. de rebus aliẽ. nõ aliẽ. Horman. d. §. Cato, nu. 519. quæ ratificatio põt fieri ẽt per absentẽ, ut p Bart. in l. q. n... §. 1. in fine. ff. rem rat. hab. & tradit. Socin. consi. 158. col. 3. in princ. et eadẽ solẽnitas quæ requiritur in confectione actus, dẽt ẽt interuenire in ratihabitione, ut cõcludit Rom. cõs. 12. Viso facto, col. fin. Aret. cõsi. 128. & seq. Mars. in practi. crimin. §. restat, n. 10. & in Rubr. de probat. nu. 347. & Cagno. d. l. sem p, n. 26. sed & sciẽdũ est, qđ si quis aliquẽ promisit contenta in aliquo Instrumento ratificaturum, intelligi debere de licitis, et honestis, nõ de his quę in se dolũ hñt. Socin. cõs. 159. col. pen. nã generalis ratihabitatio non se extẽdit ad dolo gesta, Crauet. cons. 160. nu. 5. Paris. cõs. 100. nu. 71. imò nec ẽt expressa, Curt. iun. cõs. 50. nu. 8. Crauet. d. cons. nu. 4. & Paris. d. cõs. 100. n. 69. licèt hoc ultimũ in nomine ut in casu Paris. procedat, & in ratihabitione quæ ex tpis lapsu præsumitur, ut in casu Curtij procedere possit; quod tñ videtur limitãdũ, qñ minor fecisset contractũ, ẽt in quo interuenerit dolus, et postea ipsum solemniter ratificaret, ex interuallo, quia ulterius non poterit allegari dolus, uel nullitas, ut dicit iudicatum fuisse Afflict. decis. Neap. 220. col. 2, 3. dub. & seqtur Paris. consi. 96. nu. 75. & seq. in princ.

Illud autem in hac materia nõ omittam,
3 quod si quis† promiserit aliquem ratificaturum contractum ẽt Iuramento, si ostẽdat ipsum pro quo promisit sibi fecisse mandatum ad taliter cõtrahendum, liberatur à promissione ut cõsuluit Aret. cõsi. 100. Longitudo, 1. 22. col. quem sequitur Cur. iun. consi. 63. nu. 7. & uidetur in hoc inclinare Paris. cons. 33. num. 58. in 1. uol. & Tiraq. in tract. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 10. nu. 89.

Approbabit.

SVMMARIA.

1 *Si contractus factus est noĩe alieno, is cuius nomine factus est, habens ab eo sciẽtiam si de suo præiudicio agitur nõ approbãdo cẽsetur improbare, et cõtrà si de utilitate, limita tamẽ ut hic.*

GLOSSA XIII.

Licèt quando contractus factus est nomine alieno, in cuius nomine contractum est, habens de eo sciẽtiam, si de suo præiudicio agitur, non approbando censeatur improbare; si uerò de sui utilitate, approbare censeatur, ut not. glos. & Doct. in l. si absen tis, C. si cert.
1 pet. Bart. in l. q. nu... §. 1. †rẽ rat. hab. Bald. in l. si tutor, col. 1. C. in quibus caus. in integr. rest. nõ est necessaria, Abb. & Felin. c. nonne, nu. 19. de præsumpt. Dec. in d. Reg. semper, qui non prohibet, in princ. & in cons. 58. nu. 2. & uidetur sequi Paris. d. cõsi. 33. nu. 59. Ad de Bursat. consi. 119. nu. 1. & 2. Rimin. iun. consi. 6. nu. 72. & 74. tamen, quando ex lege uel conuentione, ut in hoc casu, quis tenetur approbare, non sufficit id tacitè fieri, sed expressè implicitè, et expressis uerbis id fieri debet, uel actus reprobationi contrarij debent interuenire, ita declarat notabiliter Salicet. in d. l. si absentis, pen. columna.

Confirmabit.

SVMMARIA.

1 *Confirmatio est iuris prius quæsiti corroboratio.*
Cõfirmatio propriè est actus ad superiorẽ ptinẽs.
Confirmatio si fiat à pari, vel minore nõ dicitur propriè confirmatio, sed pro simplici approbatione accipitur.
2 *Promittẽs quòd aliquis confirmabit cõtractum debet intelligi quod approbabit, & obseruabit.*
Cõfirmare actũ satis quis dicitur si ipsum seruat.
Confirmare est simul firmare.
3 *Confirmatio nõ est actus per se stans, sed dicitur confirmatio quasi cum alio firmatio.*
Confirmatio præsupponit semper aliquod prius esse quod confirmetur.
Cõfirmatio cõmẽsuratur ad illud qđ cõfirmatur.
Cõfirmatio per ignorantiam fieri non censetur.
Confirmans an uideatur de nouo dare, & quãdo confirmatio robur sumat, & de alijs remissiuè.

GLOSSA XIIII.

Confirmatio est iuris prius quæsiti corroboratio, Host. & Goffred. in Summa, titu. de confir. uti. uel
1 inuti. Imo. & Dec. † 1. col. in rub. eiusdem tit. & Dec. in l. more maiorum, nu. 22. ff. de Iurisdom. iud. sequitur Paris. in cõs. 19. nu. 18. 1. uol. per superiorem facta, ut addit Dec. in d. rubr. Nam cõfirmatio propriè est actus ad superiorẽ pertinens, Bal. in l. fin. uersi.

versi. vlterius, not. C. de legib. vbi dicit cõfirmationem esse superioritatis manifestum signum, quod etiam tenet Abbas post Host. in c. 1. 2. not. de locat. idẽ tenet Host. in c. qualiter, il 2. de elect. & Cardin. in c. licèt, ex contrario, de elect. Felin. sequitur in c. 1. in fi. de treug. & pace, & Dec. d. rubr. in prin. Vndè, si fit confirmatio à pari, vel minori, non dr̃ propriè confirmatio, sed pro simplici approbatione accipitur, vt post glos. tradunt Abb. & Felin. in d. c. 1. in fine, de treug. & pace, & sequitur Dec. in d. rubr. Et propterea infert
2 Abb. & seq̃tur Felin. ibi, ꝙ promissio † facta, quód aliquis cõfirmabit contractũ prout in hac specie, debet intelligi qđ approbabit, & obseruabit, quia propria confirmatio non fit nisi per superiorem ut suprà, plus uoluit ibi Dom. & seq̃tur Felin. qđ si aliquis promisit cõfirmare laudũ, satis dr̃ confirmare, si cõtenta in eo obseruet: quia satis dr̃ quis cõfirmare actũ, si ipsũ seruat, & confirmare est simul firmare. Abb. in c. dudũ, in glos. in verbo, cõfirmari, de decim. & cõfirmatio idem est, qđ cũ alijs firmatio, ut dicit Bald. cons. 501. Verba Papę, vol. 5. & l. falsus, 2. col. ver. factũ verò,
3 C. de furt. vbi dicit, † ꝙ confirmatio nõ est actus ꝑ se stans, sed dr̃ confirmatio quasi cũ alio firmatio, sequit̃ Dec. d. Rubr. nu. 3. nã cõfirmatio sꝑ præsupponit aliquid prius esse, qđ confirmetur. Bald. in l. nominationis, circa fin. ver. conclude, C. de appel. vbi dicit, ꝙ confirmatio cõmensuratur ad illud quod cõfirmatur, & nõ extenditur vltrà quàm actus confirmatus se extendat, quia natura confirmationis est dare robur confirmato, non extendere, Bald. & Paul. de Cast. in l. aduersus, in fi. C. si aduersus rẽ iudic. cũ alijs allegatis per Dec. d. rubr. col. 1. ꝙ etiam tenet Crot. in l. 1. §. si quis simpliciter, nu. 10. 1. lect. de ver. oblig. Et confirmatio per ignorantem fieri nõ censetur. Socin. cons. 258. col. fi. ver. quarto An autem confirmans videatur de nouo dare, & quando confirmatio robur sumat, & de pluribus alijs similibus q̃onibus ad materiam nostram pertinentibus, ut uidendũ est per Dec. in d. rubr. & per Doct. in d. l. more, de Iurisdict. omn. iud. Et per Paris. d. cõs. 19.

Et emologabit.

SVMMARIA.

1 *Homologo verbum Græcum, quod significat confirmo, vel laudo.*

Homologo non emologo legendum.

GLOSSA XV.

Homologabit scribendum est, homologo enim est uerbũ Græcum quòd idẽ importat qđ confirmo, uel lau-
1 do, tex. est cũ glos. in l. † ne in arbitris, §. fi. C. de arbit. quod ẽt tenet Goffr. in Summa, de arbit. §. effectus, & Alb. in d. suo ver. Homologo, corruptè igitur scribũt notarij emologabit, & corruptè oẽs Doct. in d. §. fi. legunt emologo, & alibi cõi errore omnes sequuntur, licèt legendum sit homologo, ut suprà, & ità textus nouiter correcti legunt, & ita etiam legit Alciat. homologiam pro ratihabitione, in l. si quis maior, verbo, nullo cogente, ad fin. C. de transaction.

Præsens instrumentum cum omnibus in eo contentis.

SVMMARIA.

1 *In instrumento contineri dicitur id quod legi potest, immo etiam quod tacitè, & præsumptiuè ex eo colligitur, & virtualiter.*

Instrumentum dotis, in quo non adsit stipulatio restitutionis quæ à lege interuenisse fingitur, habebit executionem paratam ex forma statuti sicut continens expressam.

2 *Instrumentum dicitur etiam continere id quod virtualiter continet, vt per relationem ad aliud, nam dicitur continere id quod relatum continet.*

GLOSSA XVI.

1 Contineri in Instrumento † dicitur id, quod legi oculis potest, l. 1. vbi Bart. de his quæ in test. delent. Socin. cons. 51. 2. col. immò etiam quod tacitè, & pręsumptiuè ex eo colligitur, & virttualiter, vnde instrumentum Dotis in quo nõ adsit stipulatio restitutionis, quę fingitur à lege interuenisse, l. vni. §. 1. C. de rei vxor. acti. §. fuerat, Instit. de action. habebit etiam executionem paratam ex forma statuti, sicut continens expressam, Bald. in d. l. vni. §. 1. & in §. vbi adhuc, 6. col. C. de iure dot. & in l. ad probationem, la 1. C. de probat. vbi dicit, primum suum consilium super hac materia edidisse, quod tenet Aretin. in dicto §. fuerat, 1. col. licèt Bart. in dicta l. 1. ff. de his quæ in test. delent. indecisam reliquerit quæst. quod etiam videtur sequi Ias. num. 18. & sequent. & in d. §. fuerat, & Roman. cons. 147. Licèt hæc pars. Alex. in l. Iurisgentium, §. quod ferè, col. finali, de pactis, ubi dicit esset communem, & hanc partem uidetur sequi Felin. capit. translato, secunda col. de Constitut. licèt ibi Dec. teneat contra-
2 rium; Et † instrumentum dicitur etiam continere, id quod virtualiter continet, ut per relationem ad aliud, nam dicitur continere

id quod relatum continet, l. asse toto, vbi Bart. & alij, de hæred. instit. etiam cum suis omnibus qualitatibus, l. in testamento, de condit. & demonstr. l. 1. §. 1. vbi Bart. ff. de recept. Et quod ex eo colligitur, & probatur, tam directè, quàm indirectè, vndè mandabitur exequutioni pro omnibus tam directè, quàm indirectè contentis. Ant. de Butr. & Abb. per illum text. in c. cum olim, de cens. quod ante eos tenuit Bald. d. l. ad probationem, & sequitur Ias. l. Prætor ait, in princip. circa med. primę col. de oper. noui nũc. & Felin. dicto c. translato, licèt ibi Dec. teneat contra, & sequitur etiam Curt. iun. consilio 159. numero octauo.

Etiam.

S V M M A R I A.

1 Etiam, dictio, implicat identitatem, & de eius virtute.

GLOSSA XVII.

1 HÆc dictio implicat identitatem, l. etiam, soluto matrim. & de sui natura est implicare † casus minus dubitabiles, & ubi non est tanta, uel par ratio, quod uidetur probari ex glos. iuncto tex. in Clem. 2. verbo, Ecclesiæ, de hęre. & in l. etiam, & l. fin. C. si tut. vel cur. interuen. quod tradit Alex. cons. 23. Viso processu, col. 2. 5. vol. & sequitur alia adducens Dec. in l. qui se patris, 1. not. C. vnde liber. vbi Curt. iun. idem alia adducit num. 20. licèt Paris. in consil. 46. num. 30. & sequent. 4. vol. alios allegans, teneat implicare, & includere maiora expressis, etiam in materia stricta, & exorbitanti, & quod augeat addendo, vt ibi per eum, nu. 31. vbi allegat Dom. de Sancto Gemin. consil. 125. & 132. de quo etiam sunt videndi Moderniores, in l. 1. ff. de iurisdict. omn. iudic. & Alberic. in Dictionario suo, hoc eod. verbo, vbi latè tractatur de significatione huius dictionis, & ita hic accipitur quod per simile instrumentum fiat ratihabitio.

Per aliud.

S V M M A R I A.

1 Aliud, dictio, implicat, & comprehendit aliquid simile, & diuersum vltra expressum, & alia de materia.

GLOSSA XVIII.

1 DIctio etiam hęc, aliud, similitudinem implicat, l. si fugitiui, cum glos. communiter approbata, C. de † seru. fugit. Curt. iun. cons. 183. nu. 2. & per Paris. cõs. 158. nu. 18. 4. uol. & comprehendit aliquid simile, & diuersum vltrà expressũ, Alex. cons. 119. Quęritur, col. 2. vol. 2. & Socin. cons. 300. col. 2. vers. tertio principaliter, vol. 2. & Paris. cõs. 92. nu. 5. lib. 1. licèt quandoque impropriè ponatur, ut illud Lucę 22. ducebantur aũt & alij duo nequam, cum eo, vt not. glos. in l. non solum, §. quęritur, uerb. creditores, ff. de procur. & Alber. in Dictionario suo, verbo, alius, vbi ponit de multiplici huius verbi significatione, & quandoque etiam ad dissimilia extẽditur, ut tradit Cur. iun. cons. 38. col. fi. Et per hæc duo uerba, tolluntur ea, quę superius dicta fuere sup. in verbo, Ratificabit, quod ratihabitio potest fieri facto, in principio, & in fine illius, ubi fuit dictum sufficere, fuisse præsens factum mandatum, quia promittens aliter non tenetur facere ratificare actum quẽ promisit: nam quando sic est promissum expressè, cessant omnia illa iura, licèt faciat contra consilium Castr. 95. Considerandum est, in princ. 1. vol. & quod sufficiat tacita, sentit Alex. cons. 127. 1. col. in 5. vol. & expressè Paris. cons. 33. nu. 59. 1. vol. licèt in casibus eorum non fuerint addita hæc verba, & quod non sufficiat nisi fiat ratificatio. Castr. cons. 282. nu. 9. in 1. de quo uide Tiraquel. de retract. in §. 1. glos. 10. num. 68.

Publicum instrumentum.

S V M M A R I A.

1 Instrumentum publicum est illud cui creditur sine alio adminiculo de Iure, siue consuetudine.
Instrumentum fit solum per notarium.
Scriptura authentica fit etiam ab alio quàm à Notario.
2 Scriptura authentica differt à publica.

GLOSSA XIX.

1 INstrumentum publicum est illud, cui creditur sine alio adminiculo, de Iure, §. sed & si instrumenta, & §. † seq. in Authen. de inst. caut. & fide, siue consuetudine, c. cum dilectus, de fide instr. Innoc. in c. 1. eod. tit. Spec. in tit. de instr. edit. §. nunc dicendum, in princ. Bart. in l. si quis ex argentaris, §. si initium, in Repet. col. 3. part. quæst. nume. 5. de eden. & solum fit per tabellionem, licèt scriptura authentica non publica, fiat etiam per alios, Innoc.

Innoc. & Bald. nu. 8. in c. 2. de fide instr. & di
2 cit Abb. in d. c. 1. quòd † scriptura publica, in eo differt ab authentica, quod publica est illa, quæ confecta extitit à publica persona, scilicet notario cum solemnitatibus requisitis, authentica verò, quæ per se fidem facit, & quę non exigit aliud adminiculum, quasi ex se authoritatē habens, quod sequuntur Car. & Imola, ac Felin. ibi, in d. c. 1. licèt Dec. ibi approbet diffinitionem utramq; Instrumēti publici, licet Bar. & Abbas uelint, quod cæteræ scripturę authoritate publica authenticę, dicantur etiam publicæ, licet non sint Instrumenta publica, sed quod magis authenticæ quā publicæ debeant dici, magis communiter tenent Doct. ibi, Spec. verò d. §. nunc dicendum, ponit sex modos, quibus Instrumentum dicitur publicum, quos non admittunt Doct. in d. c. 1.

Rogandum per publicum notarium.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum ad hoc ut probet necessario fieri debet per tabellionem.*

GLOSSA XX.

1 NOtarius † debet rogari de Instrumento, & hoc est vnum de necessarijs requisitis ex extrinseca solemnitate, vt communiter not. Doct. in d. c. 1. & suprà in præludijs dictum fuit in 1. q. in 3. requisito, ex extrinseco. Quis autē sit publicus notarius suo loco dicetur.

Roborandum.

SVMMARIA.

1 *Roborare, verbum, idem sonat, quod formare seu fortificare.*
Robur debitum suorum membrorum proportionem significat.

GLOSSA XXI.

IDem est quod firmandum, seu fortificandum, & est verbum legale, de quo habetur in c. 1. in fine,
1 de eo qui mitti † in poss. causa rei seru. & in c. 1. de libel. obl. & videtur deductum à nomine robor, seu, robur, quod debitam proportionem omnium suorum membrorum importat, teste Ægidio de regimine principum c. 13. ut refert Alber. in Dictionario suo, uerbo roborari, & habetur in Vocabulario Iuris, uerbo, robur, de quo uerbo meminit Imperator in §. perficiuntur, Instit. de donation.

Cum omnibus, & singulis.

SVMMARIA.

1 *Cum, dictio, quandoq; pro continuatione quandoq; pro aduerbio, quandoq; pro præpositione ponitur.*

GLOSSA XXII.

1 DE ista dictione, cum quę † quandoque ponitur pro Coniunctione, quandoque pro Aduerbio, & qn̄que pro Præpositione, uidendus est Bar. in l. 1. §. si plures, nu. 5. in repet. de exerci. & de eius significatu, & potentia latè per Albe. in Dictionario suo dicto verbo, & Firman. in suo Repert. etiam uerbo ipso.

Clausulis.

SVMMARIA.

1 *Clausula est quæ periodus à Græcis uocatur, quod idem est quod sententia breuitatem, & conclusionem continens.*
Notarius in dubio censetur rogatus, ut in Instrumento clausulas apponat.
Clausulæ non appositæ an habeantur pro appositis, remissiuè.

GLOSSA XXIII.

CLausula est quam Græci periodon vocant, quod idem est quod sententia breuitatem, & conclusionē cōtinens, secundum Grāmaticos, & scias quòd notarius in dubio censetur ro-
1 gatus ut in Instrumento † Clausulas apponat consuetas, l. fin. vbi Bald. C. de fideiuss. latè Felin. & Dec. in c. cum M. Ferrar. col. 3. & Craue. cons. 11. col. 1. & plures alios allegat Cagno. aliàs allegata l. si librarius, nu. 10. Et an si non sunt appositæ, habeantur pro appositis, uidendus est ibi nu. 50. de quo inferius dicetur.

Capitulis.

SVMMARIA.

1 *Capitulum accipitur multis modis in Iure de quibus vide hic.*

GLOSSA XXIIII.

VOx hec, diuersis modis in Iure accipitur, nam quatuor ponunt Canon. post Io. Andr. in c. Capitu-
1 lum Sanctę † Crucis, de Rescriptis, vbi Abbas, 1. not. ponit Carmen de huius dictionis significatu scilicet.

Distinguit, minuit, locat, & collectio fertur.
Nam quandoque ponitur ut distinguat materiam à materia, & tũc dicuntur capitula, seu compilationes, ut dicimus de Decretalibus, quæ c. nuncupantur, quandoque stat diminutiuè, quia potest dici Capitulum quasi paruũ caput, quandoque stat pro loco Capitulari, ubi Canonici congregantur, & quandoque pro collectione, seu collegio ipso; In casu isto potest igitur capi primo modo, ut scilicet intelligatur de capitulis distinguentibus unam materiam ab alia, prout intelligit Bart. in l. Aurelius, §. idem quesijt, de liber. leg. de uno facto cum suis qualitatibus, vbi tractat quando dicatur vnum capitulum vel plura, quæ est alta, & profunda materia, à re nostra satis impertinens; vel potest accipi alio modo, ut declarat Alciat. in l. de cubiculis, ad fi. C. de priuil. eorum qui in sacr. pal. milit. lib. 12. scilicet, pro particula opusculi, l. 1. ff. de testam. mil. & sic intelligemus hoc sensu esse promissam ratihabitionem faciendam cum omnibus etiam particulis seu articulis instrumento cuilibet adscribi, & addi solitis.

Cautelis.

SVMMARIA.

1 *Cautela vnde dicatur, & quot modis sumatur. Cautela abundans non nocet.*
2 *Cautela laudabilis est, in qua tot um ratio agit & furor sibi nihil vendicat.*
3 *Cautelæ quæ ità vulgariter appellantur sunt potius captiones.*
4 *Aduocatus, & causidicus est in nulla consideratione si non est cautelosus.*
5 *Promittens quòd alius ratificabit etiam per aliud publicum instrumentum cum omnibus cautelis, numquid teneatur curare vt ratificare debens caueat cum fideiussore uel aliter.*

GLOSSA XXV.

CAutela, à cautione, quę idem quod securitas importat, dimutiuũ est, & aliquãdo pro securitate † ipsa ac-
1 cipitur, & idem est, quod cautio, l. si debitori, ibi, cum competenti cautela, ff. de iud. & eo sensu potest accipi in rubrica in Authen. de Instrum. caut. & fide coll. 6. & in Authen. de mand. princ. §. neque aũt homicidis, Collat. 13. hinc dicimus abundantẽ cautelam non nocere, l. testam. C. de test. de quo suprà dictum fuit; aliqñ accipitur pro prouidentia, & remedio, seu consilio, & ità accipitur 39. distinctione, c. Petrus, et 63. dist. c. quã-
2 to, & in c. Maxi. q. 3. vbi dicitur, † quod laudabilis est cautela, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vendicat, & hoc sensu potest etiam accipi quod supradictum est de abundanti cautela, ut supra intelligatur de abundanti prouidentia; accipitur etiam alijs significatibus, ut ex Dictionario Alber. d. uerbo,
3 cernere est; Cæterum, † quia omnes cautelæ quæ per Doctor. traduntur, de quibus alta extant volumina, magis ad proximum & capiẽdũ, & inuolendũ uidẽtur inductæ, & passim in malam partẽ uertuntur, captiones magis dicendæ sunt, ut Alcia. existimat in libro Pretermissorũ 1. ver. cautela, ubi dicit, dictionem hanc non omnino barbarã esse, licèt captionem elegãtius dicamus, quod intelligo, cum de cautelis his quę in malam partẽ sunt inuentæ, & receptę sermo habetur, nam uerbũ captio, pro dolo, & deceptione, & actu ipso capiendi, & decipiẽdi accipitur, l. quoties nihil, ubi Cagnol. in prin. declarat, ff. de reg. iur. secùs si de cautela simpliciter loquamur, quæ in bonã partẽ accipitur, ut in iuribus suprà adductis, de illis primis pulchrè scribit Budę. in annotationibus suis, in l. j. de Iust. & Iure, pag. 7. uafricies. i. calliditates, et astutias meras, & cõmentitia uerborum aucupia, esse simplicitati vulgari, & probitati Ciuili sæpe numero imponentia, & Iudicibus interdum inextricabilia optimo Iure persepè captiosa. Licet enim Doct. quãplures, tales cautelas, seu remedia scripta reliquerint, ut homines cauerent, ne deciperẽtur in negocijs, tamen natura hominis praua eis abutitur, & in malam partem decipiendo seruato, & profectò
4 tẽporibus istis aduocatus, † uel Causidicus, seu simplex Iurista, in nulla est cõsideratione nisi sit cautelosus & plenus hmõi cautelis, & captionibus, seu calliditatibus, & astutijs.

Sed quid importat hoc verbum in loco
5 hoc, nunquid promittens † teneatur curare ut ratificare debens, caueat cum fideiussore, uel aliter, & Bald. decidit quod non, in l. exequutorem, col. 5. ver. item cautio, nu. 17. C. de execu. rei Iudic. per text. in l. sancimus, C. de uerb. signif. licèt ibi loquatur Imperator. de uerbo. cautio, non de uerbo cautela, secus si adderetur uerbum, idonea, uel alia uerba, de quibus per Doctor. d. l. sancimus, de quo etiam inferius dicemus.

Promissionibus.

SVMMARIA.

1 *Promissio differt à dicto, & quomodo, & qualiter differat à pollicitatione.*
2 *Promissio acceptata transit in pactum.*
3 *Promissio præcedẽte interrogatione est stipulatio.*
4 *Promitto uerbum potest deseruire pollicitationi, pacto, & stipulationi.*

Consti-

5 *Constitutum quid sit.*
6 *Promittere, verbum differt an ponatur in scriptura, an uiua voce proferatur.*

GLOSSA XXVI.

PRomissio differt à dicto, quia dictũ accipimus quod uerbo tenus pro
1 nunciatum est, nudoque † sermone finitur: promissio uerò pollicitationem, pactum, & stipulationem importare potest, l. sciẽdum, §. dictum, ff. de ędil. edic. vbi ponuntur exempla; nam si dico aliquid in contractu, nulla præcedente interrogatione, nullaque subsequente acceptatione, tunc remanet dictum: & isto modo differt à promisso; si verò promitto aliquid offerendo, tunc dicitur pollicitatio, l. pactum, §. 1. ff. de pollic. tradũt Doct. in Rub. de verb. obligat, & de pollicitatione: unde dicta trad. Alcia. c.
2 1. Pareg. Iur. lib. 1. sed si † promissio acceptetur, tũc transit in pactum, quod est duorum, pluriumue in idem placitum consensus, l. 1. in princ. ff. de pact. & not. Doct. in d. rub. de
3 verb. obl. † sed si interrogatione præcedente promittam aliquid, tunc est stipulationis cõtractus, de quo Instit. de verb. obl. in prin. &
4 in l. 1. ff. eo. Igitur uerbum promitto, † potest deseruire his tribus, scilicet pollicitationi, pacto, & stipulationi addunt Doctor. in d. Ru-
5 br. de verb. oblig. quartum scilicet † constitutum, quod inducitur, quando quis constituit se soluturum, quod ipse uel alius debet ciuiliter, uel naturaliter, nulla interueniente stipulatione ex quo oritur actio, §. de constituta, Instit. de action. & habetur toto tit. ff. & C. de constit. pecun. & per Doct. in d. Rubrica, & licèt dictum uerbum promissio, possit oĩa
6 supradicta importare, tamen † interest, an in scriptura sit positũ, uel uiua voce prolatum, quia primo casu stipulatione importat, sc̃d͂o pactum, ut supradictum fuit, tract. præsenti, Clausula uerb. promisit, & tradidit Alciat. in l. sponsio, ff. de uerb. oblig. ubi illud uerbũ sponsionem, solũ stipulationem cõtinere aduersus communem sententiam defendit.

Obligationibus.

SVMMARIA.

1 *Obligationis diffinitio.*

GLOSSA XXVII.

1 OBligatio † est Iuris uinculum, quo necessitate astringimur alicuius soluendę rei, secundum nostrę Ciuitatis Iura, Instit. de obligat. in princ. cætera ad obligationem pertinentia dicentur infrà, in uerbo, obligando.

Renunciationibus, pactis, pœnis, iuramento.

GLOSSA XXVIII.

DE Renunciatione dicetur sup̃ Clausula. Et renunciauerunt, de pactis aliquid suprà dictum fuit, in uerbo, promissio, & latius dicetur infrà, in Clausula, Cum pacto, De pęna uidebimus in Clausula sub pęna, & de Iuramento in Clausula, Et ad maiorem, quia in illis locis magis conuenit eorũ materiam tractare.

Et solemnitatibus.

SVMMARIA.

1 *Solemnitas est quidquid præcipuum requiritur vltra consensum, & quidquid adijcitur formæ Iurisgentium.*
Solemnitas est facere aliquem solemnem actum secundum formam Iuris, & est quid diuersum, & differt à substantia, & forma.
2 *Solemnitas, forma, & substantia, & materia differunt.*
3 *Substantia quid sit generaliter, & quando quid dicatur de substantia.*
4 *Solemnitas duplex instrumenti, & contractus.*
5 *Notarius omittens debitas solemnitates præsumitur in dolo.*
6 *Notarius omittens debitas solemnitates in testamento potest puniri de falso.*
7 *Solemnitas intrinseca, & extrinseca.*
8 *Solemnitas alia grauis, & magna, alia leuis.*
9 *Solemnitas eadem requiritur in mutatione, & additione actus, quæ requiritur in ipsa celebratione, secus in declaratione.*

GLOSSA XXIX.

SOlemnitas est, quidquid pręcipuũ requiritur ultra consensũ, & quicquid adijcitur formatione † Iuris
1 gentiũ, s̃m Bald. in l. & in Epistola, ult. q. C. de fideicõ. & est actus indiuisibilis s̃m eundẽ, in l. sequen. & dicit idem Bal. in l. prolatã, 2. col. nu. 7. C. de sent. qđ solemnitas est facere aliquem solemnem actum s̃m formam iuris, & solemnitas est quid diuersum, & differt à substantia & forma ut declarat Innoc. in c. quod sicut, in 2. col. de elect. et Bald. clarius in l. 1. 2. col. in repet. nu. 4. C. de sacrosanct. Eccles. vbi dicit, quod licèt promiscuè utamur his uerbis, tamen differunt:
2 quia aliud † est forma, aliud solemnitas, & aliud substantia, formæ est exemplum unus contextus in testamento, interrogatio &

responsio in stipulatione. Solemnitatis exẽpla sunt, testiũ adhibitio, rogatio, scriptura, & similia requisita; Substantia est ipsa dispositio, & ipsa res, i. rei essentia, l. obligationũ substantia, ff. de act. & oblig. & alibi distinguendo declarat ipsemet Bald. in l. etiam, 1. col. C. de execu. rei iudic. quod substantia est id, quã primum res aliquid est, natura, quam primũ res talis est, solemnitas quã primũ solemnis est, & id quamprimũ deducitur ad esse, uel ad naturã esse, substantia ponit rem in quidditate, natura in qualitate, & directa solemnitas est quidã modus circa ipsa, & Bal. in locis præallegatis, sequuntur Alex. in l. de pupillo, §. qui nunciat, col. fi. ff. de noui oper. nunc. & Fel. in c. 1. nu. 6. de fide instr. sed Alc. in l. mulieris, verbo, forma, ff. de verb. signif. non omnino recedens à dicta declaratione, dicit, quod materia, substantia, forma, & solemnitas simul differunt. Materia est unde quid conficitur, ut in scipho metallum, in cõtractu consensus. Substantia est, per quam materia in certam speciem deducitur, ut in uasibus, uel uestibus, artificiũ, in emptionis contractu precium. Forma est, quæ certæ illi speciei nomen dat, in iuribus verò pro forma id requiri dicitur, quod ordinem respiciet, ut in stipulatione, quod præcedat interrogatio, & incontinenti responsio sequatur. Solemnitas actui perfecto extrinsecus accedit, ut authoritas tutoris in causa pupillorum, agnatorum consensus in mulierum contractibus; licèt Doct. quandoque promiscuè accipiant, in l. in venditionibus, de contrahenda empt.
3 Substantia † generaliter diffinitur, quæ ad rei essentiam necessariò requiritur, quapropter materiam, formam, solemnitatemque comprehendit. De substantia etiam quod quinque modis accipiatur, ponit Bald. in l. si ex precio, in fine, C. si cert. pet. Quando autem solemnitas dicatur de substantia, ponit idem Bald. in l. penult. C. de dotis promis. ubi dicit, quod quando solemnitas exigitur, qua non adhibita, obligatio naturalis non oritur, illa solemnitas dicitur de substantia: si uerò est alia solemnitas, qua non interueniẽte, nihilominus oritur obligatio naturalis, tunc non dicitur de substantia, sicut est solemnitas numeri testium, tutoris authoritas, præsentia coniunctorum ex forma statuti necessariorum, & dicit ità debere intelligi dictam l. obligationum substantia; Et est sciendum,
4 † quod duplex est solemnitas, vna instrumentum, altera contractus, prima respicit Notarium, secunda Partes, secũdum Bar. in l. si quis legatum, 2. col. ff. ad l. Cor. de fals.
5 vndè † notarius omittens solemnitates ad eius officiũ pertinẽtes, de quibus habetur in l. si librarius, per Bart. & Modern. ff. de reg. Iur. de quo suprà dictum fuit, præsumitur in dolo, quia mala fides præsumitur interuenisse, quando solemnitas est omissa, & ordo debitus non est seruatus, l. 1. vbi Bart. C. de fi. de Instr. &
6 si hoc † contingat in testamento, poterit puniri de falso, l. iubemus, C. de testam. quod etiam in casu speciali l. nulli, ubi Bart. C. de numer. libro 12. procedit, in cæteris non, licèt dissentiat Alciat. in tract. Præsumptionũ, tertia Reg. Presumptione 13. nu. 13. contra quem est communis Doct. sententia, in d. l. iubemus. Præterea,
7 † est solemnitas quædam intrinseca, quędam extrinseca; intrinseca est, quæ sine prolatorũ uerborum natura non potest uerificari, ut est in obligatione fideiussoria, quæ sine stipulatione non potest intelligi, Inst. de inut. stipulat. §. si scriptum; Solemnitas extrinseca est, quam uerborum prolatio non comprehendit, ut tutoris authoritas, & hæc ultima nõ pręsumitur, prima verò sic, l. sciendum, ubi de hoc latè per Bart. & omnes, ff. de uerbor. obligat. Est
8 etiam † solemnitas alia grauis, & magna, quę multum obstat si omittatur, alia leuis, quæ non habet immutare, nec uiciat actum, ut not. Doctor. post Bart. in l. finali, §. si uero postquam, C. de iure deliber. de quo suprà dictum fuit in præludijs, in 1. q. 1. requisito; Adde
9 etiam, quod eadem † solemnitas requiritur in mutatione, & additione actus, quæ requiritur in ipsa celebratione, secùs in declaratione: quia qui declarat, nihil noui inducit, Bart. & alij, in l. hæredes palam, §. 1. ff. de testam. latè Mars. in Rubr. de probat. nu. 345. Et similiter eadem solemnitas requiritur in resolutione, & reuocatione, quæ exigitur in celebratione, not. Bald. & alij, in l. omnium, C. de testam. Marsil. d. rubr. nu. 347. Dec. & Cagnol. in l. nihil tam naturale, de reg. iur. et idem in reintegratione actus, plures allegando tradit Marsil. d. nu. 347. Et de solemnitate quę exigitur, similis in ratificatione actus ut ibi per eum, de quo suprà dictum fuit in uerbo, Ratificabit, & idem de prorogatione actus tradit ipsemet loco pręallegato, n. 349.

Quibuscunque.

SVMMARIA.

1 *Quibuscunq; dictio, est apta omnia comprehendere.*

2 *Feudum de sui natura non transit ad hæredes extraneos, vel successores nisi sit concessum pro quibuscunq; hæredibus.*

3 *Verbum generale comprehendit inhabiles.*

GLOS-

GLOSSA XXX.

VErbum hoc latas habet habenas, & aptum est omnia comprehendere, in tantum, quòd propter ipsum
1 tenuerit † Bal. in c. Imperialē, in prin. de prohib. feudi alienat. per Feder. &
2 in c. in p̄sentia, de probat. qđ licèt † de natura feudi heredes extranei, vel successores nō admittantur, tamen si sit concessum pro quibuscunque hæredibus, venient etiam extranei, de quo habetur per Modern. in l. quædam, §. nihil, de eden. & in l. Gallus, §. etiam, & ibi Ias. dicit esse communem, de liber. & posthumis, & in d. c. in presentia, licèt pleriq; reprobent, quia huiusmodi etiam verbum generale, restringitur ad habiles, ut latè per Aret. & Socin. in d. §. etiam, & Dec. d. c. in presentia, sed clarum est, quod tale verbū generale, operatur ut ampliet significatum verbi, cui adijcitur & extendat ad latissimum, & faciat cōprehendere in dispositione quæ aliàs non cōprehenderentur, ut latè declarat plura adducendo Mars. in l. vnius, §. cogniturum, n. 19.
3 cum pluribus sequ. vbi † ostendit etiam comprehendere inhabiles, ff. de quæst. de quo etiam habetur per Alciat. in l. mouentium, ff. de verb. signif. in quib. locis est videndum.

Necessarijs,

S V M M A R I A.

1 *Necessaria dicuntur sine quibus dispositio aut periret, aut deterior reddatur.*
2 *Instrumentum corruit necessarijs omißis.*

GLOSSA XXXI.

1 NEcessaria † dicūtur illa, sine quibus dispositio, aut periret, aut deterior redderetur, arg. l. impensæ, ff.
2 de verb. signif. nam si † necessaria omittentur, corruit instrumentum. Spec. in §. instrumentum, vers. item generaliter, de instrum. edit.

Et opportunis.

S V M M A R I A.

1 *Opportunum quid dicitur quod est aptum et commodum.*

GLOSSA XXXII.

1 OPportuna † verò apta & commoda secundum Grammat. hinc opportunitas, commoditas, de qua habetur in c. cum ex eo, de elect. in 6.

Et in similibus instrumentis.

S V M M A R I A.

1 *Similitudo describitur.*
2 *Simile quid sit, & plura de simili remißiuè.*

GLOSSA XXXIII.

SImilitudo teste Boet. super Topica Tull. lib. 4. quem refert Io. Andr.
1 in c. non potest, de † præbend. in 6. est rerum singularium, uel differentium comparatio, & secundum Bald. in l. 1. col. pen. nu. 21. C. de furt. similitudo est in diuersis rebus eadem vel similis qualitas, & in l. Curatoris, 1. col. vers. tertia cōclusio, C.
2 de neg. gest. dicit, † quod simile dicitur, quod in aliquo habet differentiam, sed in pluribus habet conuenientiam, & similia dicuntur illa, quæ sunt eiusdem iuris & conditionis, ut not. Innoc. in c. dilectus, in princ. de capel. monach. & sufficit similitudinem adesse respectu rei de qua agitur, Abbas, & cæteri, c. translato, de constit. & ne tempus super inutilibus cōteram, sat erit in hac materia ubi remissionibus? Plura igitur de similitudine, & de similibus ponuntur in l. qui liberi, in prin. per Doct. ff. de vulg. & pupil. per Felin. latissimè in c. capitulum, 2. col. de rescript. & per eum, & Dec. in d. c. translato, aliquid per Alciat. in l. creditor, de verb. signif. & per Euer. in sua centura argumentorum, in loco a simili, quæ videnda sunt in locis predictis, ne merus uidear transcriptor.

Apponi solitis.

S V M M A R I A.

1 *Solitus, verbum, verificatur in vna vice, consuetus verificatur in duabus vicibus.*
2 *Notarius censetur rogatus apponere clausulas consuetas.*
Clausulæ consuetæ habentur pro appositis excepto iuramento, & constituto.
3 *Notarius potest apponere clausulas, dū actus est in fieri, secus si sit celebratus, & vulgarizatus.*

GLOSSA XXXIIII.

LIcèt verbum, Solitus, verificetur in vna uice, Cōsuetus verò, in dua
1 bus, Bar. in l. mella, per illum † tex. in vers. sed alimenta, ff. de alim. & cib. leg. & in l. 1. vers. secundo quæro, C. quomodo, & quando Iudex, ubi Paul. de Castro dicit

dicit hoc dictum Bart. communiter teneri. Alex. consf. 5. Si vera sunt, col. vltima, lib. 5. Aret. in §. non scripto, Instit. de iure nat. Corne. consf. 28. in fine, lib. 3. Curt. iun. consf. 19. nu. 4. & Ioan. de Amicis, consf. 12. num. 9. seu saltem in duabus, Afflict. decis. Neapol. 305. nu. 11. cuius tamen contrarium tenuit Bald. in l. item lapilli, col. pen. vers. octauo quæritur, ff. de rerum diuis. & quam maxima impugnat vehementia Dec. in Rubr. de consuetu. num. 4. & in l. certi condictio, §. si nummos, nu. 5. & 6. ff. si cert. pet. & in l. ut liberis, num. 11. C. de collat. tamen in loco isto, accipitur pro consueto communiter fieri, prout dicunt Doct. in locis allegatis suprà, in verbo, Clau
2 sulis, quod † notarius censetur rogatus apponere Clausulas cõsuetas, imò, habentur pro appositis, etsi non sint appositæ, ut est communis opin. Doctor. relatorum per Cagnol. in allegata l. si librarius, nu. 50. excepto iuramento, & constituto, quod de iuramento sequitur Paris. in consf. 45. nu. 40. & seq. lib. 1. ubi nu. 43. post Felin. in c. 1. n. 10. vers. restringe dupliciter, ut lite non contest. & Galliaula, in rubr. de uerb. oblig. nu. 33. declarat † no
3 tarium posse apponere dictas Clausulas, dũ cõtractus est in fieri, & sic in actu, secùs si sit celebratus, & vulgarizatus, de quo videndi sunt alij in loco p̃dicto per Cagnol. allegati.

Tam de iure.

SVMMARIA.

1 *Iuris appellatione venit ius ciuile Romanorum & sic ius commune.*
2 *Iuris appellatione hodiernis temporibus ueniunt statuta & consuetudines, non autem ius commune, & ratio.*

GLOSSA XXXV.

Tametsi quoties iuris alicuius mentio habetur, de iure Ciuili Romanorum, & sic iure communi intel
1 ligendum † sit, §. sed quoties, Insti. de iure natur. gent. & ciuil. tamen ex quo statuta & Consuetudines à iure communi sunt confirmata, l. omnes populi, cum ibi not. de iust. & iure, & l. de quibus, cum similibus de
2 legib. Intelligitur † de iure statutario uel consuetudinario, quod prius est attendendum, tamquam corrigens ius commune, ità Bald. in l. illa institutio, in princ. 2. col. ff. de hæred. instit. sequitur Socin. consf. 9. col. 5. vers. Non obstat 1. vol. & latissimè defendit Ias. in Repet. d. l. omnes populi, col. 5. & 6. vbi plures allegat, & habetur per Cels. Hug. in tract. Claus. in Claus. Secundum leges & consuetudines, in Clausulis Rescriptorum, & in Clausula Secundum, in Clausulis Compromissorum.

Quam secundum stilum.

SVMMARIA.

1 *Stilus quid sit, & quotupliciter dicatur.*
2 *Stilus vnde dictus.*
3 *Stilus ex actibus iudiciarijs inducitur nec opus est quod pro ipso iudicatum sit.*
4 *Stilus probatur per duos testes.*
Stilus ad hoc vt probetur iudex ex se debet notarios & alias personas in foro versantes super ipso interrogare.
Declara tamen ut hic.
5 *Stilus curiæ seruandus est quia habetur pro lege & pro forma etiam si sit contra ius.*
Contra stilum gesta non valent, & sunt nulla.
Iudex contra stilum iudicans facit litem suam, & punitur ac si contra ius commune iudicaret.
Contra stilum dicta & gesta falsi præsumptione non carent.
Stilus Principis tantum valet, quantum consuetudo vniuersitatis, secus in stilo iudicis non habentes auctoritatem legis condendæ.
Stilus irrationabilis, & contra ius commune debet restringi.
6 *Stilus contrario vsu tollitur.*
Stilus variabilis est, & varietatem recipit ex tempore.
Stilus consistit potius in facto quàm in iure.
Stilus qñ est varius, magis statur iuri scripto.
Declara tamen vt hic.
Stilus curiæ si sit contrarius consuetudini, ciuitatis stilo tamquam speciali cedere debet consuetudo tamquam generalis.

GLOSSA XXXVI.

Plura de stilo statui scribere, ex quo sæpè accidit de eo verba facere, & per plures ignoratur eius virtus, immò & etiam eius substãtia; Primo igitur videbimus, quid sit Stilus, secũdo, quare sic dictus, tertio, quomodo inducatur, quarto quomodo probetur, quinto quam habeat virtutem, & ro bur, sexto quomodo tollatur.

Primo igitur Stilus secũdum Pet. & Cyn. in l. 2. C. quæ sit lon. consuet. est ius non scri
1 ptum, ab vnius † iudicis voluntate sæpius stilatum, & ità etiam sequitur ibi Ang. refert, et sequitur Aret. in §. ex non scripto, vers. quæro quid de stilo, nu. 5. Instit. de iure nat. gent. & Ciuili, & Ioan. de Anan. con. 94. Viso processu,

cessu, col. 3. in fine, sed Bar. in repet. in l. de q. bus, col. 4. vers. vltra hoc, nu. 10. quem ibi sequitur Alb. ff. de legi. dicit, quod stilus est cõsuetudo, quæ respicit ordinem loquendi, scribendi, vel procedendi; & sequit Dec. in rub. de consuet. 2. col. & Mars. in cõs. 8. n. 27. Bal. verò in Rubrica, de rescr. 2. col. n. 11. loquẽs de stilo Rescriptorũ, dicit, quod stilus est forma ritè, recteque scribendi consuetudine Roman. Curiæ approbata; & sequitur Felin. in c. 2. nu. 18. de Rescriptis, alibi idem Bal. in l. 1. in princ. in lectura, dicit, stilum accipi duplici modo, Primò, pro quacumque dispositione scripta, ut in d. l. 1. vbi est talis dictio, quæ non est alibi, secundum ipsum, in l. 1. C. de emend. Iustin. C. in fine. Secundo dicitur stilus consuetudo alicuius fori iudicialis, & in l. fin. C. quæ sit lon. consuet. dicit, quod ẽt consuetudo, seu practica confirmata alicuius Curiæ, puta temporalis, vt est stilus Curiæ Romanæ à quo tamquam à forma non est recedendum: & differt à consuetudine, quia illa est generalis, & hic vnius Curiæ, vel vnius personæ, vt per Dec. d. rubr. & respicit solam scripturam, vt dicit Io. Andr. in c. fi. de consuet. & sequitur Felin. d. nu. 18. de quo tamen dicetur infrà.

Secundò vnde dicitur stilus? & Bald. in d. rubr. de Rescriptis, d. nu. 11. dicit, quod dicit
2 stilus quasi calamus, †quia olim stilo scribebatur, & in d. l. de quibus, nu. 20. in fine dicit, quod dicitur stilus, quasi stans, ad similitudinem stili ferrei, qui est stabilis, quasi ferreus, sicut scriptum est, scribe stilo ferreo, & huius mentis est Alber. d. l. de quibus, col. 33. & sequitur Felin. d. nu. 18. & cum hac sententia concordat Alciat. in d. l. 1. pen. pag. C. de sacrosanct. Eccles. vbi dicit, stilum graphium, seu pennam argenteam quo scribitur, significare, unde usus obtinuit, ut pro scriptura dicendique modo accipiatur.

Tertiò uidẽdum est, quomodo inducatur stilus, & Bart. in l. 1. nu. 1. C. quæ sit longa cõ
3 suet. tenet, solum ex actibus iudiciarijs† induci, & idem in d. l. de quibus, facit, quia stilus scripturam respicit, ut supra dictum fuit, & cum Bart. trãsire videtur Dec. d. Rubr. sed Salic. in d. l. 1. quem refert ac sequitur Aret. in d. §. ex non scripto, tenent, etiam stilum induci ex actibus extraiudicialibus, & expresso populi consensu, puto primam opinionem veriorem; Nec obstat quod dicamus stilum Cancellariæ, quia ille est quodammodo stilus vnius Tribunalis, & vnius Officij, sicut est stilus notariorum, de quo infra dicetur; quod comprobatur ex eo, qđ stilus dictus est à stilo idest calamo, uel penna, quibus scribitur, ut suprà dictũ est. Inducitur etiam stilus si s'm eum est pronunciatum, uel per frequentes actus iudiciales, ut Cassad. not. in titu. de concess. præbend. decis. 3. num. 5. nec requirit cursum temporis, sicut exigit consuetudo, ut dicit Anton. de Butr. d. c. fin. de consuet. & sequitur Dec. d. Rubr. col. 2. sed quod sit necessarium quod fuerit pro hoc stilo iudicatum, non est uerum, sicut nec in consuetudine inducenda hoc exigitur, secundum magis communem sententiam Doctor. in c. fin. de consuet. ubi Abb. n. 16. & in d. l. de quibus, Abb. in cons. 73. in 9. nu. 11. 2. uol. & Socin. cons. 99. nu. 3. 1. uol. & in stilo Corn. cons. 73. nu. 9. 1. col. 2. uol.

Quartò, quomodo probetur, et dicit Cyn. in d. l. 2. C. quæ sit long. consuet. quod proba
4 tur p duos testes, sicut regulariter† omne negocium probatur, l. ubi numerus, ff. de testib. & sequitur Io. de Amic. cons. 42. nu. 1. imò iudex debet ex se ipso interrogare notarios, & alias personas in foro uersantes super stilo, uel consuetudine forensi seruata, secundum Bar. & Flor. in l. 3. ff. de testib. per §. fin. d. l. 3. Ant. de Butr. d. c. fin. Aret. d. §. ex nõ scripto, nu. 5. in fine. Bertrand. cons. 124. nu. 4. 2. par. priorum. Steph. Aufre. in add. ad quęst. 115. capel. Tholos. & Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defectu proces. n. 26. Quod tamen declara procedere in his, quę sunt parui præiudicij, & concernentibus ordinem procedẽdi, secùs in his, quæ decisionem causæ respiciunt, quia tunc plenè debet probari de stilo, nec sufficeret sumere informationes in camera, ut not. declarat Socin. in con. 36. num. 11. & in cons. 39. nu. 28. in 4. uol. & Dec. cõs. 402. nu. 12. 483. num. 28. & de hoc uide Iac. Phil. Port. 1. lib. suarum Conclusionum ultima conclusione, limitatione 19.

Quintò uidendum est, quam habeat uirtutem hmõi stilus; & concludẽdũ est, qđ stilus
5 Curię seruandus est, †quia habetur pro lege, l. fi. C. de iniu. & habetur pro forma, Cyn. et Bal. in l. 1. C. q̃ sit longa consuet. & in d. l. de quibus, Bar. in l. Iurisperitos, ff. de excus. tut. etiam si sit contra ius Alex. cons. 240. nu. 20. li. 6. & qđ stilus sit seruãdus, est decis. Neap. 135. quidam Venetus, nu. 3. & latè tradit Paris. cons. 44. in fine, lib. 1. & Ioan. de Amic. dicto cons. 42. nu. 2. ubi latè, & cons. 143. nu. 3. & 4. Bertrand. cons. 378. nu. 1. 1. par. nouissimorum 124. nu. 3. in 2. parte, & 299. nu. 3. in 3. parte, etiam nouissimorum, in tantum, qđ gesta contra stilum non ualent, & sunt nulla, Felin. latè loquens in litteris, Sententia, & Citatione, in c. causam quę, in fine, de testibus, & in Sententia idem tradit Guid. Pap. quęst. 292. Si alicui, & in citatione trad. Marsil. in Singulari 118. Stilus Curię, & fuit decisum

cisum vt refert Afflict. dec.283.ad finem, & Iudex contra stilum iudicans, ita facit litem suam, & punitur, ac si contra ius cõmune iudicaret, Ioan. de Amic. d. cons. 143. nu. 3. dictaque gesta contra stilum, pręsumptione falsi non carent, vt latè prosequitur Felin. d. ca. 2. nu. 16. & ibi Dec. nu. 6. de Rescriptis: nã ut dicit Bal. in d. l. de quibus, num. 20. in fi. vers. è contra quæritur, quod quoties stilus infringitur, non valet quod agitur, l. sacri affatus, C. de diuers. rescrip.

Supradicta tamen Conclusio, venit declarãda, vt procedat in stilo alicuius Principis, vel maioris iudicis, qui posset legem facere, quia tunc omnia de plano procedunt, secùs in stilo alicuius iudicis minoris, legem condere non valentis, nam primo casu tantum valet stilus Principis, quantum Consuetudo Vniuersitatis, secundo non, ità declarat Alexand. cons. 39. Visis, col. fin. lib. 3. sequitur Dec. d. Rubrica, col. 2. & propterea in stilo alicuius inferioris Curiæ, est animaduertendum, quia aut est directè contra ius commune, & sic correctorium iuris communis, aut est solum declaratorius alicuius statuti, vel legis; primo casu si sit stilus Principis, aut superioris, procedit, & debet seruari: secundo uerò casu non, quia non valet contra ius commune, ità declarat Aretin. cons. 95. Respondendo, in tertio dubio, & cons. 103. In causa, col. fin. Alexan. cons. 36. Viso themate, in fine, lib. 2. & cons. 212. nu. 24. lib. 6. & Dec. d. Rubr. & tali casu quando stilus est irrationabilis, & contra ius commune, debet restringi, prout etiam regulariter fit quia est stricti iuris, Aretin. dicto cons. 95. 4. col. Socin. dicto cons. 39. num. 30. in 4. & strictissimè debet interpretari, ut non excedat suos terminos, tradit Paris. cons. 112. num. 12. 4. vol. de quo per Curt. in Rubrica, seu tractatu de consuetudine, numero 31. & sequent. vbi latè quod & declara, vt per Aymo. Crauetta in tractatu de antiq. tempor. quarta parte, numero 18. aliàs 36.

Sexto & vltimò superest videre, quomodo tollatur; in quo conclude, quod tollitur
6 contrario vsu, †sicut consuetudo, de qua habetur per Doctor. in d. l. de quibus, & contrario stilo, stilus enim variabilis est, & varietatem recipit ex tempore, ut de stilo Rom. Curiæ tradit Cassad. titu. de causa poss. & propriet. Decisione vltima, nu. 16. & propterea dicebat Hostiensis, in principio Summæ, & Lapus, Allegatione quinquagesimaprima, quod est modo albus, modo niger. Refert Staphil. in tract. de Liter. Grat. & Iusti. fol. sexto. & Cassad. de Rescriptis decisione 7. in fine, nam & consistit potius in facto, quam in iure, ut innuit in c. ex litteris, ibi, tàm iuris Canonici, quàm nostri moris, de constit. & tradit Staphi. dicto fol. 6. & quando stilus est uarius, magis statur iuri scripto. Bart. in l. 2. in princ. ff. soluto matr. & in l. solent, §. cum uerò, col. 1. de offic. procons. & Paris. consil. 27. nume. 33. 2. uolu. quod procedit, quando non constat de maiori obseruantia, & si in dubio; secùs uerò quando constat magis unum, quàm aliud obseruatum fuisse, quia tũc communiori obseruantiæ inherendum est. Dec. consil. 11. num. 12. Et si stilus Curiæ sit contrarius consuetudini, Ciuitatis stilo tamquam speciali, cedere debet consuetudo, tamquam generalis, Guid. Pap. dicta quæstione 292.

Et consuetudinem Notariorum.

SVMMARIA.

1 Stilus & consuetudo pro eodem ponuntur.

In instrumentis extendendis & declarandis est recurrendum in dubio ad stilum notariorum.

GLOSSA XXXVII.

Consuetudo licèt sit diuersa à stilo, vt supra dictum fuit, tamen quandoque pro eodem ponuntur † stilus & consuetudo, ut in c. quã graui, de crim. falsi, & declarat Dec. in dicta Rubric. de consuetud. hic magis capitur pro stilo, quam pro consuetudine, & appositum est huiusmodi uerbum, ad declarationem maiorem, & sic non obest, ut supra aliàs dictum fuit; Et scias, quod in dubio est recurrendum ad stilum notariorum, in extendendis, interpretandis, & declarandis instrumentis. Bal. in l. nostram, secunda columna, C. de testamentis, Alexander dicto consilio decimoquarto, numero uigesimo, libro sexto. Socinus consilio 277. columna secunda, uersiculo, tertio loco, Bertrand. consil. 317. 2. parte, & sentit Paris. dicto cons. 27. nu. 30. licèt stilus notariorum sit uarius, ut ibi per eum, & cons. 104. nu. 63. lib. 1. Vnde deberet haberi recursus ad ius scriptum, secundum eum de quo suprà dictum fuit.

Loci in quo talia fient.

SVMMARIA.

1 Consuetudo loci contractus est regulariter attendenda.

Quod procedit in decisorÿs, secus in ordinatorÿs,

rijs, tunc enim seruanda est consuetudo loci iudicij.

2 *Consuetudo quando non est iuri communi contraria extenditur ad loca circumuicina, ubi consuetudo contraria non viget.*

GLOSSA XXXVIII.

Consuetudo loci contractus in qua libet dispositione regulariter est
1 attendenda, quandoquidem † partes videntur habere intentionem, & mentem contrahendi iuxta consuetudinem loci vbi res agitur, vt dicit Bart. in l. cunctos populos, nu. 43. vers. sed posset dubitari de tali quæst. in fine ipsius vers. Et quod consuetudo loci contractus sit attendenda, est text. in l. si fundus, ff. de euict. & tenet Bart. plures decidens quæstiones, in l. semper in stipulationib. de reg. iur. & ibi sequuntur Dec. & Cagnol. quam opin. dicit ibi Cagnol. nu. quinto esse communem, quàm etiam tenet latè Afflic. decis. Neapol. 226. Serenissimus. quod declara procedere in decisorijs, secùs verò in ordinatorijs, quia tunc seruanda est consuetudo loci iudicij, vt Bal. sentit d. l. cunctos populos, nu. 20. & expresè declarat Bartol. post Cyn. in l. 1. 34. quæst. nu. 39. C. quæ sit longa consuet. & secundum hanc opinionē dicit pluries uidisse iudicatum Guid. Pap. quæstio. 262. Consuetudo, in fine, & scias,
2 quod † quando consuetudo non est iuri communi contraria, extenditur ad loca circumuicina, ubi consuetudo contraria non uiget, c. cum olim, ubi Innoc. de cens. Paulus de Castro, consil. 161. In præsenti causa, columna prima, circa medium, Ioan. de Amic. consil. 7. num. 41.

CLAVSVLA V.

Et Marcus filius quondam Thomæ de Galesiis de Mutina, Procurator, & eo nomine Ludouici filij quondam Alexandri etiam de Amadeis.

SVMMARIA.

1 *Procurator est, qui aliena negocia mandato Domini administrat.*

Mandatum ad vendendum rem mandantis dari potest.

Procurator habens mãdatum à Domino, etiam si non exprimeret se procuratorio nomine contrahere censetur, & præsumitur vt procurator negocium gerere.

Vendens per procuratorem non dicitur propriè vendere.

2 *Procurator à Domino constitutus non potest procuratoris officium exercere, si ignorat se constitutum.*

Procurator quomodo dicatur habere scientiam mandati, ad hoc vt officium procuratoris exercere possit.

Ratificatio ad ignorata se non extendit.

3 *Mandatum re integra reuocari potest.*

Procurator contrahens ignorans reuocationem mandati, Dominum obligat, sed dominium tranferre non potest.

Mandatum ad hoc vt sit reuocatum ritè, & tollatur facultas penitus ipsi procuratori, debet fieri notificatio reuocationis procuratori & certæ personæ cum qua erat contrahendum, uel aliàs per publica proclamata.

Venditione facta si Dominus mandatum reuocat non potest traditionem impedire.

Emptor cui fuit facta venditio per procuratorē si fuit reuocatum mandatum ante traditionem Publiciana experiri potest contrà Dominum.

4 *Venditio facta per procuratorem mortuo Domino non valet.*

Mandatum expirat per mortem mandantis.

Declara tamen vt hic.

5 *Procurator ad vendendum constitutus, non potest alium substituere, nisi in casu de quo hic.*

6 *Procurator habens mandatum à Domino ad vendendum, an possit sibi ipsi vendere, vel per interpositam personam emere, articulus qui latè hic examinatur, & concluditur pro affirmatiua.*

7 *Tutor an possit emere semet auctore à pupillo quæstio quæ pleno stilo hic discutitur, & concluditur pro affirmatiua.*

GLOSSA PRIMA.

1 Procurator † est, qui aliena negocia mandato Domini administrat, l. 1. in princ. ff. de procur. gl. in uerbo actorem, in §. fin. Instit. de curator. quæ magistraliter ponit nomina aliarum personarum, quæ aliorum facta agunt, mandatum verò ad uendendum rem mandātis dari potest, l. mandatum, & l. creditor, §. Lucius, ibi, siue uendere, ff. mand. & Procurator habens mandatum a Domino, etiam si non exprimeret se procuratorio nomine contrahere, censetur & præsumitur ut procurator negocium gerere, l. pignori, §. fin. de usucap. Bart. in l. qui in aliena, §. si is qui putabat, ubi etiam alij, ff. de acquir. hæred. not. communiter Doct. in l. 1. §. nunciatio, ff. de oper. noui nunc. & in l. post dotem, sol. matr.

Marsil.

Marsil. in l. statu liber. num. 8. ff. de quæstion. Paris. cons. 117. in fine, lib. 1. declarando & limitando, vt per Alciat. tract. Præsump. Regula 2. Præsumptione 4. Vnde, si constitisset hunc procuratorem habuisse mandatum à Domino de vendendo, censeretur fecisse venditionem nomine Domini, etiam si tamquam procuratorem non fuisset scriptum eũ vendidisse, per prædicta. Nota tamen, quod vendens per procuratorem, non dicitur propriè vendere, ratio est: quia contractus fundatur in persona procuratoris, & per obliquum pertinet ad Dominum non directè, l. quæcumque gerimus, ff. de act. & oblig. secùs in traditione, & Dominio, quia huiusmodi actus exequutiuus ad Dominum pertinet, ità Bald. in l. quòd sæpè, §. 1. in lect. antiquis. ff. de contrahend. empt. refert Fab. de Sancto Sauin. in tract. de empt. & vendit. q. 3. col. 8. in princ. ubi addit, quod sicut ille qui mandat emere, emere uidetur: ita qui mandat uendere, uidetur uendere, licet propriè non emat, neç uendat, ut suprà; Et quòd contrahens per procuratorem, non dicatur propriè & uerè contrahere, tradit Alexan. cons. 189. nu. 9. in 7. uol. de quo latè per Crot. in l. si is qui pro emptore, nu. 77. & seqq. ubi declarat, de usucapionibus.

Et est sciendum, quod procurator à Domino constitutus, non potest procurationis offi
2 cium exercere, si ignorat se fuisse † constitutum. Specul. titu. de procur. §. primo versiculo sed quid si procuratorium, & ibi Ioannes Andreas in addit. Archid. Ioan. Andr. & Dominic. in cap. is qui, de procur. libro sexto, glossa in verb. receptis, vbi Imo. in Clementina prima, eodem titulo. Bartolus, in l. si pupilli, §. primo, numero sexto, ff. de nego. gestis, ubi docet articulandum esse scientiam procuratoris; quod procedit, etiam si non ex litteris seu nuncio Domini, sed ex relatione tertij procurator de mandato notitiam haberet; Bartolus post præallegatos, in dicto capitulo, is qui, tradit in consilio septuagesimotertio. Quæritur utrum procurator, quod de iure uerum est, ut tradit Rota, decisione 145. in nouiss. Si procurator, licèt de stilo ipsa seruet contrarium, ut ibi, in fine, & Feli. sequitur in cap. sciscitatus, numero 15. de rescript. & contrarium in hoc ultimo tenet Bald. in l. falsus, sexta col. uers. circa tertium, numero 18. sed tamen opinio Bart. est communis, quam defendit Aretin. post Imolam, in l. qui testamento Domini, ff. de test am. & eam sequitur in consil. 68. Excellen. Collateralis, secunda col. & Bertrand. cons. 61. num. 15. & cons. 378. nu. 6. in prima parte, nouissimorum, & latè prosequitur Marsil. in l. si quis ne quæst. nume. 59. de quæst. & Sing. 637. Officium, licèt eam fortissimis rationibus impugnet, Curt. iun. cons. 63. ferè per totum, ubi ostẽdit eam esse falsam; Quod limita, nisi Dominus in mandato ratificasset gesta per procuratorem eius nomine, tam ante mandatum, quam post, ante præsentationem, uel scientiam mandati; & hæc est optima cautela, ut gesta per procuratorem ante receptas litteras uel nuncium, ualeant, ut docet Ioan. Andr. in addit. ad Spec. dicto uers. sed quid si procuratorium, in fine, & hoc etiam tenet Rota, in antiquis, decis. 380. prout refert, & sequitur Domin. d. c. is qui, prima col. & Marsil. d. Sing. quod sublimita secundum Ioan. Andr. in fine, d. addit. procedere si ratificans sciuit gesta per procuratorem, secus si ignorauit, quia ratificatio adignorata non se extendit, ità Oldrad. consil. 329. Has allegationes, col. pen. & ità tenent Alex. & alij, in l. Iulianus, per illum text. in princ. ff. qui satisd. cog. & Paris. cons. 143. nume. 33. 4. uol. & faciunt quæ supra dicta fuere in uerbo, Ratificabit, quam limitationem etiam non uidetur admittere Curt. d. consil. num. 6. sed postea inferius eam tenet, & magni facit. nume. 10. & allegat alios tenere, ut ibi per eum, ad quam quæst. uide Boer. decis. 274. numero 1. & seq. & latè Ant. Grauat. in add. ad. Vestr. in sua Praxi, lib. 4. cap. 5. numero 26. & seq. & Decian. cons. 18. nu. 5. 13. 1. uolum.

Sed quæro, pone quod quis constituit aliquem procuratorem ad vendendum, re adhuc integra, mandatum reuocat, quod po
3 test, l. si mandassem tibi, † ff. mand. nunquid si procurator contrahat, ignorans reuocationem, dominum obliget, & dominium rei transferat? conclude, quod obligat dominum, sed dominium transferre non potest, quod transferri sine uoluntate Domini nequit, ità Cyn. & latius Salicet. in l. mandatum, C. mand. Baldus in l. prima, in fine princip. ff. de contrahenda emptione, Fabius de Monte Sancti Saui. tractatu de emptione & venditione, quæstione tertia, col. septima, Moder. in l. eius qui in prouincia, vers. quas uerò, ff. si cert. pet. & est communis opin. ut per Imolam, & latius Felin. in cap. ex parte Decani, numero 14. & seqq. de Rescript. ubi habetur, quod tenetur dominus ad interesse emptoris, & emptori competit Publiciana ex dicto contractu, & ibi plura ad hanc materiam ponit.

Et propterea est cauendum, quando quis reuocat mandatum factum procuratori ad contrahendum, ut notificet, & intimet reuocationem procuratori, & si est factum ad

contra-

contrahendum cum certa persona, etiam tali personæ notificandum est, aliàs debet fieri generalis notificatio per publica proclamata, vt docet Salicet. in d.l. mandatũ, 2. quæst. & est communior opinio, vt apparet ex dictis per Felin. in d.c. ex parte Decani, nu. 23. vbi latissimè, & plenè iuxta sui morem declarat.

Sed si Dominus post vẽditionem factam mandatum reuocaret, nõ posset traditionem impedire, l. Papinianus, aliàs si quis prohibuerit, ff. de Public. per quam traditionem, non dominium transfertur, sed Publiciana. Emptori etiam cõtra Dominum competit, vt Bald. ibi not. & sequitur Felin. d.c. nu. 14. qui quidem Dominus, venditionem impugnare non potest, vt latè tradit Fab. d. quęst. 3. col. 7. in principio.

Quid in Procuratore vendente mortuo Domino, an valeat venditio? & uidetur dicẽdum quod non, quia mandatum † morte mã-
4 dantis re integra finitur, l. mãdatum, C. mandati, §. Rectè, Instit. eod. d.l. eius qui in prouinciam, versi. placebat, nisi sit factum ea cõditione, vt duret post mortem mandantis, vt tradit. Moder. d. versi. placebat, vbi Dec. nu. 8. & per Felin. & Dec. in c. relatum, in princ. de offic. deleg. nam tunc etiam mandatarius post mandãtis mortem exequi potest, quod procedit, si hæreditas adeatur, & sic si mandans decedat cum hærede, secùs si bona sint vacantia, vt declarat Dec. d.c. relatum, post Felin. vbi reprobat cautelam Florẽtinorum, qui in mandatis scribunt, quod mãdatum debeat durare post mortem mandantis, siue hęreditas sit adita, siue non, & eius mentis est Dec. d. nu. 8. in fine; Sed tamẽ Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de empt. & vendit. §. 1. ver. quod si res, in addit. incip. Quid si Dominus, distinguit. Aut emptor sciuit, aut ignorauit, primo casu, valeat uenditio de rigore, licèt hæredes possint ipsum doli exceptione submouere; in secundo, quod indistinctè ualeat, arg. l. uero procuratori, §. 2. ff. de sol. Et hãc sequitur Fab. d. col. 7. ubi allegat tex. in l. fundi uenditor, ff. de acq. possess. ubi habetur, quod hæredes possunt prohibere procuratorem possessionem rei uenditę tradere, etiam si defunctus tenebatur ad tradendum, & ibi nu. 8. not. Alex. hæredes reuocare posse mandatum procuratoris, quod etiam durat post mortem mãdãtis; et quod ualeat uenditio utroque scilicet procuratore, & emptore ignorantibus, uidetur sapere æquitatem: qua durat actio mãdati, ne procurator remaneat in damno, d. §. rectè, & not. in d.l. mandatum.

Sed an procurator ad uendendum constitutus sic, ex Regula, l. si procuratorem, §. 1. ff. mandati; sed uerius est, distinguendum esse, quod aut est data certa forma in mãdato Domini, ut ad uendendum talem rem pro tanto pretio, aut non est pręscripta certa forma, sed totum remissum est arbitrio madatarij, ut communiter fit, & primo casu potest substitui ex Regula antedicta alius procurator. Secundo uerò non, cum censeatur electa industria personæ, ita intelligitur l. pen. §. item adijciendum, & ibi Bart. declarat, ff. de diuers. & tẽp. pręscript. & tenent cõmuniter omnes Doct. in l. quod quis, C. de procur. Bart. & latius Ias. in l. 1. in fine, ff. de offic. procur. Cæsar. & Felin. c. fin. §. cæterum, de offic. deleg. & dicitur electa industria personæ, considerata natura negocij continentis maximam summã, & ponderositatem, & propterea non est locus substitutioni. Paris. cõsi. 47. nu. 88. & 89. 1. uol. Et propterea cauendũ est, ut in Instrumento mãdati addatur Clausula potestatis substituendi alterum, si primus impediretur procurator, quia aliàs non ualeret contractus.

Quæro, nunquid procurator habens mandatum à Domino ad uendendum, possit sibi
6 ipsi uẽdere, uel per interpositam † personam emere? quã quęst. ego habui de facto, & uidetur dicendum quod non possit, per text. expressum, in l. si in emptione, §. fin. ff. de contrahenda empt. tradit Dec. in consi. 493. nu. 11. nec enim una, & eadem persona potest esse & uenditor, & emptor, sed debet esse distinctio personarũ, l. 2. ff. de stip. seru. sed contrarium, quod imò procurator sibimet uendere possit, uel per interpositam personã emere, exẽplo tutoris, de quo statim dicetur, fac. text. in l. cum ipse, C. de contrahen. empt. ubi tutor nõ prohibetur bona fide, & palam emere rem pupilli, etiam per interpositã personam, & hoc idem in procuratore, & alijs officialibus de quibus in d. §. fin. tenet gloss. ibi, cum qua transeunt Bart. Bald. & glos. in d.l. cum ipse, ubi etiã Cyn. & hãc opin. sequitur etiam Socin. in consi. 87. 4. col. in 1. licet in hoc Salic. & Paul. de Cast. in d.l. cũ ipse, teneant contrarium.

Sed decis. præsentis quæst. pendet a decisione alterius quæst. à materia nostra non ad modum discrepantis, scilicèt, an tutor possit emere semet authore à pupillo? in qua con-
7 trouertũt Doctor. et text. uidentur † multum contrarij, fraternizant enim huiusmodi quæstiones, vt in d. §. fina. in text. & glos. & per glos. & Doct. in dicta l. cum ipse, & pro parte negatiua quod tutor emere non possit, est text. apertus, in dicta l. si in emptione, §. finali.

Secundo

Secundo probatur, per l. primam, & l. pupillus, in princ. ff. de author. tut. vbi dicitur tutorem pupillo ad sui commodum authorare non posse.

Tertio ex dicta l. pupillus, §. item ipse tutor, vbi est text. clarus, tutorē duplici officio scilicet venditoris, & emptoris fungi non posse, ad idem est text. in l. 1. in princ. ff. de rerum permut. & utrobique hoc tenet glos. sicut in stipulatione facienda debet esse distinctio personarum, d. l. 2. ff. de stip. seru.

Quarto probatur, quòd tutor in facto proprio ad sui vtilitatem author esse nō potest, in l. 1. §. fuit quæsitum, ff. ad Trebell. ubi tutor se authore sibimet hæreditatem restituere non potest.

Quinto, & ultimo probatur, tutorem a se ipso emere non posse, & ratione: quia uidemus, quod extraneus qui à Iure non prohibetur cum pupillo contrahere, etiam decreto Iudicis interueniente, sine tutoris authoritate emere bona a pupillo non potest, l. magis puto, per totam illam legem, & alijs ll. illius tit. ff. de rebus eorum, tanto minus igitur tutor, qui specialiter cum pupillo contrahere prohibetur, d. l. si in emptione, §. fin. sine contutoris authoritate contrahere poterit.

Et hæc pars comprobatur etiam authoritatibus, & 1. glo. in l. singularia, in 1. glos. circa medium, ibi, item ut sola scriptura, ubi tenet glos. quod preterquam in mutuo & pecunia, tutor cum pupillo contrahere nō possit. & in hanc uidetur inclinare glos. in d. §. fin. ibi, alij dicunt, ubi uidetur residere in ult. opin. relata, & idem uidetur tenere Bald. d. l. singularia, 4. col. & Dec. nu. 15. hoc idem expressè tenent Bald. Paul. de Cast. & Salic. in d. l. cum ipse, C. de cōtrahen. empt. Idem Bald. in l. bonorum, pen. col. C. qui admit. Imo. Rom. Socin. & Ias. in d. l. 1. §. fuit quesitum, ad Trebell. & plenè examinat Cur. iū. & tenet hanc in cōsi. 29. nu. 9. ubi dicit, opin. contrariam esse falsam, & hanc tenendam esse, quæ melioribus, & subtilioribus nititur rationibus, & hanc etiam tenet Fab. d. tract. quæst. 3. q. principalis.

Pro contraria parte, quod imò tutor emere possit, etiam sine contutoris authoritate, probatur primo per text. in d. l. cum ipse, ubi dicitur, quod tutor palàm, & bona fide bona pupilli cōparare potest, & multo magis eius uxor, & ad idem est text. clarus, in d. l. pupillus, §. sanè, ff. de aut. tut. ubi dicitur, quod etiam hoc potest per interpositam personam.

Secundo, ex textu in l. non existimo, ff. de admin. tut. ubi tutor a se ipso pecuniam mutuo accipere potest, modo palàm, & bona fide faciat; & idem habetur in l. quoties, §. nō tātū, ff. eod. ubi tutor potest sibiipsi soluere.

Tertio probatur ex textu in l. tutor rerū, ff. de admin. tut. & ibi Bart. ubi rem alteri uēditam emptore pretium non soluente, potest tutor pro se retinere pro dicto pretio.

Quarto ex textu in l. fistulas, §. 1. ff. de contrahen. empt. ubi tutor rem a patre pupilli emptam, potest sibi tradere.

Et pro ista parte maiores authoritates cōcurrunt, hoc enim tenet glos. in d. l. cum ipse, & etiam in d. l. si in emptione, §. fi. in 1. solutione, in d. §. sanè, & in d. §. non tantum, et uidetur tenere in d. l. non existimo. Idem tenet Cyn. in d. l. cum ipse, idem Bart. Bald. & Fulg. in d. §. fin. & Fulgos. in l. non licet, ff. eod. de cōtrahen. empt. Bart. in d. §. sanè, & in d. l. singularia, nu. 7. cum quo transit Paul. de Cast. & ibi Alex. nu. 5. dicit esse magis cōmunem opin. quam etiam tenent ibi Ias. & Alciat. & communem dicit Dec. licèt cōtrarium teneat. Hoc idem tenet Alex. in d. §. fuit quesitum, & Socin. allegato consi. 87. 4. col. & consi. 80. num. 14. 4. uol. & cons. 160. col. 5. ubi dicit communem, & ab ea in iudicando non esse recedendum, & sequitur Bertrand. consi. 201. nu. 7. 2. uol. & secundū quā consuluit Bald. in consi. 347. Titius gessit, 4. uol. ubi decidit ualere emptionem quā facit tutor palam, per interpositam personam, ut, si dicat, uolo quod Titius emat pro me, quia nolo nomen meum in Instrumento describi maximè interueniētibus subhastationibus, & decreto, & debito imminente; & sequitur Cagnol. in l. quo tutela, §. ui factum, num. 5. ubi dicit, ita quandoque uidisse seruari, ff. de reg. iur. Et dicitur palam & bona fide fieri, si præsentibus consanguineis uel amicis pupilli fiat: quia sic omnis cessat suspicio, C. de trāsact. l. transactionem, uel præsente Iudice, l. fin. ff. quod metus cau. ita Bart. in repet. l. frater à fratre, antepen. col. nu. 51. ff. de condic. indeb. facit l. palam, de uerb. signific. sequitur Alex. d. l. transactionem, in fine, & latè Ias. & Dec. in d. l. singularia, Clam verò fieri dicitur multis modis, quos prosequitur Dec. d. l. singularia, num. 14. & in d. §. ui factum, vbi Cagnol.

Et tenendo hanc partem quæ seruaretur in practica propter authoritates prędictas, iuribus contrarijs responderi poterit, ut respōdent Doct. tenētes hāc opin. & primo, ad text. in d. l. si in emptione. §. fin. quod nō procedit, quando palàm, & bona fide quis emit, d. l. cum ipse, & d. §. sanè; Et idem respondetur ad l. primam, & l. pupillus, & d. §. item ipse tutor. Et ad alia iura exigentia distinctionem personarum, responderi potest ut respōdet Cyn.

det Cyn.in d.l.cum ipse,quia illa procedunt, quando quis uno & eodem nomine emit, & vendit,secùs si uendat vt tutor, & emit vt Titius,& ita etiam declarat Bar.in d.l.2. in con 3
trarium allegata,licèt ibi teneat hoc solũ procedere,quando tutor necessitate præcedentis contractus sibimet tradit, sed eadem ratione 4
hoc procedit,etsi non præcedenti contractu, sed præsenti gesto hoc agit; & ita etiã rñdet Socin.d.consi.87.4.col. Ad §. fuit quæsitum, potest respõderi vt respondent Bart.& Alex. ibi, quod procedit in restitutione iuris, non facti,vel secundum Imol.Rom.& Alex. ibi, quando restitutio mixturam iuris & facti cõtinet. Ad vltimum videtur responderi posse, quod non videtur mirum, si tutor decreto Iudicis possit emere absque alia contutoris authoritate, quod non potest extraneus: quia si extraneus emit, tutor authorare debet, quia extat tutor,alias nõ valet vẽditio; sicut est in Adulto,habente curatorem, quia si sine eo emptio facta est, viribus nõ subsistit,l. si curatorem habens, C. de in integr. restit. sed si emit tutor, nullus dicitur tutor extare, quia ipse habetur ac si non esset tutor, & sic debet valere emptio sicut valet adulti, d.l.si curatorem, & propterea Iudex decreto supplere põt,quia qñ non extat tutor, vel est absẽs,supplet pro eo,l.bonorũ,ubi Bal.in prin. C.q admit.l.si infanti,in fin C.de iur. delib.

Sed tamen his duobus vltimis fundamentis non videtur iure responsum, per ea quæ quo ad primum tradũt Socin.& Ias.d.§. fuit quæsitum, & Curt.d. cons. Nec ẽt hæc vltima responsio ad rationem Curt. aliquid facit:quia quãdo sumus in his quæ copulatiuè exigunt & decretũ iudicis, & tutoris authoritatem, certum est, alterum non sufficere, l. fi.& ibi glos. C.si propter pub.pẽsit.ita Bart. quem cæteri communiter sequuntur, in d.l. si curatorẽ,& Iac.Butr.& Salicet.d.l. bonorum,& propterea uidetur dicendũ,quod opinio cõtraria verior sit, nec contra eã aliquid faciant iura in contrariũ adducta,ut respondent Doct.tenentes hãc partẽ, & 1.d.l.cum ipse, non obst.quia intelligitur ẽm Socin.in d.§.fuit quæsitum, quando emit tutor a contutore bona fide, & palàm, secùs si à semetipso,& ita dẽt intelligi d.§.sane, & dicit Curt. d.consi.nu.11.quod inuitis dentibus necesse est fateri ita esse, & ad alia potest responderi ut respõdẽt Dec. & Alciat.in d.l. singularia, unde ad euitandũ amaritudines,cautius erit, si tutor per interpositam personam emerit, uel,& melius,si à cõtutore,& quod hic dr̃ in tutore, idem erit dicendum in procuratore emẽte,quia debet a Domino emere, licèt putarem etiam posse substituere (iuxta ea quæ suprà in præcedenti.quæst. dicta sunt) alium ad uendendũ, & ab eo emere, uel alij amico de quo cõfidere possit, vẽdere, q ex post sibi reuẽdat, licet p p auctoritates prædictas pro hac2 opi.adductas,crediderim ẽt venditionẽ à semetipso sibimet factã, defendi posse.

Prout de suo speciali mandato.

SVMMARIA.

1 Prout, dictio, diuersimodè accipitur similitudinariè, causaliter, cõditionaliter, & limitatiuè.

Prout, dictio, quãdo apponitur in dispositione ab habente potestatẽ disponẽdi importat causam non aũt conditionẽ, & statur dispositioni, licet de relato non constet, nisi constaret cõtrarium.

2 Confessio facta respondẽdo positionibus prout in tali Instrumento non ponit quidpiam, & est necesse producere Instrumentum.

3 Mãdatum est officium ab eo qui gratuito suscepit exhibendum.

4 Mandatum speciale ad vendendũ exigitur, uel generale mandatum cum libera, & plena administratione.

Mandatum cum libera quibus uerbis deprehendatur factum.

5 Procurator habens mandatum cum libera, poterit etiam vendere, & alienare.

6 Mandatum cum libera ex aliquibus appendicibus restringitur.

Procurator generalis cum libera non potest alienare ea quæ verisimiliter Dominus non esset distracturus.

Mandatũ generale non comprehendit id, quod quis non fuisset specialiter mandaturus.

Mandatum speciale quale dicatur, & mandatum generale.

Procurator non habens mandatum speciale, vel generale cum libera, vendens dominium non transfert, sed si pretium sit conuersum in vtilitatẽ Domini, emptor poterit se tueri donec sibi restituatur.

Mandati fines sunt custodiendi.

7 Mandatum procuratori factum censetur secundum consuetudinem mandantis.

Procurator quamuis hoc expressè non habuerit in mãdatis, poterit nihilominus in venditionis Instrumẽto apponere obligationes bonorum, & omnia pacta pœnalia solita.

Mandatum non habere, uel habere insufficiens paria sunt.

Procurator habens mandatum generale, vbi speciale requiritur, dicitur falsus procurator.

GLOSSA SECVNDA.

Dictio, prout, diuersimodè accipitur: aliquando similitudinariè, l.prout quisque, de solut.aliquãdo causaliter, ut de

vt de verbo secũdum, quod idem importat, est text. in c. Abbate Sancti, de uerb. signifi. aliquando conditionaliter, ut per Bartol. & alios, in l. admonendi, de iureiur. & Felin. c. 2. nu. 10. & sequent. de rescr. & Gramm. decis. 59. num. 18. & sequent. aliquando limitatiuè l. edita, C. de edend. prout latè prosequitur Bart. in Extrauag. Ad reprimend. uerbo, prout, & in d. l. edita, ubi Modern. & ita hoc vltimo modo accipitur hic: quia adijcitur actui de præterito, scilicet dicto mandato celebrato, & est sciendum, quod quando apponitur huiusmodi dictio ab habente potestatem disponẽdi, in dispositione, tunc importat causam, non autem conditionem, ut est communis opin. Doctor. post Bart. in d. l. admonendi, & in l. pen. C. de Institut. & substitu. de quo latè habetur per Felin. in dicto cap. secundo, nume. 10. & sequent. Et statur dispositioni etiam quod de relato non constet, secùs tamen, est si de illo constet, & appareat continere aliter quam relatum fuerit, tũc enim cessat dispositio, & uiciatur, cum per errorem facta præsumatur, ita Card. consilio 111. De singulis, 1. col. Alexand. consilio 9. Ponderatis his, col. pen. versiculo, & hoc saltem in casu nostro, uol. 5. Felin. in c. quoniam Abb. prope finẽ, de officio delegati. Dec. d. l. edita, numero 86. & in dicta l. pen. numero secundo, & in d. c. 2. 3. col. de rescript. & d. c. quoniam Abbas, in fine, & consil. 63. 3. & 4. col. & Curt. iun. consil. 92. numero 8. & sequent. & Ripa, in l. admonendi, prędicta, num. 36. & Alciat. d. Auth. Si quis, in aliquo, 2. pag. Et propterea infertur ad propositum, quod etiã quod hoc loco staret huiusmodi dictio causaliter, tñ si in Instrumento mandati cõstaret aliter quã in hoc refertur, vt quia nõ est speciale ad uendendum, etiam quod pars scilicet mandans, hoc fateretur, non propterea sustineretur dispositio, per prædicta.

Facit, quia si pars respondendo positionibus, confitetur prout in tali Instrumento, nõ dicitur confessa, si in eo nihil ad propositum
2 legatur † Bald. not. in l. 2. C. de error. aduoc. col. 2. versiculo. Vlterius nota, & propterea ut confessio operetur, debet Instrumentum ad quod habetur relatio, exhiberi; Spec. tit. de teste, §. qualiter, versic. quid ergo si fit ex aduerso. Alexand. consil. 3. In causa, & lite, in princip. 2. uol. Felin. in d. c. 2. num. 13. de rescript. & in c. cum venerabilis, num. 24. de except. talis enim confessio limitata est, ut tradit Roman. consi. 294. Hæc cõfessio Dec. consi. 63. nu. 6. & in d. l. edita, nu. 86. Corn. consi. 9. in fine, 1. uol. Curt. iunior. d. consil. 92. num. 10. & Marsil. in l. qui ignorans, nu. 4. ff. ad legẽ Corn. de fals. quod est notandũ, quia etiam in huiusmodi facto vidi aliquos errare.

3 Mandatum † est officium ab eo qui gratuito suscepit exhiberi, glos. in rubr. ff. mand. & Instit. de mandato in principio.

4 Et mãdatum speciale ad uendẽdum † exigitur l. procuratorẽ, & ibi not. C. de procur. uel generale mandatum cum libera, et plena administratione, l. procurator tutorum, & l. procurator cui generaliter, ff. eod. & dicitur quis constitutus cum libera, quando per uerba expressa apparet de mente constituentis, uel per æquipollens: ut si sit dictum, procuratorem omnia agere posse quæ Dominus posset; uel si promisit Dominus habere ratum omnia quæ gesserit procurator, ut per Bart. in d. l. procurator cui, & latius p. Fab. de monte Sancti Sauini d. q. 3. col. 6. uersi. sextodecimo quæro, & dicit Ang. in Auth. de collation. §. ad hoc prohibemus, in fine, Collat. 9. quod si procurator est constitutus hac forma a Domino, Do tibi potestatẽ agẽdi, et administrandi meum patrimoniũ quod habeo, ut tu facere possis quæ ego facere possũ; per hoc mandatum censetur translata omnis potestas in dictum procuratorem, & ideo poterit uendere, & alienare, l. creditor, §. Lucius,
5 ubi Bart. ff. mand. & † ita pronunciatum fuisse in Neap. Cõsilio refert Afflict. decis. 301. In causa Martoni, ubi plura ponit. Facit qd not. gloss. in c. 2. de offic. Vicar. in 6. & not. Doct. in c. qui ad agendum de procur. in 6. latè Ias. post alios in l. si procurator, 2. col. C. eod. tit. & Paris. consi. 78. num. 29. 1. uol. Est animaduertendum ad duo. in hoc procuratore generali cum libera, primò, quod in quolibet mandati Instrumento, ponitur
6 Clausula illa, Dans plenum † mandatum, cum libera administratione omnia gerendi, quæ gerere posset ipse constituens si præsens esset, sed solet addi, in prædictis, & circa prædicta, & ab eis dependentia, quæ verba, si addantur, mandatum ipsum non extenditur vltra casus expressos, & contentos in eo, & tali casu non censeretur concessa libera administratio; ita declarat Card. consilio 59. numero primo. Socinus iun. consilio vigesimosecundo, numero 29. 3. vol. Alexand. in consi. 22. Viso Instrumento, in fine libro primo, & consi. 21. num. 5. lib. septimo nisi etiam sit addita alia Clausula, etiam si mandatum exigeretur speciale, secundum Bald. in consi. 138. Factum sub hac forma, nu. 5. lib. 5. ad quæ est uidendus Dec. consil. 493. & Ruin. consil. 59. numero quinto, in 5. Secundo, quod procurator generalis cum libera, non potest alienare ea quæ verisimiliter

liter

liter Dominus non esset distracturus, ut latè trad. Fab.d.quæst.3.col. 6. & propterea non est tutum ponere se in hoc discrimine, secundum eum ibi, sed quærere mandatum speciale, cum in generali non ueniat id, quod quis non fuisset specialiter mandaturus, capit. generali, de reg.iur.in 6.& capit.cum in generali, de offic. Vicar. eod..& idem est in ratificatione quam quis facit de venditione, quia non censetur ratificare, uel approbare ea, quæ in specie non fuisset approbaturus, ut per Corn.consil.269.col.1. lib. 1. Et dicitur mandatum speciale, quando quis constituit procuratorem ad alienandum, licèt non dicatur ad vendendum hanc, vel illam rem quia tunc diceretur mandatum singulare, ut tradit Alex.post alios quos allegat, dicens hanc opin.esse communem, consil. 189.nu. 7. lib. 7.Dec.consil.27. num.3.& Vant.in tract.de nullit.in titulo de nullit.ex defec.inhabi.seu man.comp.nu.96.sed si procurator non habens mandatum speciale uel generale cum libera, ut suprà, venditionem faciat, nil agit, nec enim dominium transfert, dicta l.procurator tutorum, sed si precium in utilitatem Domini conuersum sit, emptor possidēs posset se exceptione tueri, donec sibi restituatur, arg.l.prædiorum, & l.si prædium, C.de prędiijs minor. & trad. Fab. loco præallegato: diligenter namque fines mandati custodiendi sunt, & forma eius est obseruanda, aliàs non obligatur mandans, l.diligenter, in princip.vbi Bald.ff.mand.l.si procurator, ubi Ias. post alios, C.de procur.trad. Felin. in capit. cum olim, de offic.deleg.quam materiam latissimè exornat Paris. in consilio 47. numer. 41.cum alijs seqq. 1. vol.Item est sciendum, quod mandatum factum procuratori, censetur factum secundum consuetudinem mandantis, & propterea consueta mandati poterit procurator exercere, l. vel vniuersorum, vbi Bartol. & alij, post glos.ff.de pignor.act.
7 cum † alijs traditis per Paris. dicto consilio 47. numero 86. Et poterit procurator etiam quod expresè non haberet in mandatis, in venditionis instrumento apponere obligationes bonorum, & omnia pacta pęnalia, solita, ut est text.& ibi not.Baldus, & Ang.in l. bene à Zenone, ad fin. princ. de quadri.præscrip.& idem tenet Bart.in l.si procurator, ff. de iure fisci, Fab.d.3. quęst. princ.16. q. in fi. seq.Dec.in l.Ciuitas, nu.12.si cert.pet.& Felin.c.cum M.Ferrar.3.col.vers.et hinc est, de Constit.Rom.consi.94.Visis his quę narrantur, nu.7.& consi.114. Visis suprà consultis col.2.Curt.iunior, cons. 147. nu. 16.& nota quod paria sunt, non habere mandatum, & habere insufficiens, vt tradit Bald.in l.si procurator, col.fin.vers.extra not. ff.de condict. indeb.intantum, quod dicit idem Bald. in c. nonnulli, 1. col. per illum text. de rescript. quod dicitur falsus procurator, qui habet mandatum generale, vbi speciale requiritur, quod refert, & sequitur Ias. in l. licèt, 1.col. C.de procur. licèt Baldus ipse, in l.falsus, 1. col. C.de furt.aliter loquutus fuerit, dicens hunc non esse propriè falsum, sed insufficientem procuratorem.

Constat ex instrumento rogato per ser Gabrielem de Tassonibus, notarium publicum Mutinæ.

S V M M A R I A.

1 *Emens à non habente mandatum constituitur in mala fide.*

Declara tamen vt hic per auctorem.

Defectus mandati etiam in iudicialibus est insanabilis ita vt nec signatura Papæ ipsum non suppleat etiam refectis expensis.

Mandatum non probatur ex uerbis narratiuis in instrumento descriptis.

2 *Mandatum in facto consistit, & ideo probari debet.*

Mandatum præsumitur in præiudicium procuratoris, non in præiudicium Domini, & ratio.

3 *Mandatum in antiquis ex diuturnitate temporis etiam ex mille annorum lapsu, non præsumitur secundum plerosq́.*

Contrariam tamen sentētiam alij sunt amplexi. Et utraq́ teneri potest.

Mandatum non præsumitur ad excusandum quem cum aliquo nomine alieno contrahentem nisi aliquam habuerit iustam credulitatis causam.

Mandatum in antiquis præsumitur, quando re vera constat de mandato, licèt non constet de solemnitatibus in eo necessarijs, lim. 1.

Mandatum in antiquis præsumitur, quando agitur de causis, minus perfectas probationes exigentibus, & quæ præsumptionibus, & coniecturis contentantur lim. 2.

Mandatum in antiquis præsumitur quando quis dicitur constitutus ad faciendum, qui uerisimiliter sine mandato non fecisset, ut in eo qui soluit pensionem pro alio, lim. 3.

Mandatum in Vicario Episcopi præsumitur lim.4.

Mandatum in antiquis præsumitur causa custodiæ, quia si per longum tempus fuerit facta custodia præsumitur mandatum præcessisse, lim.5.

Mandatum in antiquis præsumitur, si probetur iura causæ tradita fuisse per Dominum procuratori lim. 6.

GLOSSA TERTIA.

EMens à procuratore alicuius, caue
re debet, ut mandatum inspiciat,
& consideret, quia debet bene no
1 scere personam cum qua† contra
hit, l. qui cum alio, cum ibi not. de reg. iur. nã
si emat à non habente mandatum, constitui-
tur in mala fide, ut not. Bart. in l. cum uir, ad
fi. ff. de usucap. & in l. qui fundum, §. si procu
rator, ff. pro empt. Bald. in l. 1. nume. 2. C. de
reb. alien. non alien. sequitur Alex. in l. qui
aliena, nu. 11. ff. de acquir. hȩredit. & in cons.
35. nu. 4. 7. uol. Felin. in c. sicut, num. 31. uers.
sexto aduerte, de re iudic. & Marsil. in l. si
quis ne quæstio, num. 86. ff. de quæst. sequi-
tur Ruin. consilio 68. numero 23. 1. uol. Sed
si emptor non uidit mandatum, uel de eo
aliter non perquisiuit, sed iusto errore du-
ctus credidit uendentem esse procuratorem,
& habere mandatum, ut quia id sibi à fide
dignis personis testatum extiterit, bonæ fi-
dei emptor habetur, quæ bona fides est ha-
bilis ad usucapiendum, l. si. ff. pro empt. not.
Bart. in dicta §. procurator, & Bald. in dicta
l. 1. 2. col. & Alex. consilio primo. Pondera-
tis his, col. penult. uol. quarto, & Felin. dicto
capit. sicut, & Ruin. dicto consilio, numero
23. Marsil. dicta l. si quis ne quæstio, numero
84. talis tamen titulus putatiuus, non suffi-
ceret, ut per Corne. consilio 259. littera N.
libro primo, & Balb. tract. de præsumpt. in
1. quæst. 2. partis, 3. part. principalis, nu. 5. &
Boer. decis. 281. num. 16. nec sufficeret quod
Dominus teneretur de euictione ex contra-
ctu dicti asserti procuratoris, ut declarat A-
lexand. consilio 191. numero 5. 6. uol. nam
defectus mandati etiam in iudicialibus est
insanabilis, adeò, quod etiam signatura Pa-
pæ non supplet mandati defectum, etiam re-
fectis expensis, ut tradit Staphil. in tract. de
liter. Grat. & Iust. fol. 146. & Gom. in com-
pendio utriusque signat. num. 72.

Est tamen sciendum, quod mandatum
nõ probatur ex dictis uerbis narratiuis in in
2 strumento descriptis, ut tradit Bal.† in rubr.
C. de fide instr. 4. col. nu. 12. & in Authen.
Si quis in aliquo, in fine, per illum text. C.
de eden. quem ibi communiter sequuntur
Doct. tradit. Felin. post alios, in cap. fin. de
fide instr. & in cap. cum in iure peritus, col.
fin. de offic. deleg. Alexand. consilio 71. Le-
cto & discusso, 4. col. 3. uol. Pet. de Anchar.
consi. 301. Viso, nam qui allegat mandatum
interuenisse, quod in facto consistit, l. consi-
lio, in fine, de curat. furios. probare debet, qa
non pręsumitur, l. 1. C. de probat. l. in bello,
§. factȩ, ff. de captiu. & postlim. reuers. Dec.
consil. 437. duplicato consilio 672. & Paris.
cons. 2. num. 26. 2. vol. quod declara proce-
dere in præiudicium Domini, secùs autem
procuratoris, quia probant inter ipsas par-
tes dicta verba enunciatiua, l. optimam, C.
de commit. & contrahens stipul. Bal. & alij,
in d. Authen. Si quis in aliquo, & per Cra-
uet. cons. 196. nu. 6. licèt in d. Authen. Dec.
nu. 34. etiam velit inter ipsas partes non pro-
bari mandatum, ex quo ad aliud partes rela-
tionem habent, ut ibi per eum, per text. ibi;
Sed quod in præiudicium ipsius procurato-
ris probetur mandatum ex cõfessione ipsius
procuratoris incidenter facta, tenet Roman.
cons. 63. Solum est, limita tamen quod dictũ
est, quod uerba huiusmodi enunciatiua inter
easdem personas probant, procedere, si quod
refertur, sit clarum, & sic relatio sit certa, ut
quia plenè narratur factum, secùs si fiat nar-
ratio de eo quod incertum, & imperfectum
est, nec per huiusmodi relationem appare
quid relatum contineat, ut declarat Socin.
cons. 266. col. 2. Rom. cons. 305. Quoad septi
mum, col. fin. & Alciat. d. Authen. Si quis in
aliquo, ubi Dec. nu. 40. secundo limita quan-
do de relato constat aliter quam sit relatum,
quia partes præsumuntur errasse, & staretur
relato, ut per Dec. d. nu. 40. de quo etiam su-
prà dictum fuit super verb. prout.

Sed nunquid in antiquis ex diuturnitate
temporis mandatum pręsumatur? & non prę
sumi, sentit Bal. in d. l. 1. C. de reb. alien. non
3 alienand. † & expresse hoc tenet in l. 2. vb
etiam sequitur Salciet. C. si ex fals. instr. vbi
tenet, etiam ex mille annorum lapsu manda
tum non præsumi, & hoc sequitur Alex. in d.
l. qui in aliena, num. 11. & in l. sciendum, nu-
me. 20. ff. de verb. oblig. & dicto consil. 191.
nu. 7. in 6. dicto cons. 1. penult. col. in 4. & di-
cto consil. 35. num. 4. in 7. vol. Felin. in d. ca.
sicut, nu. 31. versi. sexto aduerte, de re iudic.
Curt. sen. cons. 49. nu. 19. Afflict. decis. Nea-
pol. 345. Sunt anni quadraginta, Socin. con-
silio 80. 2. col. 3. vol. Dec. cons. 215. nu. 2. latè
Balb. tract. præscript. 1. parte, 3. partis princi
palis, nu. 28. & sequent. & Marsi. plures alios
allegans, in l. si quis ne quæstio, nu. 85. ff. de
quæst. & in Singul. 323. Diuturnitas. Brun.
tract. de forma, sub Rubrica, de probat. &
præsumptio. form. colum. 11. versiculo, præ-
dicta restringuntur. Et hanc Conclusionem
tanquam communem, sequitur Paris. con-
silio 47. nume. 36. & seqq. 1. vol. consilio 2.
num. 27. in 2. & consilio 36. num. 4. in 4. vol.
Hormano. in Repet. §. Cato. libro 4. ff. de
verbo. obligat. numero 300. & sequitur Al-
ciat. in dicta Authen. Si quis in aliquo, &
Bertrandus consilio 200. numero 9. 2. vol.

& secun-

& secundum hanc disputando concludit Cagnol. in l. velle, non creditur, nu. 19. de reg. iuris.

Contrariam tamē opinionē scilicet, quod ex diuturnitate pręsumatur in antiquis mandatū, consultus rñdit Bald. sibi contrarius, in cons. 337. Inprimis uidēdum est, col. 3. vers. item qa inter dictas partes, iuncto vers. quo ad fin, 1. vol. licèt allegetur sub alio nu. in 3. vol. & secundum hanc opinionem consuluit validissimis rationibus Cur. sen. sibi etiam contrarius, in cons. 77. vbi dicit Bald. in loco in contrarium supra allegato, loquutum fuisse sine lege, & sine iure, ex suo capite, & sine intellectu, ut ibi per eum; & in hac opinione videtur residere Ias. in d. l. sciēdum, in Repetit. 9. col. per text. in l. 2. C. de petit. hæred. ad quem dicit nunquam bonū vidisse responsum, & contra Bald. in loco in contrariū allegato cōsuluit etiam Thom. Displouat. & obtinuit, ut ipse refert in addit. ad Alex. in d. l. qui in aliena, ubi dicit magis esse standum opin. Doct. consulentis, q̄ legentis, de quo ultimo latè habetur p Neuizan. in Silua nupt. lib. 5. nu. 26. & dictum Baldi in d. l. 2. in contrarium allegatum, dicit Socin. semper uisū sibi fuisse dubium, in cons. 46. 2. col. 3. vol. & quod ex longissimo tempore saltem 30. annorum præsumatur solemnitas mandati, tenet Alex. sibi contrarius d. cons. 1. col. pen. vers. confirmo, lib. 4. & Crot. in Repet. d. l. sciendum, nu. 12. quem sequitur D. Siluester Aldobrādinus, in addit. d Horman. d. §. Cato, nu. 300. & Dec. etiam sibi contrarius, in cons. 199. nu. 5. & 297. col. 2. & in l. 1. nu. 9. C. qui admitti, vbi in eam partem ibi inclinat Ias. sed ibi Curt. iun. nu. 30. tenet, quod mandatum non præsumitur ad excusandum quem cum aliquo nomine alieno contrahentem, nisi aliquam habuerit iustam causam credulitatis, ut habetur in l. fin. ff. pro empt. Cagn. d. l. uelle non creditur, ff. de reg. iur. & secundum hanc opin. quod præsumatur, iudicauit Rota per res instantias, in causa quadam Tridentina, ut refert Cassador. in tit. de procur. decis. 3. Lata erat sententia, ubi latè prosequitur. quem refert, & sequitur Dom. in Compend. utriusque. Signat. nu. 73. Et sic patet, qđ opiniones & authoritates, sunt pro utraque parte, adeò, quod Iudex parum erraret, si magis uni, quàm alteri parti inhereret; quia etsi pro prima sint plures Doctor. * eam tenentes, pro secunda fuit iudicatum in Rota ubi sunt duodecim consumatissimi uiri Auditores, ut tradit Gom. in proœm. Reg. Cancell. nume. undecimo à quorum sententia non temerè est recedendum.

hac q. ... e Bo... Decis. ... & ... u. in ... de an ... temp. ... ar. nu. ... t seq.

Sed tenendo etiam primam opinion. illa uenit limitanda, quando constat de mandato licèt non constet de solemnitatibus in eo necessarijs, quia tunc, ex quo non tractatur de actu introducendo, sed de introductum supplendo, facilius præsumitur mandatum, ut in simili tradit Alex. in consilio 50. In causa, & litè, col. tertia, uol. 5. & tradit Dec. in puncto, in consilio 36. numero octauo, & sequitur Hormano. in dicto §. Cato, nu. 300. & ità uidetur intelligendus Dec. quando scilicet constat de mandato, & sic de actu introducto, secùs, si solum de eo habetur mentio in alio instrumento, quia tunc non censetur de eo constare, ut Alex. declarat d. col. 3. licèt Dec. ipsum pro se alleget, & Dec. sequitur Cassad. d. decis. 3. nu. 4.

Secundò limita hoc non procedere in causis minus perfectas probationes exigentibus, & quæ præsumptionibus, & coniecturis contentantur, quia, ex quo propter diuturnitatem resultat præsumptio magna, quod mandatum interuenerit, si de eo facta est mētio, tunc præsumetur mandatum, ut in causa finium respondit Dec. cons. 42. col. 6. & 7. Sed tenendo dictam conclusionem, quod non præsumatur mandatum, etiam in his causis quæ leuioribus probationibus contentantur, limitatio non uidetur procedere.

Tertiò limita in procuratore constituto ad aliquid faciendum, qui uerisimiliter non fecisset sine mandato, ut in soluente pensionem pro alio, exemplificat, & decidit Rota, in tit. de caus. poss. & propriet, decis. 52. in antiq. sequitur Cassad. d. decis. 3. Felin. d. capitol. sicut, num. 31. in fine. Socin. dicto consilio 40. 2. col. & idem Curt. d. cons. 77. num. 23. in fine. Dec. dicto consilio 36. numero octauo, & consilio 42. numero 10. & declarat Cagnolus in dicta l. uelle non creditur, num. 19. col. 3. uersiculo rursus quando pro alio.

Quartò limitat Felin. in dicto capit. sicut, dicto numero 31. in mandato Vicarij Episcopi, quod præsumitur, si non negetur, & rationem ponit, plura allegans Cagnol. in dicto l. uelle non creditur, numero 19. col. 3. uers. quando enim quis pro Vicario.

Quintò limitatur per Alexan. in addit. ad Bart. in l. si uxor, §. si quis uxorem, ff. ad l. Iuliā de adult. quem refert, & sequitur Afflict. dicta decis. 385. nu. 8. non procedere in mandato custodiæ, quia si per longum tempus fuerit facta custodia, pręsumitur mandatum præcessisse.

Sextò limitatur, qñ probatꝰ iura causę tradita fuisse per dominū procuratori, quia tūc mandatū pręsumitur. Cagnol. alios allegās, d. l. uelle non creditur, nu. 19. ad finem. uers.

tertiò præsumitur. Duas alias limitationes addit ibi Cagnol. quæ penes eum uidendæ sunt, scilicet, in casu l. final. ff. de vsusca. pro empt. & in casu l. qui aliena, in princ. ff. de aquir. hered. & l. si filius, C. de petit. hæred. & ad hanc limitationem vide Ioseph. Lud. decissione Perus. 110. nu. 4.

A me notario infrascripto, viso, & lecto.

SVMMARIA.

1 *Mandatum probatur si notarius attestetur se illud vidisse, & legisse.*
Contrarium tamen, & rectius alij senserunt de quibus vide hic pulchrè, & plenè.
Exemplo non creditur etiam si Papa, vel Imperator dispensaret.
Solemnitas non præsumitur per lapsum longi temporis, quando agitur de tertij præiudicio.
Procurator tenetur docere de mandato suæ procuræ, uel cauere de rato, vel originale relaxare si aliud non contineat.
Ratificare volens debet habere scientiam totius contractus plenam, & perfectam, maximè quando procurator contraxit forma mandati non seruata.
2 *Mandatum regulariter per testes probari potest, dummodo legitimè examinentur, & Domino citato.*
Limita tamen quattuor modis de quibus hic.

GLOSSA QVARTA.

1 SI notarius † attestatur in instrumento, vidisse instrumentum mandati, videtur satis de mandato constare, per ea quæ tradit Specul. in tit. de Instr. edit. §. restat, uers. penult. vbi dicit, quod si quis promisit soluere decem quæ debebantur Titio ex causa venditionis cuiusdam equi, prout continetur in instrumento scripto manu talis notarij, quod notarius attestatur vidisse, & legisse, dicit instrumentum valere, & quod quotidie videmus talia instrumenta fieri, & in terminis in mandato hoc tenet Felin. in capit. cum in iure peritus, col. fin. de offic. delegat. vbi dicit, quod cauti notarij enunciando de mandato, attestantur se vidisse instrumentum mandati, nominato notario; Contrarium tamẽ quod per hoc mandatum non probetur, tenet Alber. dicens ita in practica obtinuisse, in d. Authen. Si quis in aliquo, quem sequuntur ibi Ang. Paul. & cõiter cæteri. Alex. cons. 147. nu. 5. in 6. vol. & Socin. cons. 231. 1. col. & cons. 266. 2. col. in 2. vol. Quod procedit, etiam si notarius referret se ad instrumentum mandati, de quo ipsemet rogatus extitit, ut tenet Angel. per illum text. in l. si donatio, C. de donation. Ias. Dec. & Alciat. d. Authẽ. Si quis in aliquo, Alex. cons. 5. Ponderatis, col. penult. lib. 4. Socin. d. cons. 266. col. 2. Dec. cons. 302. nu. 15. 522. nu. 5. saluatur tamẽ dictum Spec. per Card. quem ibi refert, & sequitur Felin. ibi, in c. si. col. finali, de fide instr. procedere inter eas partes, inter quas dicta uerba enunciatiua probant, & maximè in casu in quo loquitur Spec. in quo partes possent de nouo actum facere, & sic omnia possent interuenire tempore actus, quia tunc creditur notario, secùs in alijs, quę non potuerunt interuenire tempore actus, quia non statur instrumento notarij, ut post Bart. communiter tradunt Doct. in d. Authen. Si quis in aliquo, & hoc modo saluat etiam Spec. Alex. in d. Authen. in fine, & dicto cõs. 5. col. 2. licèt non admittat Dec. d. Authen. nu. 39. Rursus dicta Regula, quod nõ probetur mãdatum, ampliatur procedere, ẽt si quatuor, vel quinque notarij subscriptionibus attestarentur se uidisse instrm, & originale mandati non viciatum. Spec. d. tit. de Inst. edit. §. ostenso, vers. sed nunquid creditur, etsi dicat illud auscultasse, Bar. d. Authen. nu. 7. imò ẽt si essent viginti, secundũ Paul. de Castro. ibi, dicẽtẽ hãc esse cõem opinionem, imò ẽt si essent cẽtum, ut Ias. ibi tradit, & cęteri sequuntur. Et idẽ est, si notarius describat tenorem mandati in instrumento, quia exemplo non creditur, ut per Doct. in d. Authen. maximè quando fuit exemplatum sine mandato Iudicis, & citatione partis, quod ẽt tenet Alex. dicto cons. 5. & Socin. loquens in instrumento curę, d. cons. 241. 1. col. in 2. vol. nam nec Papa, uel Imperator possunt dispensare ut exemplo credatur, c. 1. de fide instru. Rom. Sing. 708. An Papa, & Arn. Problemate 84. ad materiam. Et idem est si Iudex una cum notario attestaretur de mandato, nam per hoc fidem non faceret, ut Aretin. tradit cons. 64. Diligẽter, col. fin. & etiam pronunciaret mandatum ualere, & talem esse procuratorẽ. Pau. de Cast. cons. 318. Circa primum, 2. col. nam ẽt sententia non probat mandatum in pręiudicium tertij absentis, ut per Felin. post alios, d. c. cũ in iure peritus, imò fortius, mandatum etiam in actis productum nõ releuat, nisi in eis sit registratum. Aret. cons. 110. Clarissimũ, 3. col. latè Cur. plura alia adducens, d. cons. 77. 1. col. sed si mandatũ in instrumento est exemplatũ, & simus in antiquis, præsumitur interuenisse & partis citationẽ, & Iudicis authoritatẽ, ut Aret. tradit in cons. 36. Casus talis est, col. pen. & Alex. cons. 106.

Visis

Visis, & oportunè ponderatis, col.pen.lib. 5. & habetur de hoc per Felin. in c. Albericus, post alios, de testib. ubi dicit, in fine, qđ quando tractatur de præiudicio tertij, ad solemnitatem præsumendam, non sufficit lapsus longi temporis, scilicet decennij, sed 30.annorum, prout tenent etiam quam plures supra allegati in quæst. an mandatũ præsumatur. Et hoc modo videtur intelligẽdus Dec. aliàs allegato consi.36. nume.8. vbi tenet, quod solemnitas mandati præsumatur, quando in instrumento de ipso mandato fit mentio, quasi de eo constet: quia hoc potest procedere, si eius tenor esset exemplatus in eo, aliàs non, per prædicta, & alia, de quibus suprà. Caueat igitur contrahens cum procuratore, vt mandatum originale, & authenticũ habeat apud se, & benè ipsum custodiat, ne contractus irritetur, & annulletur si de mandato constare non posset, ut in simili docet glos. de custodiendo mandato, seu commissione delegati, in d.c. cum in iure, uel faciat Dominum contractum ratificare, habita scientia contractus, ne aliquo tempore dãno afficiatur: nam procurator tenetur docere de mãdato suæ procuræ, vel Dominum ratum habiturum cauere, vt tradunt Bart. & Paul. de Cast. in l. procurator qui pro euictione, in fi. ff. de procur. & in l. si autem, §. item si fundum, ff. de neg. gest. & in l. 1. §. 1. nu. 5. per illum text. de prætor. stipul. & potest cogi edere mãdatum, ut tradunt Bald. Aret. & Alex. in l. Aristo, ff. de acquir. hæred. imò, & originale relaxare emptori, si aliud negociũ non cõtineat, nisi ad vendendũ, prout de mãdato ad causas, seu ad iudicia, tradit Specul. in tit. de procur. §. rõne aũt formæ, uersi. fi. & in tit. de instr. edit. §. nũc dicamus, uer. pen. & Dom. in c. is qui, col. fi. de procur. in 6. ita in terminis Alex. d.l. Aristo, 2. col. Et animaduertat ẽt, qđ Dominus ratificare uolẽs, expresè, vel ratificãs tacitè, habeat sciẽtiam totius contractus, plenam, & perfectam, maximè, qñ procurator contraxit non seruata forma mãdati, quia tunc Dominus ignorãs formam fuisse excessam, non censetur cõtractum ratificare, quia habet iustam causam credendi contractum præcessisse, iuxta tenorem mandati, ut notant tradit Salic. in l. præterea, col. 2. uersic. sed dubitare, ff. mand. & Aret. in §. his qui, col. 2. ff. eod. & Paris. consil. 47. nu. 98. & sequent. 1. uol. quod manda memoriæ, quia huiusmodi in facto, & sæpè potest accidere.

Sed an mãdatum per testes probari poterit? & regulariter dicendum est quod sic, dũ-
1 modò examinentur † legitimè, & Domino citato, ſm veriorem opin. Doct. & crebriorẽ, in l. 1. C. de proc. ubi Ias. post alios, 3. col. qui eã limitat quatuor modis, ut ibi per eum, 4. col. primo in mãdato facto alicui ad recipiẽdum solutionem, quod tenet Bal. in l. falsus, pen. col. C. de iureiur. & sequuntur Alex. & Ias. in d.l. 1. licet magis propter auctoritatẽ quam propter rationẽ, secundo in Oeconomo Ecclesię, in prælato dubio, & in procuratore ad protestandum.

CLAVSVLA VI.

Protestatione tamen præmissa per ipsum procuratorem, quod de suo in aliquo non teneatur.

SVMMARIA.

1 *Protestatio variè diffinitur.*

2 *Procurator contrahens debet protestari, se nolle obligari de suo, alioquin dubium esset ne obligaretur.*

Procurator protestando se nolle obligari de suo, non obligatur quidem pro contractu gesto, sed non releuatur ab onere ostendendi se esse procuratorem.

3 *Procurator procuratorio nomine rem propriam vendens, credens esse Domini, an sibi præiudicet, sunt opiniones diuersæ.*

Meam rem tibi vendens, tamquam tuam per errorem dominium non transfero.

Dominium non transfertur si quis tradat rem suam credens alienam.

Declara tamen ut hic.

Procurator ex contractu procuratorio nomine gesto, an obligetur, hic fit distinctio.

GLOSSA PRIMA.

PRotestationem diffiniuit Io. Monach. in c. in generali, in Merc. de
1 reg. iur. in 6. Clamosam † esse testationẽ ad cautelam protestantium inuentam, sed Bart. hanc non admittit, in l. non solũ, §. morte. n. 11. ff. de noui oper. nũc. vbi aliter diffinit, scilicèt, quod protestatio est denũciatio cũ testatione facta, l. detestatio, ff. de verb. sign. & cũ hac vidẽtur trãsire cęteri ibi, licèt Alex. conetur saluare Ioan. Monach. Sed melior videtur diffinitio, quã ponit Alciat. in dicta l. detestatio, vbi dicit, quod protestatio est animi nostri declaratio, iuris acquirendi uel conseruandi, vel dãni depellendi causa facta, ubi de detestatione, attestatione, contestatione, & similibus latè disserit. Quæ diffinitio est melior quam Card. in Clement. 1. quæst. 3. de procurator.

Quia quando procurator contrahit, dubium est, an ipse obligetur, iuxta not. in l.
2 procurator, qui pro euictione, † supra allegata, & in l. si pupilli, §. 1. ff. de negot. gest. quã materiam latissimè tetigit Socin. in consil. 154. per totum, propterea est inuenta huiusmodi Clausula, qua apparet de certa uoluntate procuratoris, nolentis se obligare pro negocio, seu contractu per eum gerendo, nam quando constat de partium uoluntate, & tunc cessat omne dubium, ut tradit Bart. in d. l. procurator. Socin. dicto cons. in princ. & Paris. qui dicit hanc opinionem esse communem. in consil. 78. numero 41. 1. uol. Sed licèt per huiusmodi potestationem non obligetur procurator pro contractu gesto, tamen non releuatur propterea ab onere ostendendi se esse procuratorem, quia ad id tenetur omninò, ut suprà dictum fuit, ita in terminis tradit Bald. in l. 1. 2. col. C. creditor. euict. pig. non deber.

Sed pone quod procurator procuratorio nomine rem propriam uendidit, credens
3 eam esse Domini, nunquid † sibi præiudicet ita quod uendicationi locus non sit? & videtur dicendum quod non, neque enim transfertur dominium per errantem, l. procurator, la seconda ff. de aquir. rerum domin. ubi est text. in terminis, facit l. etsi consensum, §. fin. de contrahenda emptione ubi habetur, quod si mando rem meam tradi alicui, credens eam esse procuratoris, & ab eo mihi donatam, non transfertur dominium, & hoc propter errorẽ; Similiter, si rem meam tamquam tuam per errorem tibi tradam, non transfero dominium. l. 3. §. subtilius, ff. de condict. causa data. Pro hoc etiam facit text. in l. fi. ff. de Insti. ubi probatur, quod procurator finito officio nõ tenetur de gestis procuratorio nomine, & quod non transferatur dominium, tenet glossa, in l. eius qui in prouinciam, verbo, alienatas, quam communiter sequuntur Doctor. imò, quod nedum transferatur dominium, sed nec etiam obstet aliqua exceptio vendicanti rem suam, probatur ex l. nihil interest, de regulis iuris, & ita tenet Dinus, in lege prima, in fine, & videtur sequi Alber. ff. de offic. procur. Cæsar.

In contrarium est text. expressus, in l. seruum Titij, ff. manda. vbi habetur, quod procurator etiam procuratorio nomine vendẽs rem suam per errorem, tenetur de euictione, & propterea ei vendicare volẽti, obstat exceptio, & ita ipsum not. ibi Bart. Bald. & Aret. Facit ad hoc d. l. procurator qui pro euictione, iuxta intellectum glos. ibi, & declarationem Pauli de Cast. ff. de procur.

Pro solutione distinguendi sunt plures casus; quia aut procurator habet mandatum speciale, & in indiuiduum ad vendendum rem suam, & tunc vendendo, etiam procuratorio nomine, quia habet actionem mandati cõtra Dominum, obligatur de euictione, & obstat exceptio d. l. seruũ Titij; aut habet mandatum generale a Domino, & quia in generali mandato non venit ut rem suã propriam vendat, & sic nullam habet cõtra Dominum actionem, nedum non transfert dominium, sed nec etiam obstat exceptio d. l. procurator, la secũda, ita tenent Din. & Oldrad. ibi, & idẽ Bart. & Bald. in d. l. procurator q. pro euictione, col. 2. idẽ Cin. Din. Bar. Alb. & Ias. in d. l. 1. ff. de offic. procur. Cæsar.

Præterea, an ex cõtractu procuratorio nomine gesto, procurator obligetur, similiter distinguendum est, quia, aut contractum facit vltro citroque obligatorium, ex quo sibi aliquid quæritur, vt in contractu vẽditionis, quia sibi propter pretium quæritur directa actio, licèt domino cedere cogatur, & tali casu ipse quoque obligatur, l. solutum, §. per liberam, ff. de pignor. actio. quæ lex declarat istam materiam; aut non acquiritur sibi aliquid, & tunc non obligatur, dicta l. finali, de institut. ita Bart. & Paul. Franc. de Alberg. & Ioan. de Monte Sperel. in dicta l. procurator qui pro euictione, Paulus de Cast. dicta l. finali. Salicet. post Cin. in l. ei qui, 2. col. C. quod cum eo, licèt Bald. ibi, & in dicta l. procurator qui pro euictione, contrarium teneat. Et hoc idem tenent Angel. & Ias. in l. 4. in princip. ff. de re iudic. & Socin. plenissimè hanc materiam attingens in allegato consilio 154. 1. col. 1. casu, & 2. col. 7. casu. Si tamen scienter rem suam procurator tamquam alienam tradiderit, transfertur dominium, textus est in l. Iulianus, §. 1. ff. de cur. furios. & tradunt Doct. in locis præallegatis.

Sed supradicta procedere arbitror in casu non factæ protestationis, de qua suprà per procuratorem vendentem, quia ut suprà in præcedenti quæstione dictum est, quando constat de intentione partium, quod procurator non teneatur, tunc cessant omnes prædictæ difficultates, quæ tantum in casu dubio sibi locum vendicant, vt tradunt Bart. in dicta l. procurator qui pro euictione, glo. Bart. & Angel. in l. si pupilli, §. primo, ff. de negot. gest. Socin. in dicto consilio in princ. & est communis opinio secundum Paris. dicto consilio 78. numero 41. Facit quod habetur per Bartolum & alios, in l. non solum, §. morte, de operis noui nunciatione, & per omnes, in cap. cum M. Ferrariensis, de constitut.

ſtitut. quod poteſtatio facta maximè in caſu dubio, præſente aduerſario, & nõ contradicente, impedit proteſtantis obligationem, vtibi per eos.

Et propterea ſtante dicta proteſtatione eſt concludendum, procuratorem rem ſuam erroneè alienãtem poſſe uendicare, nec contractu nomine domini geſto obligari de euictione, uel aliter, maximè ſtãte dicto uerbo, in aliquo, quod verificatur etiã in minimo, Bart. in l. ſi ſeruum, §. Prætor ait, loquens de uerbo, quod, ſeu quæ; quod idem importat, ff. de acquir. hæredit. & in uerbo, aliquo, tradit Dec. conſi. 455. num. 6. & conſi. ſequent. num. 3. & in propoſito Socin. conſi. 172. col. 5. verſ. quarta difficultas, ſed & ad ſuperabundantiorem cautelam, poſſent addi hæc uerba, ſcilicet.

Tam ex cauſa euictionis, quàm aliter.

GLOSSA SECVNDA.

ET tunc ceſſabit omnis difficultas, omniſue dubietas, quod ẽt quod Procurator teneretur aliàs de euictione, per prædicta, tamen iſto caſu minimè teneretur, & per conſequens, in alienatione rei ſuę per ignorantiam facta, ſibi non præiudicaret.

CLAVSVLA VII.

Necnon.

SVMMARIA.

1 Negationes duæ affirmant.

GLOSSA PRIMA.

DVæ negationes affirmant, & eſt, ac ſi diceremus, &, ſimili modo loquitur Imperator † in §. cumque
1 hoc, ibi, necnon Theophilo, ubi gl. & Aret. nu. 11. in procem. Inſt. facit l. duobus, ubi latè Alciat. de uerbor. ſignific.

Honeſta Domina.

SVMMARIA.

1 Mulieri pulchrior titulus aßignari nequit, quàm ſi honeſta appelletur.

Honeſtas mulierem ſeruat, & eſt theſaurus inæſtimabilis, & lilium dans ſuauitatem odoris.

GLOSSA SECVNDA.

ALio hoc titulo pulchiore mulier inſigniri non poteſt, Vnde dici-
1 mus, uirum legalitas, † mulierem ſeruat honeſtas, ut tradit Neuizan. in Silua Nupt. lib. 1. nu. 67. nam bona fama eſt theſaurus inæſtimabilis, & Lilium dans ſuauitatem odoris, ſecundum Bald. in l. 1. col. 5. C. de confeſ. refert Neuiz. loco prę allegato, nu. 56.

Franciſca filia quondam prædicti Alexandri de Amadeis.

SVMMARIA.

1 Mulier omnis regulariter etiam nupta, & abſque viri conſenſu contrahere poteſt, nulla ſeruata forma, vel ſolemnitate.

Declaranda tamen uenit regula hac ut per auctorem hic.

GLOSSA TERTIA.

MVlier omnis regulariter, etiã nupta, & abſque uiri cõſenſu cõtra-
1 here põt, nulla † ſeruata forma uel ſolemnitate legis Velle. ubi Bal. C. de reuoc. donat tradit Pariſ. conſ. 98. nu. 61. 1. uol. quod in omnibus bonis nõ eſt perpetuum; ſed dotalia, & quãdoque alia excluduntur, ut per Socin. conſi. 122. col. pen. lib. 3. licèt loquatur exiſtẽte quodam ſtatuto in caſu ſuo: nam ſi eſt maior, de bonis ſuis diſponere poteſt, l. in re mandata, C. mãd. cum ſimilibus, & tenẽtur ipſa, & eius hæredes ad contractus obſeruationem, ut latè tradit Pariſ. conſi. 33. nu. 16. & ſeq. d. 1. uol. ſed quia ferè in omnibus Ciuitatibus Italiæ extant ſtatuta prohibentia mulieres contrahere, & obligari, prout eſt Ferrariæ, ubi fingitur celebratus contractus, propterea ſequitur.

Agens pro obſeruatione ſtatuti Ciuitatis Ferrariæ.

SVMMARIA.

1 Statutũ Ferrariæ ſub Rub. de indemn. mulier. inductum eſt, ne mulieres decipiantur, & capiantur.

Statuti rõ finalis colligitur ex procemio ipſius.

Mulieres & minores facilè ſeducuntur.

Mulieres ſunt ſubiectæ multis deceptionibus.

Mulier

2 *Mulier aduersus propria commoda plerumque laborat.*

Mulier non à sexu sed à mollitie dicta, uir a constantia, & animi uirtute.

Mulierum defectus.

3 *Statutum de indemnitatibus Mulierum fauorabile, licet exorbitet a Iure communi.*

Statutum de indemnitatibus mulierum, non est extendendum de casu ad casum.

GLOSSA QVARTA.

Hviusmodi statutum introductum est ne mulieres decipiantur, & ca-
1 ptentur, vt ex eius proœmio †colligitur, ex quo ratio finalis statuti probatur, l. 1. ff. ad Macedon. l. fi. ff. de hęred. instit. & vtrobique not. Bar. & Doctor. & in puncto tradit Bald. consi. 201. in prouincia, nu. 1. vol. 1. & in statuto hoc Alex. cōsi. 189. nu. 2. 7. vol. & Dec. etiam in hoc Ferrariensi statuto, cons. 301. nu. 6. de quo per Tiraquel. in tract. cessan. causa, 1. limitatione, nu. 64. & sequēt. Et eadem est ratio de iure communi, scilicèt ne propter fragilitatē decipiatur mulier, vt tradit Bald. in l. 2. num. 4. C. de adopt. quem sequitur Ias. in l. transactionem, C. de transact. & Aret. l. cum hæres, in princ. ff. de acquir. hęred. & dicit Bald. in l. 2. 9. q. C. de rescind. vend. quod mulieres, & minores facilè seducuntur, quandoque minis, quādoque blanditijs, & pollicitationibus, & ideo ęquissima sunt sta tuta quæ volunt, quòd in contractibus mulierum, & minorum exigatur consensus coniunctorum, & sequitur Ias. d. l. transactionem, in l. 2. antepen. col. de leg. 1. & dicit in c. 2. pē. col. de probat. & refert Ias. loco prædicto, quod talia statuta habent in se rōnem naturalē: quia mulieres sunt subiectæ multis deceptionibus, propter cōsilium inualidum. Est etiam alia rō dicti statuti, scilicèt, ut dolus, & metus mulieris tollatur, d. l. transactionem, ubi Bart. quem ibi cæteri sequuntur, & Campeg. tract. de dote, 5. parte q. 100. & has omnes rationes complectitur proœmium dicti statuti, & quādo statutum disponit, debere interuenire consensum proximiorum: est ratio, & secūdū Bart. & alios, in d. l. transactionem, quia cum ad eos pertineat spes successionis, est uerisimile, quod diligentius eius captioni occurrēt, licet ibi Alciat. teneat, immò aliam esse rōnem a legislatore perpensam, quia quo quisque gradu iunctior est, eo, & magis rem amare, & procurare coniuncti præsumitur, l. lege Iulia, ff. de testib. & ad hoc facit quod idem Alciat. not. in tract. præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 22. Et pro dicta rōne statuti facit, quia mulier aduersus propria commoda plerumque laborat, ut di-
2 cit tex. in l. 4. in fin. C. de spōs. †hinc est quod mulierem non a sexu sed a mentis mollitie, virum autem a constantia, & uirtute animi dictū Ambrosius existimauerit, c. proposuisti, §. sed illud Ambrosij, 32. q. 7. refert, & sequitur Abb. c. forus, pen. not. de uerb. signif. & Pet. Gherard. de petra sanc. Sing. suo 11. His casibus, in princ. nam iudicij integritas in muliere deest. l. finali, ff. qui pet. tut. quia sexus eius fragilis est, l. secunda, §. uerba itaque, ff. ad Vellei. cap. ex parte, il 1. de priuil. Et dicit Bald. in cap. 1. de iudic. col. 9. uersic. vltimo quæro, quod mulieres habent consilium inualidum, & in cons. 201. suprà allegato, nu. 3. dicit, quod non habet integrum consilium, imò nullum consilium animi reperitur apud mulierem, vt ipsemet Bald. tradit in c. significauit, col. 1. de rescr. refert Dec. in l. 2. num. 49. de reg. iur. Hinc est, quod mulier magis ad paupertatem, quam uir declinat, & est uiro miserabilior, ut Baldus censuit consi. 96. Factum tale est, num. 3. 2. vol. de qua materia uidēda sūt quæ in Silue nup. lib. 1. tradit affluentissimè Neuiz. Et propterea considerata huiusmodi ratione & statutium principali proposito, statutū huiusmodi fauorabile est censendum, & exceptio ex
3 eo oriens fauorabilis est, ut †tradit Bart. in l. qui exceptionem, in princ. num. 4. ff. de condict. indeb. & Aretin. consi. 2. Intellecta, col. 6. circa med. et quod sit fauorabile tenet Bal. in consi. 60. Quædam soror 5. vol. & latius Tiraquel. in tract. de legibus connub. glos. 8. quæst. 25. nu. 214. Licèt exorbitet a iure communi, & multum restringat ius commune, quo mulieribus absque aliæ solemnitatis obseruatione, contrahere, & de bonis suis disponere liberum est, ut supra dictum fuit, ita Paris. dicto consi. 98. num. 61. & propterea, de casu ad casum non est extendēdum etiam stante identitate rationis, ut per eundem Paris. consil. 99. numero 51. primo uolumin. & Ruin. l. 2. colum. 17. uersicu. quarto respondetur, de leg. 2.

Sub rubrica, de indemnitatibus mulierum, & earum contractibus.

SVMMARIA.

1 *Statutum de Indemnitatibus mulierum se ipsum declarat.*

GLOSSA QVINTA.

LIcèt non esset necesse in Instrumento expresè citare Rubricam statuti, tamen fit ad bene esse, vt magis osten-

gis ostendatur fuisse eius formam seruatam,
1 sed quia huiusmodi Ferrarienses † statutum, vtpotè conditum consilio, & matura consideratione prudentissimorum, & eccellentissimorum virorum, plurima dubia pluri masque difficultates super quibus controuertunt Doctor. expresè prouidendo, & se declarando tollit, vt opus non sit alia glossa prout de testatore dispositionem suam glossante tradit Bald. in Auth. Nisi rogati, col. 3. vers. & pro hoc soluitur, nu. 9. C. ad Trebel. & in statuto tradit Paris. cons. 72. n. 4. 3. vol. quod non faciūt alia similia statuta aliorum locorum, propterea cum intentio mea non sit de hoc tantum statuto verba facere, sed etiam de alijs aliorum locorum, plures quæst. in hac materia per dictum statutum decisas, & diffinitas tangam, secundum ordinem instrumenti.

Cum præsentia.

SVMMARIA.

1 *Statutum exigens præsentiam cōsanguineorum in contractu, etiam si non adsit decretum annullatiuum actus, nihilominus si actus sine tali præsentia sit celebratus, non valebit.*

Præsentia in actu requisita debet interuenire tēpore actus, non autem post.

Præsentia in actu requisita includit etiam intelligentiam.

2 *Præsens quando quis esse debet in contractu, nō potest hoc facere per procuratorem, vel per literas.*

Limita tamen vt hic.

GLOSSA VI.

STatutum exigens consanguineorum præsentiam in contractu mulieris, non etiam consensum, operatur, ut illorum requisitorum pręsentia non interueniente, contractus non valeat, etiam si statutum vltrà annullando non
1 procedat, glos. in † verbo, solummodò, quàm communiter ibi sequuntur Doctor. in c. causam matrimonij, de offic. deleg. Bald. & alij, in l. si quis mihi bona, §. si coram, de acq. hæred. & præsentia in actu requisita tempore actus, non autem post interuenire debet: nam ratificatio non releuaret, Bald. in l. 1. col. antepen. vers. idem si diceret de præsentia, C. qui admit. & sequuntur Rom. Aret. & Alex. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hæred. Barb. & Felin. d. c. causam, & licet pręsentia non importet, vel includat cōsensum, vel consilium, vt per Aret. in d. l. si quis mihi bona, d. §. si coram, 1. col. quamuis possit præsens dissentire, seu non consentire, ut plenè declarat Felin. in c. non potest, 5. col. de sent. & re iudic. Vndè sufficit si præsens taceat, vt per Aret. d. §. si coram, Dom. in c. fin. in prin. in 5. not. de conces. præbend. per illum text. in 6. Felin. d. c. non potest, 4. col. circa med. & col. 5. ad fin. tamen præsens debet intelligere quid agatur, & ideo oportet probare quod præsens intellexerit, quia præsentia intelligentiam non includit, ità in terminis nostris tradit Dom. post glos. in verb. præsente, in c. in primis, 2. quæst. 1. & sequitur Arno. Sing. 5. Volo tibi, & dicit Card. in cap. fin. de maior. & obed. & ante eum Bald. in Rubrica, C. qui admit. 3. col. vers. & idem est si in aliquo, quod si consanguineus est præsens in contractu mulieris, & contractus est simulatus, & Iudex interponit decretum, non dicet factum in eorum præsentia: quia si erat simulatus, non intellexerunt, quia intelligitur de præsentia, & intelligentia, & sequūtur Barb. & Felin. col. pen. d. c. causam, & videtur sequi Alciat. l. coram, de verb. signi. & pro hoc faciunt quæ dixi supra in Clausula testium, super verbo, præsentibus, vbi cōclusum fuit, quòd quando de præsentia tertij mentio habetur, non includitur intelligentia. & propterea deberentur tali casu notarij addere verba probantia ipsam præsentem intellexisse actum, quorum plura infrà describentur.
2 Sed an huiusmodi † pręsentia per litteras, vel per procuratorem adhiberi possit? & qđ non possit, per litteras, decidit Arch. c. 20. 65. dist. & sequit̄ Aret. in d. §. iussum, nu. 7. & qđ nec ēt per procuratorē, decisio est Bal. in d. l. 1. in fine, C. qui admit. & probatur per gl. in Cle. Dudū, verbo, p̄sentari, de sepult. vbi dicit, qđ præsens dr̄, q. probatur sensibus corporis, & in terminis nostris hoc tenet Abb. in c. fi. nu. 12. de dilat. Barb. & Felin. d. c. causam, & Felin. c. cum omnes, nu. 30. de constit. & in d. c. non pōt, 4. col. in princ. sequitur Curt. iun. d. l. 1. C. vnde vir & vx. nu. 9. & idem Abb. Perus. & Dec. in c. cū parati, de appell. vbi Dec. dupliciter limitat; primo, quādo is cuius pręsentia requiritur, esset legitimè impeditus, qa si sit maximè de facto plenè informatus, potest specialem mittere procuratorem, vt tenuit Ang. in l. Pōponius, in princ. ff. de procur. & Aretin. in c. licet ex quadā, 8. not. de testib. Secundo quando exigitur præsentia nō alicuius particularis personæ, sed Capituli, quia Capitulum tunc procuratorem constituere potest, quas limitationes ante eum posuit Felin. in d. c. non potest, 4. col. & qđ per procuratorē p̄sentia pręstari non possit, tenet Alciat. d. l. transactionem, C. de transact. licèt dicat in cōsensu maiorē esse dubitationē.

Et

Et Consensu,

SVMMARIA.

1 *Consensus quid sit, & unde dictus.*

Consensus quando ex legis necessitate exigitur, præsumitur de substantia.

2 *Concessus expressus quando exigitur sola præsenti a non sufficit.*

Consensus qui à lege exigitur in actu debet interuenire non antè vel post.

Statutum exigens consensum simpliciter non imponit necessitatē ut in actu præsentialiter adhibeatur, secus si præsentiā, et consensum exigat.

Consensus non potest præstari per procuratorem, neq; per nuntium, neq; per epistolam, loquendo de consensu à statuto requisito.

Vide tamen hic Auctorem declarantem.

Conscientia, & consensus, an sint diuersa.

3 *Statuto stante quòd mulier non possit contrahere sine voluntate consanguineorum, præsentia ipsorum cum interuentu non sufficit, sed expresso consensu opus est.*

4 *Statum, quòd mulier absq; consanguineorum licētia cōtrahere nequeat, quomodo intelligatur.*

Licentia qualiter differat à consensu.

Statutum, quòd Mulier absq; consanguineorum consilio contrahere non possit, quomodo intelligatur.

Consilium quod exigitur à statuto an possit per litteras præstari.

Consilium an differat à consensu.

Statutum exigens scientiam consanguinei in Mulieris contractu, quomodo debeat intelligi.

Statutum si statuat Mulierem contrahere non posse sine consanguineorum parabola intelligitur de auctoritate præstanda.

Statutum exigens attinentes vt debeant iurare est seruandum.

GLOSSA VII.

Consensus secundum Innoc. Host. & glos. in c. 1. de rebus Eccles. nō
1 alieni in 6. super glos. verbo † tractatus, est multorum uoluntas, ad quos res pertinet, simul iuncta, & secundum Bald. in c. cum consuetudinis, num. 6. de consuet. est simul sensus, & copula quædam animorum, quæ viciatur ab extraneo interuallo, & ibi plura dicit de consensu, & quando ex legis necessitate exigitur, præsumitur esse de substantia, secùs in cons. ut Bal. tradit in l. fin. §. necessitate, nu. 16. C. de bon. quæ lib. & sequitur Dec. in c. ex parte, nu. 3. de constit. nam eo non interueniente, actus est nullus, ut Bald. declarat, in Rubr. C. de rescind. uend. num. 30. & tradit idem Bald. quem ibi sequitur Alexan. in d. l. si quis mihi bona, §. si coram, nu. 8. & Socin. in simili regula, 261. Minor si ex forma statuti, nam licèt non sit immediata causa translationis dominij, si in uenditione mulieris præstetur, est tamen causa habilitationis personæ transferentis, ut Bald. tradit in l. mater, in fine, C. de rei uend. & si expressus consensus exigitur, ut in casu
2 isto, † non sufficit sola præsentia, Dom. in capit. 1. 6. col. uersic. & not. de reb. Eccles. non alien. in 6. sequitur Felin. in dicto cap. non potest, 4. col. de re iud. & Abb. consil. 401. Factum, numero 5. etiam sine conditione, uel cum taciturnitate, ut per Domin. ibi, & Card. in Clemen. Sæpè, §. si tamen, de uerb. signific. & Bald. hoc tenet, in dicto §. necessitate, 5. col. uersic. quæro an sufficiat, numero 20. & in l. 2. §. uoluntatem, in princ. quem cæteri communiter sequuntur, solut. matri. Abb. dicto consil. 40. num. 5. Felin. in capit. nonne, 2. col. nume. 5. uersicul. per istam regulam, de præsumpt. Campeg. tract. de dote, 5. parte, quæst. 81. Ruin. consi. 159. numero 5. 5. uolum. & consil. 62. num. 1. in 3. uol. Arnon. comment. 60. Cum in Regno, & Crotus, in l. 1. in princ. 1. Lect. num. 9. de uerbor. obligat. & Alcia. dicta l. transactionem, ad finem, similiter non sufficit factus consensus, ut Bald. & alij, d. §. uoluntatem, in princ. & Alex. in apostil. ad Bart. in l. 3. §. hæc uerba, de negot. gestis, censuerunt; nam huiusmodi consensus per modum solemnitatis, & formæ exigitur, Bald. d. l. prima col. antepenul. num. 45. C. qui admit. Butr. & Imola, in cap. cum consuetudinis, in fine, de consuetud. Abbas, in consil. 40. num. 5. Alexan. post alios, dicto §. iussum, num. 10. & in l. 1. §. fuit quæsitum, ad finem, ff. ad Trebel. & Campeg. tractat. de dote, quinta parte, quæstione 82. & Perus. dicto cap. cum parati, secunda col. de appellat. & Ias. in l. uniuersa, pen. col. C. de precib. Imper. offer. & consensus huiusmodi, authoritati æquiparatur, Bald. l. si uxorem, secunda col. C. de condict. inser. ut Aretin. dicto §. iussum, col. pen. & in dicto §. uolunt. in princ. & Alexan. dicto §. fuit quæsitum, & Crot. d. num. 9. & propterea uerba requiruntur, ut per Crot. & Aretin. in d. cōs. & debet interuenire in actu, non autem ante uel post, ut tradit Bal. in dicta l. 1. numero 44. & in dicta Rubr. C. de rescind. uendit. & in cap. fin. de feud. sine culpa non amittend. & huius mentis uidetur fuisse Bart. in l. qui habet, §. si pupillus, secunda col. ff. de tutel. & expresè tenet in terminis nostris Paul. de Cast. in l. si cum dotem, §. eo autem tempore, secunda col. solut. matr. ubi etiam Alexan. & tenent Aret. Alex. & Ias. in d. §. iussum,

sum, & in d.l.vniuersa, d.pen.col. Campeg. d.quæst.82. & Alexan. d.cons. 189. nu.9.in 7.vol. Abb.cap. cum nos, num.5.de his quæ fiunt à prælat. sine consensu Capituli. Perus. d.c. cum parati, vbi dicit, quod quando verbum præcedens est iunctum cum hoc præsenti, nullum est dubium. idem tenet Arno. alios allegans Sing.32. Sæpenumero, vbi dicit, procedere, nisi incontinenti sequatur, quia uidetur inesse, idem Crot. d.num. 9.& Marsil.l.pen. num.31. de quest.hinc uidetur malè loquutum fuisse Bald.in l.si pater, in fine, C.de spons.ubi dicit, quod si statutum exigit consensum patris in contractu filij, quod potest consensum ipsum præstare in ultima uolũtate, secùs autem, si statutum exigit præsentiam: quia cum debeat interuenire in actu, & consensus quid maius sit quam præsentia, ut ex prædictis patet, nõ uidetur quod consensus ipse operetur mortuo patre, & sic ante actum, ut uoluit ibi Bald. cuius dictum tamen uidetur posse saluari in casu suo, scilicet, in consensu patris filio præstando, qui etiam post actum præstari potest, ut per eundem Bald. & alios d.§.necessitate, & not.in d.§.iussum, licèt dubium uideatur stante statuto exigente consensum, quo casu uidetur de solemnitate, & de forma ut supra.

Et ex hoc non poterit præstari talis consensus per procuratorem, ut tradit Bald. loquens de præsentia, in d.l.prima, in fine, & in procuratore Angel. in l.Titius, ff.quib.mod. pign.uel hypoth. solu. Butr. & Imola, in d. cap.cum consuetudinis, Aretin.d.§.iussum, col. penult. Perus.d. cap.cum parati, & Arno. Sing.16.& Campeg.d.parte 5.quæstio. 103.& Alexan. cons.189. numero 1. 7.uol. Curt.iun.d.l.1.num.9.C. Vndè uir & uxor, etiam imò nec per nuncium uel epistolam, secundum Aretin. qui declarat ibi, & Perus. locis præallegatis, licèt contrarium tenuerit Paul.de Cast.post Bart.dicto §.iussum, licèt Bart. ibi, & in l.filiusfamil. ad fin. de donat. loquatur in alio casu diuerso, scilicèt in consensu præstando per patrem filio, qui potest ex post facto præstari, & non exigitur in actu, & hoc etiam in terminis cum Paulo tenet Arno.dicto Sing.16.sed dicta ratione uerius uidetur quod tenent Perus. & Aretin. quia si scribit, uel mittit nuncium ante actum, consentire debens iam dicitur ante actum non in actu consentire, & propterea oporteret dum actus est in fieri, mittere nuncium, uel epistolam, secundum Aretin.ibi, col.finali, dicit tamen singulariter Rom. Singul. suo 797. Statutum dicit, & simpliciter sequitur Arn.soliloq.suo 95. Ex quo, qđ ubi exigitur cõsensus consanguineorũ, sufficit cõ scientia ipsorum, per text. singul. in Auth. de alien. & emphit.§. Emphiteusi, sed istud uidetur falsum, per prædicta, & text. ipse magis probat contrarium: quia immò ibi conscientia & consensus ponuntur vt diuersa, & hoc in terminis ibi ponit Angel. dicens, quod si statutum exigit quid fieri cum conscientia consanguineorum, non erit opus eorum consensu, cum sint diuersa, & hoc sequitur Felin. dicto cap. nonne, secunda col. & cap.ex parte, ad fin. de constit. sed pro opinione Romani facit quod sibimet contrarius not. Ang. in Auth. Quomodo oport. Episc. §.non aliter, vbi dicit, quod quando exigitur conscientia alicuius, ille debet consentire, & quod conscientia importet idem quod consensus, tenent idem Angel. & Paulus de Castr. in dicto §.iussum, sed Alex. ibi, num.13. & in dicto §.voluntatem, nume.3. concordat dicta Angel. fædere distinctionis, scilicèt, quod statutum exigens aliquid fieri cum alicuius conscientia, non exigat consensum, prout tenet Bald. in Rubr. C. de exercit. tertia col. vers. quid si, verba, nume.8. quod etiam tenet Bald. in l.nemo, C.de sent. & in l.omnium, ad finem, C.de testam. ubi dicit, sufficere actum fieri coram eo, cuius conscientia exigitur, præsente, & sciente, nisi lex ultrà requirat factum, & voluntatem eius, & ità procedit quod not. Angel. in dicto §.Emphiteusis, quod fallit, nisi conscientia eius exigitur qui habet ius dicere vel discernere, secundum Bald. loco præallegato, vel quando requiritur ex publico officio, vt præter Anchar. tradit ipse Bald. dicto §. necessitate, 4.col. numero 16.& ità procedit dictum Angel. dicto §.non aliter, consensum exigentis, & cum hac opinione, quod conscientia non includat consensum, transit etiam Socin. dicto §.voluntatem, in princip. quod etiam tenet Aretin. dicto §. iussum, 5. col. Et ex hoc patet, Rom. & Arno. dictis Sing. errasse, putantes sufficere conscientiam eius cuius exigitur consensus, cum minus importet si exigatur conscientia quam consensus, et propterea non esset satisfactum statuto, per prædicta.

Sed quid si statutum loquitur per alia verba quàm supradicta, prout sæpè accidit, hoc enim est vtile scire, ut dicit Paul. de Cast. dicto §.iussum, ut per verbum voluntatis, videlicèt, ne mulier sine voluntate consanguineorum contrahere possit, numquid sufficiat
3 præsentia† consanguinei cum taciturnitate? & Bald. & communiter omnes, in dicto §. uoluntatem, tenent non sufficere, sed expresso consensu opus esse, & dicunt Aretinus, & Ias. ibi, quod licèt istud verbum aliquando

volun-

uoluntatem tacitam comprehendat, & ea contentetur, tamẽ secùs in consensu, qui semper expressè, & numquam tacitè potest interuenire.

4 Quid in†verbo, licentia? dicit Angel. in dicto §. iussum, quod importat consensum, allegat dictũ §. Emphiteusis, qui loquitur de verbo, conscientia, ut suprà dictum fuit, sed dicit, quod potest importare consensum, quia debet expressè interuenire non autẽ tacitè sicut supra diximus de consensu, ut not. Ioannes Andreas in Regula per eum in Mercur. de regulis iuris, in sexto, & in capitulo, Abbatem, de electio. & sequitur Baldus, in l. obseruare, §. fin. prima lect. in fine, ff. de offic. proconsl. & leg. & Aretinus, dicto §. iussum, quinta col. & per Rom. & Alexan. dicto §. uoluntatem, secunda col. Abbat. dicto capitulo cum nos, numero quinto, sed tamẽ à cõsensu in eo differt, quod is debet interuenire in actu, ut suprà, licentia verò debet præcedere actum, Baldus dicta l. prima, col. antepenult. C. qui admitti, & in l. finali, prima col. C. ad Macedon. Campeg. dicto tractatu quæstione octuagesimaquarta, quinta parte, & potest præcedere tam incontinenti, quàm ex interuallo, ut per Aretinum dicta quinta col. post alios, & per Baldum in d. Rub. C. de exerc. tertia col. circa finem; & quod licentia actum præcedere debeat, tenet Corn. cõsilio octuagesimanono littera N. & 201. littera I. in tertia parte, licentia autem diuersimodè accipitur: quandoque pro authoritate, quandoque pro consilio, ut per Archid. in locis relatis per Alexan. dicto §. iussum, nu. 3.

Quid si consilium exigitur consanguineorum? dic, quod debet pręcedere, ut tradit Baldus dicta l. prima antepenult. col. vers. Item si statutum, sed subsequi non, ut per eum ibi, & in l. fin. col. prima ante med. C. ad Maced. & in hoc differt à consensu qui magis sequi quam pręcedere debet, & hoc tenet Alexan. dicto §. iussum, numero 14. alias decisiones adducens, alibi tamen dicit Baldus, in dicta Rubr. C. de exer. tertia col. ad fin. quod consilium debet requiri, dum tractatur de celebratione actus, & conclusione & tale consilium si omittatur, reddit actum nullum, ut per Aretin. in simili, in d. §. si coram, col. fin. & in quocunque consilio est regulare, ut tradit Abb. in c. ad Apostolicam, in fine, de Regul. & habetur per Bart. in l. 1. §. si plures, in repet. 4. quæst. nu. 12. ff. de exercit. per Felin. & Dec. in c. ex parte, de constitut. quando autem is cuius consilium exigitur recusaret cõsulere, vel accedere, actus sine eo explicari potest, c. cũ in veteri, ubi Abb. de elect. Dec. dicto capitulo ex parte, numero 5. de quo infrà uidebimus, & tale consilium per litteras præstari potest ut Dec. ipse tradit. d. nu. 5. & differt consilium à consensu, ut per Cagnol. in l. consilij, num. 16. vbi de materia consilij plura bona ponit, de reg. iuris.

Sed si exigitur solum scientia consanguinei, illa sufficit etiam cum conditione, ut tradit Alex. d. §. uoluntatem, post princ. allegãdo Ang. in d. §. Emphiteusis, qui tamẽ loquitur in verbo, conscientia, quod videtur idem importare, de quo supra dictum fuit.

Quid si statutum dicat sine parabola, Bal. cons. 213. Occurrit, nu. 2. 2. uol. tenet, quod importet authoritatem præstandam.

De verbis autem authoritatis, & decreti, dicetur infrà suo loco.

Quando autem Statutum exigit attinentes debere iurare, illud est seruandum, Alex. cons. 125. Visis & consideratis, 4. colum. in principio, & Ruin. consil. 222. numero 6. in primo volumine.

Egregiorum Virorum.

S V M M A R I A.

1 *Statutum requirens in contractu mulieris consensum consanguineorum, licet non exprimat masculorum, de masculis tamen intelligitur, & ratio.*

Consanguineorum appellatione non uenit mater, & auia.

GLOSSA VIII.

LIcèt statutum expressè non disponat masculorum consanguineorum præsentiam uel consensum exigi, tamen censetur de masculis,
1 non de†fœminis intelligere, ità in terminis Bald. d. l. prima, col. penult. uer. utrum autem si statutum, C. qui admit. & mouetur duplici ratione: primo quia cõsilium, seu authoritas, quod, seu quæ exigitur, propriè est uirorum, non mulierum, argu. ff. de admin. tut. l. quidã decedens, §. Papinianus, Secũdo, quia si statutum facit mulierem inhabilem in facto suo, non debet authorari in alieno, C. de legib. tut. l. fin. & hoc idem sequitur ibi Barb. in addit. ad eum. Idem tenet Bald. cons. 201. In prouincia, nu. 3. in 1. uol. & hoc etiã uidetur tenere idem Bald. in l. fin. C. de uer. sign. ubi dicit, quod appellatione cõsanguineorum non uenit mater, nec auia, & dicit, qđ statutum de quo supra, ponderat prudentiã consilij. & hoc idẽ tenet ibi Ang. dicens ità eo aduocato fuisse determinatum; & hoc idem sentit Are. in d. l. trãsactionem, & tenet Paul. de Cast. in l. si cũ dotẽ, §. si patri, 1. col. sol. matr. & Alex.

d. §. uo-

d. §. voluntatem 2. col. versic. pro hoc etiam adduco, & Campeg. d. 5. parte, quæst. 94. & Dec. in l. 1. nu. 15. C. unde uir, & uxor, & uidetur sequi Aret. in aliàs allegata l. cum hæres, in princ. 1. col. de acquir. hæred. qđ procedit, etiam si mulier masculo sit proximior in gradu, ut consultus respondit Bald. consi. 6. Hæc est copia, 2. volumine.

Domini Alberti de Amadeis eius patrui, proximiorisque agnati, & attinentis, ex latere paterno.

SVMMARIA.

1 *Agnati qui sint, & qualiter differāt a cognatis,*
2 *Statuto requirente consensum duorum agnatorum, uel consanguineorum in cōtractu Mulieris proximiores adhiberi debent, licet de proximioribus dictum non sit à statuto.*
Et hoc de consuetudine seruatur, & non est tutum ab ea recedere.
Licet contrarium tenuerint alij.
Quorum opinio fortasse aliquo iure nititur.

GLOSSA IX.

LIcèt satis clarum esset ex d. uerbo patrui, & ex d. uerbo agnati, prædictum nominatum esse cōtrahētis consanguineum ex parte pa-
1 tris, quia † agnati sunt coniuncti per virilis sexus cognationem, quasi à patre cōnati, quorū numero patruus aggregatur, cognati uerò qui per fœminini sexus cognationē iunguntur, ut Instit. de legit. agnat. tut. §. 1. et de legit. agnat. success~ etiam §. 1. tamē ad cautelam suprabundantiorem, & ad tollendū omnem dubitationem, notarij apponunt plurima uerba, quę nihil aliàs operātur, nisi quod magis factum declarant, & dubitationē tollant, sicut aliàs supradictum fuit, ut hic apparet ex vltimis uerbis hic expressis.

Sed pone, extat Statutum, quod mulier sine consensu duorum agnatorū, uel propinquorum contrahere non possit, numquid sat
2 erit factū statuto, si duo licèt † non proximiores in gradu sed remotiores consentiāt? & uidetur dicendum non sufficere, quia tale statutum dēt intelligi de proximioribus, si extant idonei, & post eos si primi nō sunt idonei, de alijs proximis, & sic gradatim, quia per hoc statutū proximis quædam iniūgitur cura, & ideo intelligitur fm ordinē charitatis, & cōiūctionis, ita Bald. in l. fi. 2. col. C. de verb. signific. & sequūtur ibi eū Ang. Salic. Fulgos. & Corn. & hoc idem tenent Iac. But. Salic. & Corn. in l. j. C. Vnde vir, & vxor. Salic. & Alex. in l. fin. C. de testam. milit. Salicet. in l. viduæ, C. de nupt. & Paul. de Cast. in d. l. si cum dotem, §. si patri, & latè Marsi. dicens hāc etiam magis communē, Sing. 678. Fuit passim. & Ruin. cōsi. 64. nu. 13. 2. uol. & Ias. in l. non solum, in princ. de noui oper. nunc. Tiraquel. in tract. de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 19. num. 22.

Sed contrariū, quod satis dicatur factum statuto, etiam quod proximiores nō interueniant, tenet Ang. cons. 160. D. Catherina, 4. col. & idem vr̄ tenere in consi. 170. Itē statuimus, quam etiam tenet Ias. d. l. fin. C. de uer. signif. in d. l. 1. C. unde uir & uxor, in fi. & d. l. transactionem, quæ etiam probatur ex dictis per Bart. & Bald. ibi, fm eū, & quicquid sit de iure, tñ prima opinio seruāt de cōsuetudine, fm Iac. But. & Salic. d. l. 1. C. vñ uir, & vxor, quæ consuetudo in proposito debet attendi, ut Roma. tradit in addit. ad Bart. d. l. transactionem, & hāc ēt amplectitur Alciat. ibi, dicēs, hanc esse receptiorem sñiam, licèt æquius sit proximiores adhibere: Cautius tñ, & cōsultius, esset fm Fulgos. d. l. fi. proximiores adhibere, pp authoritatēs cōtrarias, quæ fortè attenderentur in practica, quia nō est credēdum Doctori, nec ēt glos. asserēti ita seruari de consuetudine, ut Mars. in terminis tradit d. Sing. ubi dicit ēt menti tenendum, quia posset quis facere corruere mille Instrumenta, ad quæ notarij non aduertant.

Dempta persona dicti Ludouici eius fratris absentis.

SVMMARIA.

1 *Statuto stante, quòd consanguineorū consensus adhibeatur in contractu mulieris si ipsi cōsanguinei sint absentes, an & quando expectādi nec ne sint, & quid agendum tali casu.*
2 *Statuto stante quòd consanguinei interueniant in contractu Mulieris, si ipsi consanguinei recusent consentire quid agendum.*
3 *Statuto stante, qđ consanguinei cōsentiāt contractui mulieris, si cōsanguinei renitantur, & iudex nō attētis iustis causis ab ipsis cōsanguineis allegatis procederet ad interpositionē decreti in contractu mulieris, agnati possunt appellare.*
4 *Consanguinei requisiti ex forma statuti ad præstandum consensum Mulieri cōtrahere uolenti non sunt citandi, nisi hoc expressè disponat statutum.*
Cōsanguinei si sint citati iuxtà formā statuti ad interponēdū cōsensū mulieri cōtrahere uolēti, sunt expectādi, aliàs qđ gereretur esset nullū.
Statuto requirente consensum duorum consanguineorū si unus tātum adest, poterit nihilominus illo vno præsente celebrari actus.

Statuto

5 *Statuto requirente consensum consanguineorũ in contractu mulieris, si nulli extẽt, mulier poterit liberè contrahere.*
Tutius tamen erit si iudicem adhibeat.

GLOSSA X.

1 SI consanguinei, † quorum præsentia vel consensus exigitur in contractu mulieris, absunt, refert, an sint de proximo reuersuri, aut nõ
si de proximo sunt reuersuri, & tunc expectandi sunt nisi periculũ sit in mora, ita Paul. de Cast. per illum text. in l. cum antiquitas, C. de testam. & eum ibi sequuntur Alexan. & Corne. sed si sunt in remotis partibus, nec cito reuersuri, vel periculum sit in mora, & tunc sine eis mulier contrahere potest, arg. l. mulcta, in princ. ff. de cond. & demonstr. ita Bald. Paul. Aret. Alex. & Alciat. in d. l. transactionem, C. de transact. Idem tenet Paul. de Cast. d. l. si cum dotem, §. si patri, ubi dicit statutum intelligi, si sunt præsentes, & tenet Pet. de Anchar. repet. c. canonũ statuta, charta mihi 23. col. 1. uers. transeo ad statuta, quę quãdoque prohibent mulieres, & Aret. l. cũ hæres, in princ. ff. de acquir. hæred. Corn. in cons. 241. littera D. 2. vol. & Aret. in §. conse quẽs, in fi. Instit. de suspect. tutor. idem tenet Bald. in l. in coniunctione, nu. 2. C. de nupt. & Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 92. ff. de questi. & idem tenet Bald. in consi. 394. Statuto, 5. vol. vbi in casu statuti exigentis in contractu mulieris consensum mariti, & duorum cõsanguineorum, si maritus est absens, in lõginquis partibus, cum consensu consanguineorum mulier contrahere potest, secùs si esset in propinquo, quia debet expectari secundum eum ibi, consuluit tamen Bald. d. l. transactionem, tali casu iudicẽ adhiberi, & cum eius decreto contrahi, & sequitur Aretin. ibi, & Campeg. d. tract. quęst. 89. 5. parte & Pet. de Anchar. loco pręallegato, & Tiraquel. gl. 8. nu. 6. & sequent. & tali casu debent adhiberi alij consanguinei remotiores iuxta tradita per Bald. in d. l. fi. C. de verb. signif. de quo supra dictum fuit, & tradit Aret. d. l. transactionem, ad finem.

Sed quid si sunt præsentes sed cõsentire recusant, dic, quod mulier poterit appellare, &
2 causam deducere ad † Iudicem, iuxta tradita per Bart. in l. fin. ad fin. de appellat. recip. ita Bald. in terminis in d. l. in coniũctione, ad fi. C. de nupt. & Abb. in c. cum in ueteri, n. 13. de elect. ubi dicit, qđ si in mora esset periculũ, posset sine eis dicto casu mulier contrahere, aliàs dẽret iudiciũ superioris expecta re. & sequitur Felin. in Rubr. de treug. & pace, nu. 8. & in c. cũ accessissent, nu. 20. de cõstit. sed qđ ẽt sine actu appellationis Iudex possit occurrere, tenet Bart. in l. si cum dotem, §. eo aũt tpe, num. 2. ff. solut. matrim. ubi dicit, quod Iudex debet causas recusationis examinare, & si iustas inuenerit, consanguinei non consentient: si uero iniustas, iudex permittet
mulieri contrahere; & hanc Barto. decisionẽ 3
sequuntur ibi Paul. de Cast. in fine, & Alex. nu. 14. qui dicit, quod omnes concordant cũ Bart. Hoc ẽt tenet Bald. in Rubr. C. de contrahen. empt. pẽ. quæst. in l. 1. C. de nupt. ubi dicit, quod tali casu Iudex supplet, & in l. si quis inter, §. si quis. ff. de excus. tut. ubi dicit, qđ remedijs prætorijs possent cogi. hoc idẽ tenet Paul. de Cast. in consi. 91. In causa ap-
pellationis, nu. 5. 1. parte. Rom. cõsi. 36. Vi in 4
disceptatione, & idem Roman, & Corn. in l. 1. C. unde uir, & uxor, ubi dñt, quod tutius est adhibere iudicem loco horũ recusantiũ, & idẽ tenet Corneus consi. 167. littera E, & cõsi. 241. littera D. 2. uol. & 242. littera D. uol. hanc ẽt opin. tenet Bald. in c. 1. 2. col. de cõsuet. recti feudi Salic. l. dudum, col. fin. C. de contrahen. empt. sequitur Cãpeg. d. tract. quęst. 90. 5. parte Abb. consi. 65. Ad decisionẽ, 2. lib. Ang. Aret. d. §. consequẽns, in fine. Abb. c. nullus, 1. col. de iure pat. Felin. c. cum accessissent, nu. 20. de constit. Ias. in l. iusiurandi, & ad pecunias, §. qui iusiurandum, de iureiur. Arno. Epit. 30. quia hic casus licet nõ dicat aliquid de authoritate iudicis, ea tamẽ interuenire debet in defectum recusantium idem tenet Marsil. d. §. præterea, num. 92. Dur. tract. de arte test. tit. 1. Cautela 2. nu.

Declara tamen prædictam conclusionem procedere, quando ultra recusantes nulli extent proximi, seu consanguinei in remotiori gradu, quia si adsunt, duo ex eis sunt surrogandi per iudicẽ, prout in simili in contractu minoris tradit Bald. in l. uiduæ, C. de nupt. & in
contractu mulieris tenet Paul. de Cast. d. §. 5
eo autem tempore, in fine, vbi etiã hoc tenet Alex. d. nu. 14. Salic. d. l. dudũ, col. fin. Aret. d. l. transactionem, & Durand. d. nu. 3.

Limita tamen supradictam cõclusionem, quod iudex recusantibus agnatis, seu consanguineis, possit authoritatem suam interponere, maximè alijs non extantibus, ut suprà, non procedere stante statuto quod ultra dictorũ consanguineorũ consensum, uel pręsentiam, etiam Iudex decretum, uel authoritatẽ suam interponere debeat, nã tunc solus Iudex supplere non poterit, nec fungi uice duorum, ut Bal. tradit in d. rubr. pen. quęst. arg. l. si curatorẽ habẽs, C. de in integr. restit. quod sequitur Salic. in d. l. dudum, & Corn. dicto cõsi. 167. littera F. & Ias. d. §. qui iusiurandum, 2. col.

Et pro-

Et propterea est cautela secundum Salic.ibi, quod adhibeantur duo Iudices, unus qui authoret, alius qui consensus consanguineorum repræsentet, & suppleat, & hoc sequitur Alex.d.nu.14.pro quo facit quod de duobus notarijs adhibendis in emancipatione filij tradit Dur. d. tract.tit.1. Cautela 1.

3 Et est sciendum, quod si Iudex nõ† attentis iustis causis per consanguineos renitẽtes allegatis, procederet ad interpositionẽ decreti in cõtractu mulieris, iuxta ea quæ superius dicta sunt, poterunt cõsanguinei à tali decreti interpositione appellare, ut eleganter decidit Bal.in d.l.1.C.q.admi.col.pen.ad finem.

Sed nunquid consanguinei requisiti ex forma statuti, sint citandi, & Bald.d.l.1.col.
4 pen.decidit quod non, †nisi statutum hoc expresse disponat, et sequitur Campeg.d.tract. de dote, q.88.ultima parte; sed si sit dispositũ expresse, tunc debent citari; & citati sunt expectandi, aliàs quod interim fieret, esset nullum, ità Bald.d.pen.col.& Campeg.d.parte, quæst.92. & debet omnino forma dicti statuti de requisitione seu citatione prędicta disponentis seruari aliàs irritatur actus. Ang.consil. 143. Tria uidentur, licet si statutum non loquatur de citatione, sed de præsentia, citatio non sufficiat, ut tradit Corn. in consilio 167.littera D.2.vol umine.

Quid si in casu huius statuti exigentis consensum duorum, adest tantum unus consanguineus, an sufficiat? dicendum est quod sic, ut tenent Bald. Salic.& Alex. ac Paul.in d.l. 1.in prin. C.vnde vir,& vxor, Paul.de Cast. dicto §. si patri, & §. eo autem tempore, in fin. Abb.4.not.& Felin. 3. in capit.quoties, de testib. Alex. & Ias.in l. Stichum qui meus erit, de leg. secundo Campeg.dicto 5. parte, quæstio.98.

Sed quid si nulli extant, & non esse locum statuto, & sic libere posse contrahere mulie-
5 rem, tenet† Bald.quem cæteri sequuntur, in l.turpia, §.1.de leg.1.& in consil.488.1.uol. Corn.dicto consilio 241.in 2. & 242.littera D. in 4. vol. & in d.l.1.C.vnde uir, & uxor, Alexan.consilio 206.numero 11.6.uol.Roman.d.consil.36.ubi dicit, tutius esse Iudicis decretum adhibere, quod etiam dicit Bald. in d. cap. 1.de consuet. recti feudi. & Campeg. dicto tract. vlt.parte, quæst.91.& idem Rom.& Corn. d.l.1. C.vnde uir, & uxor, & Socin.Regula 261.Minor, 4.& 5.fallent.Arno. Soliloq. 16. Quid autem, & uidetur sequi Marsil. dicto numero 92. & tenet etiam Bald.in dicta l.in coniunctione, secunda col. & Alcia.dicta l.transactionem, & Tiraquel. in Legibus connub.glos.8.quæstio.1.numero 6.& seqq.

Et prædictorum aliorum de Amadeis, in præsenti contractu interesse habentium.

SVMMARIA.

1 Consanguineus cuius præsentia, & consensus exigitur in contractu mulieris, contrahendo cum muliere ipsa, numquid possit consensum suum in facto proprio, & ad sui utilitatem præstare, latè hic examinatur.

2 Filius bona sua aduentitia consentiente patre potest vendere.

3 Maritus sine cuius consensu uxor testari nequit, institui potest in eodem testamento uxoris, cui consensum suum præstat ex statuti dispositione, Vide tamen sub nu.9.

4 Pater sine cuius licentia ex statuti dispositione non potest filius contrahere, potest dare licentiam filio sibi renunciandi etiam si requireretur consensus expressus, uide sub nu. 8.

5 Consanguineus fideiubendo censetur mulieri consentire in casu statuti requirentis consensum ipsius consanguinei.

6 Pater et filius si simul obligentur in eodem instrumento censetur pater concedere licentiam filio, qui sine patris licentia ex dispositione statuti contrahere non poterat; vide sub nume. 8.& seqq.

Consentire, uel vna cum eo se obligare paria sunt.

7 Pater potest consentire filio sibi mortis causa donanti, vide sub nu.8.& seqq.

8 Consanguineus non potest secundum ueriorem crebriorem, & receptissimam opinionem consensum præstare mulieri secum contrahenti.

9 Pater filio se obligare uolenti ut eum à carceribus liberaret consentire non potest pro satisfactione statuti requirentis consensum patris in contractu filij.

10 Pater regulariter filio sibi causa mortis donanti consentire non potest.

Quod limitatur in duobus casibus.

GLOSSA XI.

AN Consanguineis cuius præsentia, uel consensus exigitur in contractu mulieris, contrahendo cum muliere ipsa, possit
1 consensum † suum in facto proprio, & ad sui vtilitatem præstare, est alta quæstio, in qua Doct. uaria scripserunt. Pro parte namque affirmatiua quod in suo contractu possit consentire, tenet Angelus in l. prima, §. fuit quæsitum, quem etiam ibi sequitur Imola, ff. ad Trebel. hoc etiam tenet Abbas, in capit.

pit. cum dilectus, 1. not. de consuet. Felin. in
c. cũ nuncius, in fine, de testib. & seq. tur Curt.
iun. d. l. 1. nu. 10. C. vnde vir, et uxor, & idem
Felin. in c. cum Bertoldus, nu. 11. de re iudic.
& latè Marsil. in Sing. suo 447. Faciens, in
princ. hoc idem tenet Crot. in repet. l. frater
à fratre, nu. 37. ff. de condic. indeb. vbi tenet fi
2 lium † posse bona sua aduentitia patri consen
tienti vendere, ad idem est decis. Baldi in con
sil. 6. Hæc est copia, 2. vol. ubi stante statuto,
quod in testamento mulieris consanguinei
exigatur consensus, potest consentire is qui
in eo est substitutus. Hoc idem uidentur tene
re Bald. Salic. & Corne. in d. l. 1. C. vnde uir,
3 & uxor, quod in casu statuti † quod sine con-
sensu uiri uxor testari non possit, maritus in-
stituendus consentire possit, quod uidetur se
qui Aret. allegat l. transactionem, in fi. C. de
transact. Pro hoc etiam est decis. Abb. in c. cũ
in ueteri, nu. 11. super prædicta glos. de elect.
quod stante statuto, quod mulier sine consen
su duorum consanguineorũ contrahere non
possit, si mulier cum uno contrahit, sufficit
consensus alterius, quia contrahens ipse quo
que censetur consentire, cuius consensus suf-
ficit, & hanc decisionem sequitur Alex. cons.
29. Præclarè, col. pen. lib. 3. Socin. consil. 80.
nu. 16. 4. vol. Crot. d. l. frater à fratre, nu. 37.
& Mars. d. Sing. 447. in fine. Facit etiam de-
cis. Baldi in l. si quando, §. 1. C. de inoffic. test.
quem sequitur Alex. d. consil. col. pen. quod
4 stante statuto, † quod filius non possit contra
here sine licentia patris, potest pater dare li-
centiam filio renunciãdi sibi; Et nedum hoc
procedit in consensu expresso, sed etiam in
consensu tacito, quia contrahentes inuicem
censentur consentire, l. Titius, ubi Ang. ff.
quib. mod. pig. vel hypoth. solu. & in termi-
nis nostris, quod consanguineus contrahẽs,
& se obligans una cum muliere censeatur
consentire, tenet Socin. consil. 200. 3. col. 2.
vol. & cons. 125. nu. 11. & seq. 4. uol. Proba-
tur etiam ex tex. in l. Pomponius, §. 1. ff. eod.
5 tit. vbi Ang. expresè, tenens quod † consan-
guineus fideiubendo censeatur mulieri con-
sentire in casu dicti statuti, quod etiam tenet
Barb. in addit. ad Bald. in l. exceptione, C. de
euict. & sequuntur Doct. in l. is qui, §. neque,
6 ff. de aquir. hered. Similiter, si statutum † exi-
git licentiam patris in contractu filij, si pater
& filius simul obligantur in eo instrumento,
censetur pater cõcedere licentiam filio. Bal.
in l. fin. numero 5. C. ad Macedon. & in di-
cta l. is qui, §. neque, & ibi omnes sequun-
tur, per illum text. & sequitur Socin. dictis
consilijs 200. & 125. & idem est, si consen-
sus exigatur, secundum Salic. in d. l. fin. &
Bald. in l. filiusfamil. in fi. ff. de his qui sunt
sui, uel alie. iur. ubi dicit, quod paria sunt, con
sentire, uel una cum eo se obligare; quod e-
tiam sequuntur Doct. in dicto §. neque. Hoc
idem etiam uidetur tenere Bald. in dicta l. ex
ceptione, in fine, & expresè tenet in addit.
ad Spec. tit. de Reo, col. fin. & sequitur Ias. in
d. §. neque, ubi dicit, quod pater fideiubẽdo,
censetur filio consentire. Et pro hoc facit,
quod pater censetur consentire filio, si simul
cum eo agat, ut Bart. tradit per illum text. in
l. cum pater, §. libertis, ad finem, de leg. 2. se-
quitur Abb. d. ca. cum in ueteri, nu. 11. & So
cin. qui dicit hanc esse communem opinio-
nem dicto cons. 80. nu. 13. & cons. 125. num.
11. 4. vol. & Dec. consilio 455. nu. 8. Et idem
procedere, extante statuto, si pater cum filio
litigat, tenet Abb. dicto num. 11. Et prędicta
conclusio, quod consanguineus censeatur
consentire, quando una cum muliere in eo-
dem instrumento contrahit, & se obligat,
ut suprà, procedit etiam si non cum alio, sed
cum ipsa muliere contrahit, ut tradit Ang.
in dicto §. fuit quæsitum, & in consilio 143.
Tria uidentur. Abb. dicto capit. cum in ue-
teri, & alij eum sequentes, ut suprà, & uide-
tur sequi Campeg. in tract. de dote 5. parte,
7 q. 99. Et pro ista opinione facit, quod † pater
potest consentire filio, sibi causa mortis do-
nanti, ut tenent Angel. Raph. & Alex. latè
examinans in dicto §. fuit quæsitum, in fine,
& Alex. consilio 106. Quo ad præsens, 2. col.
1. vol. & in Apostil. magna ad Bart. in l. 1.
ff. de author. tut. Paul. de Castr. & Fulgo.
in l. senium, col. fina. C. qui testam. fac. pos.
Rom. in consilio 515. In quæstione, quam u-
eriorem sequitur Crot. d. in d. l. frater à fra-
tre, nume. 37.
8 Sed in contrarium † quod consanguineus
stante dicto statuto non possit in suo contra-
ctu, & ad sui utilitatem consentire, uel con-
sensum præstare, tenet Bart. in d. l. 1. ff. de
auth. tut. post Dyn. & sequitur ibi Alex. in
apost. magna, idem tenet Imola, dicẽs hanc
esse communem, Raph. & Alex. in d. §. fuit
quæsitum, Felin. c. edoceri, nu. 9. vers. omit-
titur suspectum, ad fin. de rescript. & in con-
sensu patris in suo contractu præstito, stante
dicto statuto, quod non valeat contractus,
nec filius obligetur, tenet Paul. de Cast. con-
silio 465. Viso compromisso, in princ. 2. par-
te, Socin. cons. 23. nu. 15. 4. uol. ubi dicit hanc
esse communem, hoc etiam in statuto præ-
dicto tenet Arno. Soliloq. 17. sed quid, & in
d. consil. Socin. allegat quamplures, qui in ca-
su dicti statuti, quod filius non obligetur fi-
deiubendo pro patre consentiente, consulue
runt, & hoc etiam sequitur Corne. consilio
294. in primo volum. de dictis Consilijs

Socin.

Socin. & aliorum mētionem faciens; & hoc idem, quod consensus eius cum quo contrahitur in casu dicti statuti non sufficiat, tenet Corn. in cons. 254. 5. col. lib. 1. Et pro ista opinione est militās, & urgēs ratio: quia ex quo huiusmodi consensus exigitur ad reintegrandum personam mulieris, eiusque imbecillitatem supplendū vt dictum fuit suprà, in Clausula, Agens pro obseruatione, & est introductus pro forma, ut dictum fuit super verbo, & consensu, non sufficit quod contrahens cōsentiat, ut tradit Paul. de Cast. in d. l. senium, Alex. d. cons. 106. 2. col. & in d. apostil. Socin. cons. 87. 2. col. 1. vol. & d. cons. 23. num. 16. & Felin. d. c. edoceri, nu. 9. Quod amplia-
9 tur † procedere, etiam si filius obligaretur cū consensu patris, ut patrem à carceribus liberaret, vt videtur uelle Bald. in cons. 213. occurrit, 2. vol. Præterea, confirmatur dicta opinio: quia stante statuto in simili, quod mulier non possit testari sine consensu duorum propinquorum, non possunt consentire ipsi propinqui, si mulier ipsa eis hæreditatem relinquere velit, ut per Ang. in quæst. Mant. in §. Oeconomis, in Authen. de alie. & emphit. per Dec. post alios, dicens cōmunē, in cons. 612. ad fin. & Felin. d. cap. edoceri, d. nu. 9. & Dur. tract. de arte test. tit. 1. Caut. 2. nu. 4. & latè Ripa, d. §. fuit quęsitum, nu. 4. & seq. Et hanc opin. veriorem, & crebriorē semper existimaui, & eam semper fui sequutus, quę tanto magis procedit, cum in fortiori casu scilicet in donatione causa mortis, in qua consensus patris exigitur, non ex forma statuti, sed aut pro interesse & ratione pręiudicij, aut ad reintegrandum personam filij, prout controuertunt Doctor. in l. 2. de leg. 1. & in locis suprà, & infrà in hac q. allegatis, cōis seu ma
10 gis cōis sit opi. Doct. qđ † pater cōsentire nō possit filio sibi donanti, prout tenuit Bar. in l. frater à fratre, col. antepen. ver. tertio quæro nu. 51. Bald. in l. bonorū, C. qui admit. & cōs. 72. sol. matr. 4. vol. dicit esse communē licèt dicat contrariam ueriorem, et hanc defendit Socin. d. §. fuit quæsitū, in fine, & cons. 172. 2. col. Corn. cons. 139. 2. vol. & cons. 294. 1. vol. & hanc dicit communem Ruin. d. l. 2. col. 2. & 14. & Dec. latè cons. 279. & 245. & secundum hanc fuisse determinatum in Curia Delphinali refert Guido Pap. q. 223. Itē in causa, & hanc ēt dicit cōem, & eam sequitur Rub. cons. 46. nu. 5. & cons. 127. nu. 8. & sequent. vbi respondet ad fundamēta Ruini, in d. l. 2. dicens esse Chimeram. Hanc ēt communē esse attestatur Dur. d. tract. tit. 1. caut. 1. nu. 4. & eam tāquam communem sequitur Paris. cons. 97. col. fin. lib. 3. Quę tamen opin. cōis in hac specie limitatū duobus modis procedere; primo, quando pater consensit palā, & bona fide, declarādo, prout suprà dictum fuit in Clausula, procuratoris uers. & Marcus, ult. quęst. 3. col. scilicet, præsentibus consanguineis, vel amicis, uel præsente Iudice, quod vltimū est securius, ut infrà dicetur, ità limitat Bar. in d. l. frater à fratre, nu. 51. Alex. d. §. fuit quęsitum, in fine, & in d. Apost. magna, col. fin. circa med. & Socin. d. cons. 23. nu. 22. & d. cons. 80. nu. 17. in 4. vol. Et sequitur Felin. d. c. edoceri. Et ad hoc faciunt quæ in d. vlt. q. suprà dicta fuerunt de tutore sibi palā, & bona fide uendente; quod aūt dicitur de Iudice authorāte, est remedium tutius, ut Bald. tradit, in l. si furiosi, C. de nupt. & Cor. d. cons. 242. 4. vol. & Dur. d. Caut. 1. num. 4.

Secundò limitatur non procedere, quādo pater consensum generalem dederit filio donandi causa mortis, quia ex post facto potest ipsi patri donare, ut sequendo Bald. tenet Socin. d. cons. 112. 2. col. Cor. d. cons. 242. Dec. dictis cons. 245. & 279. Dur. d. Cautela 2. nu. 4. & Paris. d. consil. 97. ad finem, declarando tamen quod post dictum consensum illico non sequatur donatio, sed alio die, uel loco, quia aliàs censeretur pater consensisse, ut sibi donaret, ut per Dec. Dur. & Paris. locis pręallegatis; ex quibus patet, concludendum esse, tanto magis in casu isto consanguineum in contractu in quo interuenit ad sui fauorem consentire non posse, maximè, quia consensus huiusmodi exigitur pro forma, & authoritati æquiparatur, ut etiam dictum fuit suprà, uerb. & consensu, nec etiam uidetur uerum quod contrahens uel obligans se una cum muliere, seu pro ea fideiubens, censeatur consentire, ità quod statuto satis sit factum, ex quo expressus consensus non autem tacitus interuenire debet, prout in dicto uerbo, & consensu supra conclusum fuit, sed si ultra obligationem per eum factam, expressè consentiret etiam obligationi mulieris, tunc procedere possent decisiones supra in contrarium adductæ, quæ procedunt in casu, quod per dictum præstitum consensum consanguineo ipsi nihil acquiritur, si tamen acquireretur commodum filio consentientis, ualeret patris consensus, ut consuluit Paul. de Cast. consilio 419. Viso puncto, numero 2. parte secunda. Vndè, ut opiniones & amaritudines tolleret, & difficultatibus ac litibus occureret, ac fraudes pelleret futuras, prouidit expressè statutum Ferrariæ antedictum, quod contrahens cum muliere, vel obligans se illi, cui mulier obligatur, consentire uel consensum præstare mulieri nequeat, sed alius proximior sit adhibendus, & in defectum Iudex, ut in ipso statuto.

Et Antonij de Marinis eius proximioris cognati, & attinentis ex materno latere.

SVMMARIA.

1 Statuto exigente consensum duorum Agnatorum si eos habuerit, aliàs duorum cognatorum, si unus tantum extat agnatus, duo cognati non debent interuenire, sed ille solus agnatus, & vnus cognatus.

2 Statuto exigente matris, & consanguineorũ consensum, matre absẽte uel mortua loco ipsius Iudex unà cũ consanguineis consensũ præstabit.

3 Statuto requirente consanguineorum cõsensum si plures sunt consanguinei in eodem gradu, & duo tantùm sufficiunt ex forma statuti, tunc duo ex illis pluribus adhiberi possunt ad libitum contrahentis licet alij electionem putauerint ad Iudicem spectare.

4 Consanguineorum si unus consentiat, & alius dissentiat res defertur ad Iudicem, qui si uiderit illum iniustè dissentire, poterit compellere ad consentiendum, & uide hic.

5 Statutum exigens propinquorum consensum maritum uel affines non admittit.

Maritus propinquorum appellatione non uenit, nec etiam consanguineorum.

Affines propinquorum appellatione non ueniunt, nec etiam consanguineorum.

Maritus, & Affines coniunctorum appellatione significantur.

Affinium appellatione uenit maritus, & Vxor.

Maritus, et Affines ueniunt appellatione suorũ.

Maritus, & Affines ueniunt appellatione necessariorum.

Attinentium appellatione affines, & maritus continentur.

Limita tamen id non procedere si fieret mentio gradus, ut quia diceretur, quòd duo ex attinentibus usq; in quartum gradum.

Gentis, uel Generis appellatione an ueniant maritus, & affines remissiuè.

GLOSSA XII.

Sed pone quod statutum in mulieris cõtractu consensum duorum agnatorum exigat, si eos habuerit, aliàs duorum cognatorum, nũquid si vnus tantum extat agnatus, quasi deficiat conditio, duo cognati sint adhibendi? &
1 Bart. tenet, quod extans † agnatus, & vnus ex cognatis debeant præstare consensum, in l. Stichum qui meus erit, in fine, quem cæteri ibi sequuntur, ubi Ripa, nu. 36, & hoc etiam tenet Bald. in l. in coniunctione, C. de nupt. Abb. & Felin. 3. nota. in c. quoties, de testib. & Alcia. d. l. transactionem, pag. pen. & Pet. de Anch. d. Repet. cap. 23. col. 1. vers. sed pone, quòd statutum, de quo per Tiraq. in tract. de legib. connub. vlt. l. glos. 8. nu. 52.

Quid si matris consensus exigitur, & consanguineorum, & mater vel est absens, vel
2 mortua, dicit Bald. d. l. † in coniunctione, loco matris Iudicem adhibendum, licèt inferius videatur etiam tenere contractum sine eo valere, si cõsanguinei adhibeantur; quod etiam tenet Anch. d. Repet. d. cap. 23. col. 1. vers. circa hoc in simili. Cautius tamen est, seruare primum dictum, per ea quæ suprà in uerbo, Dẽpta persona, quæst. fin. dicta fuere.
3 Quid si † consanguineorum quorum consensus exigitur plures sunt in eodẽ gradu, & tñ ex forma statuti duo sufficiũt, dicit Aret. in terminis nostris, in d. l. transactionẽ, ad fi. Iudicem idoneiores eligere, per text. in l. si plures, & ibi not. per Bart. ff. de accus. Ego tamen putarem etiam ualere contractũ, si duo consentiant, etiam quod Iudex aliter non eligat, quia sat dicitur satisfactum statuto, etiam vidi sępius practicari; fateor tamen, quod ad officium Iudicis pertinet, in casibus quibus eius authoritas ex statutorũ forma exigitur, perscrutari, quam magis, vnum quem alium mulier adhibet, ne mulier aduersus propria cõmoda laboret, vel decipiatur, & propterea decis. Aret. potest procedere in casu sequenti.

Sed quid si quidam consentiunt, quidã uerò dissentiũt, an magis dissentientibus, quàm
4 consentientibus stãdum † sit, Bald. examinat in d. l. 1. col. pen. in fin. C. qui admit. & cõcludit rem ad Iudicẽ esse deferendã, qui causa dissensus uel consensus discutiet; & idẽ sequitur Cãpeg. d. tract. de dote, parte ultima, q. 96. vbi se remittit ad notat per Modern. in l. 4. §. Cato, de verbor. oblig. sed Bald. melius hanc q. declarat, in d. l. 1. C. de nupt. loquens in contractu minoris, ubi dicit, quod Iudex videns quod contractus minoris est utilis, cogere debet illum dissentientem ad consentiendũ, & si ipse patiatur potius se excoriari q̃ cõsentiat, tunc Iudex supplere debet eius uices, & dicit bonũ esse, Iudicẽ interloquẽdo declarare illũ esse suspectũ, & qđ loco eius interponit decretum, qđ est summe not. in practica.

Sed nunquid mariti cõsensus exigitur, uel affiniũ, seu sufficiat statuto exigente cõsensũ propinquorũ, & cõcludendũ est quod nõ, quia non cõprehenditur maritus, nec affines aliq
5 sub dicto uocabulo, † & appellatione ipsa, l. 1. vbi hoc tenẽt in terminis Bar. Bald. & cõiter oẽs ibi, C. unde uir, & uxor. Bart. Ias. & alij, in aliàs allegata l. fin. C. de verb. signif. Alex. & Cor. in l. cum alienam, C. de legat. Alciat. dicta l. transactionem, & Campeg. dicto tract. & parte, quæstio. 97. & Blancus, in tract.

in tract. de compromiss. q. 1. num. 11. & idem procedit, si statutum loquitur per verbũ consanguineorũ, fm Bart. Paul. & alios, d. l. 1. Et idem si per verbum proximorũ, d. l. cum alienã, vbi Salic. licèt idẽ tenuerit contra, in l. si. §. cum aũ t, C. de furt. sed primum dictum uerius est, & hoc approbant Corn. Ias. & Dec. d. l. 1. Alex. Ias. & Corn. d. l. cum alienam, secùs verò erit, si coniunctorum mentio fiat, nam tunc maritus, & affines admittentur ad consentiendũ, l. si. §. cum aũt, vbi not. Salic. & alij, C. de furt. Alex. Corn. Ias. & Dec. d. l. 1. Alex. & Corn. d. l. cũ alienã, & Socin. cõs. 57. col. 3. Blãch. d. 1. q. nu. 12. licèt Ang. Ro. & Ias. hoc nõ procedere, nisi de lata sign. existiment, quod falsum est, & contra cõem opinionem supradictorũ, cum immò affines de propria significatione cõpręhendãtur sub uocabulo cõiunctorũ, ut probatur ex dictis per Bart. & Ias. ipsiusmet, ac aliorũ, in l. 1. in fi. ff. in ius vocati ut eant, vbi dicunt coniunctos illos esse, qui inuiti non coguntur dicere testimoniũ, de quibus in l. lege Iulia, ff. de testib. & dicit glo. in l. si fęmina, C. ad Turpil. ꝙ suorũ appellatione veniũt q. sunt usque ad septimũ gradum, quod de cõiunctis intelligit Ias. in dicta l. 1. in fine. Et idẽ est, si affiniũ mentio habeatur, quia licèt maritus, & uxor nõ sint affines, sed caput affinitatis, ut glos. not. in l. nõ facilè, §. affines, de grad. et in l. affinitates, C. comm. de success. tñ comprehenduntur in statuto, ut Bald. censuit in d. l. affinitatis, licèt loquatur in statuto de compromissis, & sequitur Paul. d. l. 1. C. vnde uir & vx. & Alex. ibi, & in terminis nostris Campeg. d. q. 97. Et idẽ est: quia uenit appellatione suorũ, ut Iac. Butr. tradit in l. maritus, C. de procurat. & Corn. d. l. 1. 3. col. et est glos. expressa, in d. l. si fęmina, Et idem concludẽdũ est, si statutũ pręsentiam uel consensũ necessariorum exigat, quia maritus, & affines cõpręhendũtur. Ang. Raph. & Ias. in d. l. 1. ff. in ius uocati ut eant.

Sed quid si verbi attinentiũ mentio habeatur, nunquid maritus uel affines cõprehendãtur, & in terminis nostris non cõprehendi, tenuit Paul. in d. l. 1. C. vnde uir, & vxor, & in d. l. cũ alienã, & sequitur Ias. in d. l. 1. pro quo allegat glos. nam si, in l. amitæ, C. comm. de succes. Contra tñ tenẽt Ang. Alex. & Corn. d. l. 1. Quorum opin. verior uidetur, & probatur ex dictis per Bald. in c. in litteris, 1. cól. de test. vbi dicit, quod attinentes dicuntur, q possũt accusare tamquam prosequẽtes suorum iniuriam, ut l. 1. in fine, ff. de postul. & d. l. si fęmina, C. ad Turpil. & sequitur Barbat. in Repet. l. cũ acutissimi, cap. 14. col. 2. C. de fideicom. & videtur sequi Cur. iun. d. l. 1. nu. 8. Et ęquipollet uerbum hoc, uerbo coniunctorum, de quo supra dictum est, ut Paris. tradit. cons. 23. nu. 17. Et seq. & cons. 49. nu. 10. & 11. 2. uol. & propterea cõcludendum est, quod maritus, & affines compræhendantur sub hoc uocabulo; quod etiã uidetur uoluisse Ang. in aliàs allegato §. Oeconomis, in Authen. de alien. & emphit. in fine, ibi, per genus, uel per nuptias attinet.

Limita tñ nõ procedere, si in statuto fieret mentio gradus, ut quia statutũ diceret, quòd duo ex attinentibus usque in quartũ gradũ, debeant consentire, tunc enim non uenirent affines, nec cõprehenderẽtur, quia propriè loquendo, inter affines nõ sunt gradus l. non facilè, §. gradus, ff. de grad. & propterea nõ est uerisimile, qđ statutũ uelit compręhendi affines, ità not. Campeg. declarat. d. 5. p. q. 104.

Quid autem si statutum loquitur per uerbum gentis, uel generis, uidendus est Campeg. d. parte, quæst. 105. & aliquid per Alciat. in l. sæpe, ff. de uerb. signific.

Amborum ciuium Ferrariæ, & habitatorum in contrata Sancti Stephani.

GLOSSA XIII.

AD hoc dicendum est, ut dictum fuit suprà, latè in Clausula, Testium, uerb. præsentibus, & in capitulo contrahentium, ubi plures quæstiones fuerunt decisæ.

Maiorum annis vigintiquinque.

SVMMARIA.

1 *Consanguinei consensum præstare debentes ex forma statuti, nisi expressè per statutum dicatur, non debent necessario esse minores uiginti quinq; annis, sed sufficit quòd sint adulti, discreti, & consilij capaces.*

Cõsanguineis deficiẽtibus, uel ijs ad quos spectabat cõsensum præstare; Iudex poterit supplere.

GLOSSA XIIII.

CIrcumscripto statuto prædicto expressè disponente cõsanguineos, qui ad consensum præstandum adhibendi † sunt, debere esse ę-
1 tatis perfectæ, & sic maiores annis 25. non est necesse in casu aliorum statutorum non ita specificorum huiusmodi consaguineos esse talis ætatis, sed sufficit, quod sint adulti, modo discreti, & consilij capaces sint, secùs uerò, si pupilli sint, qui etiam sine tutoris authoritate præsentes dici nequeunt, ità Baldus decidit, in dicta l. in coniunctione,

ctione, in fine, C. de nupt. & in d. l. 1. ad fi. C. qui admit. vbi melius declarat, & rationem reddit, quod propter locum consilium impuberes reijciuntur, adulti verò admittuntur, quia sunt redacti ad instar testium, l. 3. §. l. Iulia, ff. de test. sequitur Anchar. d. Repet. d. ca. 23. in fine vers. postremo, & ita debet intelligi quod dicit Paul. de Cast. in d. l. si cum dotem, §. si patri, ff. sol. matr. qui indistinctè dicit, minores repellendos, & Aret. similiter indistinctè loquens, in d. l. transactionē, & hāc Baldi distinctionem sequitur Alciat. d. l. transactionem; & quod pupilli non admittantur, tenet etiam Ang. in l. fi. C. de verb. sign. Are. l. cũ hęres, in princ. ff. de acquir. hęred. Alex. cons. 60. Visa facti, col. 1. 2, vol. & in l. si tertius, in vlt. apost. ad Bart. ff. de aqua plu. arcenda, & Campeg. dicto tract. et parte, q. 95. vbi dicit, loco pupillorum subogari debere alios consanguineos remotiores, quod tenet Aretin. d. l. cum hęres, in princ. Ad quod faciunt ea, quæ in simili in casu recusationis consanguineorum dicta fuere suprà, in uerbo, dempta, uers. declara. Ad hoc facit quod not. Bar. in d. l. si tertius, quod pupillus, vel furiosus non dicitur vicinus proximus, propter ætatem, vel morbum, ex quo nō est habilis ad testificandum, & quod dictum est de pupillo, idem est dicendum de furioso, vt per Cāpeg. d. q. 95. §. Et notandū est, quod in casu quod non extarent surrogandi, debet Iudex supplere consensum huius furiosi, ut in simili dicit Bald. in l. si furiosi, C. de nup. quod si consensus patris in contractu filij exigitur, & pater furore laboret, adhibendus est Iudex, & hoc est generale in omnibus inhabilibus, ut dicetur super verbo, sequenti, licèt aliter loquatur idem Bald. in d. l. cum hæres, in princ. de acquir. hæredit. quem sequitur ibi Aretin. 1. col. sed videbimus infrà.

Bonæ vitæ, discretionis, opinionis, & famæ.

SVMMARIA.

1 Consanguineus fænerator non potest consanguineæ contrahere uolenti consensum præstare, quando statutum exigit consensum consanguineorum bonæ vitæ, discretionis, & famæ.

Declara tamen ut hic.

2 Bannitus consanguineus non admittitur ad consentiendum mulieri contrahere volenti secundum formam statuti.

Quod uenit intelligendum ut hic per Auctorem.

Consanguineus furiosus non impedit quin mulier absq; eius consensu libere contrahere possit, tutius tamen est subrogare alios, si extant, vel decretum Iudicis adhibere.

GLOSSA XV.

Ista verba in statuto apposita multum operantur: nam si fęnerator consanguineus adhibeatur ad cōsentiendum in cotractu mulieris,
1 instrumentum † redditur nullum, secundum Bald. Salic. & Paul. de cast. in l. improbum, C. in quibus caus. infam. irrog. vbi dicunt, talem non esse bonæ famæ, nec conditionis, licèt ibi Iac. But. videatur tenuisse contrarium, intelligens dictum statutum, quod sit bonæ opinionis, & famæ, idest, quod sit homo discretus, & cautus, & quod non sit dilapidator, nec dissipator bonorum suorum, & cum eo videtur tenere Alb. in prima parte statut. quęst. vlt. secùs autem erit si dicta verba non sint apposita, vt sentiunt Bald. & alij ibi, sed prędictam opinionē Bal. & sequacium, declarat Campeg. d. tract. de dote, d. 5. parte, q. 110. procedere in fęneratore, seu vsurario manifesto, secùs in occulto, qui non efficitur infamis, nisi lata sententia.

Et idem dicendum est in Bannito, qui stante dicto statuto, non admittitur ad consen-
2 tiendum, ut in facto consuluit Bald. † in consilio 54. Statuto terræ Nursiæ, 5. vol. pro quo facit, quia Bannitus ex causa famosa, etiam per contumaciam, censetur infamis, ut latè declarat Nellus, in tract. Bannitor. prima parte, secundi temporis, quęstio. 49. secùs tamen esset, si consanguinei exigerentur absque alia mentione bonæ opinionis, vel famę, quia tunc etiam bannitus deberet consentire, & posset præstare consensum per procuratorem, nuncium, vel Epistolam, ut per Bald. d. cons. in fine, quę duo ultima dicta, non uidentur procedere, quia etiam quod dictum statutum specificum non extaret, tamen quia bannitus est absens, arg. sumpto à communiter accidentibus, ca. 1. de cler. non resid. cum similibus, non videtur opus esse consensu ipsius absentis, per ea quæ suprà conclusa fuere, verbo dempta persona. Similiter, quod possit interponi consensus per procuratorem, nuncium, uel Epistolam, non videtur verum, per ea quæ in contrarium adducta fuere, super verbo, & consensu; Verius igitur videtur concludendum, tali casu, uel alium proximiorem ulteriori gradu surrogandum, ut super verb. Dempta persona, dictum fuit, uel Iudicis decretum, & authoritatem adhibendam, quæ debet adhiberi, quando consanguinei quorũ consensus exigitur sunt inhabiles, ut in furioso, Bal. tradit. in allegata l. si furiosi, C. de nupt. quo casu alium surrogandum tenet Campeg. allegata quæstio. 95. Et in alijs inhabilibus Iudicem supplere,

plere esse tutius dicit Roman. in l. si quis mihi bona, §. pater filio, ff. de acquir. hęred. quē sequitur Corn. d. l. 1. 2. col. C. Vnde vir, & uxor, & in dictis consilijs 241. in 2. & 242. in 4. vol. Socin. d. Reg. 261. 5. & 6. fallet. Aret. in d. l. transactionem, vbi clarius Alciat. ante finē, & Duran. dicto tract. de arte testan. tit. 1. Cautela 2. nu. 5. & hoc verius, & tutius vt̄ quam id quod tenent Bald. & Aretin. in d. l. cum hæres, in princ. vbi dicunt, quod furiosus non habetur in consideratione, & potest liberè mulier contrahere: nam melius est surrogare alios si extant, aliàs decretum adhibere, per prędicta, quod ad officium Iudicis videtur pertinere, sicut non adhibere suspectos, qui magis propria, quàm mulieris commoda quærant, vt Bald. tradit in d. l. viduæ, in fine, C. de Nupt. & in c. 1. 2. col. de consuet. recti feudi, & tradit Felin. in allegato c. edoceri, sub num. 9. de rescript. & Alciat. d. l. transactionem.

Præsentium & suum consensum præstantium & interponentium.

SVMMARIA.

1 *Consanguinei adsentientes ex forma statuti mulieri alienanti res in quibus ipsi prætendunt habere aliqua Iura, debent protestari, quòd reseruentur sibi sua iura, alioquin per talem consensum sibi præiudicarent.*

GLOSSA XVI.

SEd quid si huiusmodi consanguinei, uel propinqui pretendant Iura aliqua habere in huiusmodi bonis, quæ vendere † intēdit mulier,
1 nunquid per suum consensum aliquod præiudicium sibi parare possint? & non videtur sine dubio, l. si debitor, §. si in venditione, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. & in simili habetur per Bart. in materia consentientis testamento alicuius, in l. cum quis decedens, in princ. ff. de leg. 3. & propterea tutius est adhibere remedium quod docet Iureconsultus d. §. si in venditione, scilicet, quod reseruent iura sua propter protestationem, cum cōsensus præstatur, & tradit Soc. cons. 46. nu. 184. vol. Negus. tract. de pignor. & hypoth. 6. parte, 3. membro, nu. 37. & Decius & moder. in l. creditor, ff. de reg. iur. & proprius ad casum nostrum quando consanguineus cuius consensus ex forma statuti in testamento mulieris exigitur, consensit mulieri ipsi testanti, ne iuribus suis, si quæ habet in bonis mulieris, præiudicium afferat, quod debeat protestari, se consentire citrà aliquod præiudicium sui iuris quæsiti, vel quærendi, docet Durant. d. Cautela 2. nu. 6. & vide Crauet. in quæst. super statuto de indem. mulier. num. 38. & Io. Steph. Lamberteng. in tractatu de contractibus eorum, &c. in glos. 10. quæst. 14. per tot. numero 31.

Loco patris, filiorum, fratrum, & aliorum proximiorum attinentium.

SVMMARIA.

1 *Statuto exigente duorum consanguineorum consensum, si quatuor vel plures sunt adhibiti, non per hoc vitiatur actus, quidquid aliqui senserint.*

2 *Statutum vnum non tollit dispositionem alterius circa solemnitates.*

Mulier minor si extet statutum de mulierum contractibus loquens, & aliud de minorum pariter contractibus, debet vtrumque seruare.

GLOSSA XVII.

SEd pone quod statutum exigit cōtractum mulieris fieri cum consensu duorum cōsanguineorum, & fuerunt adhibiti quatuor, vel
1 plures, † numquid valeat contractus? & videtur dicendum quod non; quia omissio modi, & formæ viciat dispositionem, l. qui Romę, §. Flauius, ff. de verb. oblig. c. Pisanis, de restit. spoliat. c. cum dilecta, de rescript. & c. super Abbatia, de offic. delegati Contrarium in proprijs terminis decidit Anchar. in Repetit. d. cap. Canonum statuta, cap. 23. 2. col. versic. quid dices, si in aliquo actu, vbi dicit ità fuisse consultum, quia ampliatio numeri non uiciat, l. hæredes palam, in princ. de testamen. & l. cum tabulæ, de bon. possess. secundum tabul. & quia in maiori numero inest minor, l. prima, §. si stipulanti, ff. de verborum obligatio. & quia numerus ampliatus non diuersificat formam, l. non sunt liberi, ff. de stat. homin. & ibi allegat alia iura.

Pone etiam, quod statutum det formam contractui mulieris, numquid tale statutum cēseatur tollere solemnitatem introductam, vel ex forma alterius statuti, vel ex dispositione iuris cōmunis, vt exempli gratia: extat statutum Ferrariæ, sub Rubrica, de contractibus minorum, numquid statutum de quo suprà, de indemnitatibus mulierum, ipsum tollat, ita, ut mulier minor contrahens, seruando hoc, non etiā illud, uel non seruando

solemnitates iure communi introductas, faciat actum validum ? & in utroque membro concluditur, contractum non valere: quia
2 vnum † statutum non tollit dispositionem alterius, circa solemnitates: de primo est decis. Decij, in consilio 110. col. 1. de secundo est decis. Pauli de Cast. quam sequitur etiam Dec. dicto consi. & in consil. 274. incipiendo à secundo, 1. & 2. col. & Paris. consi. 89. nu. 63. in primo volumine.

Ex forma dicti statuti requisitorum.

SVMMARIA.

1 *Forma non est aliud nisi ordinata series, rem ad substantiam deducens.*

Statutum pro forma censetur introductum quoties statutum ipsum ipso iure annullat actum.

GLOSSA XVIII.

Forma non est aliud nisi ordinata series, rem ad substantiam deduces,
1 ut Bald. tradit, in c. 1. † de noua. for. fidelit. Cætera autem ad formæ materiam pertinentia, missa faciam, cum omnia cumulata habeātur in pluribus locis, & maximè per Felin. in c. cum dilecta, de Rescript. & est amplissimus tractatus Bruni super hac materia, sed illud tantum ad materiam nostram faciens dicam, quod statutũ de quo uerba habemus, censetur introductum pro forma, quoties statutum ipsum ipso iure annullat actum, si aliter fiat, Bal. in l. 1. ff. de lib. & posth. & in terminis Dec. aliàs allegato consi. 279. in princ. & consi. 612.

Quibus ipsa domina carere dixit in ciuitate, & districtu Ferrariæ.

SVMMARIA.

1 *Consanguineos qui adhibiti sunt in Instrumento mulieris, propter dispositionem statuti, proximiores fuisse credūtur, nisi cōtrariũ probetur.*

Mariti negligentia ꝙ non adhibuerit medicum in infirmitate uxoris ad hoc ut probetur, debet articulari, & probari qđ aderat copia medici.

Pro Instrumēto militat p̃sumptio solemnitatis.

Sine Coniunctis nemo natus præsumitur.

2 *Contractus factus contra formam statuti a muliere nullam parit obligationem ciuilem, uel naturalem.*

3 *Fideiussor accedens pro muliere in contractu contra formam statuti celebrato secundum ueriorem opinionem non obligatur, & ratio.*

Fideiussor non obligatur quoties lex resistit obligationi.

Fideiussor non obligatur quoties principalis non est obligatus ciuiliter uel naturaliter.

Fideiussor in plus nec in duriorem causam teneri uel obligari potest, quàm principalis.

Fideiussor super contractu nullo, iniquo, uel doloso non tenetur.

4 *Fideiussor accedens pro muliere in contractu contrà formam statuti celebrato obligatur quando principaliter, & in solidum, vnà cum muliere vendidit, & se obligauit, licet mulier ipsa non obligetur.*

Fideiussor mulieris contrà formam statuti contrahentis & sic inualidè, si iurauit, obligatur, licet principalis non obligetur.

Contrarium tamen voluit Alciatus.

5 *Mulier contrahens sine solemnitate statutaria, accedente tamen iuramento, numquid validè contrahere dicatur, vide hic varias opiniones.*

Contrahens contrà legem peccat.

6 *Statuto disponente contractum non valere etiam iuramento accedente, si solemnitas per ipsum statutum proposita non seruetur, iuramentum præsumitur metu vel dolo extortum.*

Contrariam tamen opinionem alij sunt amplexati.

Iuramentum ità demum dolo, & metu extortum præsumitur, stante statuto ꝙ contractus non ualeat non seruatis solēnitatibus, etiam accedente iuramento, si sit verisimilis præsumptio doli, metus, uel simulationis.

Statutum potest audientiam denegare, & denegans audientiam non tollit quidem obligationem, sed ab agendo excludit.

7 *Mulier per procuratorem cōtrahens tenetur ēt secundũ solemnitates statutarias cōtrahere, alioquin nullus erit contractus, secundum ueriorem, et communiorem sententiam.*

8 *Mulier cōstituit procuratorē solēniter, & ita seruato statuto, nũquid postea in cōtractu p procuratorem celebrando debeant ēt solemnitates adhiberi, sũt opiniones de qbus hic.*

9 *Quemadmodum ēt in contractu minoris.*

10 *Procuratore cum solemnitatibus necessarijs ad uendendas res Ecclesiasticas constituto non sunt adhibendæ aliæ solemnitates in contractu per procuratorem gerendo.*

11 *Mulier procuratorio nomine cōtrahens non tenetur seruare solemnitates statutarias, mulieribus regulariter præscriptas.*

12 *Mulier tutrix tutorio nomine cōtrahens non tenetur seruare solemnitates statutarias.*

13 *Minor procuratorio nomine cōtrahens, rectè contrahit, ēt non adhibitis solemnitatibus.*

14 *Hermafroditus numquid possit contrahere libere absque eo quod seruet solemnitates à statuto mulieribus præscriptas.*

Mulier

Mulier quæ non potest contrahere uel obligari si ne consensu consanguineorum iuxta formam statuti, non poterit etiam donare causa mortis.

Hermafroditus non consideratur a lege tāquam homo mixtus, sed tamquam homo vel fœmina secundum quod magis in vno sexu præualet, quàm in alio.

15 Sorores tertij ordinis Sancti Francisci numquid contrahere possint sine solemnitatibus statutarijs.

Sorores tertij ordinis an sint laicæ an religiosæ personæ.

16 Soror in monasterio existens adhuc tamen non professa tenetur seruare solēnitates a statuto præscriptas.

17 Statutum prohibens mulierem contrahere sine quibusdam solēnitatibus, numquid habeat locum extrà territorium statuentium, vide hic articulum latè discussum, & suis declarationibus exornatum.

Forenses tenentur seruare statuta loci contractus.

Durantis doctrina in tract. de art. test. tit. 1. caut. 2. nu. 5. reprobatur.

18 Mulier contrahens sine debitis solemnitatibus cum Ecclesia siue pio loco, obligatur.

Idem etiam si contraheret cum clerico.

19 Statutum quòd Mulier non possit contrahere, sine certis solēnitatibus, numquid habeat locum in contractu dotis, variæ sunt opiniones de quibus hic latè.

20 Distingue tamen ut per Auctorem.

21 Mulier quæ prohibetur contrahere sine certis solemnitatibus, non poterit etiam sine illis donare causa mortis.

22 Mulier poterit testari sine solemnitatibus, licet sit prohibita contrahere.

Statutum quod mulier non possit sine consensu viri testari, ualet, nisi sit factum in odium particularis personæ.

23 Mulier prohibita testari sine solemnitate poterit tamen sine solemnitate testamentum a se solemniter factum cancellare.

24 Mulier prohibita contrahere sine solemnitate numquid possit adire hæreditatem, vide hic Auctorem distinguentem, & limitantem.

25 Filia numquid possit cum patre contrahere, non adhibitis debitis solemnitatibus.

26 Mulier cui fuit facta donatio, quam non acceptauerat, numquid possit tali donationi nondum ratificatæ, & acquisitæ sine solemnitatibus statutarijs renuntiare.

27 Mulier easdem solemnitates statutarias debet seruare in distractu quas in contractu seruare debet.

28 Mulier ratificans debet adhibere solemnitates à statuto requisitas.

29 Mulier prohibita alienare sine solemnitatibus, non potest pariter sine solemnitatibus alienationi consentire.

30 Mulier prohibita cōtrahere sine solemnitatibus non solum intelligitur quò ad contractus, ultrò citroq; obligatorios, sed etiam quo ad omnē conuentionem.

31 Mulier prohibita alienare sine solemnitate poterit tamen consentiente testatore, qui eam instituit bona sibi relicta sine dicta solemnitate alij promittere, & obligare.

32 Mulier sine solemnitate potest procuratorem ad iudicia constituere.

33 Muliere alienante rem emphiteuticam sine solemnitate irrequisito Domino, res non incidit in commissum.

34 Mulier prohibita contrahere sine certa solemnitate numquid sine dicta solemnitate possit debitorem liberare, vel pactum de non petendo facere.

35 Mulier prohibita contrahere sine solemnitate non poterit etiam compromittere.

36 Mulieris confessio de recepta pecuniæ quantitate facta in Instrumento venditoris fundi, non seruata debita statuti solemnitate valet.

Limita tamen vt hic in fine.

37 Mulier vendens obseruatis statuti solemnitatibus non transfert possessionem.

38 Filia potest se sine solemnitatibus statutarijs immiscere hæreditati patris vel aui, non obstante statuto, nisi expresè talis immixtio per ipsum statutum prohibeatur.

39 Mulier potest contrahere matrimonium sine solemnitatibus à statuto in Mulieris contractu requisitis.

Statutum quòd mulier non possit se sine solemnitatibus obligare, non habet locum in delicto uel quasi, mulieris.

40 Mulieris contractus non seruata statuti forma factus si est ipsi vtilis valebit, quidquid dixerit Bart.

Mulier non potest pro parte contractum acceptare, & pro parte respuere.

41 Mulier non potest renuntiare statuto prohibenti mulierem obligari sine quibusdam solemnitatibus.

Iuri pro forma introducto renuntiari non potest.

42 Consensus consanguineorum à statuto requisitus, in contractu mulieris, numquid præsumatur interuenisse ex temporis diuturnitate, uariæ sunt opiniones.

Solemnitates à statuto requisitæ numquid præsumantur interuenisse, stante temporis diuturnitate.

Licèt

GLOSSA XIX.

Licèt in Instrumento dicatur istam Dominam contrahentē, nullos proximiores habere, tñ Instrumentū hoc nō probat, vel aliq̄d facit, si ueritas sit in cōtrarium, per ea quæ in hac materia tradit Corn. in cons. 167. col. 2. lib. 2. quod si in Instrumento fuit scriptū propinquos esse proximiores cōsanguineos, ex agnationis genere, & sint ex cognatis, ēt q̄d Iudex decretum interponat, & proximiorū defectum suppleat, contractus redditur nullus, & se fundanti in statuto nō obseruato, et sic dicenti contractum nullum, incūbit onus probandi mulierem contrahentē hr̄e, uel habuisse t̄pe contractus cōsanguineos habiles,
1 aliàs obtinere † nō potest, ut sequēdo Paul. de Cast. cōs. 124. In causa quę uertit, 2. col. 1. parte, tradit Cor. in d. l. 1. 2. col. C. vnde vir, & uxor, & in dictis cōs. 241. col. 3. in 2. & 131. 2. col. eod. uol. 4. & 242. in 4. uol. q̄d ēt tenet Alex. in addit. ad Bar. in d. l. si tertius, in prin. de aqua plu. arcenda, & Felin. in c. super his, n. 17. 2. col. de accus. licèt idē Felin. in c. in p̄sētia, nu. 11. de probat. teneat nō esse opus p̄bare habilitatē, et sequitur Cur. iun. in d. l. 1. nu. 10. C. unde uir, & uxor, et sequit̄ Crauet. primā opinionem cōs. 80. nu. 14. & Cor. cōs. 316. col. 6. n. 33. 1. uol. & Rol. a Vall. in trac. quæstio. super statuto de lucro dot. quęst. 64. nu. 19. Plot. in l. si qn̄, nu. 354. C. unde ui. & Brogni. in tract. de tut. & curat. nu. 131. Pro quo faciūt quę tradit Bar. in d. l. ab hostibus, §. si uir, quē alij ibi sequūtur, sol. matr. & in l. si seruū Stichū, in princ. de uerb. oblig. q̄d ad probandū negligentiā mariti, quod nō adhibuerit medicū in infirmitate uxoris, oportet articulare, & probare, q̄d aderat copia Medici in loco illo, & hoc uerū v̄r, maximè, quia pro Instrumento militat pręsumptio solēnitatis, ultrà præsumptionem ueritatis, ut p̄ Alciat. latè, & ibi in addit. latissimè post allegatos ibi, in tract. præsumptionū, Regula 3. pręsumptione 13. nu. 9. Et propterea nō v̄r uerū q̄d dicit Cāpeg. in d. suo tractatu d. 5. parte, q. 102. vbi dicit, uideri cōem esse cōclusionē, quod nemo præsumitur natus sine coniunctis, & sic videtur tenere, quod immò mulieri incumbat onus probādi; quod nō uidetur procedere, per prædicta, & fortè etiam ipse est corruptus, quia ll. per eū allegatæ, probāt cōtrarium, sed tñ Tiraquel. plures allegans, tenet cōtrariā sentētiā, quod pręsumatur præsens si ibi habet domiciliū uel habitationē, in tract. de legibus Cōnubial. gl 8. nu. 29. & 30 ubi videto, & Rom. Cagnol. in l. 3. §. ubi dat, nu. 186. & sequēt. ff. de duob. reis, de quo p̄ Ioā. Stepha. Lābertēg. in tractatu de contract. eorū q̄bus vel à iure cōi vel a statuto sine certa solēnitate cōtrahere permis. nō est, in glos. 9. per tot. & in glos. 12. 1. & 2. quæst.

Sed quia materia huius statuti est practicabilis, & sæpè in facto accidit, aliqua quęstio in ea statui plura non inutilia, & scitu nō indigna hic tractare, et discutere, p̄ quęstiones.

Quæro igitur primo, nūquid ex contractu facto contra formā huius statuti, oriatur obligatio mulieris, ciuilis, vel natura lis? Et in hoc r̄ndet Bart. in l. cū lex, 2. col. versi. sed iux-
2 ta prædicta, † nu. 6. ff. de fideiuss. quod ex quo statutum resistit contractui, & obligationi, nulla oritur ciuilis, nec naturalis obligatio, & idē tenet in l. 1. col. pē. nu. 8. de nouat. & sequuntur Bald. & Paul. de Cast. in d. l. cū lex, & Bald. in l. non dubium, col. fin. pen. quæst. C. de legib. & in terminis, licèt in contractu minoris, in quo consensus cōsanguineorum ex forma statuti exigitur, tenet ēt Bart. & ipsum sequuntur Paul. de Cast. Alex. Socin. & Ias. ibi, in l. si nō sortem, in princ. ff. de cond. indeb. & hoc idem tenet Castr. in cons. 124 In causa 1. vol. nu. 1. Roman. cōsi. 437. In casu proposito, 1. dub. hanc ēt doctrinam Bart. quòd lex resistens actui, impediat naturalem obligationem, sequitur Crot. in l. 1. §. si quis ita, 1. lectura, nu. 3. & idem in 2. lectura, nu. 2. ff. de verb. oblig. & Cagnol. in l. cum amplius, §. is natura debet, nu. 3. de reg. iur. & Guid. Pap. consi. 238.

Secūdo quæro, nūquid fideiussor accedēs pro muliere in tali contractu cōtra formā sta-
3 tuti celebrato, obligetur? & v̄r † cōcludendo quod nō, quia quoties lex resistit obligationi fideiussor nō obligat̄, d. l. cū lex, ubi Bart. col. fi. & quando principalis non est obligatus ciuiliter, uel naturaliter, ut in casu hoc, fideiussor quoq. obligari nō pōt, l. si seruus, in prin. ff. si q̄s caut. et melius l. 4. §. si vxor, ff. de don. inter uir. & uxor. hoc idem h̄r in l. is cui, ff. de uer. oblig. & in l. 1. §. si quis ita, ubi not. Paul. Aret. & Crot. 1. lectura, nu. 5. ff. eod. unde, cū in casu huius statuti mulier principalis nō obligetur ciuiliter, nec naturaliter, nec etiā officio Iudicis teneatur, ut per Doct. in d. §. si quis ita, & in d. l. is cui bonis, sequitur, quod fideiussor accedere non potest, & si accedit, non obligatur, per prædicta, & ita sentit Rom. in casu huius statuti, in d. cons. 437. 1. col. Et ita in terminis nostris quod non ualeat obligatio fideiussoris, nec datio pignoris, tenet Ias. in d. l. si non sortem, in principio.

Confirmatur, quia fideiussor nō pōt teneri in plus, uel accipi in duriorem causam quam teneatur principalis l. Grece. §. illud ff. de fideiuss. §. fideiussores Insti. eod. cum ibi not. & Marsi. latè in Rubrica de fideiuss. nu. 291.

Facit

Facit quod cõsulendo trad. Anchar. Cõs. 330. Visis facti narratione, 5. col. qđ fideiussor super contractu nullo vel iniquo, seu doloso non tenetur, quia principali sublata tollitur accessoria, & remanet sine causa. & sequitur Socin. in cons. 273. 2. col. in 2. & cons. 22. in fine lib. 4. & Ruin. cons. 135. 1. vol. refert dictum cõsilium, & sequitur maximè nu. 12.

In contrarium tamen in terminis est decisio Alex. in addit. ad Bart. in l. Marcellus, ff. de fideiuss. in 1. addit. vbi allegat Bal. idem tenentem, in l. 1. ff. eod. qui hoc non dicit in libro meo, & allegat etiam Cyn. in l. dominũ, C. quod cum eo, quem etiam non vidi, & hanc decisionem sequitur Marsil. in Rub. de fideiuss. num. 292. & hoc videtur etiam tenere Corn. in cons. 249. 4. col. libro 3. & cons. 121. 4. vol. vr̃ idem sentire, & tenet expressè Paris. in cons. 16. nu. 110. & sequen. 2. vol. & in simili statuto loquente de minore contrahente sine tali solẽnitate, tenet Paul. de Cast. cons. 433. nu. 3. 1. par. & videtur etiam tenere Alex. in cons. 64. Viso themate, 4. volum.

Sed ego p.p huiusmodi authoritates non recederem à prima opinione quæ mediocribus nititur rationibus, & quam etiam tenet Abb. in simili, in c. cum cõtingat, 1. col. de iureiur. ubi tenet fideiussorem mulieris vendẽtis rem dotalẽ, cui uenditioni lex resistit, non obligari, ut ibi per eum; eam tamen declaro non procedere duobus casibus, primo quan-

4 do † quis principaliter & in solidum una cũ muliere uẽderet, uel obligaretur, quia isto casu iura de fideiussoribus loquentia, sibi locũ non uendicant, ut tradit Dec. cons. 7. num. 6. quod allegat Paris. d. cons. 16. nu. 113. & tali casu loquitur etiam Paul. de Cast. d. cons. & opinio Paris. d. suo cons. quo casu potest procedere. Secundo, quando interuenit iuramẽtum huiusmodi fideiussoris, nam tũc obligatur, & quod principalis non obligaretur ut tradit Corn. cons. 214. col. 3. 2. uol. Bauer. in tract. de uirtu. iuram. in princ. Nam iuramẽtum huiusmodi facit ut in plus quàm principalis teneatur, quia si nõ obligatur ut fideiussor, censetur obligari ut principalis, ut tradit Bar. in l. si quis pro eo, in princip. col. fi. ff. de fideiuss. Socin. Reg. 146. Fideiussor in duriorem, 1. fallent. sequitur Mars. allegans alios plures, in d. Rubr. d. nu. 291. & Io. de Amic. consil. 34. ad finem. & hoc idem etiam tenet Alciat. in repet. capit. cum contingat, num. 169. de iureiuran. de quo etiam dicemus infra, licèt idem Alciat. inferius numero 173. uideatur tenere aliam opin. quàm comprobat: quod scilicet, qui in duriorem causam fideiubet, non amittit beneficium excussionis, etiam quod censeatur principalis, propter iuramentum: quod est notandum, licèt non faciat ad casum hunc, ex quo mulier non potest in aliquo teneri.

Tertio quæro, nunquid iuramentum ualidet contractum mulieris sine solemnitate sta-

5 tutaria † contrahentis? in qua Bart. in l. si quis pro eo, col. pen. uers. quinto qro, nu. 11. ff. de fideiuss. & in Auth. Sacra puberum, col. pen. nu. 15. C. si aduers. uend. distinguẽdo tradit, quod, aut statutum prohibet personam contrahere, uel impersonaliter loquitur, ut quia primo casu dicit, nullus cõtrahat cum muliere, uel mulier nõ contrahat cũ aliquo sine tali solemnitate; Vel secundo casu, non ualeat contractus mulieris: primo casu, quia contrahens contra legem peccat, iuramentum non confirmat cõtractum peccati nutritiuum, secundo uerò casu confirmat: & hãc doctrinã Bar. sequitur Ang. ibi, & in cons. 160. Domina Catherina, col. 3. quam etiam tenuit Bar. in Auth. Decernit ius, C. de arbit. Calder. & Anch. in c. cũ contingat, de iureiur. & cõs. 9. eo. tit. & plerique alij, in tm̃, quod Imola, & Butr. in d. c. cum cõtingat, uidetur dixisse cã communiter approbari, quàm etiam tenet Calcan. cons. 24. 18. col. & dicit quẽdam D. Prodocimum Doctor. Patauinum eam tenere, in d. cap. cum contingat, quæ opinio reputatur uera, & ab omnibus impugnationibus nouissimè defenditur per Alciat. in Repet. d. c. cum contingat, nu. 94. usque ad nu. 107. Didac. qui dicit cõem, in Repet. ca. quamuis, de pact. in 6. & 2. p. §. 1. nu. 8. & Rodor. Suarez. in l. 1. in tit. de la arras. num. 24. Alba, consil. 70. num. 6.

Contrarium tñ, s. qđ immò indistinctè statutum non possit disponere super iuramẽto, & per consequens eius iuramenti uirtute talis cõtractus ualeat, tenet Paul. de Cast. in d. l. si quis pro eo, & in d. Auth. Sacra puberũ, ubi cõiter Salic. Aret. Fulgos. Ias. & Corn. in repet. q. 5. damnant Bar. & idem cõiter Can. Io. de Lignano, Butr. Imol. & Abb. in d. c. cũ contingat. Rom. cons. 437. In casu proposito, Alex. cons. 27. Viso libello, 1. uol. & cons. 29. nu. 14. 7. uol. Socin. dicens esse communem, cons. 77. 8. col. 239. 1. col. & 279. etiam prima col. Corn. consil. 36. 3. col. 1. uol. Bertrand. cons. 175. nu. 2. 1. p. priorum, & cõsulto de hac quest. latè scribit. Tiraquel in tract. de legib. Connubial. in glos. 4. nu. 26. & seq. vbi tamen nil decidit, sed remittit ad citatos per eum, & 308. nu. 7. 2. uol. posteriorum, & Paris. cons. 97. nu. 10. in 1. & 33. nu. 47. in 3. uol. Crot. in Repet. l. omnes populi, nu. 47. ff. de iust. & iure, & Ripa, li. 3. Respons. 110. nu. 3. & Ruin. cons. 100. nu. 8. 3. uol. & Felin. in c. 2. nu. 6. de maior. & obedientia.

Limi-

Limitatur tñ hæc cõis conclusio, non procedere, qñ statutum per indirectũ tolleret iuramentum, vt quia disponeret contractũ nõ valere, ẽt accedente iuramẽto dicta solemnitate non seruata, quia fingitur, seu præsumitur iuramentum ipsum metu, vel dolo extortum, ità Bart. in d.l. omnes populi, 2. quęst. 3. quæst. principalis, nu. 25. vbi dicit, ità vidisse iudicari; & ipsum sequuntur Bald. Salic. & Fulg. comendantes hanc cautelam, in d. Auth. Sacramẽta puberum, Butr. Card. & Imola, in d.c. cum cõtingat, & uidetur sequi Bal. iñ cons. 487. Considerandum, in 3. Roman. d. cons. 12. Licèt in casu suo statuta essent cõfirmata à Pontifice. Paul. de Cast. in l. fin. ff. qui satisd. cog. & idem est, si statutum præsumit simulationem: quia in his in quibus lex præsumit simulationem, non est necessaria probatio hominis, & iuramentum nihil operatur, nec est necesse adire Episcopum pro relaxatione eius; ut formaliter inquit Bal. in l. nec patrones, ante finem, C. de oper. liber. & idem tenet Pet. de Anchar. in Repet. c. Canonum statuta, col. 17. in fin. de constit. & in cons. 330. Visis facti. 5. col. Corn. cons. 135. 3. col. 1. vol. & 121. 3. & 4. col. 2. vol. & est cõmunis opinio, ut Alexan. ostendit, in consil. 196. nu. 5. 6. vol. & cons. 151. nu. 3. & num. 9. 7. vol. & hanc etiam dicit communem Ias. in d. Auth. Sacramenta puberum, penul. col. & cum hac videtur transire Felin. post Abbat. in c. Ecclesia Sanctę Mariæ, nu. 65. 66. de Cõstit. quam etiam tenet Socin. cons. 66. 5. col. & etiam dicit cõem Paris. cons. 99. nu. 28. 1. vol. quam etiam tenet cons. 47. nu. 4. eo. uol. & cons. 53. nu. 33. eod. & Ruin. cons. 135. nu. 14. 1. uol. & cons. 95. nu. 9. 5. uol. Cagnol. dicit etiam communem, in l. si librarius, nu. 45. de reg. iur. & Socin. iun. cons. 3. nu. 35. 2. uol. & Curt. iun. cons. 118. nu. 6. latè disputat, & pro hac concludit Hier. Gabr. cons. 13. & defendit hanc cãm, in duabus & trib. col. seqq. nu. 5. & seq. & hanc admittit Thob. Nonn. cons. 88. nu. 15. & 21. Iac. Phi. Put. cons. 200. num. 4. & seq. licèt in eo casu statutum esset à summo Pontifice confirmatũ. & Rimin. iun. cons. 5. nu. 143. Didac. Couarr. in Repet. c. quamuis, de pact. in 6. in 1. par. §. 3. nu. 8. uer. ꝑdicta, & 2. p. §. 1. nu. 8. Crot. cons. 195. nu. 5.

Sed hæc etiam limitatio non est sine contradictore, nam contra eam tenet Pau. de Castro sibi contrarius, in d.l. si quis pro eo, pen. col. ad fin. & in dicta Auth. Sacramẽta puberum, col. fin. quam etiam prius derisit Bald. in d.l. omnes populi, nu. 12. & ab hac etiã recedit Ias. in d.l. fin. ff. qui satisd. cog. quibus inheret Paris. in cons. 96. nu. 103. in 1. & consil. 16. nu. 90. in 2. uol. dicens pręcedentem opinionem magis esse verbalem q̃ realem, & contra eum tenet etiam Ruin. con. 194. nu. 9. d. 1. vol. latè Rol. à Valle, cons. 99. 3. vol.

Tertia est inter has media opinio, dictam limitationem sublimitãs, vel declarans, procedere ità demum, si sit verisimilis præsumptio doli, metus, vel simulationis, ut quia in loco statuti solitũ fuerit decipi mulieres, vel minores, in contractibus, de quibus disponit statutum, & in hac tertia opinione ut in omnibus soleis pedẽ haberet, fuit Paul. de Cast. in Repe. d. Auth. Sacramenta puberum, 11. col. quàm vbique tenuit Abb. videlicet in d. c. cum contingat, nu. 12. & sequ. in cons. 71. Quinque dubia, nu. 7. in fine, 1. uol. in quæst. sua 2. Stante statuto condito in Italia 7. & 8. col. num. 12. & in effectu uidetur cum eo concordare Butr. in d.c. cum contingat, & cũ eo transire Felin. d.c. Ecclesia, & d.c. 20. de maior. & obed. n. 6. & Socin. d. cõs. 86. 5. col. & Corn. sequitur expresè in Repet. d. Auth. Sacra puberum, fol. 13. col. 3. uers. secũdo fallit, & in dictis consilijs 135. & 121. quam ẽt tenet Caccialup. in Repe. d.l. omnes populi, col. 37. & ibi Crot. n. 47. 12. cõclusione, uers. limita, cum quibus vr̃ concordare Paris. d. cons. 53. nu. 33. in 1. uol. & Ruin. d. cõs. 194. nu. 9. in princ. & cons. 51. & 135. 137. Ex quibus patet, dictam limitationẽ nõ procedere absque dubio: & ꝑpea statuẽtes Ferrarienses, in statuto prædicto multis remedijs, indẽnitatibus mulierum occurrerent, ne iuramẽto firmarentur contractus earum celebrati sine solẽnitatibus, de quibus in dicto statuto, prohibentes utramque partem, sine ipsis solennitatibus cõtrahere, disponẽtes aliter factos contractus, ipso iure non ualere, iuramẽtum intelligi metu, dolo, & per uim extortum, & in fraudem muliebris sexus, inhibentes notarijs pœna cominata, si iuramentum detulerint, de quo tradit Grã. decis. 12. nu. 14. & statuentes, non audiendos agentes ex dictis cõtractibus, quod põt facere Statutũ per Alex. in l. cum mulier, ff. sol. matr. & Ruin. in d. cõs. 55. nu. 5. uol. & tunc, licèt non tollat obligationem, tñ ab agendo excludit. Calcan. cons. 74. col. 12. & de negatione audientiæ habet in c. intelleximus, de iud. & in l. 1. §. 1. ad Trebel. & si admittatur processus est nullus. Vide in tract. de nullit. in titu. de nullit. sentent. ex defec. inhab. seu mand. compar. n. 51. & seq. Ias. cons. 166. col. 2. 2. uol. & 168. eo. uol. Paris. cons. 11. nu. 9. 4. uol. Tiraquel. in l. si unq̃, uerbo, Reuertat̃, nu. 212. & 213. C. de reuoc. donat. Dec. 2. col. & Ripa nu. 6. in c. 1. de rescriptis Anchar. 170. Principaliter, 1. dubio immò eos agentes à iuribus suis cadere, & in alias pœnas incidere, & ut in ipso, q̃d quadem

dem sapienter actum est, ad euadendum opi. & conflictus Doctor. ex quibus quinque casus considerat Alciat. d. c. cum contingat, nu. 107. & sequent. quibus procedere potest opi. Bart. supra relata, in princ. quæst. qđ iurm nihil operetur, qui fortè ēt nō essent tuti in practica, p̄p opi. Doct. uario modo sentientium.

Quarto quæro, nūquid mulier contrahēs per procuratorem, teneatur obseruare dictū
7 statutum, adeo, quod si non † obseruetur, contractus sit nullus? Bar. in l. apud Iulianum, §. fi. in fine, tetigit hanc quęst. & indecisam reliquit, sed Ang. & Raph. Com. ibi, ff. quib. ex causis in poss. eatur, tenēt mulierē per procuratorem contrahentē, ad hmōi solēnitatem adhibenda non teneri, qđ declarat Com. ibi, procedere, nisi statutum disponat, qđ mulier non possit se obligare: quia tunc ēt qđ cōtrahat per procuratorē, dēt seruari solēnitas statutaria, & ad eos ibi se remittit Alex. in l. 3. §. procurator, 2. col. ff. quod quisque iur. & hāc decisionem indistinctè tenet Aret. in §. hęres quoque, nu. 3. inst. de obl. q̄ ex quasi contrac.

Sed tamen verior, & communior est opi. in contrarium, quàm tenet Are. in l. mutum, col. pen. & fi. ff. de acquir. hęred. & Crot. in l. si is qui pro emptore, nu. 82. ff. de vsuca. quā tenent Soci. & Ias. in l. 1. §. item acquirimus, ff. de acquir. poss. & in simili statuto in contractu minoris, tradit Paris. consil. 98. nu. 46. & cons. 99. nu. 37. vol. 1. & Mars. Sing. 255. Subrogatus.

Quinto quæritur, si in cōstitutione procuratoris interuenit solēnitas à statuto requisi-
8 ta, nūquid opus sit † ēt interuenire, qñ procurator ipse cōtrahit? refert Socin. cons. 112. penul. col. duplicato con. 172. genitorem suum consuluisse, ꝙ sic, & idem fuisse cōsultum per plures alios Doct. & idem dicit consultū uidisse ferè per omnes Doct. Italiæ in l. si quis nec cām, nu. 11. & in l. certi cōdictio, §. qm̄, nu. 10. ff. si cert. pet. & pro hoc facit decis. in
9 simili statuto de contractu minoris, quod † debeat adhiberi consanguineorum consensus. Caccialup. in Repet. d. Auth. Sacramēta puberum, & l. cunctos populos, fol. 11. col. 4. n. 95. vbi tenet, non sufficere interuenire hmōi solemnitatē in mandato procuratoris, nisi ēt interueniat in contractu, quod dictū pro singulari refert Mars. in Sing. suo 255. subrogatus, & quam opin. in muneris cōtractu tenet etiam Paris. in dictis consilijs 98. & 99.

Contrarium tñ tenent Ang. & Raph. d. l. apud Iulianum. §. fi. & plenè consuluit f'm eā Alex. in terminis huius Ferrariensis statuti, in cons. 189. 7. uol. quam etiam tenet Cāpeg. d. tract. de dote, vltima parte, quęs. 108. & in hanc partem inclinat Socin. in d. §. quoniā, & hanc tenet expresè in d. l. si quis nec causam, quæ de plano procedit, quando procurator à muliere est constitutus specialiter ad vnum actum, cum consensu consanguineorū, qui super eo habuerunt debitam discussionē, ad vtilitatem mulieris, ità declarant Socin. & Ias. in d. §. item acquirimus, ubi Socin. nu. 18. vers. septima conclusio, & Ias. 1. & 2. lectura, 2. & 3. col. & quæ opinio magis procedit in statuto mulieris quàm minoris, cum sit exorbitans, & non extendenda, ut per Paris. d. cons. 98. nu. 61. 62. & dicto cons. 99. nu. 61.
10 Et pro hac conclusione facit, quod † si fuit cōstitutus procurator ad vendendum rem Ecclesiæ cum solemnitatibus necessarijs, non est necessaria alia solemnitas in contractu, quem facit procurator, ut Feder. de Sen. respondit, cons. 100. Abbas subiectus, 3. col. & sequuntur Ias. & Socin. locis præallegatis, et Afflict. decis. Neapol. 285. nu. 21. Et est casus secundum Socin. in locis præallegatis, in l. tutor rerum, vbi Bar. ff. de administr. tut. ubi habetur, quod si interuenerunt solemnitates in venditione rei minoris, & precio non soluente emptore, tutor eam retinuit, non est opus alijs solēnitatibus, sed si simpliciter fuerit generaliter constitutus ad contrahendū, etiam quod solemnitates interuenerint in cōstitutione, & mandato, tamen in particularibus contractibus necessaria esset solemnitas Statuti, cui Statuto ōn esset aliter satisfactū, cum exegerit huiusmodi propinquorum cōsensum, ut utilitatem mulieris procurare possint, quod nisi in singulis speciebus & contractibus adhibeatur plena discussio, fieri nō potest, ità not. declarant Socin. 8. conclusione num. 19. & Ias. 3. & 4. col. 2. lectura & 2. col. in 1. in d. §. item acquirimus, & sequitur Alciat. in d. l. transactionem, pen. pag. C. de transact. & ità potest saluari hoc casu quòd tradit Paris. dictis consilijs dum allegat Ias. & Socin. tenere, in d. §. item acquirimus, & in contractu solemnitatem adhibēdam, nec sufficere in mandato adhibitam; & idem tenet Tiraquel. in trac. de Legib. Connub. ult. leg. glos. 5. nu. 197. & seqq. & Ant. Gab. li. 6. suarum conclusionum titulo de reg. iur. conclusione, 2. nu. 33. & Octaui. Simoncel. in tractat. de decret. lib. 2. tit. 5. nu. 52. & Borgnin. in tract. de tutor. & curat. nu. 130.

Sexto è contra, quid in muliere alieno nomine contrahente, ut in procuratrice, nā mu-
11 lier potest esse in † extraiudicialibus procuratrix, etiam stāte dicto statuto, ut tradūt Ang. Alex. & alij, post Iac. But. in l. quamuis, ff. de acquir. poss. Dec. in c. cum dilecta, nu. 15. de confir. ubi. uel. inut. et in l. 2. n. 16. de reg. iur. et Arno. Soliloq. 68. Quia supra, et consulen

dum

dum, est non teneri seruare solemnitatem sta
tutariã, ut tenet Raph. Com. d.l.apud Iulia-
num, §.fin. Pau. de Cast. l. quicumque, §.si ab
12 alio, †in fine, ff. de instit. & idem est si mulier
est tutrix, & tutorio nomine contrahat, ut te-
nent communiter Doct. Rom. Alex. Socin.
& Ias. in l. quæsitum, de in ius voc. Paris. d.
cons. 98. num. 37. & Marantha, tract. de ord.
iud. 4. parte, 16. dist. n. 21. licèt de hoc ultimo
Raph. loco præallegato dubitauerit, & cõtra
rium teneat Alciat. tractatu præsumpt. Reg.
1. 52. prȩsumptione, nu. 6. idem tenet Ias. in l.
si vnus, §. pactus, col. 9. vers. secundo intelli-
ge, ff. de pac. Caccialup. in Repet. d. l. cũctos
populos, carta. 16. col. 4. vers. hic inseramus,
13 & idem † est in contractu per minorem no-
mine alieno factum, ut prosequitur Paris. di-
ctis consilijs. 98. nu. 35. & 99. etiam num. 35.
et Ruin. cons. 53. nu. 16. 2. uol. quod procedit
secundum Paul. de Cast. d. §. si ab alio, quem
alij sequuntur, modo actus non geratur ad
præiudicium ipsius procuratricis.

Septimo quæro, an dictum statutũ habeat
locum in contractu hermaphroditi, qui est
14 persona mixta? & Bal. decidit q̃d †non, in l.
oẽs populi, col. 8. uers. itẽ si statutũ dicit, sub
nu. 18. ubi loquitur in statuto quod mulier te
stari nõ possit sine propinquorũ consensu, &
dicit, nõ extendendũ esse ad hermaphroditũ,
& sequit̃ Anch. in Repet. c. Canonũ statuta,
vers. venio ad primũ mẽbrũ, Butr. in procem.
Decr. 7. col. & Alex. in l. si ità scriptũ, in prin.
n. 4. de lib. et posth. et in l. 2. in prin. nu. 7. post
Rom. & ibi ẽt Socin. nu. 4. ff. de uerb. obli. et
Alex. cõs. 117. Animaduersis, 3. col. 2. uol. &
Felin. c. Rodulphus. num. 20. de Rescript. &
Hier. Gig. in tract. de crim. lęsę maiest. li. 3. c.
16. nu. 19. & Tiraq. in trac. de legib. Cõnub.
vlt. lege, gl. 5. nu. 79. Cõtrarium tñ tenet idẽ
Bal. in §. 1. Instit. de actione. & Ias. ibi, nu. 29.
Pro quo facit decis. Ancharani in cons. 384.
Dubiũ in ista quæstione facit mixtura, ubi te
net, q̃d stante statuto q̃d mulier nõ possit cõ-
trahere, vel obligari sine consensu cõsangui-
neorũ, nõ poterit donare cã mortis, cũ magis
inhereat contractui, q̃ ultimæ uoluntati, p l.
quæritur, ff. de statu hom. quę in hermaphro
dito loq̃tur, & ità in terminis nostris uoluit
allegare d. cons. Arno. in Sing. suo 43. Stanti
bus, ubi tenet hanc opinionem contra Bald.
pro quo facit, quia leges non cõsiderant her-
maphroditum tamquam hoĩem mistum, sed
tamquam hoĩem vel fœminam, s̃m q̃d ma-
gis in uno, quàm in altero sexu præualet, d. l.
quæritur, ut dicit Apostil. ad Alex. in d. l. 2. al
legans quendam alium Doct. ità ibi tenere,
& opinio Petri de Anch. in donatione ut su-
pra, communior est, & magis cõiter tenetur,
in d. l. 2. ut Alciat. ibi testatur, nu. 10. de quã
tamen particulari quęstione latius dicetur in
fra, & hęc ultima opinio uerior uidetur, licèt
prima maiori sit fulta authoritate, ut suprà.

Octauo, quid in sorore tertij ordinis San-
cti Francisci? & in hoc est in terminis decisio
15 Bald. in cons. 60. Quædam †soror de ordine,
2. col. uol. 5. ubi tenet, quod possit contrahe-
re dicto statuto non obstante, sine eius solem
nitate, & contractum ualere, quæ decisio est
notãda, cum sit in terminis proprijs, quia a-
liàs esset magis dubitãdum, cum huiusmodi
homines, & mulieres tertij ordinis non sint
propriè religiosæ personæ, glos. in Clem. Cũ
ex eo, de sent. excom. de quib. tradit Bar. in l.
1. ff. de pęn. licèt loquatur in fratribus Gaudẽ-
tibus, & Bechetis, & in l. semper, §. quibusdã,
de iure immun. dicit uidisse consilia plurium
Doct. quod Gaudentes milites habent priui
legia ne teneantur ad munera & collectas, et
de fratribus Tertij ordinis dicit, quod habẽt
modum viuendi ab Ecclesia approbatum, ut
ibi Alex. in addit. & quod habeant immuni-
tatem à collectis, tenet Phil. Fran. in c. 1. de
immun. Ecclesi. in 6. & Ioan. de Amic. in con
sil. 146. num. 2. licèt quo ad forum, an sint de
Ecclesiastico, sint opin. ut per Doct. in c. 2. de
foro compet. ubi dicit Aretin. num. 15. com-
munem esse opinionem quod sint de Eccle-
siastico foro, & uidetur sequi Feli. licèt Abb.
discordet de quo per Felin. in trac. lit. Apost.
con. par. Ecclesię col. 8. 4. limitatiõe licèt Pa-
ris. cons. 40. nu. 14. teneat huiusmodi sorores
religiosis personis connumerari nõ debere
& statutis laicorum alligari, quod esset con-
tra decisionem prædictam Baldi, quæ tamen
videtur procedere, cũ simus in statuto exor-
bitanti, & quod non est extendendũ, ut ipse-
met Paris. tradit allegatis cõsilijs. 98. & 99.
in 1. uol. & dictę sorores non possint propriè
etiam dici personæ laicę, ut not. prædicti Do
ctor. in locis præallegatis.

16 Sed si †cõtractus fieret cum sorore in Mo-
nasterio existente, adhuc tamen non profes-
sa, seruandum esset statutum, ut decidit Pau.
de Cast. loquens tamen in statuto prohibẽte
minorem sine dicta solemnitate contrahere,
in cons. 432. Cum statutum, col. fi. 1. parte, li-
cèt Pet. de Anchar. cons. 69. contra donatio-
nes tenuerit contrarium.

Nono, quęritur de not. q̃stione quã habui
in facto in casu huius statuti Ciuitatis Ferra-
17 riæ, nunquid hmõi †statutum locum sibi vẽ-
dicet, si mulier contrahat extra territoriũ sta
tuentium? & vr̃ dicẽdum quod sic, q̃a hmõi
statutum est fauorabile, & inductum in fa-
uorem mulierum ne decipiantur, ut in eo
statuto. & fuit dictum suprà, in princ. huius
Clau-

Clausulæ verb. agens pro obseruatione, ad finē, & ppea cũ mulier prohibeatur contrahere, dēt extendi ad contrahentē extra territorium statuentiũ, prout est not. & cõis doctrina Bar. in l. 1. 6. quæstione, vers. aut statutum est prohibitiuũ in personam, nu. 32. C. de sũ. Trinit. & fide Cathol. & hoc ibi sequuntur communiter omnes. sequitur Rom. cons. 39. In proposita questione, per totũ; Socin. cons. 79. nu. 5. in 4. vol. Et quod statutũ prohibitorium in personam porrigat effectum suũ extra territoriũ, tradit ẽt Curt. iun. licèt in alia materia, cons. 9. nu. 2. ubi dicit opinionē Bar. in d. l. 1. esse cõiter approbatam, & in terminis proprijs est decisio Baldi, in cons. suprà allegato, 60. Quedã soror, in 5. uol. in 1. dubio. & idem in terminis nostris refert hanc quæstionem fuisse disputatam per quēdam Dñm Zaccariam Taruisinum. Petr. de Anchar. in Repet. c. Canonũ statuta, quæst. 12. vers. hic cadit quæstio disputata modernis tēporibus, col. mihi 58. & fuisse determinatum statutũ hoc extendendũ esse ad contractus extra territorium celebratos, & hoc sequitur Alex. in cons. 41. Visis quæ subtiliter, col. 2. 5. vol. duplicato cons. 116. nu. 6. in 6. vol. & in fortiori casu consuluit idem Bal. in cons. 139. Statuto communis, 5. uol. quod stante statuto, qđ mulier sine consensu viri non possit facere testamentum, quod mulier nupta in loco dicti statuti, si in loco originis ubi nullũ extat statutum testetur, sine solemnitate dicti statuti, non valet huiusmodi testamentum. Hanc etiam opin. tenet Marsil. in l. fin. num. 142. & seq. ff. de iur. omn. iud. & latè Ruin. cons. 160 1. & 2. col. 4. uol. Flor. in l. 1. ff. de vsur. Benedict. Capra cons. 21. nu. 5. & 44. num. 13. quibus uidetur inherere Curt. in tract. de consuet. nu. 340. & hanc etiam tenet Bal. in cons. 418. super primo in 4. & 139. Statuto communis, in 5. & Tiraquel. in tract. de Legibus Connub. in l. 16. glos. 8. nu. 216. & seq.

Contrariũ tñ aliàs obtinui, & pro solutione contrarij est aduertendum, ꝙ aliquando statutum prohibet simpliciter personam cõtrahere, ut in exemplis positis per Bar. in d. l. 1. 6. quæst. ut. s. qđ minor non possit facere testamentum, quod uir non possit legare uxori nec è contra, & tali casu procedit contrariũ: quia si talis prohibitio est fauorabilis, extēditur ad contrahentē extra territoriũ, sed hæc, ad hanc speciē nõ pertinent. Aliqñ statutum non simpliciter prohibet personã contrahere, sed ita demũ non seruata certa solēnitate, ut in casu isto, scilicet, sine consensu propinquorũ, & similibus, q casus à primo est diuersus & in hoc Bart. in d. 6. quæst. 1. exemplo, quem cæteri sequuntur tenet statutum huiusmodi non extendi ad cõtrahentem extra territorium, quia circa solemnitates solummodo attenditur locus, & statutum loci contractus, ubi talis solemnitas requiritur. l. 2. C. quemad. testam. aper. l. 1. in fin. de vent. insp. & l. si fundus, ff. de euict. cum alijs allegatis per Aret. d. l. 1. nu. 18. & hoc etiam sequitur Bald. in Repet. l. fin. ff. de iuris. omn. iud. quæ communiter nõ habetur, ubi dicit, quod si ex forma statuti minor non potest contrahere sine certa solemnitate, non poterit minor forēsis contrahere sine dicta solemnitate, & hoc idem tenet Pet. de Anchar. in d. q. 12. post d. vers. supra allegatũ, in uers. quid dices de obligatione personali, ubi perpendens hanc differentiam inter statutum simpliciter prohibens actum fieri, & cum certa solēnitate, corrigit suam opin. quam prius tenuerat sequendo illum suum Zaccariã, ità in terminis nostris not. declarat Aret. in cons. 54. In cã Magistri Blasij, 3. col. & cons. 78. Diligenter, & maturè 6. col. sequitur Ias. d. l. 1. 1. lectura 4. col. vers. scđo per hanc doctrinam & hãc declarationē sequitur Socin. in cons. 239. 2. col. 2. uol. duplicato in cons. 131. 4. uol. & Corn. cons. 232. 3. col. 4. uol. quam opi. etiam tenet Ruin. d. cons. 159. nu. 6. in 5. uol. & consi. 53. nu. 13. in 2. licèt contrarium teneat in cons. infra allegando; & hãc uidetur tenere Crot. in Repet. c. ut animarum, §. 1. col. 6. de constit. lib. 6. Ruin. cons. 201. nu. 8. in 1. Gozad. videtur tenere cons. 49. nu. 15. 18. Hanc etiã declarationem in simili statuto, scilicet, quando mulier prohibetur testari sine propinquorum consensu, quod ualeat testamentum factum extra territorium sine dicta solemnitate, tenet Corn. cons. 241. 2. col. 2. vol. quod etiam tenet Dur. in tract. de arte testandi, tit. 1. caut. 2. nu. 5. & in donatione facta in formam statuti, tenet etiam Corn. cons. 89. per totum, 3. uol. & etiam hanc partem uidetur tenere Bertrand. cons. 9. nu. 3. 3. parte priorum, cui non adhererem. Bald. in cons. 474. Statutum, 4. uol. quam conclusionem uidetur etiam admittere Paris. cons. 99. col. fin. 1. vol. tamen negari non potest quin 1. pars videatur communior.

Declara tamen hanc secundam partem, si eam teneas, procedere, quando contrahitur cum forense, non cum subdito loci statuti, quia tunc præsumeretur fraus facta statuto, ut tradant Salic. Aret. & Caccialup. d. l. 1. & ligaretur dicto statuto, ut prosequitur Paris. d. cons. col. fin. & tenet Aret. in dictis consilijs allegatis, & Crot. cons. 5. nu. 42. & propterea non uidetur tutum remedium Durand. d. caut. 2. quod in casu dicti statuti mulier deberet ire ad testandum extra territorium,

rium, quia si collegeretur fraus, vel præsumeretur, testamentum irritaretur, & hanc rationem tetigit Bal. in d. cõs. 60. per quam etiam fuit motus ad tenendum indistinctè, mulierem contrahere non posse etiam extra territorium, sine dicta solemnitate.

Declara secundo, dummodò contrahens cum muliere non habuerit scientiam huiusmodi statuti prohibentis, quia tunc contractus etiam non valeret, ut per Anchar. d. quęstio. 12. loco pręallegato. & Alex. d. cons. 41. & Paris. d. col. fin. nam probata scientia, præsumeretur fraus, ut per eum ibi.

Declara tertio procedere, qñ statutum dat formam contractui, & in consequentiã inhabilitat personam, secùs è contra, ut consuluit Ruin. cons. 160. 1. & 2. col. 4. uol. per cuius rationes satis in casu huius statuti redditur hæc quæstio dubia, sed certè casus iste à nostro non videtur dissonus, unde fortè Ruin. sibi contrarij non defenderetur declaratio.

Decimo quæro, etiam de alia quæstione quam habui in facto, in terminis huius statuti, nunquid statutum hoc habeat locũ in contractu donationis, vel obligationis sine solẽnitate requisita facto, cum Ecclesia, seu in piã causã, & licèt Roman. teneat non valere, in Auth. Similiter, in 16. speciali pię causę inter contractus, C. ad l. Falcid. tñ cõis opinio est in contrarium, quã tenet Bald. Paul. de Cast. Alciat. in l. generali, ad fin. C. de sacrosanct. Ecclef. Pet. de Anchar. d. Repet. col. 12. vers. dicit Bal. Ant. de Butr. & Abb. in c. relatum, il primo, de testa. Abbas in Repet. c. Eccle. Sãctæ Mariæ, pen. col. & ibi Felin. nu. 83. de cõstit. Aret. in l. mutũ, col. fin. de acq. poss. Paul. de Cast. & Ias. in l. 1. in fine, C. de sacros. Eccles. Calcan. cons. 12. in quo se subscripserũt Ang. Mar. de Laude, & Iac. à Puteo, ubi enumerat plura priuilegia piæ causę. Alex. cons. 105. Viso ac diligẽter. 3. col 4. uol. Corn. cõs. 259. 2. & 3. col. 4. uol. & Paul. de Cast. cons. 432. Cum statutum, nu. 3. 1. p. Dec. cõs. 504. col. 1. Crot. in Repet. l. oẽs populi, n. 48. de iu stit. & iure, & in Repet. l. nemo põt, nu. 49. ff. de leg. 1. Arno. Com. 197. Stante hoc, ubi dicit, hoc idẽ procedere in muliere contrahẽte cũ Clerico, quia posset Clericus uti dicto instrumento, & cõtractu in foro Ecclesiastico, ut in simili dicit Bal. in Repet. l. cũctos populos, col. 20. Quod si statutum requirit in contractu præsentiam Presbiteri, uel notarij, tñ clericus cõtrahens sine dicta solemnitate, poterit uti dicto contractu in suo foro & sequitur Alex. in cons. 210. Ponderatis his, 3. col. 2. uol. Similiter si statutum prohiberet mulierem testari sine dicta solemnitate, tñ nõ habebit locum in testõ facto ad pias cãs. Bal. Pau. & Alcia. d. l. generali, Alex. d. cons. 105. Bal. cons. 93. Super dictis, 2. uol. Dec. d. cons. 504. 1. col. & Dur. d. tract. tit. 1. Caut. 2. nu. 2.

Vndecimo videndũ est de alia quæstione ardua, in qua uarij varia sensere, nunquid huiusmodi statutum procedat qñ mulier se obligat pro dote, & sic, an ualeat contractus pro
19 missionis dotis, uel dona tionis sine † dicta solemnitate? in qua Bal. nouel. in tract. dotis, 6 parte, priuilegio 48. in princ. tenuit hunc contractum fauore dotis ualere, cuius opinionis uidetur etiam fuisse Socin. in cons. 80. nu. 23. 4. uol. ubi tenet, mulierem dantem dotẽ quã primo uiro dederat, secũdo uiro, posse hoc facere solemnitate statuti non seruata, & hanc decisionẽ Bal. sequitur Negus. in tract. de pignor. & hypoth. 1. p. 8. part is principalis nu. 33. & cũ hac opinione vr̃ ẽt cõcordare Fab de Monte S. Saui. d. tract. de emp. & vend. q. 5. 138. col. vers. hic aduertas, & expresse eã tenet Ruin. cons. 61. 3. uol. & cõs. 194. & 195. 1. vol. Socin. iun. cons. 8. nu. 23. 2. uol. & vide sequi Gozad. cons. 43. nu. 12. Crot. cõs. 226. nu. 4. Cęph. cons. 13. nu. 43. & 195. nu. 11. & seqq. Bursat. cõs. 32. nu. 11. & 56. nu. 1. & mouentur ex decisione Salic. in l. fi. in prin. in 4. not. C. de iure dot. ubi dicit, quod statutũ generaliter disponens instr̃a publica nõ probare, nisi sint posita, & registrata in memorialibus, tale statutum non habet locum in instrumentis dotalibus, & per hoc dictũ Salic. infert generaliter Ias. in l. 1. 3. not. ff. sol. matr. quod statutum generaliter loquens, & aliqd pro solemnitate contractus requirens, nõ habet locum in instrumentis dotis, & hãc opin. Salic. sic intellectam sequitur etiam Franc. Pepus, inter consilia Socin. 76. nu. 8. li. 4. Cõfirmatur hæc opinio ex eo, qđ tradit Bald. in cõs. 369. Quemadmodum Imperator, 3. uol. ubi decidit dispositionem l. omnes, & l. bene à Zenone, C. de quadr. præscript. non procedere in rebus dotalibus, & hoc sequitur Soc. cons. 46. nu. 25. in 4. Balb. tract. de p̃script. 2. p. 5. part. 8. q. nu. 2. ultima limitatione. Ias. & Negus. in locis pręallegatis, ubi dicit Negus. hanc esse cõem opin. Doct. à qua in consulendo, & iudicando non est recedendum, quam etiam tenet Ias. in l. si constante, nu. 26. ff. soluto matr. & Marsil. Sing. 442. Vulgata iuris, ad finem, licèt alleget Dec. cons. 5. hãc sequẽtem, ut est totum contrarium, & eam etiã sequitur in repet. Rubricæ de probat. n. 62. ubi dicit, quod statutum disponens quod alienatio, seu contractus excedens summam scutorum centum, non possit probari, nisi per instrumentum, non autem per testes, non procedet in contractu Dotis, licèt postea fecerit additionem, allegando Ias. sequentẽ hanc decisionem,

cisionem, vt supra, & Dec. ut infrà impugnā tem, & secundū hanc cōclusionē dicit Mars. d. sing. in fine, habuisse in facto, & obtinuisse cōtra duros aduocatos. Hanc ēt cōclusionē vr̄ sequi Butr. cōsil. 36. Visa forma cōtractus dotis, vbi dicit, quod stante statuto prohibēte alienationem immobiliū in forensem, nō comprehendit alienationem fiēdam pro restitutione dotis, quia aliàs mulieri nō posset esse consultum, quem sequitur Rom. in l. si quis in graui, §. si ex stipulatione, ff. ad Sillā. & Curt. cons. 27. col. 8. nu. 21. & in terminis huius statuti hoc etiā tenuit Calcan. & tres alij subscribentes allegati supra in præcedenti quæst. consi. 12. Licèt loquātur in muliere paupere, pro hac quoque opinione facit tex. in §. soluto, in Auth. de nupt. quem ad hoc allegat Afflict. decis. Neap. 111. nu. 12. per quē decidit, quod reuocatio generalis obligationum non extenditur ad obligationem factā pro dote, & ità s̄m hanc opinionē aliàs consului, quæ mihi cōmunior, & uerior uisa fuit pro tunc, quam etiam tenet Paris. consil. 81. nu. 9. 3. vol. & plures allegat Tiraquel. tract. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 14. n. 91. vsq; ad numerum. 96. Facit etiam pro hac opin. quod decidit Bald. quem ibi sequitur Rom. in l. 1. 2. col. 15. Priuil. sol. matr. quod licèt mulier vna cum viro se obligare nequeat, Auth. Si qua mulier, C. ad Vellei. tamen hoc fallit fauore dotis, & sequitur Socin. in consi. præallegato 80. n. 27. & latè prosequit̄ Ant. Gabr. lib. 6. in tit. de legi. conclus. 1. nu. 10. Cæph. consi. 13. nu. 43. & Burs. consi. 56. nu. 1.

Sed cōtrariam opinionē in terminis nr̄is videtur sentire Ancharan. consi. 94. Ista Domina Ioanna, 2. col. & Corn. consi. 254. col. 5. 1. vol. vbi de directò vr̄ consulere contra cōs. Socini 80. supra allegatum in dante secūdo viro dotem primo datam, & in terminis proprijs huius Ferrariensis statuti consuluit Dec. consi. 301. per totū, ubi consuluit cōtra consilia Ruini. 194. 195. supra allegata, & declarat opin. Salic. & reprobat opin. Baldi nouel. & Ias. tenētiū cām dotis non comprǫhēdi in statuto generaliter loquente, cōtra quā ēt consuluit ipsemet Dec. cons. 5. & s̄m eius consilium fuit iudicatum, ut ipse affirmat in consi. prædicto 301. in fine, quam opinionē ēt tenet in l. 1. nu. 9. de reg. iur. in l. 2. in fi. C. Vnde lib. & in c. sedes, col. 4. sub nu. 7. de Rescript. hanc ēt opin. tenet Crot. in Repet. l. si cōstāte, n. 112. lectura, ff. soluto matr. licèt dicat vidisse cōsult ū ꝑ Doct. Excellentissimos pro doctrina Salic. Et qđ statutū generaliter loquens, compræhendat cām dotis, tenet ēt Cor. cōs. 50. col. 6. 1. vol. quā ē t tenet Alciat. lib. 4. Paradox. cap. 10. Ripa, in Repet. l. fin. quæst. 51. C. de reuoc. donat. & in d. l. 1. col. 4. solut. matr. ubi ēt hoc tenet Riminald. Modern. Pap. in l. hæres absens, ad fin. princ. ff. de iud. & Cagnol. in d. l. 1. nu. 16. de reg. iur. vbi refert fundamenta tenentiū hanc partē, & dicit mirū in modum hanc opinionē sibi placere, quam etiam tenet Socin. iun. consi. 12. nu. 12. & seqq. 2. parte, & latè Tiraquel. d. tractatu nu. 96. & seqq. Alciat. in l. 1. nu. 7. ff. soluto matr. Natta, cons. 410. nu. 22. decis. Perus. 95. nu. 14. & seqq. Crot. consi. 345. nu. 1. pro qua facit quod not. Bald. in l. in fraudem, §. fin. ff. de test. milit. quod statutum generale omnes casus generaliter compræhendit, etiam priuilegiatos, dummodò per hoc priuilegium non infringatur. Et s̄m hanc opinionem in casu statuti Ferrariæ sub Rubrica quod pendente lite in reali actione non liceat rem in iudicium deductam in aliū trāsferre, quod mulier nō potuerit rem hmōi in dotem dare, & sic statutum illud generaliter loquens, ēt cām dotis includeret, vidi consultū, qđ ēt exēplatū apud me habeo per excellentissimū D. Vbertinū Zucchardū Ferrariēsē, qui multis rōnibus hanc opinionē defendit, quā dicit cōem, seu cōiorē, et allegat multos qui eā tenent, in effectu, licet non in proprijs terminis, ut Aret. & Alex. in d. l. 1. sol. matr. Spec. Cyn. Bar. et Alex. tenētes Auth. Hoc si debitor, C. de pign. habere locū ēt in dote, quos refert Negus. d. 1. parte, nu. 30. Et sic patet, qđ opinio pro utraque parte est sustentalis authoritatibus, & rationibus per prædictos in dictis locis allegatis.

20 Pro decisione † casus nostri, putarem distinguendum esse: quia aut contractus dotis celebratur in casibus quibus dos causæ piæ ęquiparatur, ut per Doct. in d. l. 1. sol. mat. ut in casu in quo cōsuluit Calcan. & subscripserūt alij, scilicet, qn̄ dos fuit promissa mulieri pauperi, & inopi, & tunc puto contractum valere, ēt nō seruata dicta forma statuti, per ea quæ supra dicta fuere in pręcedenti quęst. Aut contractus dotis est talis, qui non pōt dici celebratus pro pia causa, & tunc aut statutum loquitur per verba generalia, & prægnātia, ut in hoc statuto Ferrariæ, & tunc censeo compręhendere casum dotis, & sic cōtractū non ualere, ut Dec. tradit d. cōsi. 301. in fine, nam lex generaliter, & per uerba prægnātia generalia, & geminata compræhendit casus priuilegiatos, ut tradit. Gozad. in repet. l. prime 3. not. C. de eden. qđ latè prosequitur D. Vbert. d. suo consi. aut per verba simplicia, & sic non geminata, vel generalia, & tunc non recederem à prima opinione quæ uidetur cōior. In specie in hac quæstione an statutū generaliter loquens causum dotis compræhen-

prehendat, nam decisioni specificę standum
est, etiam quod communior opinio esset a re
motis in contrarium, ut per Neuizan. in Sil-
ua Nupt. lib. 5. nu. 72.

Duodecimo quæro, nunquid mulier sine
dicta solemnitate poterit donare causa mor-
21 tis? Pet. de Anchar. vt etiam dictum † fuit su-
prà, in 7. quæst. in cons. 384. decidit quod nõ,
cuius opinionem tenent magis cõiter Doct.
in l. 2. in princ. ff. de verb. oblig. & in l. 2. ff. de
leg. 1. vbi Ruin. col. 21. ad fin. & Ripa nu. 10.
& ibi dicit Ias. quod totus mundus eam se-
quitur licèt ipse ibi teneat cõtrarium, & con-
trarium tenuerint Roman. Socin. & Rim. d.
l. 2. in princ. de verb. oblig. vbi Alciat. nu. 10.
dicit hanc esse veriorẽ, scilicet communem
opinionẽ, sequitur Arno. Sing. suo 42. Mul-
toties. Dec. allegato cõs. 279. & latissimè Pa-
ris. consi. aliàs allegato 97. nu. 4. vol. 3. quod
in casu huius statuti de plano ꝓcedit, in quo
statutum disponit quod non possit obligari
mulier, vt tradũt Anchar. Dec. et Paris. dictis
consilijs, & Abb. d. consi. 40. Factum in effe-
ctu sic proponitur. 2. col. 2. vol. & Socin. alle
gato cons. 112. 5. col. versi. quarta difficultas,
duplicato consi. 172.

Tertiodecimo nunquid mulier quę nõ po
test cõtrahere, vel se obligare, sine huiusmo-
22 di solemnitate poterit † testari? & concludit
qđ sic. Arno. Epitom. 16. Quia hic casus, vbi
dicit, quod etiam quod statutum disponeret
in contrarium, mulierem sine viri consensu
testari non posse, tamen non prohiberetur
testari, cum tale statutum secundum commu
nem opin. non valeat; quod vltimum non ui
detur verũ: quia immò valet, nisi sit factum
in odium vel fraudem particularis personæ,
& hęc videtur verior, & communior opinio
quam tenet Anchar. consi. 25. Videtur. Ias. l.
ex facto, de vulg. & alijs rationibus, et autho
ritatibus comprobat Dec. cons. 455. & sequi
tur etiam consi. 361. col. 1. & Dur. d. tit. 1.
Caut. 2. in princ. in casu tamen dicti statu-
23 ti, † mulier quæ prohibetur testari sine dicta
solemnitate, poterit tamen testamentũ prius
cum ea factum, ea non seruata, cancellare, ut
concludit Bald. consil. 209. Licèt consulen-
tes. vol. 4.

Quartodecimo videndũ est, nũquid stante
hmõi statuto, mulier possit hæreditatem adi
re, & sic quasi contrahere? pro cuius solutio-
24 ne distinguendum † est, quia, aut statutum lo
quitur prout in casu isto expresse, quod non
possit contrahere, uel quasi contrahere, uel
hæreditatem adire, & tunc statutum est ser-
uandum. Aut loquitur tantum, quod mulier
non possit se obligare, & tunc ſm cõem opi-
nionẽ non poterit ẽt hæreditatem adire, quã
tenent Bart. Bald. & cõiter alij, in l. mutum,
ubi Alex. dicit omnes Bart. sequi, ff. de aquir.
hæred. Paul. & Ias. in l. more, ff. eod. Socin.
d. consi. 112. 5. col. in 1. uol. & Calcan. cons.
17. 5. col. in princ. & consi. 74. col. 11. Si uero
statutum disponit, quod mulier non poss
contrahere, & adhuc idem uidetur dicendu
prout uidetur tenere Bart. in d. l. more, & se-
quitur ibi Paul. de Cast. dicens ita se uidiss
seruari, & idem sequitur ibi Roman. & idem
Roman. consi. 12. ad finem, Aret. in §. hæres
quoque, Instit. de obl. quæ ex quasi cõtractu,
quod procedit, si sit ratio expressa in statuto,
per quam uideatur etiam debere includi adi
tio, ut Aretin. tradit d. l. mutum, uel adeo ge-
neralis, ut eam comprehendat, ut tenet Cam
peg. d. tract. dot. ult. parte. qu ęst. 107. quã op
nionẽ ẽt ratione nõ expressa dicit ueriorem
& eã sequitur Ias. in d. l. more, & in l. si unus
§. pactus, 9. col. uersi. sexto facit, ff. de pactis
l. siue apud acta, 2. col. C. de trans. & in §. om
nium, nu. 38. Instit. de action.

Contrariam tamẽ opinionem tenet Bar
indistinctè, quod mulier possit adire, & sic
quasi cõtrahere, in l. apud Iulianum, §. fin. ff.
quib. ex caus. in poss. eat. Bald. Ang. & Imo-
la, in d. l. mutum, ubi Alex. n. 8. dicit esse ma-
gis communem, & Ias. etiam fatetur cõem
in d. l. more. quinta col. ubi alios allegat, et
etiam sequitur Arno. Sing. suo 15. Stante, &
hanc sequitur Gomes. plura alia allegans, in
§. omnium, nu. 27. Instit. de actionib.

Supradicta tamen Cõclusio quod mulier
prohibita per statutum cõtrahere, & se obli-
gare, nõ possit adire, limitatur per Ang. in d.
l. mutum, non procedere, quando hæreditas
esset lucrosa, & nulla adessent debita, uel le-
gata, seu onera, & sic non obligaretur, & se-
quitur ibi Paul. de Cast. dicẽs ita se de facto
consuluisse Florentiæ, sed quia non uiderat
decisionem Angeli, non potuisse obtinere, et
sequuntur Imola, & Raph. in d. l. more, & in
d. §. omnium, nu. 42. & Ias. & Alex. d. l. mu
tum, quã decisionem approbat ẽt Ruin. cõs.
187. nu. 5. 1. uol. pro quo faciunt quę infra di
cẽtur in 30. quæst. an ualeat cõtractus, si mu-
lieri vtilis est & lucrosus, quod etiam tenet
Dec. consi. 331. nu. 4. & Tiraquel. in d. tract.
de Legib. Connubial. glos. 8. nu. 78.

Quintodecimo quęritur, nũquid hmõi sta
tutum qđ mulier sine propinquorũ cõsensu
25 cõtrahere † possit, sibi locũ uẽdicet, si filia cõ-
trahat cũ pr̃e? & in terminis nr̃is est decisio
Baldi in l. pactũ qđ dotali, 21. q̃st. C. de coll.
quod non, & sequitur Rom. in l. si quis mihi
bona, §. quod si mãdauit, ff. de acquir. hæred.
& Alexand. in d. l. §. si coram, num. 8. & in
consil. 106. Quo ad præsens, in fine, 1. uol.
& cons.

& cons.29 præclarè,col. pen. 3. vol.Barb.c. causam matrimonij, de offic. deleg. Ias.in l. Præses, 2.col.& in l.transactionem, col.fin. C.de trāsact. licèt ipsemet Ias. post Roman. tenuerit contrarium, in d.l.pactum,idem tenet Dec.in d.l.pactum,num.19. vbi respondet rationibus Ias. contrarium ibi tenentis, & idem tenet in cons. 26. numero 2.& cons. 180. col. 2. & in simili statuto tenet Socin. Regula 261.Minor, prima Fallētia, & sequitur etiam Paris.cons.106.num. 50.1. vol. & Ripa, loquens etiam in contrahente cum matre,in 3.lib. Responso 110.num.2.& in l. 1.§.fuit quæsitum,num. 2. ad Treb.sed contrarium tenet Gomes.in §.omnium,numero 27.29.Inst.de action.& ad hanc quæst. vide Tiraq.in legibus Connubial.in glos.5.num. 33.& sequent.& Cęph.cons.211.& 467.nu. 40.& hanc sequitur Alciat.d. l.Præses, & l. transationem, & dicit communem ipsemet Alciat.in Regula 1.2.pręsumpt.nu.6.& eam etiam sequitur Arno.Soli. 15. In Regno, licèt Alciat.d.l.Præses,intelligat hoc procedere, nisi contractus sit factus in vtilitatem patris,quia maior est suspitio; & in d. præsumptione num.7.opponit, quod pater non potest consentire ad sui vtilitatem, ut supra in uerbo & prędictorum aliorum,& propterea dicit videri restringendam esse ad casum vbi contractus non pertineret ad utilitatem patris,& propterea reliquit cogitandum. Ego tamen, in casu huius Ferrariensis Statuti, non putarem contractum valere, ex quo statutum ipsum exigit consensum patris, si ipse non habuerit interesse in contractu, aliàs debent alij adhiberi,& sic, quia statutum clarè declarat, non sufficere consensum eius qui habet interesse in contractu, sumus extra opinionem Doct. sed in casu alterius statuti, solum consensum propinquorum exigentis, etsi prædicta sit communis Doct. sententia, tamen uidetur distingui posse, quod illa procedat in casu dubio,an scilicèt contractus sit magis in utilitatem patris, q̃ filiæ,quia si clarum est magis concernere utilitatem patris, cessat p̄sumptio in qua fundatur hmōi Decisio.qđ nō sit verisimile,patrem velle fraudare filiam,& sic qñ constaret qđ filia id fecerit metu reuerentiali, vt tenēt Dec.d.l.pactum, & Alciat.d.præsumpt. si ēt esset clarum magis concernere vtilitatem filiæ, valet ēt contractus,per ea quæ dicētur infra in 30.quęst. sed nō ea rōne,quia factus cum patre quia ēt valet si sit factus cum quocunq; sine solēnitate statutaria ergo vr̄ cōcludendum solum dictam decisionem procedere, qñ non constat contractum magis concernere utilitatem vnius, q̃ alterius partis, & sic in casu dubio.

Sextodecimo pone, qđ mulier cui prius fuerat facta donatio,q̃ non acceptauerat, si 26 ne hac solemnitate,†renuntiat hmōi donationi non adhuc ratificatæ, nec acquisitæ, nunquid ualeat hmōi renunciatio. Paul. de Cast.cons.11.In casu præsenti in antiquis,aliàs 171.in nouis.2.parte, & Imola in cōs.In casu præmisso, consuluerunt contractum ualere, quia stante hmōi statuto, quod mulier non possit alienare,uel se obligare,sine dicta solemnitate,tamen potest non acquirere, vt ibi per eos,& sequitur Felin.in cap. 2. col.4. post med.de Constit. Arno.Dialo.12.Mulieres,& Dec.cons.624.nu.10. Socin.cons. 53. nu.25.4.uol.& Crauet.cōs.114.n.14. Alciat. tñ in Rubr. C. de pact.5.pagi.dubitat, num mulier possit hæreditatem paternam sine solemnitate repudiare, quia fere est eadem ratio,quæ est in contrahente,& paciscente, & distinguit: Aut statutum prohibet mulierem ne diminuat bona sua,ut quia dicit,quod mulier non alienet, non obliget, uel similia, & tunc repudiare poterit: quia pōt sibi nolle acquirere, secùs verò si statutū pacisci,uel contrahere prohibeat, & cum opin. Alciati vr̄ concordare Paul.de Castro, cons.419. Viso puncto,1.col.2.parte,ubi dicit,quod statuto de donatione loquente non obstante,mulier paternam, & maternam hæreditatem repudiare pōt,quia non censetur patrimonium diminuere. Sed in hac quæstione aduertēdum puto,qđ in casu statuti Ferrariensis,hęc decisio non procedit, quia nō solum mulier prohibetur se obligare,alienare, & uedere, prout in casu Pauli,& Imolę contingebat ex suo statuto,sed ēt prohibetur renunciare, & aliquē actum facere,per quē sibi generari possit aliqđ uel qualecumq; preiudicium, qđ generaretur ēt in casu isto,quia renūciādo sibi pręiudicat,ut nō possit ulterius acceptare, ut dicit Paul.d.cōs.col.fi. Pręterea est considerandum ēt generaliter dictā decisionem non uideri uerā, quia cessat rō qua mouētur Doct. ad ita tenendum,nā fundamentum suum est in hoc, quia sine ratificatione etiam ex stipulatione Notarij nō erat quęsitum ius mulieri,prout tenent plures alij,quod tñ fundamentum non procedit sine dubio,quia quod ex stipulatione Notarij ēt absenti quæratur ius sine rōne, saltem quo ad hoc ut non possit reuocari,tenet Bald.in l.cum à socero, C. de iure dot. Alex. Aret. Socin. & Ias.in l. qui Romę,§.Flauius, de uerb.obl. & dicit hanc esse cōem opin. Doct. Cagnol. in l.id qđ nostrum,nu.15.de reg.iur.ubi alios allegat;sed quia hęc est quæstio maturius discutiēda,hic ulterius non tangam, sed infrà suo loco ponam, & ad principalē quæstionē uide Tiraq.

in tract.legum Connubial.vlt.lege gl.5. nu.
5.cum pluribus seqq. & num. 31. & seqq.
Septimodecimo, nunquid sicut requiritur
huiusmodi solemnitas in cõtractu mulieris,
27 ita ẽt requiratur in † dissolutione seu distractu
ipsius, dicendum est qđ sic, Authẽ. Econtra,
& ibi Bar. C.de repud. & idem tenet Bald.in
d.l.pactum, quæst.21. vbi dicit idẽ esse in re-
nũciatione, licet contrariũ tenuerit in Rubr.
C.de pact. Arno. Coment.196. Quero, & est
regula Iuris, Nihil tam naturale, vbi Moder.
de Reg.iur. & in terminis etiam Campeg.d.
vlt.parte, quest.101. & Ias.d.§.pactus, 8.col.
vers.secũdo moueor, & in d. §. omnium, nu.
39. Tiraqel. vbi suprà.
Octauodecimo quid in ratificatione, an
28 eadẽ solemnitas dẽat interuenire? dicas † qđ
sic, Roman.cons.12.in fi.cũ alijs supra addu-
ctis in Clausula, Rati, verb. ratificabit, circa
med. & in terminis trad. Dec.cons.536.n.6.
Nonodecimo quęro, an sicut mulier prohi
bẽtur alienare, ita etiã prohibeatur alienatio
29 ni consentire sine dicta † solemnitate? & dicẽ
dum uidetur quod nõ: per Regulam, Aliud,
de reg. iur. hoc tenet in terminis Bald.in di-
cta Rubr.C.de pact. & ibi sequitur Picus, vt
refert ibi Alciat.dicens, quod non obstante
dicto statuto, poterit mulier emphyteutę alie
nanti cõsentire. In contrarium facit, quia est
eadem ratio in consensu, quę est in principa-
li contractu, & propterea dicta Regula non
procedit, diuersa existente ratione, ut Bald.
ipse tradit in l.finali, 2.col.vers.collige ergo,
num.8. C.de pact. & propterea dicunt Bald.
Salicet. & Aretin.in l.2. C.si aduers.don.qđ
si minor sine certa solemnitate non potest a-
lienare, non poterit etiam alienanti consen-
tire; quod etiam tenet, & alijs decisionibus
comprobat Fab.de Sancto Sauino, dicto tra
ctatu, de empt. & vendit.25.quæst. 3.quæst.
principalis, sequitur Dec. in d. Regula, A-
liud, vbi etiam Cagnol.alios allegans, & in
dicta Rubr. vbi idem tenet Alciat. in termi-
nis nostris, ad finem, & hoc videtur verius,
quia aliàs de facili fieret fraus, ut per Doct.
in locis prædictis, quod etiam tenet Socin.
cons.230.col.2.in fine, dicens mulierem tali
casu prohibitam contrahere.
Vigesimo videndum est, an stante statuto
hmõi, solum prohibente contrahere mulie-
30 rem, extẽdatur † ad contractus etiam qui nõ
sint vltrò citroque obligatorij? Campeg. d.
vlt.parte, q. 109. arguit quod non, tandem
concludit, quod tanto magis censetur prohi-
bita mulier donare, & sic quod obligatio o-
riatur tantum ex parte sua, si prohibeatur,
quando etiam aduersa pars obligaretur, &
hoc etiam videtur tenere Bald. in d. Rubr.
vbi dicit, quod censetur prohibita facere om
nem conuentionem, etiam ad liberandum,
de quo vltimo latius inferius dicetur, & se-
quitur Alciat.ibi, dicens, in donatione & pa
cto cæteros sequi Bald. & sequitur Corn.cõ.
sil.259. prima col.in 4.volumine.
Vigesimoprimo quæritur, stante dicto sta
31 tuto nũquid mulier prohibita † alienare, vel
promittere, possit consentiente testatore qui
eam instituit hæredem, vel eidem reliquit le-
gatum bona sibi relicta promittere, uel obli-
gare sine dicta solemnitate. Bald.in l. fin. ad
finem tenet quod sic, loquens in minore, qui
statuto obstante promittere non potest, &
idem tenet Dec.ibi, num.5. loquens in mu-
liere per statutum prohibita vltra certam
partem alienare, & dicit ità uidisse consultũ.
Vigesimosecundo numquid mulier possit
sine dicta solẽnitate statuto nõ permittent
32 † procuratorem ad Iudicia constituere? Ias.
determinat quod sic, in l.more, 5.col.ff.de ac
quir.hæred.ne quod introductum est in fauo
rem mulieris, in eius damnum redundet, l.
quod fauore, C.de legib.
33 Vigesimotertio quæro, mulier † uẽdit rem
emphyteuticam irrequisito Domino, sine so-
lemnitate statuti, & sic nõ ualet uenditio, nũ
quid incidat res in commissum, iuxta l.3. C.
de iure emphit.Bald. decidit quod non, in l.
2.1.col.uer.ex prędictis, C.de episc.audient.
Vigesimoquarto nũquid huiusmodi statu
tum locum hẽat in liberatione debitoris, &
pacto de non petendo? Refert quibus uerbis
34 † sit facta prohibitio: aut prohibetur mulier
obligari, & tunc oẽs concludunt seruandam
ẽt hoc casu esse solemnitatẽ. Bar.in l.si unus,
§.pactus, 4.col.nu.13. & cõiter sequũtur oẽs
ibi, ff.de pact. & Ruin.cõs.159.n.6.uol.5.aut
statutum loquitur per uerbum, contrahere,
& tũc sunt opiniones. Bald.in d. Rubr.C.de
pact. & in d. §.pactus 5. col. uers. sed quid
statutũ, nu.12.tenet, mulierem non posse
liberationẽ facere, & ibi sequitur Alciat.ut
dicit, ità cęteros tenere, sed Bald.vr̃ sibi con
trarius, & contrarium in effectu tenuisse in l.
siue apud, col.2. & ibi sequũtur Ale.& Ang.
de Alex.C.de trãs.& Alex.in l.more, 2.col.
de acquir.hęred. & in d.§.pactus, ubi dicit i-
ta tenere Ang.ibi, sed tñ primã opinionẽ tan
quam ueriorẽ, tenent Ias.& Alciat. d.l.siue
apud, & Ias.d.§.pactus, 8.& 9.col.& d.§.om
niũ, nu.39.quę vr̃ uerior, & tenẽda, sed uerũ
tñ limitanda uno casu, scilicèt, qñ debitor ha
uit qđ debet, & mulier tenetur ipsum quieta
re per publicum Instr̃m, l.sicut datam, C.
de libera. caus. nam sine huiusmodi solẽni-
tate mulier liberare põt ex quo est liberatio
quę à lege procedit.ità not.Roman.cõs.180.
Præ-

Presupposito duplicato cons. 394. sequitur Alex. cons. 215. nu. 6. vol. 6. & Crauet. cons. 215. num. 5. & sequitur Ias. in d. §. pactus, 8. col. & in simili facit quod tradit Socin allegato cons. 80. nu. 25. vbi dicit, statutum sibi locum non vendicare in obligationibus, quę tacite ex legali dispositione in consequentiam actus resultat, & faciunt not. in l. item quia, ff. de pact. cum alijs per eum ibi traditis, & Rui. cons. 61. num. 4. & sequent. & consil. 161. in prin. lib. 3. licèt etiam in casu statuti Ferrariensis nimis latè loquentis vltra receptionem decem lib. hoc fortè non esset tutum, imò & potest etiam obligari mulier sine dicta solemnitate, quando hæc obligatio fit super veteri obligatione valida, ut tradit Paul. de Cast. cons. 183. In causa quæ vertitur, num. 2. prima parte.

35 Vigesimoquinto quæro, nũquid † statutũ sit seruandum, si compromittat mulier, & dicendum est quod sic: quia qui non potest alienare, non potest compromittere, c. cum tempore, vbi omnes, de arbit. Ias. l. 3. 9. quęst. nu. 51. de iure emphit. & Dec. plures allegans consil. 282. numero 3.

Vigesimosexto pone quod mulier nõ seruata solemnitate statuti vendidit fundum, &
36 in Instrumento confessa fuit habuisse † partẽ pretij nunquid annullato contractu confessio valeat, ut per eam probetur receptio? Ang. in l. 1. C. de præscript. 30. annor. tenet, quod confessio probet numerationem & omnia gesta, & sequitur in effectu Alex. in l. si ita stipulatus, §. Grisognus, n. 11. de uer. obl. & Ias. in l. certi cõdictio, §. si nũmos, col. 6. in fine hoc etiam sequitur Roman. cons. 294. Hæc confessio, 1. col. quem sequitur Marsil. in Rubr. de probat. num. 306. & Crot. in §. si quis ita, legis prædictæ, 1. lect. in fi. ff. de uerbor. oblig. & Ruin. cons. 53. nu. 15. in 2. uol. Quod intelligas, nisi confessio stet pro causa, quia tunc etiam annullaretur, ut per Alciat. ibi, ad fi. nu. 55. Et intelligas etiam, nisi statutum quoque prohiberet mulieris confessionem, prout in casu Ferrariensis statuti: quia tunc etiam huic decisioni non uidetur locum fore.

Vigesimoseptimo quęro nũquid ex hmõi contractu repugnante statuto facto trasfera-
37 tur † possessio per mulierem in cõtrahentem? & uidetur dicendum quod sic, quia ex inutili contractu transfertur possessio, l. 1. §. si uir, & ibi not. ff. de acquir. possess. sed melius erit distinguere ut distinguit ibi Alex. ad fin. ut intuenda sint uerba statuti, quia si tantum contrahere mulierem prohibet, transferetur possessio, si autem obligaret, secùs erit, uel saltem est inefficax & iniusta, ut per Alciat. ibi, nu. 60. aliàs num. 7. secundum aliam impressionem, sed quod non possit indistinctè, ex quo mulieri est prohibita administratio per Statutum latè tradit Tiraq. in tract. de Legib. Connub. glos. 5. 14. quæst. num. 160.

Vigesimooctauo quæritur etiam, nũquid
38 † filia possit se immiscere hæreditati patris, uel aui, in cuius est potestate, sine dicta solẽnitate? & dicendum est quod sic, secundum Aretin. in §. sui autẽ, in fine, Instit. de hæred. quæ ab intest. defer. ubi loquitur in minore, qui debet seruare certam solemnitatem in contrahendo, & se obligando, & sic in casu simili, & dicit ita obtinuisse, & sequitur declarans Dec. in consil. 331. col. secunda, & propterea Ferrariense statutum, non sine causa etiam immixtionem mulieri prohibuit, & in casu statuti, si mulier ut hæres contraxit cum solemnitatibus censetur adire, Corn. cons. 165. num. 44. in 2. sed contrarium consuluit Socin. cons. 92. num. 30. & seq. uol. 3. & tenet Bald. l. 1. C. qui admitti, num. 56. & Zucchard. in Rubr. eiusdem tit. num. 96. ubi tamen limitat & Cagnol. in d. Rubr. nume. 109. & D. Rim. iun. num. 295. & seq. ubi reprobat limitationẽ Zucchard. & Io. Steph. Lamberteng. in tract. de contractibus eorum, &c. glos. 7. uerbo contractus, nume. 2.

Vigesimonono quęro etiã, nunquid statu
39 tum hmõi habeat locum in contractu † qui fit circa personam, ut in matrimonio? Bald. in l. in copulandis, C. de nupt. loquens in simili statuto, decidit, quod non, & sequitur Ias. in d. §. omnium, nu. 43. Instit. de acti. & Arno. comen. 83. Ex quo, Campeg. in d. ultima parte, quęst. 106. licèt etiã dubium sit an statutum super matrimonio disponere possit, de quo latè disputat Alex. cons. 97. Principalis dubitatio, 1. uol. quod omitto, quia nõ est materia nostra, sic etiam, huiusmodi statutum non haberet locum in obligatione quæ oriretur ex delicto, uel quasi mulieris, ne delicta remaneant impunita, ut Alex. tradit in apost. ad Bart. in d. l. apud. Iul. §. fi. post med. & idem tenet Ias. in l. si unus, §. pactus, col. 9. ff. de pact. ubi alios allegat. & Alex. post Raph. in l. more, nu. 7. de acquir. hæred. & Ias. in d. §. omnium, num. 46.

Trigesimo uidendum est, nũquid contractus factus non seruata forma dicti statuti,
40 possit ualere si est utilis † mulieri? & licèt Bart. in l. cum hi, §. eam, 2. not. & §. si Prętor, ff. de trans. uideatur licèt in alijs casibus inuere qđ non, tñ contrarium est uerius, aliàs sequeretur, ꝙ illud qđ fauore mulieris introductũ est, dẽret in eorum odiũ retorqueri, l. qđ fauore, C. de legib. ita tenet Bal. per illũ text. in l. neq; C. de cõtrah. & cõmit. stip. Ang. in

l.2.ff.de acceptil.Io.de Plat.Insti.de auct. tu-
to.in prin.Pau.de Cast.consf.83.Ad primum
quæsitum 1.col.Iaſ.in d.l.more 6. col. in l.is
cui bonis,ubi etiam Rip.num.45.ff.de verb.
oblig.in d.l.ſi vnus, §.pactus, 9. col. in l.qui
iuraſſe,2.not. deiureiur. & in d. §.omnium,
nu.41.Inſtit.de action. Arno. Sing.24. Scis.
Socin. aliàs allegato conſ. 80. numero 8. in
4.vol.Dec. dicto conſ. 331. numero 4.Pariſ.
conſ.96. numero 104. in princ.& conſil. 16
numero 98.in 2. uol.Marantha tract.de ord.
iud.4.parte,16. diſtinct. numero 29. Ripa in
l.furioſo, numero primo de re iudic. & Tira
quel.in tractatu, de legibus connub. gloſ.8.
quæſt.8.nume.56. & ſeqq. & quæſt.10. Nec
enim eſt inconueniens, tali caſu claudicare
cõtractum,ſicut fit,quando cum pupillo con
trahitur, quia taliter contrahenti imputan-
dum eſt, l.Iulianus, §.ſi quis à pupillo, ff. de
action. empt.& propterea infertur valere li-
berationem factam in contractu celebrato
cum muliere, non ſeruata forma ſtatuti, vt
per Arno. Soliloq. 84. Cum mulieres, nam
mulieri ex contractu agenti, non poteſt op-
poni nullitas contractus, quia eſſet oppone-
re,quod non potuit acquirere,non quod non
potuit obligari vt dicit Paul.de Caſt.in con-
ſil. 91. In cauſa appellationis, numero quin-
to, prima parte; eſt tamen in hac quæſtione
ſciendum,quod mulier non poſſet pro parte
contractum acceptare, & pro parte reſpue-
re,l. cum quæreretur,ad fin.ff.de admin.tut.
Anchar.conſil.207. In q.col.ſecunda. Paul.
de Caſt.conſi.139.Primo videndum, & con
ſil.263.Si iſte Nerius. Socin.conſil.125.col.
prima lib.tertio,refert, & ſequitur Cagnol.
in l.ſecundum naturam, numero octauo,de
regulis iuris, & in ſimili Curt. iun. conſilio
147. numero decimo, & plura ad propo-
ſitum ponit Tiraquel. in tractatu de retract.
conuention. in fine numero tertio, & ſeqq.
pluribus.

Trigeſimoprimo quæro, nunquid huic
ſtatuto renunciari poſſit per mulierem? deciſ.
eſt Baldi quod non, in l. ſecunda 2.quæſt.C.
41 de reſcind.uẽd.† & ſequitur Felin. in c.ſi di-
ligenti,numero 8.de foro compet. vbi repro
bat Abb. qui dicit poſſe attentari cõtrarium,
in c.ad Apoſtolicã,de reg. & facit deciſ.Bar.
in ſimili ſtatuto,in minore, in l.2.in fi. C.ne
fideiuſ.dot. quam etiam tenet Paul. de Caſt.
conſ.301. Ad bene examinandum, numero
2.prima parte, & hoc etiam in minore tradit
Bart.in conſ.88. In quæſt. inter Franc. & ſe-
quitur Ruin.conſ.135.nu. 12. 1.vol.& Cra-
uet.conſ.242.nu. 1. quod maximè procedit,
cum ſit introductũ pro forma, & iuri formã
introducenti renunciari non põt Bald.in c.1.
1.col.qui ſucceſ. tene.de quo habẽt per Dec.
in l.ſi quis in cõſcribendo,nu.27.2.concl.C.
de pact.ſed an valeat renunciatio iurata, alia
quæſt.eſt quæ ex not. ſuprà, in 3. quæſt.de-
cidi poteſt.

Trigeſimoſecundo, & vltimo videndum
eſt, nunquid huiuſmodi ſolemnitas conſen-
ſus præſumatur interueniſſe? in qua quæſtio-
42 ne Doct.†fuerunt uarij, & ſibimet etiam in-
conſtantes, & contrarij, nam Bald. in l.2.C.
de legi.hæred.tenuit non præſumi huiuſmo-
di ſolẽnitatem, ſed probari debere, & idem
tenent Raph. & Alex.in d.l. qui in aliena,§.
1.ff.de acquir.hæred. Rom.in l.ſciendum
de uerb. oblig. & latiſſimè eam defendit A-
xand.conſil. 218. per totum in ſexto uol.&
ſequitur etiam Marſil.Singu.323. Diuturni-
tas, in fine.

Contrariũ tenet ipſemet Bald. ſibi contra
rius,d.l.qui aliena,§. 1. vbi dicit,quod in ca-
ſu dicti ſtatuti, ſi mulier poſſedit longo te-
pore hæreditatem, præſumitur eam cum di-
cta ſolemnitate adiuiſſe, & ſequitur ibi Ang.
dicens in facto Florentiæ defendiſſe additio-
nem factam per mulierem ſine dicta ſolemni
tate,probando eam longo tempore poſſediſ-
ſe, & ſequitur etiã ibi Imola, & Aret. & Iaſ.
qui dicit,quod eſt cauſa pro amico; & in hã
partem uidetur etiam inclinare ipſemet Iaſ.
licèt dicat pro tunc non examinare, in l.1.5.
col. C.qui admit. & in l.ſi certis annis, col.3.
noluit firmare. Hoc tenet expreſſè Socin. de
Regula 261. & 318.Minor, per Fallent. &
Lambert.in tractatu de iure patr.1.lib.prim.
parte, ſeptimo articulo 2. quæſt.principali
num.6.verſic.decimo adduco. Hoc idem te-
net Alexand.ſibi contrarius,in conſi.79.C.
ca prædicta,col.3.primo uol. & dicit hanc
ſe magis communem opinionem, in l.2.§.
voluntatem, 2.col.ff. ſoluto matr.hoc etiam
tenet Felin. in cap. Albericus, col.fin.ante
fin.de teſti.idem Angel.& Imola, d.l. ſcien-
dum, & Dec. conſi.409. prima col.Facit de
ciſio Baldi in l. ſi filiusfamilias ad finem, C.
de petitio.hęredita.quod ſtante ſtatuto quod
filius ſine conſenſu patris contrahere non
poſſit, ſi contrahens cum filio rem poſſedera
emptam à filio, ſciente, & patiente patre,
præſumitur interueniſſe dictam licentiam
Sequuntur ibi Paul.de Caſtro, & Dec.conſil.
486.nume.11. Et quod præſumatur conſen-
ſus ex diuturnitate temporis, latè tradunt
Gozad.conſil.73. Ferè per totum, & Socin.
iun.conſilio 22.nume.13. & ſequent. prim.
vol.ſed videndus eſt conſi.56.num.24. & ſe-
quent.ſecundo uol. & Crauet.in tract.de an-
tiquit.tempor.tertia parte, in princ.& pluri-
bus num. & Tiraquel. in tract. legum Con-
nubial.

nubial.glos.7.num.39.& sequent. Et hæc opinio videtur verior, & communior, pro qua facit quod ex diuturnitate temporis præsumitur solemnitas etiam extrinseca, & est magis communis opinio Doctor. in dicta l.sciendum, & in dicto capitulo Albericus, de quo etiã per Decium, in dicta l.prima, numero octauo, C.qui admit.& Alciatus, tractatu præsumptionũ, Regula tertia, præsumptione decima, numero septimo. Et quia de huiusmodi solemnitatibus intrinseca, & extrinseca, quando præsumantur interuenisse, intendo latius inferius tractare, propterea super hac quæstione vlterius verba non faciam.

Cæteras quæstiones ad hanc materiam pertinentes, quando loco propinquorum Iudex decretum interponit, dicam infra, in sequenti Clausula, ubi plura etiam dicetur de huiusmodi statuto.

CLAVSVLA VIII.

Et Federicus & Paulus fratres, & filij quondam Bartholomei de Gãdulphis etiam ciues & habitatores Ferrariæ in contrata Sancti Romani minores annis vigintiquinque.

SVMMARIA.

1 *Minor adultus si contrahat sine debitis solemnitatibus, si iurat in contractu facit ipsum validum, neq; potest restitui.*

GLOSSA PRIMA.

HIc venit tractanda materia venditionis minorum quæ quotidiana, & practicabilis est, & in ea etiam per non mediocriter peritos quandoque erratur: Nam multæ sunt solemnitates, quæ in eorum venditionibus, & contractibus exiguntur, de quibus inferius verba faciemus.

1 † Refert tamen, qua ætate sit contrahens minor, an scilicet sit adultus, uel pupillus, quia primo casu, etiam si contrahit sine solemnitatibus necessarijs, si tamen iurat, iuramẽtum repræsentat ipsum maiorem, & ualet contractus. Auth. Sacramenta puberum, C.si aduer.uendit.quę secundum Raph.Fulgos.& Ias.ibi, multos diuites reduxit ad paupertatem; nec eidem datur restitutio propter iuramentũ, ut not.ibi Doct.et Spec. in tit.de empt. & vendit. §. nunc dicendum restat, 2.col.vbi ponit formam iuramenti, & hoc tenent Doct.in c.cum contingat, de iureiur. & alibi sæpè; secundo verò casu, si est pupillus, non, ut per Doct. in locis præallegatis, & Paris.in consi.98.nu.56.& 57.& cons. seq.nu.17.1. volumine.

Maiores tamen, scilicet Dominus Federicus annis decem & octo, & Dominus Paulus annis decem.

SVMMARIA.

1 *Infantiæ proximus quis dicatur.*
Pubertati proximus quis dicatur.
Pubertati proximus quis dicatur, quando malitia supplet ætatem.
Infans quinq; annorum blasfemator ex consuetudine fuit raptus a Diabolo.
Puer ætatis decem annorum reddidit grauidam nutricem.
Malitia supplet ætatem.
Pubertati proximus potest contrahere tutore auctore.
Pubertati proximus obligatur naturaliter si contrahat sine tutore.
2 *Infans, vel infantiæ proximus non obligatur, etiam iuramento interueniente si contrahat sine tutore.*
3 *Pubertati proximus si contrahat sine tutore iuramento tamen interueniente numquid obligetur, sunt opiniones.*
4 *Pubertati proximus si fateatur se adultum, & puberem, & iuret contrahendo, obligatur.*
Limita tamen vt non procedat quando hic pubertati proximus cum coniuncto contraheret.

GLOSSA SECVNDA.

VTile est apponere in Instrumentis ætatem certam minorũ, nam iuuat ad multa: quãdoquidem iura distinguant inter huiusmodi ætates, & diuersimodè statuant in eis, dicitur enim infantia usque ad septennium, tam in mare, quã in fœmina, usque ad 14.inclusiuè, in masculo, & ad 12.in fœmina. Pupillaris ætas, & quia nulla alia est media, propterea ille dicitur proximis infantiæ, qui si masculus

1 † est, expleuit annum decimũ cũ dimidio, si fœmina, nonum cũ dimidio, si uero expleuerint, pubertati proximi dicũtur, ut not.uoluit glos.in §.pupillus, Instit.de inut.stip.ubi Aret.& in l.pupillum, in 1.glos.quam ibi sequuntur Alber. dicens eam uidisse seruari in practica. Dec.& Cagnol. et sequuntur Bart. et alij, in l.1.ff. de nouat. Ias.in d.Auth.Sacramenta, col.4. et Ioan.de Anan.c.1.2. col. de delict.puer. Alciat.c. cum contingat, nu. 140. de iureiurand. quod intelligendum est, nisi

nisi malitia suppleat ætatem, quia tunc etiam
ante annum decimum cum dimidio, pupil-
lus dicetur proximus pubertati, ut per Aret.
in d. §. pupillus, & per Ioan. Andr. Abb. &
alios, in d.c.1. Marsil. in l. infans, 1. col. ff. ad
l. Corn. de siccar. & Cagnol. d. l. pupillum,
nu.3. in quibus locis referũt exemplum Gre-
gor. in suis Dialog. qui dixit, quod infans
quinquenij, blasphemator ex cõsuetudine,
fuit raptus à Diabolo, & ponit etiam Abb.
ibi post alios exemplum aliud Gregor. quod
etiam refert glos. in Summa 20. quæst. 1. ad
fin. de puero ætatis decem annorum, qui nu-
tricem grauidam reddidit, quod potuit acci-
dere ex his quę not. Barb. in addit. ad Abbat.
in d.c.1. & dicit Marsil. in dicta l. Infans, nu-
me.5. quod modernis temporibus l.1. §. im-
puberes, C. de fal. mon. quæ dicit, quod illa
impuberis ætas, quod uidet ignorat, non pro
cedit, quia impuberes sunt adeo vitiosi, mali-
tiosi, & sagaces, vt sæpenumero maiores de-
cipiant, & dicit Ioan. de Anan. in Rubr. d. tit.
de delict. puer. & refert Marsil. d. l. infans,
num.3. quòd Industria, sapientia, astutia, sa-
gacitas, prudentia, & malitia, supplent æta-
tem, & excludunt pręsumptionem fragilita
tis ætatis. De cæteris verò ętatibus hominis,
ponit glos. in verbo, perfectus, in procemio
Sexti. & Alciat. latè, in l. pueri, ff. de verbor.
signif. vbi plura ad hanc materiam facientia
ponit.

Et proximus pubertati potest contrahere
tutore authore, d. §. pupillus, vbi Aretin. &
glos. Bar. in d. l. 1. ff. de nouat. & obligatur na
turaliter, contrahens sine tutore, vt in dictis
locis. sed in infante maior est dubitatio, de
quo per Doct. in l. pupillus, si fari. ff. de ac-
quir. hæred. & per Cagnol. in l. in negocijs,
num.8. ff. de reg. iuris.

Similiter operatur expressio ætatis in a-
2 lio, scilicèt, propter Iuramentum, quia † in-
fans non obligatur vel proximus infantię, si
contrahat sine tutore, etiam iureiurando in-
terueniente, sed in pubertati proximo, & do-
li capace, dubium est, nam quod obligetur, te
3 nent Bar. Salic. Paul. & Alex. in l. † qui iuras-
se, in princ. ff. de iureiur. & alij, quos refert
Dec. in d. l. pupillum, qui dicit hanc opinio-
nem esse communiter approbatam, & ple-
rosq; refert Alciat. d. c. cum contingat, num.
141. Contrarium verò tenent glos. Bal. Ang.
Ias. & nonnulli alij, in d. Authen. Sacramen-
ta puberũ, & quidã alij, quos refert Alciat. d.
nu.141. Vbi dicit, hãc esse magis Cõmunem
opinionem, & eam confirmat tribus funda-
mentis, & respondet contrarijs. Sed prima
opinio uidetur communior, cum habeat plu
rės & maioris etiam authoritatis Doct. pro
se, quam etiam tenet Paris. in repet. c. in præ-
sentia, num.30. de probat. & secundum eam
fuit iudicatum in Consilio Neapolitano, vt
Afflict. refert decis. 322. D. Cichus. num. 5.
Dec. cons. 682. ad finem, & Cagnol. d. l. pu-
pillum, num. 11.

Sed tenendo opinionem negatiuam, illa
4 venit limitanda, nisi proximus † pubertati fa-
teretur se adultum, seu puberem, & iuraret,
tunc enim iuramento proculdubio obliga-
tur, vt post Guil. tradit Ang. Paul. & Alex.
in d. l. qui iurasse, & Ias. d. Authen. Sacramen
ta, col.5. quod non procedit, quando minor
contrahit cum coniuncto, qui iuris præsum-
ptione censetur habere notam ætatem pu-
pilli, vt per Doctor. in locis præallegatis, &
hoc est quod uoluit dicere Compendium er-
rorum Notariorum 177. num. 1. quod vide-
tur sequi Alciat. in d. c. cum contingat, num.
150. & sequitur Afflict. dicta decis. 322. num.
tertio, & Paris. cons. 97. nume. 49. in primo
volumine.

Agensque ipse Federicus adultus cum præsentia, consensu, & authoritate.

S V M M A R I A.

1 *Auctoritas diuersimodè in iure accipitur.*
*Auctoritas est consensus auctorizabilis compe-
tens alicui ex publico officio iniuncto, vel ex
legitima administratione quam habet.*
2 *Auctoritas tutoris vel curatoris in actu interpo-
ni debet non antè vel post.*
Limita tamen vt hic.
*Auctoritas nec per procuratorem, nec per nun-
cium nec per epistolam interponi potest.*
*Consensus qui pertinet ad aliquem ratione pu-
blici officij est auctoritas.*

GLOSSA TERTIA.

DE præsentia, & de consensu satis su-
pra in Clausula præcedẽti super
verbo, Cum præsentia, & super
verbo, Cum consensu, dictum
fuit; modo de verbo, authoritate, dicendum
1 est. Sumitur † autem huiusmodi verbum, Au-
ctoritas, in iure diuersimodè. Quinque mo-
dis non ab omnibus cognitis accipi ponit Al-
ciat. in lib. 2. c. 9. Parerg. primo pro iure rei
suæ vẽdicandæ, qualibet vsucapione reiecta.
Secundo, pro actione, pro re euicta compe-
tente, l. fi. ff. de euict. quod etiam ipse Alciat.
posuit in l. quæstio, in princ. ff. de uerb. signif.
Tertio, pro iure, quod quis ab auctore, fiue
vẽditore cõsequitur. l. fi. in prin. ff. de pig. act.
Quar-

Quarto, pro Iudicis edicto. Quinto, pro mādato & iussu Principis, & per c. scribendum huiusmodi verbum censet, tāquam a uerbo, augeo, deriuatū. Sed in hac specie, nullo ex his modis accipitur huiusmodi verbum, auctoritatis, sed auctoritas accipitur prout in titulo de auctoritate tutor. & curat. ff. & C. quæ potest diffiniri sicut diffiniunt Hostiēs. Innoc. & glos. in c. 1. uerbo, tractatus, de rebus Eccles. non alien. in sexto, & sequitur Alber. in suo Dictionario, d. uerbo auctoritatem, quod auctoritas scilicet est consensus auctorizabilis competens alicui ex publico officio iniuncto, uel ex legitima administratione quam habet, de quo plura ad hanc materiā ponit Corset. Sing. suo, verbo, Minor decretum Iudicis, & debet interponi in actu ipso, non ante, vel post, l. obligari, §. tutor, ff.
2 de auct. tutor. & §. tutor, Instit. eod. tit. † vel parum ante, vel parum post, ut Io. Andr. tradit, d. c. 1. Bart. d. §. tutor. Bart. & communiter omnes, in aliàs allegata l. si quis mihi bona, §. Iussum, ff. de acquir. hæred. Bald. in l. quæcumque, ad finē, & in l. fin. §. necessitati, col. 4. nu. 16. ubi etiam Castr. col. antepē. C. de bon. quę lib. vbi dicit, quod pręsumitur esse de substantia, de quo ultimo latius dicetur infra. Potest tamen ex post facto aliquando auctoritas interuenire, in casu posito per Doct. in d. §. iussum, quando scilicèt auctoritas exigitur à Statuto, magis ad confirmandum actum, quam ad conficiendū, ut ibi per eos. Sed in casu isto, nō est dubium, quod debeat interuenire in ipso actu, quod etiam tenet Abb. c. cum nos, nu. 5. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu Capituli. Socin. consil. 15. 3. col. licet contrariū firmet col. 11. & 12. in casu suo, & Curt. iun. consi. 53. nu. 1. Nec potest interponi per procuratorē, sicut nec consensus, prout tenet in cōsensu Bald. in d. l. 1. in fine, C. qui admit. & in Auct. Aret. in d. §. iussum, 6. col. n. 8. Nec ēt potest interponi per Nūciū, uel Epistolā, d. §. tutor. Bart. in d. §. necessitate, ad fin. et tradūt cōiter Doctores ī d. §. iusū, nec ēt taciturnitate, sed uerbis expressis opus est, ut ibi per eos, & ꝑ Crot. in repet. l. 1. in princ. nu. 9. 1. lect. de uerb. obl. Sed an formalibus uerbis sit opus, controuertūt ibi Doct. in d. §. iusū, de quo uidēdus est Ias. post alios ibi, 2. & 3. col. alios referēs.

Et aduertendum est, quod uerbum, Consensu, in hoc loco nō uidetur importare simpliciter consensum, iuxta ea quę suprà super eo uerbo, in Clausula præcedenti dictū fuit, sed cēsetur ēt importare auctoritatem, nā oīs consensus qui pertinet ad aliquē rōne publici officij, est auctoritas, ut Bald. allegādo Innoc. tradit. d. §. necessitate, nu. 16. in fine.

Francisci filij quondam Petri de Carinis, ciuis Ferrariæ, habitatoris in contrata Sanctæ Crucis, eius Curatoris.

SVMMARIA.

1 *Minor annis vigintiquinque curator uel tutor esse non potest; & ratio.*
Curatores quinam esse nequeant.
2 *Milites non possunt esse tutores uel curatores.*
3 *Cæcus non potest esse tutor uel curator.*
4 *Maritus numquid possit esse curator uxoris, saltem ad vnicam litem, uel actum extraiudicialem.*
5 *Mulier in iudicialibus procuratrix esse non potest, in extraiudicialibus potest.*

GLOSSA QVARTA.

Animaduertēdū est quod non omnis potest dari curator minori, nā nōnulli prohibentur dari, minor enim primo annis 25. curator, uel tutor alterius minoris esse non potest, l. fin. C. de legit. tut. Instit. de fid. tut. §. fin. & §. mi-
1 nores, † de excus. tut. ubi reddit Imperator rationem: quia scilicet inciuile est, eos, qui alieno auxilio in rebus suis administrandis egere noscuntur, & sub alijs reguntur, aliorum tutelam vel curā subire, & not. per Doct. in dictis locis, & per Spec. in tit. de tut. §. generaliter, in princ. & per eandem rationem reijciuntur furiosi, muti, surdi, & alij, qui sub alterius sunt cura, l. pen. ff. de tutel. §. furiosus, Instit. qui test. dari tut. poss. Spec. d. §. genera-
2 liter, in prin. sic & † milites, tutores, uel curatores esse non possunt, l. militiæ, C. qui dari tut. poss. §. idem, & in milite, Instit. de excus. tut. quod intellige de illis militibus, de qui-
3 bus not. glos. & Doct. ibi, sic † & cæcus curator dari nō poterit, l. luminibus, d. tit. C qui
4 dari tut. poss. Et idem est in marito, † qui non potest esse curator uxoris, l. 2. C. eod. l. uirū, ff. de cur. fur. §. pen. Instit. de excus. tut. quod proculdubio procedit in curatore generali, sed ad unam litem poterit esse curator, quod tenet Spec. tit. de cur. §. pen. uer. sed nunquid uir. Bart. in l. si quis cum procuratore, §. fin. ff. de procurat. Bald. in l. 1. ff. de excus. tut. in d. l. 2. & in l. 2. C. de procur. cum quo tenent Paul. Alex. & Ias. licèt contrarium teneant Ioan. de plat. & Aret. d. §. pen. post Salic. per eos allegatū. Vndè non erit sine dubio quòd ad unum actum puta ad uenditionem posset decerni curator maritus. nam si teneremus rationem glos. in d. l. 2. C. qui dari tut. poss. quam ibi sequitur Bart. in d. §. pen. quòd illud ideo

lud ideo prohibetur, ne affectione maritali circunuenta vxor, sibi omnia remitteret, res videretur expedita, quod non posset decerni etiam ad vnum actum, sed quia communiter reprobatur, in d.l.2. C. de procur. per Doct. aliud videtur esse tenendum; nam si potest dari curator ad litem vnicam, & sic in Iudicio potest adesse, quanto magis poterit dari curator ad vnicum actum extraiudicialem, quod minus est, vt probatur in c. qui generaliter, §. fin. de procur. in 6. Vbi minor expleto 16. anno, ad negocia potest esse procurator, ad Iudicia non, et not. glos. et Doct. in §. eadem lege, in fine, Instit. quibus ex caus. manum. non licet, & Doct. in l. exigendi, C. de
5 procur. sic videmus † mulierem in iudicialibus procuratricem esse non posse, in extraiudicialibus secùs. Ang. Alexand. & alij, in l. quamuis, de acquir. poss. Dec. in l.2. n.16. de reg. iuris, cum alijs quæ dixi supra, in Clausula præcedenti, in 6. quæst. utile tamen fore censeo, abstinere à datione curatoris mariti uxori, ad omnem difficultatem euitandam.

Ad præsentem venditionem.

SVMMARIA.

1 *Minor adultus generalem habens curatorem nulla bona alienare, nec aliquem contractũ facere sine illo potest, cum similis sit prodigo.*

Secùs autem in non habente, sed si læditur, habet restitutionem.

Iuramentum confirmat contractum minoris.

2 *Minor curatore carens potest vendere mobilia, & ea quæ seruando seruari non possunt.*

Minor immobilia vendere nequit etiam si curatore careat, sine curatoris auctoritate, & iudicis decreto.

3 *Curator potest dari ad certum actum, præterquam ad donandum.*

Consangnineorum consensus nihil operatur in donatione minoris.

Tutor certæ rei uel causæ dari non potest.

Tutor principaliter personæ, secundario rebus datur.

4 *Curator generalis tenetur ad omnia ad quæ tenetur tutor, & maximè ad faciendum inuentarium.*

Curator specialis vel ad litem, vel ad certum actum datus, non tenetur conficere inuentarium.

5 *Curator specialis tenetur iureiurando minoris defensionem expressè & specificè promittere.*

Curator non debet tantùm promittere utilia facere, & inutilia prætermittere, sed & defensionem promittere debet expressè.

6 *Curator tenetur satisdare rẽ adulti saluã fore.*

Curator etiã si sit omissa promissio expressè rem pupilli fore saluam dummodo sit promissum utilia facere, & inutilia prætermittere, & præsertim fideiussor rectè datus intelligitur.

GLOSSA QVINTA.

Efert, an adultus habeat generalẽ curatorẽ, vt Inst. de cur. in princ an nullum, vel specialem habeat
1 quia primo † casu, nulla bona alienare potest, nec aliquem contractum facere sine eo, cum similis sit prodigo, ut est textus l. si curatorem habens, primo resp. C. de integr. rest. min. secundo verò casu, sic, sed si læditur, habet restitutionem vt ibi secundo responso, intantum, quòd iuramentum non confirmat eius contractum, sicut nec confirmat cõtractum prodigi, vt communiter not. Doct. in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig. ita in minore tradit Curt. iun. cons. 53. nu. 5. quod tamen falsum est, quia non fit æquiparatio hoc respectu iuramenti, imò iuramẽtum confirmat contractum minoris, cum repræsentet eum maiorem, d. Auth. Sacramenta puberum, ita tenent Aretin. & Alex. d. l. si curatorem habens, & Alciat. declarat, d. c. cum contingat, nu. 138. Et illud quod dicitur in d. l. si curatorem habens, quod minor curatore carens, potest vendere, declara procedere in vẽ-
2 ditione mobilium, & earum † rerum, quæ seruando seruari non possunt, ut tenet glos. ibi, quam communiter sequuntur Doct. & glos. alienare, in §. nunc admonendi, & ibi declarat Ioan. Fab. & sequitur Aretin. Instit. quibus licet alien. vel non, & Fab. de monte Sancti Sab. d. tract. empt. & uẽd. quæst. 3. in fine, nam in venditione immobilium exigitur nedum auctoritas curatoris, sed etiã decretum Iudicis, & quando ambo copulatiuè debent concurrere, alterum non sufficit, ut aliàs fuit dictum supra, quod semper intelligas excluso iuramento, vt supra; Et notandũ est, quod curator põt dari ad certum actũ, & causam,
3 ut hic, Insti. de curat. in fine princ. † præterquam ad donandũ, l. ab agnato, & l. fin. ff. de cur. furios. Bald. in l. 1. C. si aduers. dõ. Rum. consi. 109. nu. 12. 1. uol. 129. nu. 8. 5. vol. & ita etiam tenet Paul. de Cast. dicens, quod consensus proximorum consanguineorũ nihil etiam hoc casu operatur, quando Statutũ requirit vtilitatem minoris, ut per eũ cõs. 432. Cum statutũ, in princ. 1. parte. Et quod curatoris auctoritas nihil faciat in donatione, tradit Cor. cõsi. 36. in fine, 2. uol. & Alex. cõsi. 53. Visis, 3. col. 3. uol. licèt inferius in ea opinione persistere non videatur, tutor uerò secùs, nec enim põt certæ causæ uel rei dari, sed certæ

certæ rei, Instit. qui test. tut. dari poss. l. certarum, ff. de testa. tut. Paul. de Cast. in l. etsi ad speciem ff. rem pub. salu. fore, Dec. cōsi. 479. nu. 3. & ratio differentiæ ponitur in textu, & glos. in d. §. certę, quia tutor principaliter personæ, secundariò rebus datur, curator uerò è contra, l. in copulandis, C. de nuptijs.

Est etiam sciendum, quod multum interest, an quis decernatur curator generalis, vel specialis, quia primo casu tenetur ad om
4 nia, ad quæ tenetur tutor, de quo † infra dicetur, & maximè facere Inuentarium: sed secūdo casu, non ad omnia tenetur curator specialis, vel ad litem, uel ad certum actum datus, nec enim tenetur Inuentarium conficere, vt dicit Specu. in titulo de actore ab Vniuers. uersi. puberes, cuius opin. dicit Bart. de consuetudine seruari, in d. l. & si ad species, ff. rem pup. sal. fore, & ibi sequitur Paul. de Cast. & Bald. idem dicit in consi. 146. Præmissis verbis, num. 2. 2. uol. & Aret. alia allegans, Instit. de cur. in fine, princ. & hāc tenet Rot. in decis. 45. Procurator, in nouiss. Stephan. Aufr. in addi. ad decis. Tholos. decis.
5 246. tenetur † tamen iureiurando defensionem minoris promittere expresè, & specificè, ut est text. in l. fin. §. omnē, ubi not. Doct. C. de admin. tut. & in §. fin. in Auth. ut ij qui oblig. se hab. perhib. collat. 6. glos. & Bart. in l. legitimos, in princ. & nu. 8. ff. de legit. tut. ubi dicit Bart. plures tutelas ex hoc uidisse cassari. Bald. in l. 1. in princ. ff. de tut. & rat. distr. sequitur Alex. consi. 129. Ponderatis, 2. col. 1. uol. Nec sufficeret promittere vtilia facere, & inutilia prætermittere, quod sufficere uidetur uoluisse Spec. in tit. de tut. §. generaliter, post princ. nisi etiam promitteretur expresè defensio, ut Bart. tradit in l. Prætor, in princ. cum quo est communis opinio ut Ias. ibi dicit, de noui oper. nunc. Aretin. in §. actionum autem, nu. 34. Instit. de action. sic etiam tenetur satisdare rem adulti saluam fore, ut est text. & ibi not. Bart. & Bald. in d. l. & si ad species, ff. rem pub. sal. fore, ualeret tamen cura, etiā si nō sit promissum expresè rem adul. sal. fore, modo sit promissum, utilia facere, & inutilia prætermittere, & præstita fideiussio, cum sint eiusdem importantiæ, ut Alex. tradit consil. 80. Visis themate, col. fin. lib. quinto.

Legitimè.

SVMMARIA.

1 Legitimè verbum, concernit factum, & modū, factum scilicet fuiße legitimum, & legitimo modo processiße.

Legitimè quādo, et quō quid factū intelligatur.

GLOSSA SEXTA.

Verbum hoc concernit factū & modum scilicet factum fuisse legitimum, & legitimo modo processisse, vt not. Io. Monach. † & Io. An-
1 dr. in c. factum legitimè, in prin. de Reg. iur. in 6. & factum legitimè, censetur factum ordine iuris seruato, glos. & Abb. in c. consanguinei, de reg. iur. vbi Abb. nu. 3. dicit, quod intelligitur factum secundum leges, & Canones. & factum dicitur legitimum, quando secundum ipsum est Lex, vel non prohibet illud fieri, vt dicit glos. in §. his igitur, verbo, si id qd, in Aut. de hęred. & Falc. & intelligitur seruatis seruandis, ut in effectu vr̄ concludere Innoc. in c. fin. de libel. obl. & dicit Bal. in Reper. seu Margarita, ad Innoc. in verbo, ad uerbum legitimè, allegando Innoc. in loco præallegato, quòd factum in dubio pręsumitur legitimè factum, & illud dicitur legitimè fieri, quod fit lege permittente, l. Gracchus, C. ad leg. Iuliam de adult. ubi not.

Sibi dati, & decreti per ordinarium Dominum iudicem.

SVMMARIA.

1 Curator debet dari a Iudice ordinario non autem à Delegato.

Nisi in curatore dato ad litem comissam Iudici Delegato.

2 Curator generalis in testamento dari nequit, sed per Iudicem tantum.

Curator testamento datus per Iudicem confirmandus est.

3 Curatores, & tutores dantur a iudice communis, in ciuitate Ferrariæ.

GLOSSA VII.

1 Curator † debet dari per Iudicem, et quidem ordinarium, nam per alium Iudicem delegatum, vel aliàs extraordinarium dari nō poterit, vt not. Innoc. in c. petitio, numero 2. de procur. quod intelligit Aret. Instit. de cur. in princ. num. 5. procedere, nisi in curatore dato ad litem commissam ipsi iudici delegato;
2 Nec † etiam potest dari curator generalis in testamento, sed per iudicem tantum, licèt si dēt de facto, Iudex sequendo uoluntatem testatoris, ipsum cōfirmare soleat, l. 2. C. de cōfir. tut. & Inst. de cur. in princ. ubi Aret. nu. 2.
3 sed per † Statutum Ciuitatis Ferrariæ dispositum est, ad officium Iudicis Cōmunis Ferrariæ curatores, & tutores dare pertinere.

Vt

Vt constat ex Instrumento rogato per me notarium infrascriptum.

S V M M A R I A.

1 *Notario attestanti de alio Instrumento puta curæ etiam à semetipso confecto, non creditur plenè.*

GLOSSA VIII.

NOn tamen per huiusmodi relationem probatur de Instrumēto prędictæ curæ, ut tradit Soc.consil. 231.1.col.ubi dicit, non probari,
1 si † Notarius attestatur ipsũ vidisse licèt per alium notarium rogatum; & idem est si notarius ipsemet se referret ad Instrumentũ rogatum per eum, ut tenet Ang.per illum text. in l.donatio, C.de donat. & Modern.in Auth.Si quis in aliquo, C. de edē.de quo latius suprà dictum fuit, in Clausula, Et Marcus procurator, super verbo, à me notario viso, & lecto.

Stipulato die quarto præsentis mensis.

S V M M A R I A.

1 *Curator non debet dari eodem die quo fit contractus ab Adulto, & ratio.*

GLOSSA NONA.

HOc ideo est appositũ, ut appareat, quod non eodem die quo datus est curator, fit etiam uenditio, &
1 decretum interponitur, ne † præcipitanter, & causa non cognita uideatur interpositum, per ea quæ infra dicentur, super verbo, pro obseruatione iuris communis.

Pręsentis, & suum consensum præsentiam, & auctoritatem dantis, præstantis, & interponentis.

S V M M A R I A.

1 *Auctoritas curatoris in adulti venditione est necessaria.*

GLOSSA DECIMA.

1 DE huiusmodi verbis satis supra dictum fuit, hoc tamen est unũ † ex necessarijs in uenditione adulti, scilicèt auctoritas curatoris, de qua inferius latiori pagina dicemus.

CLAVSVLA IX.

Et ipse Paulus pupillus.

S V M M A R I A.

1 *Curator datur adulto si mas est. 14. si fœmina 12. annorum.*
Pupilli, & pupillæ sunt tutori subiecti, & subiectæ, mas, vsq; ad 14. fœmina ad 12.
2 *Minores annis 25. propter fragile ætatis consilium suarum rerum administrationem non habent.*
3 *Tutela quid sit.*
4 *Tutores vnde dicti.*

GLOSSA PRIMA.

1 SIcut adultus † scilicèt qui expleuit annum quartumdecimum si masculus est, & duodecimum si fœmina, debet recipere curatorem, sine quo contrahere nõ potest, Instit.de cur. in princ.ita etiam pupilli, & pupillæ, scilicet mares vsque ad quartumdecimum, & fœminæ ad duodecimum tutori sunt subiectę, Instit.quibus mod.tut.fin.in princ. & l.fin. C.
2 quãdo tut.vel cur.esse desin. Nam † minores annis vigintiquinque propter fragile ætatis consilium, suarum rerum administrationem nõ habent, ff. de minor.l.1. sed & propterea debēt gubernari à tutoribus, & curatoribus;
3 & sciendum est, † quod tutela secundum Seruium, est ius atque potestas in capite libero ad tuendum eum qui per ætatem se ipse defendere nequit, iure ciuili data, ac permissa. Instit.de tutel.§.1. ff.eod.l. 1. in princ.tuto-
4 res † verò sunt, qui habent eam vim, ac potestatem, ita dicti, quasi tuitores atque defensores, d.l.1.in princ. & §. tutores, dicto tit.Instit.de tut.quare enim dicatur ius declarat Alciat.lib.1.Pareg.128.

Agens cum præsentia, auctoritate, & consensu.

GLOSSA SECVNDA.

HOc est substantiale, & necessarium in contractibus pupillorum, ut infrà latius dicetur.

Honestæ Mulieris.

S V M M A R I A.

1 *Mulier regulariter tutrix esse nequit, & ratio.*

GLOS-

GLOSSA III.

1 Regulariter mulier † non potest esse tutrix, quia tutela virile officiũ est, l.fin. ff. de tut. & l.1. ff. quando mul. offic. tut. fun. potest, & publicum, à quo publico officio mulier remota censetur, l.2. de Reg. iur. sed tamen fallit in Auia, & Matre, ut infra dicam.

Dominæ Helisabeth. F.Q. Mathei de Sperandeis, & vxoris quõdam Marij de Gandulphis ipsius pupilli Auię Maternę.

SVMMARIA.

1 Mater, & Auia paterna, vel materna tutelam habere possunt filiorum, & nepotum, & præferuntur omnibus tutoribus testamentarijs exceptis, debent tamen Velleiano, secundis nuptijs, & omni etiam auxilio renuntiare.

GLOSSA IIII.

Matri, & Auię tam paternæ, quàm maternæ, concessum est vt in filiorum, & nepotum tutela, † &
1 cura cæteris legitimis tutoribus & curatoribus, non tamen testamentarijs præferantur, modo Velleiano, & secũdis nuptijs, ac omni auxilio, etiam sine iureiurãdo renuntiẽt, vt in Auth. Vt sine prohib. matr. debit. collat. 7. & in §. ex his, in Auth. de hæred. ab intest. uen. coll. 9. ex quib. sumptę sũt Auth. Matri, & Auiæ, & Auth. sequens, C. quando mul. offic. tut. fungi poss. ubi not. Doct. & Azo. in Summa illius tit. de quo latè per Specul. in tit. de tut. §. nunc dicẽdum, per totum.

Et tutricis eidem legitimè datę, & decretę.

SVMMARIA.

1 Tutor legitimus est qui vocatur ad successionem, & quare.

2 Statutum si uocet Agnatos ad successionem ipsos præponendo cognatis, intelligitur etiam quòd ipsos agnatos præponat cognatis in tutela.

3 Mater etiam exclusa ab hæreditate uocatur nihilominus ad tutelam.

4 Tutor quinque facere debet, quæ vide hic. Mulier tamen plura præstare debet.

GLOSSA V.

1 Datur legitimè tutor, qui † legitimè ad tutelam vocatur, & ille uocatur ad tutelam, qui uocatur ad successionem, siue sit agnatus, siue cognatus, cum remota sit de iure nouissimo differentia inter eos, §. nullam, cũ §. seq. in Auth. de hæred. ab intest. uen. trãsumpta C. de leg. tut. Auth. Sicut hęreditas, & sũma prouidẽtia, & naturali ratione introductum est, ut istius cui est relicta spes successionis, sit quoq; onus tutelę, ut magis bona ipsa, & res tuereẽt, ut Iurecõsultus tradit in l.1. in princ. ff. de leg. tut. & in tantum hoc est uerum, vt successuro ab intestato deferatur tutela; qđ si per statutum præponantur agnati cognatis in successio ne, ita etiam præponentur in
2 tutela, ut tenet Bart. d.l.1. in princ. † & sequitur Aretin. in §. actionum autem, nu. 32. uersic. ex quo sequitur, Instit. de action. & tenet Salic. in l.fin. C. de legit. hæred. & Alex. cõs. 109. Viso Statuto 3. uol. ubi tenet, dictam de
3 cisionem non procedere in matre, † quæ etiã exclusa ab hæreditate, debet admitti ad tutelam. quod Dec. etiam respondit consi. 16. & sequitur in c. ex parte, il 2. nu. 6. de appel. sed indistinctè contra Bart. tenet Bald. in consil. 218. Statutum, 4. uol. cuius tamẽ auctoritas in practica auctoritati Bartoli, & aliorum cederet, quam etiam tenent quamplures alij allegati per Brun. in tract. de statut. fœmi. & cog. lin. à success. exclu. 5. articulo, 30. quæst. ubi dicit communem, & defendit, & allegat plures tenentes etiam contrariam partem, ibi enim videndum est, & limitationẽ in matre etiam tenuit Cor. consi. 101. 3. vol. & de-
4 bet † quinque facere tutor cui defertur tutelę onus, uel tutor datur, primo, quod res accipiat cum decreto prætoris, secundo, quod Inuentarium conficiat & solemne, tertio, quod promittat utilia facere, & inutilia prætermittere, quarto, quod expresè, & specificis uerbis defensionem pupilli promittat, quinto, quod caueat cum fideiussore, & iureiurãdo, rem pupilli saluam fore, ut latè prosequitur Bart. in l. legitimos, in prin. ff. de legit. tut. & Aretin. in d. §. Actionum, nu. 34. uersic. octauo quæro, quod intellige, quãdo datur uir tutor, secùs si mulier, ut Mater, & Auia, quia ultrà prædicta, debet etiã ea facere de quibus in præcedenti uersi. Sed quia hęc materia est aliqualiter à nostra materia extrauagans, sat erit in ea vlterius uerba non facere, sed lectorem remittere ad Spec. d. tit. de tut. & Aret. d. §. actionum, nu. 31. & seqq. ubi fecit quasi unũ tract. in hac materia, ut ibi dicit Ias. et ibi habebiẽ materia plene discussa, & tractata.

Prout

Prout de eius tutela dixerunt ipsę partes apparere ex Instrumento rogato per quondam ser Guielmum de Marcijs, olim notarium publicum Ferrariæ, stipulato tempore quo in eo, &c.

SVMMARIA.

1 Contractus factus per minorem interueniente auctoritate tutoris, uel curatoris, ex Instrumẽto tutelæ uel curæ nullo, ipse quoque annullabitur.

2 Contrahens cum alio non debet ignorare conditionem secum contrahentis.

GLOSSA VI.

ANimaduertant bene emptores, & contrahentes cum pupillis, ut uideant tutelas, & Instrumenta tutelarum minorum, quia † ex quo
1 eorum est necessaria auctoritas, si non appareret de Instrumento tutelæ, uel curæ, uel Instrumentũ ipsum esset nullũ, annullaretur ẽt Instrumentũ emptionis, seu contractus fundatę, seu fundati, in auctoritate talis tutoris, uel curatoris, ut latius infrà dicetur, nõ enim
2 debent † ignorare conditionẽ eius cum quo contrahunt, d.l. qui cum alio, ff. de reg. iur. et dictum fuit suprà in Clausula procuratoris vendentis, in Clausula cõstat ex Instrumento rogato, de quo ẽt tradit Tiraquel. in tract. de retract. tit. 1. in fine, nu. 41. Nam ferè omnia in hac materia dicenda reseruaui ponenda super uerbo, pro obseruatione iuris cõis.

Pręsentis, & suum consensum, pręsentiam, & auctoritatem dantis, pręstantis, & interponentis.

GLOSSA VII.

DE huiusmodi uerbis satis dictum fuit suprà.

CLAVSVLA X.

Necnon & absentes ipsi minores tam, &c.

GLOSSA PRIMA.

SI non adesset Statutum addens solemnitatem solemnitatibus iuris communis, non esset opus his uerbis, nec sequentibus, sed vt ostendatur vtramque solemnitatem fuisse seruatam, ideo apponuntur.

Pro obseruatione iuris communis.

SVMMARIA.

1 Minoris venditio multas exigit solemnitates, alij dicunt tres requiri, alij sex, alij octo, alij decem, alij duodecim.

Minoris bona vendi nequeunt sine legitima, & sufficienti causa.

2 Minor ære alieno grauatus pro soluendo potest vendere.

3 Minoris bona alienari possunt pro dote constituenda.

4 Minoris bona alienari possunt propter famem, & propter alimenta.

Pater filium vendere potest pro fame pellenda.

Monasterij bona venundari possunt pro indumentis Monachorum.

Minoris bona alienari possunt etiam ob famem coniunctarum personarum.

Tutor potest expendere pro alimentis necessarijs immò est illi imputandum, si talia alimenta nõ subministraret.

5 Minoris bona alienari possunt si sunt sterilia, & infructuosa, & quæ magis incõmodum quàm commodum afferunt.

Declara tamen vt hic.

Minoris bona sterilia tunc demũ alienari possũt si perpetua sit sterilitas, secùs si ad tempus.

Minoris bona propter periculum futurum alienari possunt, vt in molendinis quæ sunt in periculo impetus aquarum.

Minoris bona possunt alienari ex dispositione Testatoris.

Minoris bona possunt alienari propter tributa non soluta.

6 Minoris bona vendi nequeũt per procuratorem, sed per tutorem vel curatorem.

Iudex quid agere debeat & inquirere in vẽditione rerum minoris, vide plura hic.

Minoris bona vendi nequeunt de immobilibus loquendo si extent mobilia.

Minoris bona vendi nequeunt pro ære alieno, nisi constet creditorem vrgere.

Minoris bona si sunt vendenda Iudex curare debet vt vendantur minus vtilia.

7 Minoris res si vendi debent vendentur ad hastam, & præconizantur, vide tamen hic ubi referuntur etiam aliqui dissentientes.

Subhastationis solemnitas adhibenda in alienatione rerum minoris, quomodo sit describenda.

8 In minoris bonorum alienatione antequam ad decretum Iudicis deueniatur præcedere debet cognitio causæ, de qua cognitione, scriptura separata fieri debet.

9 Venditio rerũ Minoris causæ cognitione eiusq́; probatione non interueniente, decretoq́; super ea non interposito nullius est momenti.

Decretum

Decretum super venditione rerum minoris, si causa est falsa annullatur.

Etiam si sit falsa in parte.

10 *In Venditione rerum Minoris auctoritas tutoris uel curatoris est necessaria.*

Tutor qui auctoritatem pupillo præstat, debet fecisse inuentarium, & debet constare de tutela, vel cura.

Auctoritas duorum tutorum si interueniat quorum vnus est falsus alter legitimus, valet nihilominus contractus.

Tutor non potest cogi ad interponendam auctoritatem in contractu minoris, nisi certum sit quod ea non interposita pupillus non damnificaretur.

11 *Decretum Iudicis interuenire debet in contractu Minoris.*

Decretum Iudicis quomodo describatur.

Decretum unde dictum.

Decretum interuenire debet in contractu Minoris, etiam quòd minor ætatis veniam impetrauerit.

12 *Decretum in alienatione rerum Minoris, quoties, quando, & in qua parte Instrumenti interuenire debeat vide hic latè discussum.*

Decretum ad omnia in Instrumento contenta referri debet, nec refert an in principio, an in medio, vel in fine de illo mentio fiat.

Cautius tamen est apponere in principio.

Iudex non debet se de necessitate subscribere in contractu alienationis rerum minoris.

Venditio rerum minoris facta ob causam, vt precium soluatur creditori pupilli, si dictum precium non fuit solutum dicto Creditori efficitur nulla, & inualida.

13 *Minor non solùm non potest vendere solemnitatibus non seruatis, sed nec aliquem alium contractum facere, in quo dominiũ rerum ipsarũ transferretur, vt in transactione, permutatione, donatione, & simil.*

Minor non facit compromissum non seruatis solemnitatibus.

Minor non potest transferre quasi dominium sine solemnitatibus.

Minor sine solemnitatibus utile dominium trãsferre nequit.

Minor non potest cedere actionem ad rem immobilem sine solemnitatibus, sed benè quidem ad rem mobilem.

14 *Minoris rem sine solemnitatibus emens malæ fidei possessor efficitur, & rem cum fructibus perceptis restituere tenetur.*

Venditio rerum minoris sine solemnitatibus celebrata, non transfert dominium.

Etiam præscriptione triginta annorum non obstante, & nulla minoris adesset læsio.

Decretum nullum probat saltem iustum colorem tenendi.

15 *Decretum Iudicis in contractibus minorum quo ad aliquos casus non est necessarium, quos vide hic.*

Minor solemnitatibus non seruatis an possit Iuri quærendo renuntiare.

16 *Venditio rerum minoris Iudicis decreto vallata, sustinetur, nisi ostendatur Iudicẽ fuisse falsis allegationibus circumuentum.*

17 *Decretum præsumitur ritè & validè interpositum, dummodo solẽnitates specificè sint enarratæ vide tamen hic in principio huius numeri.*

Decretum habet præsumptionem pro se, nisi constet præcipitanter fuisse interpositum, ut in exemplo hic proposito versiculo, secundo limita.

Decretum habet præsumptionem pro se nisi appareat quòd pars plenè non edocuit iudicem versiculo tertio, limita.

Decretum a minori magistratu interposit[illegible] habet pro se præsumptionem, quod declara ut hic versiculo quarto limita.

Decretum habet præsumptionem pro se, nisi constet de vitio visibili, & manifesto errore.

18 *Decretum cessat habere præsumptionem pro se si veritas in contrarium probetur, declara vt hic.*

19 *Pro decreto præsumitur, quando decretum ipsum in actu interuenit, vel post actum incontinenti, secus si antè per modum licentiæ, vel per missionis, & ex interuallo sequatur.*

GLOSSA SECVNDA.

MOdo hic videndum est quæ solemnitates Iure communi requirantur in venditione minorum in quo Doct. inter se discordant,
1 †nec benè conueniunt. Prima enim fuit opinio glos. in verbo, Alienum, in l. 1. in princ. & ibi sequitur Bald. ff. de rebus eorum, quod tria sufficiant, quinta causa alienandi, præsentia, seu auctoritas tutoris, vel curatoris, & Iudicis decretum, & hoc idem sequitur Azo. in Summa, C. de præd. vel alijs reb. minor. col. 2. Et hæc tria dicit Bald. in Margar. ad Innoc. verbo, contractus tenet, esse de forma, in tantum, quod si aliquod deficiat, non valet: quia non censetur factus ritè contractus, l. cum hi, §. si prætor, ff. de transf. sed addit Bald. ibi quartum, scilicet, subhastationem, licèt videatur velle exigi in casu venditionis per Iudicẽ factæ, & declarat illud ibi de causa, quod scilicèt examinetur causa, & hæc tria esse necessaria tenent etiam Innoc. Hostiens. & Dominic. in c. 1. de reb. Eccles. non alien. in sexto.

Secunda fuit opinio Speculatoris in titu. de empt.

de empt. & vendit.§.nunc dicendum,2.col. vbi sex ponit necessaria in huiusmodi minorum venditione,primo tutoris,vel curatoris licentiam, secundo,quod ob æs alienum vel ob euidentem vtilitatem pupilli iam cognitam fiat, tertio,quod res mobiles non sint in bonis minorum commodè vēdendis, quarto, quod subhastetur legitimè res, quinto, quod creditor recepturus pecuniam,pręsens sit,aut assignetur causa quare vendat, sexto, & vltimo,quod fiat coram Prætore, vel Iudice; & hanc opinionem Spec. sequitur Alexand.consi.53. Visis, & consideratis,2. & 3.col.3.vol.& Corn.consil.71.in princip.3. vol.& Dec.consi.556.nu.4.

Tertia fuit opinio Baldi in quodam suo consil. incipiente In Christi nomine Amen, Videtur dicēdum,quem sequutus fuit Mart. de Perus.in quodam suo consi.incip.Ser Petrus Marsili, vt refert Fab.de Monte Sancti Sauini,d.tract.de empt.& vend.quæst.5.27. col. versic.sequitur videre de forma, & solēnitate quæ requiritur in alienatione rerum pupillarium, vbi ponit octo necessaria,quinque ex positis per Spec.videlicet causam urgentem,decretum, subhastationem,tutoris auctoritatem, & quod non adsint mobilia, & alia tria,uidelicet quod,discussio sit facta, & liqueat Iudici quod uendatur res minus damnosa, nec uendatur res magna pro paruo debito, & secundum hanc opinionem quòd hęc octo requirantur in uenditione minorum,fuit conclusum in Consilio Neapolitano,ut refert Afflict.decis.249. Fuit in cōsi. quod sequitur Paris.in cōsi.98. & 99.& 100. in princ.ipsorum consiliorum, & consil.89. nu.6.1.uol.& consi.85. nu.17. 18.3.uol.sed addit Fab.in loco præallegato,duo alia in effectu scilicèt Iudicis subscriptionem,& interlocutionem,qua declaretur nō extare immobilia,addo, quod Aret.in §.nunc admonendi,nu.4.Inst.quibus,alien.licèt uel nō, dicit, quod si benè pōderetur §.ne passim, l.magis puto, ff. de reb.eorum, quòd duodecim uel plura copulatiuè requiruntur,& interuenire debent,quando tutor,uel pupillus cū auctoritate tutoris alienat, quæ si obseruata non fuerint,nec interuenerint,uenditio nō ualet, quod mandat notare,quia dicit multoties uidisse in hoc errari.

Ego tamen putarem primæ opinioni adherendum esse,ut scilicèt tria tantum copulatiuè interuenire debeant,quæ sunt de forma ut Bald. tradit in d. uerbo contractus tenet, & sequitur Fab.loco pręallegato,licèt etiam teneat quartum scilicèt subhastationem, esse de forma, in quibus tribus includūtur omnia quæ Doct. suprà necessaria esse affirmāt, & sic concludo,hęc tria sufficere,si in contractu interueniant, dummodò omnia seruentur,quę infra dicentur,scilicèt causa uēditionis, de qua sit cognitum, auctoritas tutoris, uel curatoris,& Iudicis decretum,de quibus singulis dispiciendum est.

Primo igitur uidendum est de causa, quæ quidem debet esse legitima, & sufficiens,& à iure approbata. Et est sciendum, quod ex pluribus causis iura permittunt uēditionem bonorum immobilium minorū, inter quas
2 illa est præcipua,quando† minor ære alieno est grauatus,pro soluendo.n.alieno ære, permittitur uenditio,& hæc est iusta causa alienationis,l.1.in princ.ff.de rebus eor.l.ob æs alienum,ubi glos.& Bart.C.de pręd.& alijs rebus minor.Azo,in Summa,illius tituli,2. col. & Fab. dicto tractatu nona quæstione quartę,quæstio.principalis, glos.& Doct.in d.l.magis puto, §. non passim, ff. de reb.eorum quę sub tutela.

Secundo possunt bona prædicta alienari ex causa dotis,ut si minor teneāt dotare mu-
3 lierem,& tunc est idem† casus cum præcedēti,uel si mulier minor pro dote sua uiro bona immobilia alienat, tali enim casu bona alienari possunt, l. lex quæ tutores, in princ.ubi glos.uel in dotem,ad fin. C.de admin.tut.gl. in d.l.ob æs,quam ibi sequitur Bart.& Azo, d.2.col.& idem est ex causa donationis propter nuptias,l.fin.§. fin. C.si maior fact.alie. sine decret. rat. hab. sequitur glos.in d.l.lex quæ,ubi etiam Bart.& in d.l.ob ęs,& in d.§. ne passim,uerbo,æris,& Azo,d.2.col. & latè declarat hos duos casus Bald. nouel.in tract.de doct.6.parte,priuil.59.& 60.

Tertio propter famem alienatio fieri potest, quia si toleratur hac de causa, quod
4 pater uenundare possit † filium, l. secunda, C.de pat.qui fil.distr. debet tanto magis tolerari alienatio bonorum,cum uita hominis sit cunctis rebus præferēda, l.sancimus, C. de Sacrosanct. Eccles. ita tenet glos. dicta l. ob æs;Et quod pro alimentis pupilli res immobiles possint alienari, tenet Angel.in l. non solum, arg.illius l.ff. de pet. hæred. ubi Baldus not.argumentum, quod propter indumenta monachorum possunt alienari res Monasterij, quia est alienatio necessaria. & facit optimè text.in l.sed si is,§.an autem, ff.de Carbon.edic.quod etiam tenet Fab.dicta nona quæstione col.2. quod procedit secundum glos. in dicta, l. ob æs, etiam si fiat uenditio ob famem coniunctarum personarum,per text.not.in l.1.§.1.ff.de tut.& rat.distrah. ubi tutori admittuntur, quæ expendit pro alimentis necessarijs matris,& sororis pupilli, immò esset illi imputandum, si talia

talia alimenta non subministrasset, quæ decisio glos. & maximè notanda, quæ licèt loquatur per verbum fortè, quo verbo loquuntur sæpè periti, ut dicit glos. in l. si duo, in princ. verbo, fortasse, ff. de recep. arbitr. tamen quo ad se decidit quæst. ut Ang. inquit, in l. in substitutione, ff. de vulg. & pupil. & sequitur Socin. col. 8. in fine, in cons. 93. & Cassad. in tit. de præben. decis. 3. nu. 29. & 30.

Quarto permittitur venditio bonorum sterilium & iufructuosorū, & quę magis incom
5 modum quam commodū† afferūt, ut not. gl. in l. 2. verbo, cā cognita, quam ibi sequuntur Bal. Alb. Ang. Soc. Ias. & Dec. ff. de offic. ei⁹, declarantes eam procedere in re quę sumptū & non lucrum affert, & cuius uenditio est euidenter & notoriè utilis, quia aliàs opinio contraria quam tenēt ibi Paul. de Cast. & nō nulli alij, & idem Cast. in l. cum his. §. eam, reprobata glo. ibi. quam reprobat etiam Bar. & sequitur Bald. ff. de trans. & dicit ipse Pau. esse communē, procederet, per tex. in l. si fundus, in princ. ubi glos. ff. de reb. eorum, & tali casu quod possit fieri venditio, tenet etiam glos. in d. l. ob æs, Fab. d. 9. quæst. nec tali casu exigitur etiam solemnitas, ut tradit Ias. d. l. 2. col. 2. & sequitur Alciat. in l. prope bona, ff. de uerb. signif. quod tamen non uidetur verum, & contrarium tenet Fab. d. 9. quæst. & contra Ias. fuit iudicatum per Consiliū Neapolitanum, & refert Afflict. decis. 87. Magnū est dubium, ubi latè examinat, & ibi vers. in addit. Bona autem sterilia alienari non possunt si sterilitas non est perpetua, sed ad tempus, ut propter guerram, dicta l. si fundus, ità Bald. d. consil. 184. Ad intelligentiam, ad finem, 2. uol. & eam partem tenet etiam Lancelot. Dec. in d. l. 2. Propter etiam periculum futurum possunt bona alienari, ut in molendinis quæ sunt in periculo impetus aquarum tradit Ang. d. l. non solum, de pet. hæredit. et Fab. d. 9. quæst. col. 2. Ripa, in Repet. l. quo minus, de flumin. num. 126. & Rubeus cons. 138. num. 3. ac Tiraquel. in tract. de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 7. nu. 92.

Possunt alienari etiā huiusmodi bona duobus alijs casibus positis per Fab. d. 9. quæst. uidelicèt quando id fit ex dispositione testatoris, l. 1. in princ. & l. fin. ff. de rebus eorum; sed tunc decreto opus non est, l. 1. & l. 3. C. quando decreto opus non est; & propter tributa non soluta, l. edicto, ubi Bal. C. si aduer. fisc. quæ cum non faciant ad rem nostram, missa faciam.

Causa igitur iusta & legitima proposita, per tutorem, uel curatorem Iudici, nō autem per procuratorem ad id à tutore, uel curatore constituto, nec enim actus iste per procuratorem expediri potest, ut est tex. in l. minorum, secundum unam lectur. quam singularem ibi reputat Bal. C. de præd. minor. Ang. in l. post mortem, §. 1. ff. de adopt. Rom. Ias. & Socin. d. l. 2. ff. de offic. eius, licèt ibi Dec. teneat contra Aretinum in aliàs allegata l. si quis mihi bona, §. iussum, nu. 8. & Corn. cōs. 98. & Gom. in Reg. de annali poss. quæst. 65. nu. 2. debet Iudex eam diligenter examinare, prout docet Iureconsultus, in d. §. non passim, & si sit proposita iusta causa, puta æs alienum, quod frequentius accidit, debet prius inquirere, & diligenter inuestigare, an aliunde possit haberi pecunia ad soluendum æs alienum, ut si pupillus habeat pecuniam in bonis, uel credita sufficientia, quę possint exigi, uel fructus seu obuētiones, uel alia bona præter prædia, ex quibus creditoribus satisfieri possit, ità dicit text. in d. §. non passim, & Azo. in Summa, d. 2. col. Roman. in consi. 321. In casu propositæ, extantibus enim mobilibus ad alienationem immobilium nō est deueniendum, Spec. d. §. nunc uidendum 2. col. Neapo. decis. 249. supra allegata, in princip. immò debet hoc per tutorem, uel curatorem narrari, & notificari Iudici, ne decreto dicatur obreptum, & tacita ueritate illud impetratum, & sic annulletur, ut tradit Cor. cons. 185. 2. col. uol. 4. quia non ualet uenditio, si reperiatur in bonis pupilli extitisse mobilia, uel iura, ex quibus commodè æs alienum solui potuisset. Corn. cons. 92. col. 2. eod. uol. Parisius, dicto cons. 98. numero 4. & 99. nume. 4. primo uol. & debet Iudex, cognito, quod nō extent mobilia, uel alia, de quibus suprà, ex quibus possit creditoribus satisfieri, interloquendo declarare, non extare mobilia, ut uoluit Fab. d. quæst. 5. col. 27. ubi allegat Angel. ita tenentem in Auth. De Ecclesiastic. immob. rerum alien. collat. 5. & sequitur Paris. dictis consilijs 98. nu. 5. 99. nu. 4. & 100. num. 4. & cons. 85. nu. 23. 3. uol. quod tamen non puto necessarium, cum nullo iure caueatur, talem declarationem esse faciendam in contractibus minorum, nec Ang. in libro meo in loco allegato hoc dicit.

Item debet Iudex inquirere, num creditor instet ad consequendum creditum suum, aut onus usurarum, uel interesse, ualdè urgeat, & pupillum seu minorem damnificet, ut d. §. non passim, ibi, si modo urgeat creditor, ubi not. Bart. & in l. tutor urgentibus, in princ. ff. de minor. & Azo, in dicta secunda col. quia hoc est necessarium ut uenditio procedat, ut tradit Corn. cons. 207. 1. col. 3. uol. & Paris. d. cons. 98. nu. 2. & cons. 85. nu. 20. Nec enim statur uerbis instrumenti hoc continentis, sed debet aliter constare, ut per Pa-

ris.in dictis locis, & hoc etiam tenet Imola, cons.98.In quæstione,2.col.debet etiam Prętor,seu Iudex æstimare, an vtilius sit minori, vel vendere,vel pignorare bona immobilia, ità quod si obligentur, id fiat pro solo ære alieno exoluendo, & non ultrà, & si statuerit alienationi locum fore,ne pro modico debito res magna vendatur, d.§.non passim,versiculo, item Prætor, hoc enim esse necessarium,& de causæ cognitione,tradūt Fab. Afflict. & Paris. locis præallegatis, & maximè Paris.in dicto consilio 99. numero secundo, & tertio,sed hoc declarat not. Baldus in consilio 75.Quidam tutor,libro primo procedere,quando extat res quę potest vendi pro cōcurrente quantitate æris alieni, vel res potest commodè & æquo precio pro parte vendi, vsque ad concurrentem quantitatem,tunc enim uerum est quod non tenet decretum, tamquam obreptitium uel temerarium, uel ambitiosum, secùs uerò si res non potest aliter distrahi, nec erat aliundè unde solueretur, tunc enim quia res non potest pro parte expediri,totum ualet, arg.ff.de don.inter uir & uxor. l.si sponsus sponsæ, §. generaliter, C.de bon.auctor.iud.poss.l.fina. & cum hac distinctione dicit solui istam quęst.quæ aliter non potest solui de iure. Præterea,debet iudex animaduertere,ut in casu alienationis faciendæ res minus utilis pupillo, non magis utilis alienetur, dicto §.non passim, uersi.sed si sit alia possessio, Azo, dicta secunda col.& tenent alij supra in 3. opinione relati, & Paris.maximè, dicto cons.99. nu.6.& in supradicta discussione & examinatione facienda, Iudex debet esse ualdè circumspectus, ne minimum relaxet habenas credulitatis,uel credat tutoribus uel curatoribus, qui plerumq; proprijs commodis inhiant, & lucrum ex pupillaribus pecunijs consequendum affectant, & propterea iudicibus suadent uenundari prædia minorum necessarium fore, sed Iudex ipse à necessarijs, & coniunctis pupillorum & minorum, & personis minimè suspectis, informationes accipere debet, qui si non extant, uel suspecti sint, debet inuentariū,uel rationes pupilli edi facere, & si opus fuerit Aduocatum minori dabit, qui causam eius agat, ut non lædatur, ut docet Iureconsultus d.§.non passim, uers. in primis.

Et his omnibus cognitis, debet Iudex cōmittere rem uendēdam subhastari,& subha-
7 stationes super ea†fieri, hæc enim necessaria uidetur solemnitas,ut probatur ex textu in l.& si fine, §.1.ff.de min.quod ibi tenet Bar.& idem Bart.in l.alio, num.21.ff.de aliment.& cib.legat.idē Bart.in l.si tempora,in fine, C. de fide instrum.& iure hastæ fisc. libro 10.& ibi Ang. Alex., Imola,& Alex. Los.in addit. hoc etiam tenet Spec. d. §. nunc dicendum, col.2.ad fi.ubi dicit,quòd debet publicè pręconizari in loco publico,aut in contrata,ubi sita est res, siue ubi habitat pupillus, ut plus offerenti detur, & est optimum consilium, si in utroque loco fiant,secūdum Calder.in tit. de empt. & uend. cons.1.& sequuntur Alex. d.cons.53.in prin. & cons.71.in princ.3.uol. & Dec.d.cons.556. nu.4.& licèt Bal. in d.§. 1.teneat non esse necessariam subhastationē, & in Auth. Hoc ius porrectum, C.de sacrosanct.Eccles.col.2.uideatur idem tenere, tamen ipse sibi contrarius, contrarium tenuit in l.ordo, 2.col. nu.4. C.de execut.rei iudic. & in cons. 184. Ad intelligentiam quæsitorum,2.uol.ubi dicit,quod secūdum communem opinionem Doctor.est necessaria. Hoc idem tenet Roman.d.consil.321.Fab.d.col. 27. Afflict. dicta decisione, 249.ad finem,& decisione.393.nu.9.Socin.con.15.in fine,2. col.in 1.uol.Corn.cons.29.4.uol.2.col. Negus.tract.de Pignor.6.parte,1.membro,in fine.Bertrand.cons.60. 2.col. 3.parte priori, & Paris.dictis consilijs 98.99.& 100. Et hoc pertinet etiam ad officium Iudicis, qui debet occurrere damno inferendo pupillis,& considerare, qđ magis eis expedit, ut dicit Corne. d.cons.29.col. 2.ad finem,ubi tamen dicit,hanc subhastationem non semper esse utilem pupillo & minori, quia non semper expedit eis expectare licitationem, & ità licèt uiderim ferè infinitas minorum fieri uenditiones, tamen nunquam uidi seruari in loco aliquo in huiusmodi instrumentis, quod exhiberetur, & tamen de iure debet adhiberi, & periculosum est non adhibere, ut ex supradictis patet: sed in modo apponendi, seu describendi hanc subhastationum solemnitatem, reperio aliqualem inter Doctores contrarietatem: nam Afflictus dicta decisione, & Paris.dictis consilijs,tenent huiusmodi solemnitatem post interpositum decretum interuenire debere. Specul.uerò & alij, eam ut necessariam ponentes,suprà in tertia opinione eam ponunt ante decretum, & hoc magis consonat: quia Iudex non interponit decretum nisi causa cognita, & omnibus discussis & examinatis; Sed pro conciliatione ipsorum intelligas,quod Afflict. & Paris. intelligunt de decreto permissiuo, quo Iudex permittit uenditionem fieri, ut dicto §. non passim,ubi declarat Bald.qui dicit,quod post illud non est iure cautum,quòd interueniat aliud decretum confirmatorium, ut ibi per eum. Speculator uerò & alij, loquuntur inspecta communi practica, per quam decretum apponitur in fine instrumenti,

& sic

& sic post venditionem, quod est omnium confirmatorium, ut per Bart. in l. fi. in finem, C. de præd. Decur. lib. 10. Sed quādo, & quoties debeat decretum interuenire, & in qua parte instrumenti debeat apponi, infrà dicemus suo loco. Formam aut subhastationum ponit Fab. 26. col. vers. de forma autem subhastationis, d. quæst. 5. vbi plenè in hac materia loquitur.

Et in tantum debet præcedere huiusmodi cognitio causę, antequam ad decretum deue-
8 niatur, & ad †alienationē cōcedendam, ut necessarium sit fieri scripturā separatā de huiusmodi cognitione, ut uidetur uoluisse Spec. in tit. de procur. §. 1. vers. quid ergo si constitueris, & expresè tradit Paul. de Cast. cons. 91. Super eo quod quæritur, secundum antiquā, aliàs 39. secundum nouam impressionem, quem sequutus est Alex. cons. 16. Viso instrumento, 2. col. 4. vol. & Ias. in d. l. sciendum, 3. col. & in l. nec quicquam, §. vbi decretum, col. antepenult. ff. de offic. Procons. & leg. & Paris. consilijs prædictis 98. num. 9. & qq. nu. 9. & 100. nu. 6. in 1. vol. & Ferrar. dicit cōmunem, in Cautela sua vltima, quod tm̄ tn̄ numquam vidi seruari de consuetudine, licèt cautius esset, seruare, ad oē dubium euitandum.

Sed si causæ cognitio & probatio nō interueniat, uenditio nō ualet, & decretum super
9 ea †interpositum nullius est momenti, ut probatur in d. l. lex quæ tutores, post princ. C. de admin. tut. & l. minorum, & l. fin. C. de præd. min. tradit latè Paris. dictis 4. consilijs suprà allegatis, Cor. cōs. 98. Littera D. 1. uol. Dec. d. cons. 556. & cons. 403. n. 19. & Marsil. l. qui cedem, nu. 30. ff. ad l. Cor. de sicar. Debet etenim cōstare causam propositam esse uerā, & in ueritate subesse, quia si reperiretur esse falsam, decretum annullaretur, ut per Corn. d. cōs. 98. Littera M. & 99. littera C. in 4. uol. et latè Dec. cons. 403. nu. 20. Paris. cons. 89. nu. 59. in 1. & d. cons. 100. nu. 35. etiam in 1. uol. Ruin. cons. 63. nu. 11. in 1. uol. & idem erit, si pro parte causa erit falsa, & pro parte uera, quia non propterea sustinebitur decretum, & contractus, ut per Afflict. decis. 218. Petita, & Paris. d. cons. 98. nu. 16. & d. cons. 85. nume. 43. in 3. vol. & latè Alciat. 3. reg. præsumptio. 10. in fine, & nedum non debet exprimi causa falsa, quo casu decretum surreptitiè cēsetur impetratum, sed etiam debet exprimi veritas, qua expressa, Iudex non interponeret decretum, ut si non sit expressum extare mobilia, vel similia, tunc etiam tale decretū tamquam obreptitium, non valet, ut tradit Corn. cons. 185. col. 2. 4. vol. & Dec. consil. 479. nu. 7. & paria sunt, quoad inualidādum contractum & decretum super eo interpositum, falsam causam fuisse expressam, & nullam expressam fuisse, ut tradit Alexan. cons. 207. num. 7. vol. 7.

Secundo necessaria est in venditione rerū minorū, tutoris uel curatoris auctoritas, pro-
10 ut exigit †minoris ætas, l. 2. & 3. C. de auctor præst. Instit. eod. tit. in princ. & tenent omnes in locis supra allegatis, & debet talis tutor qui auctoritatem interponere debet, fecisse inuentarium, quia aliàs non posset administrare, l. fina. C. arbit. tut. not. Bart. in l. tutor qui repertorium, ff. de admin. tut. nec posset auctorare pupillo vendenti, ut cōcludit Specul. in tit. de tut. §. generaliter, vers. quid si pupillus, & Bald. in add. ad eum, col. fin. Ruin. d. cons. 63. nu. 12. & Corn. cons. 207. 2. col. 3. vol. & tutela, uel cura debet constare, ut per Afflict. dicta decisione 249. uers. 6. & si interueniat auctoritas duorum tutorum, quorum alter sit falsus, alter uerus, & legitimus ualet nihilominus contractus, l. 1. in princ. ubi Bar. post glos. ff. quod falso tut. aut. sufficit namque unius auctoritas, si plures sint tutores, l. fin. C. de auct. præst. modo omnibus administratio concessa sit, quia aliàs secùs esset, l. & si pluribus, ff. eod. & non potest tutor cogi ad interponendum auctoritatem in contractu minoris, l. si tutor, ff. de auct. tuto. nisi certum sit, quòd ea non interposita, pupillus damnificaretur, ut per Bar. ibi, & Bal. in l. sub prætextu, C. de hæred. action.

Tertio, necessarium est decretū iudicis, l. 1. in princ. & d. l. magis puto, §. non passim, de
11 reb. eor. & l. †si quidem, C. de pręd. minor. & tenent oēs Doct. suprà allegati, nullo discrepante, est autem decretum, quantū ad propositum nostrum attinet, nam pluribus modis in iure accipitur, ut Bal. & Ias. latè prosequūtur in l. nec quicquam, §. ubi decretum, ff. de offic. Procons. & leg. & Alber. suo Dictionario, uerbo, decretum, sententia qua Iudex cō tractum futurum iustū, fore decernit, auctoritatem suam interponendo, ut dicunt gl. uer. tractatus, Hosti. Innoc. & Ioan. Andr. in c. 1. de reb. Eccles. nō alien. & Alber. in dicto Dictionario suo, uerbo decretū, uel aliter est cōsiderata, seu deliberata prouisio iudicis, quasi decretum cum deliberatione, uerbum certū, ut post Iac. de Aret. tract. Bart. in d. l. nec quicquam, §. ubi decretum, 1. Lectura, pen. col. & sequitur ibi Ias. in prin. alios allegans, & Cagnol. in l. omnia, quęcumque, num. 2. de reg. iur. quo loco non admittit paradoxa Alciat. 103. lib. 2. paradox. declarantis, dictum §. ubi decretum, & dicitur etiam aliquando auctoritas, l. 1. C. de præd. minor. l. 1. C. quando decreto opus non est, & l. 2. C. si propter publ. pensit. Innoc. & alij, in d. cap. primo, &

Alber. d. verbo decretum, & Doctor. promiscuè vtuntur his duobus vocabulis decreto, & auctoritate, Bald. tamen in conſ. 105. Factum tale eſt, 3. col. num. 3. verſi. ego dixi, 3. uolu. dixit decretum à creando dictum eſſe, id eſt à noui iuris, vel noui ſtatus creatione, ſed auctoritas ad confirmandum, non ad creandum de nouo adhibetur, & debet interuenire decretum, etiam quod minor veniam ætatis imperauerit, l. 2. & 3. C. de his qui uẽ. ætat. impetrau. Fab. d. tract. in fine, 3. quæſt. & Iaſ. d. l. 2. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdictio.

Sed quoties debeat interuenire, & quando, & in qua parte inſtrumenti debeat deſcri-
12 bi, Doct. † videntur diuerſimodè loqui, & iura videntur aliqualiter inter ſe pugnantia: nã quòd bis debeat interuenire, videtur probari, primo, quia requiritur decretum præcedẽs venditionem, quod eſt decretum permiſſorium, ſeu permittens venditionem, d. §. non paſſim, & §. quod ſi æs, ibi ſequen. & l. ſi pupillorum, §. ſi prætor, & l. quamuis, & d. l. 2. ibi, auctoritate iudicis præcedente, C. ſi propter pub. penſit. Secundo, requiritur decretum confirmatorium, quod debet ultimam, & concluſiuam partem tenere, l. fin. C. arbit. tut. l. fin. C. de magiſtr. quæ not. gloſ. in l. 1. verbo, decretum, C. de tut. & cur. Illuſt. perſ. & probatur in l. non aliter, ibi, ſubſcribendum, & hoc expreſsè not. Bald. in §. fi. l. præcedentis. ſimiliter, quod ante & poſt actum interuenire poſſit, uidentur tenere Bald. & Iaſ. in d. §. vbi decretũ, 2. col. Bal. uerò, & alij qđ debeat interuenire in actu, ut infra dicẽt.

Et idem quo ad tertium in qua parte inſtrumenti ſit deſcribendum controuertunt Doct. per iura prædic. nam quod debeat poni in princ. tenent gloſ. & Canon. d. ca. 1. & Abb. d. verbo decretum, & Bal. d. §. non paſſim, poſt Nic. de Matar. ubi dicit, quod decreti interpoſitio eſt futuræ uenditionis permiſſio, & directo ordine debet præcedere; hoc idem, uidetur tenere in l. cum ipſe, 2. col. C. de contrahend. empt. ubi dicit, iuſtum eſſe, quod habeat aliquod interuallum, in quo poſſit iudex deliberare quid decernat; & idẽ tenet in l. fin. §. ſin autem æs, C. de bon. quæ lib. per text. ſecundum eum meliorem qui reperiatur in iure, in d. l. 2. & hoc idem uidetur tenere gloſ. in l. ait Prætor, §. permittitur, uerbo, auditurum non eſſe, ad finem, ff. de min. & latè ſequitur Alexander conſilio 80. Viſo themate, col. 3. lib. 5. ſed quod imò debeat apponi in fine, uidẽt tenere Spec. in d. §. nunc dicendum, col. 3. ubi ponit ipſum in fine inſtrumenti cuius formam deſcribit, & idem, quod in fine debeat poni, tenet Bald. in dicta l. non aliter, aliàs per dicta l. non aliter, in §. finali l. præcedent. de adopt. ubi dicit, quòd omnibus peractis debet interuenire decretum, & quod optimè apponuntur in fine inſtrumentorum illa uerba, omnibus, & ſingulis ſic peractis, Dominus Iudex ſuã interpoſuit auctoritatem, & decretum, quod iſtis uerbis utuntur notarij, & dicit, quod ſi primo interponeretur decretum, uideretur interpoſitum ſine cauſæ cognitione, & ſic non ualeret; & ipſum ſequutus fuit ſimpliciter Aretinus, in l. ſecunda §. prius, tertia col. circa medium. ff. de vulgar. & pupillar. hoc etiam quod in fine ponatur, tenet Bartolus in l. curiales, in fine, C. de præd. Decur. Vbi dicit, quod illa lex facit quòd congruè ponantur hæc verba in decreto, dictus Iudex dictam ſententiam confirmauit, & ſuam auctoritatem interpoſuit, ſequitur Corſet. in not. ſuis, uerb. minor, ſecundo uerb. in fine primæ addit. Pro concordia harum contrarietatum teneas, quod non exigitur de neceſſitate, quòd bis interponatur decretum, ſed tantum ſemel, ut dicit Baldus dicto §. non paſſim, licèt eſſet bona Cautela, ſi hoc fieret, ſecundum eum ibi, de quo infrà dicetur. Et quod verum eſt, quod poteſt interponi ante, & poſt actum, ſeu præcedere, & ſubſequi, ſcilicet incontinenti, parum ante, uel parum poſt, ut in contractu, & actu uideatur inceſſe, l. lecta, verſ. dicebam, ff. ſi cert. petat. & tradit Corſet. dicto not. in ſecunda addit. prout etiam dictum fuit de auctoritate ſupra, in uerbo, agenſque ipſe Federicus, & Socin. alias allegato conſilio 15. tertia col. in primo uol. Nec refert qua parte deſcribatur in inſtrumẽto, dummodò ad omnia referatur, ut Bal. etiam mediam hanc tenens opinionem tradit in dicta l. prima, col. pen. C. qui admi. idẽ tenet ipſemet Baldus in cap. cum conſuetudinis, num. 5. de conſuetud. ubi dicit, non referre ſi dicta uerba quæ ponunt tabelliones in inſtrumentis, Quibus omnibus, & ſingulis, ſic peractis, talis Iudex ſuam interpoſuit auctoritatem & decretũ, apponantur in fine, quia ſatis dicitur in principio quod fit in medio, uel in fine, quia totum eſt unum ſtructũ, ſiue contractus, l. penult. C. de inſtitut. & ſubſtitut. capitulo ſecundo requiris, de appellat. ſecùs autem eſſet, ſi ex interuallo, uel in alio inſtrumento apponeretur; hoc idem tenet ipſemet Baldus melius etiam declarans, in capitulo 2. de feudo ſine culpa non amittendo, ubi dicit, quod cauſa iam cognita, põt interponi ante, & poſt, quia Prętor permittere poteſt futurã uenditionẽ, & retro factã roborare per decretum, & conſultius eſt, totum facere eodem contextu; Sed qđ ualeat decretũ

etiam

etiam ex post facto interueneris, eodem consensu partium durante, tenet idem Baldus, in l. quæcumque, 2. col. C. de bonis quæ liberis, quod tamen sanè est intelligẽdum quod omnia concurrant necessaria ad actum, & quod ex tunc sumat uires, aliàs contrariaretur his quæ tenent omnes indistinctè, quod debeant interponi in actu. Et quod sufficiat etiam apponi in ipso actu, nec referat qua parte, tenet etiam Bart. licèt loquens in decreto alio casu interponendo, in l. legitimos, 2. col. num. 7. ff. de legit. tutor. quod & idem tenet Bald. in l. fina. C. de magistr. & hoc idem tenent Aretinus, & latius Ias. in §. iussum, l. si quis mihi bona, de acquir. hæredit. col. penult. & Ias. in d. l. 2. §. prius, 3. col. de vulg. & pupil. & Campeg. in tractatu de dote quinta parte quæstio. 86.

Ego tamen animaduertẽdum puto, quod omnes Leges quæ loquuntur in decreto, in fine actus seu ad confirmationem actus apponendo, non loquuntur in hoc decreto venditionis minorum, sed in alijs decretis, ut in eis patet, & propterea putarem, quod esset cautius apponere in principio instrumenti, seu actus, ex quo in his terminis leges exigunt quòd interueniat ante actum, seu venditionem faciendam: notarij tamen Ferrarienses, ponunt decretum in duobus locis, in principio scilicet & in fine, ut in forma præsentis instrumenti, quod puto cautius esse, ad euadendum opiniones de quibus supra, sed consultius sentio, in causa magni ponderis maximè, quod duo instrumenta conficiantur, seu duæ publicæ scripturæ, iuxta ea quę dicta fuere supra, in primo requisito causæ, ubi allegaui plures tenentes hanc opinionem, quod necessario duæ scripturæ exigantur, in quarum prima appareat, quod tutor, vel curator proponat necessitatem vendendi, & causam vrgentem, iuxta ea quæ de causa suprà dicta fuere, & permissionem iudicis, & commissionem subhastationum, in secũdo uerò, narratio omnium gestorum in prima, & quod factæ fuerunt subhastationes, & nullus plus obtulit quam emptor soluere sit paratus, & contineat venditionem quam facit pupillus, vel adultus cum auctoritate tutoris, uel Curatoris, & iudicis decretum, & ità hoc modo euitarentur omnes Doctorum opiniones, & tutus esset emptor, ne annullaretur venditio.

Quod autem subscriptio iudicis sit necessaria in contractu huiusmodi, ut Fab. censuit dicta quæstio. quinta, col. vigesimaseptima, per text. in l. secunda, C. de assessor. non reperio iure cautum, nec ille text. intelligitur de subscriptione, sed de consensu, seu assensu iudicis, verbum enim illud subscribere, idem est quod assentiri, uel consentire, & tantundem importat, ut probatur in l. non aliter, & ibi glos. expressè, ff. de adopt. licèt alio in loco scilicèt, in l. fin. de priuat. delict. de subscriptione propriè intelligatur, de quo ibi latè disserit Budeus.

Sed si creditor pupilli, vel minoris non sit præsens venditioni, ut sibi soluatur creditum suum, curare debet Iudex, ut precium rei vẽditæ accedat in eam causam, cuius occasione venditionem permisit, & propterea uiatorem, seu nuncium mittere debet, qui uadat cum tutore, uel curatore ad uidendum creditori creditum persolui, & referat omnia iudici, ut est text. in d. l. magis puto, §. ne tamẽ, & tradit Azo, d. titu. de prædi. minor. 2. col. nam si precium in eam causam propter quã venditio processit non conuertatur, nulla efficitur, & inualida venditio, ut Corn. respondit cons. allegato 207. 1. col. 3. vol. Et propterea melius esset, si creditor esset præsens uenditioni, & ab emptore precium reciperet, quod necessarium putauit Specul. d. §. nunc dicendum, 2. columna.

Et est sciendum, quod solemnitates de quibus suprà, non solum in contractibus venditionis minorum † rerum immobilium necessariò interuenire debent, sed etiam in quocũque alio contractu, per quem dominium rerum ipsarum transferreretur, ut in transactione, permutatione, et donatione, loquitur tex. in l. non solum, C. de præd. minor. Et quod transactio per quam deuenitur ad rei immobilis dominij translationem, non ualeat solẽnitatibus nõ seruatis, tenent Bart. & alij, post gl. in l. 1. C. si aduers. transact. Bal. & alij, in l. Pręses, C. de transact. ubi Bal. 2. col. loquitur in distractu. Ias. in l. 2. ff. de offi. eius cui mãd. est iurisd. Corn. cons. 252. 5. col. 3. uol. & Paris. cons. præallegato 85. nu. 34. in 3. & Ruin. cons. 129. nu. 3. 5. uol. & idem est in compromisso, quod fieri non potest sine dictarum solemnitatum obseruatione, ut uidetur tenere Bal. in d. l. Præses, col. ult. & Socin. cons. 52. n. 2. 4. uol. Ias. d. l. 2. 1. col. & Ruin. d. con. 129. nu. 2. & idem est, si quasi dominium tm̃ transferat minor, ut quia habet Publicianã, ut per Ias. d. l. 2. 1. col. & idem est, si utile tm̃ dominium alienet, ut quia rem ad liuellum uel in emphyteusim concedat, Bald. aliàs allegato cons. 184. Ad intelligẽtiã, 2. uol. Paris. d. cõs. 85. nu. 35. ubi allegat alios, & Ruin. cons. 63. num. 11. in 1. uol. uel si minor rem quam habet ab alio in emphyteusim, alienaret, l. etiã vectigale, C. de præd. minor. Bald. in consil. 258. Quantum ad primum, 5. uol. & Fab. d. quæst. 5. col. 28. Non valet etiam obligatio rei

rei minoris, sine dictis solemnitatibus, l. 1. §. 1. ff. de rebus eor. l. si ad resoluendam, C. de præd. minor. Ias. d. l. 2. col. 1. Dec. consil. 479. num. 4. & Paris. d. cons. 85. nu. 13. nec potest cedi actio ad rem immobilem competens, quia de ea iudicatur sicut de re ipsa. Alexan. cons. 53. Visis, & consideratis, 2. col. 3. uol. a-liàs 125. in primo, nu. 4. & Abb. in c. nonnulli, num. 9. loquens in cessione Ecclesiæ, de rebus Eccles. non alien. secùs si ad rem mobilem, quia etiã solus tutor hoc facere potest, Tholos. decis. 403. & ibi in addit. sequitur Tiraquel. in tractatu de retractu, titu. 1. in fine, num. 22. & in §. 1. glos. 7. nu. 2. eod. titu. nam vbi est prohibita venditio, omne id censetur prohibitum, per quod ad illam deuenitur. Bald. cons. 218. Præsupposito, nu. 2. 1. uol. & Dec. d. nu. 4.

Si quis igitur solemnitatibus non seruatis rem minoris emerit, malæ fidei efficietur pos-
14 sessor, & † rem cum fructibus perceptis restituere tenebitur. Socin. latè, cons. 22. col. fi. 1. volu. Imola, loquens de rei vendicatione, in consil. allegato 73. col. penult. Paris. d. cons. 98. num. 24. & cons. 100. num. 20. & de recuperatione rei cum fructibus tradit Dec. dicto cons. 403. num. 19. & cons. 556. num. 6. nec enim ex tali venditione, vel alienatione transfertur dominium, & propterea vendicationi locus est. Corn. d. cons. 98. col. fin. lib. 1. & idem tenet in cons. 207. 2. col. lib. 3. vbi fortius voluit hoc procedere, etiam pręscriptione triginta annorum non obstante, etiam quod nulla minoris adesset læsio. Paris. consil. 97. num. 34. in primo, & d. cons. 98. num. 23. & 24. & etiam stante statuto prohibente propter lęsionem restitutionem in integrum peti, tunc enim nullitas non censetur prohibita. Paris. d. cons. 100. nume. 11. & sequent. Sed & extante læsione etiam nullitas intentari potest: nec recurrendum est ad extraordinarium remedium. Ferrar. in pract. in forma lib. super restit. in integr. in glos. vendidit, & Paris. d. nume. 23. & 24. sed si interueniant solemnitates, licèt minus rectè, ut quia decretum ex falsa causa esset inrerpositum, tunc respectu fructuum decisio non procederet de plano, quia licèt tale decretum sit nullum, præbet tamen iustum colorem tenendi, ut dicit Anton. de Butr. in cap. diuersis fallacijs, de cleric. coniug. & referendo sequitur Alexander consil. 160. numero quarto 7. volum. Nam etiam opin. unius Doctor. vel duorum, tenentium pro validitate contractus, excusat à fructibus, ut in simili fuisse iudicatum in Consilio Neapolitano refert Afflict. aliàs allegata decisione 87. in fine.

Sunt tamen aliqui casus, quibus non exigitur decretum iudicis, uel alia solemnitas in
15 contractu minoris, † quorum quinque ponit Fab. d. q. 5. col. 27. & 1. in casu dotis de quo videnda sunt & quæ latè supra scripsi, in capitulo præcedenti quæstio. 12. ubi retuli opiniones Doctorum quæ reddunt decisionem dubiam. Secundo quando res auctoritate iudicis fuit pignorata, quia creditor sine decreto eam potest alienare, ex quo semel interuenit, licèt secundum eum, tutius sit adhibere.

Tertio, in alienatione quæ propter negligentiam à iure inducitur ut in præscriptione. Quarto, quando pater bona filij minoris aduentitia in casu à iure permisso alienat, quod etiam tenet Crot. in Repet. l. frater à fratre, num. 30. de condict. indeb. ubi dicit esse communem Doctorum Conclusionem. s. quãdo concurrit uoluntas defuncti, ut quia pater uẽdi iussit rem in testamento, quod etiam tenet Ias. in d. l. 2. nu. 5. vbi alios quinque casus ponit, scilicet quando minor specie reciproci fideicommissi remittit. Secũdo quando tutor, vel curator litigat, & opus est cautione iudiciaria, quia tunc potest obligare bona minoris. Tertio, stante in contrarium consuetudine, quod non debeat adhiberi. Quarto, quando fieret propter bene merita. Quinto, quando prædium nedũ est infructuosum sed plus damni, quàm lucri affert: quod vltimũ reprobatum fuit vt dicit Afflic. in aliàs allegata decis. 77. & non exigatur etiam decretum quando alienatio fit ex causa necessaria, ut quãdo exequutores testamenti alienant pro satisfaciendis legatis, nam tunc etiam non seruata solemnitate statutaria, venditio procedit, ut tenet Alexan. cons. 215. 6. vol. Minor tamen, licèt non possit expresè sine decreto bona obligare, obligantur tamẽ tacitè ex receptione dotis habitæ per eum, & receptæ sine decreto, licèt Bar. in l. si constante, in princ. in 4. quæst. 3. partis solut. matr. & nonnulli alij tenuerint contrarium: quia aduersus eos est cómunis opinio, vt per Bal. in l. fin. C. de legit. tutel. & per eundem, in d. l. si constante, ubi communiter alij sequuntur, & ibi etiam sequitur Crot. in Repe. ad fin. 1. lectura. & Negus. tract. de pigno. & hypotheca, 2. parte, 4 membro, num. 78. potest etiam minor solemnitatibus prædictis non seruatis sibi præiudicare in iure quærendo, & ius ipsum cædere, vel renunciare eidem, ut Rube. plura adducens tradit consi. 12. num. 7. & Crauet. alios plures allegans, in consilio 114. col. finali. in quo ultimo cõtrarium uidetur tenere Ruin. consilio 101. nume. quarto, uol. 5. ubi dicit, quod minor etiam cum tutoris auctoritate sine decreto iudicis hæreditatem non potest repu-

repudiare, sed possunt saluari opiniones vt ius quærendum remitti, uel cedi possit sine solemnitatibus, modo sit tãtum in spe, & ità procedit prima opinio quæ in effectu est illa quam tenet Ias. in d.l.2. prima limitatione secùs verò, si sit in re, ut quia iam delata est hæreditas, & ità loquitur Ruin. quod probatur in l. pupillorum, C. de repud. hæred. ubi Baldus declarat, quod pupillus negligendo vel omittendo, potest repudiare, non autem committendo.

Quid si non fuit seruata forma suprà tradita, sed tantum fuit facta venditio, & causa expressa legitima, tutorisque uel curatoris interueniente auctoritate decretum fuit interpositum uno, & eodem tempore, prout communiter fit quotidie? dicendum est etiam instrumentum valere propter decreti interpositionem, cuius quidem decreti adhibitio, habet præsumptionem pro se, in tantum, quod ex iusta & legitima causa interpositum censetur, & omnes solemnitates præsumuntur interuenisse, & propterea statur uenditio-
16 ni, nisi † ostendatur iudicem fuisse falsis allegationibus circumuentum, ut probatur in l. ab ea parte, 2. responso, ff. de probat. & in l. manumissio per lictores, ff. de manum. vindic. & tradit Specul. in d. §. nunc dicendum, col. 3. Fab. d. 5. quæst. col. 29. Imola cons. 98. 3. col. & est communis opinio Doctorum, ut per Alex. in l. sciendum, ff. de verb. obligat. num. 26. Socin. cons. 15. col. 9. cons. 115. 2. col. 1. uol. & consil. 57. num. 26. 4. uolum. Butr. & Aret. nu. 73. Felin. nu. 37. uers. septima conclusio & Dec. num. 42. in c. quoniam contra, de probat. Paris. in cons. 33. num. 27. 1. uol. & Ruin. cons. 189. num. 11. 1. uol. & latè Alciat. tract. præsumpt. 3. Reg. præsumpt. 10. in principio & per ipsum decretum cessat præsumptio doli, uel culpæ, seu fraudis. Fab. d. col. 29. Ias. in usibus feudorum, in tit. qui feuda dare poss. col. 3. Dec. d. num. 42. & Marsil. Singul. 438. Lex multum. & Paris. consil. 96. num. 39. 1. uol. Vnde uolens contrarium directe, tenetur probare, l. si quidem C. de præd. min. latè Socin. dictis consilijs 115. & 57. Et præsumitur contractus factus vtiliter pro minore, propter decreti interpositionem. Bald. loquens in contractu Ecclesiæ, in c. 1. 2. col. ubi etiam Ias. in 3. qui feuda dare poss. & in c. sicut, numero 6. de re iudic. Alex. consil. 79. Circa primum 4. col. primo vol. Dec. d. num. 42. & Ruin. cons. 63. nume. 2. uol.

Supradicta tamen præsumptio nõ est propria sed multas patitur arctationes: quinque
17 enim modis limitatur, † & quidã notab. per Alciat. d. tract. præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 10. & primo, ut procedat, quando in instrumento specificè solemnitates huiusmodi enunciatæ fuerint, tunc enim præsumuntur interuenisse secùs si non sint enunciatæ ità notab. tradit glossa omni ordine, in l. prima, C. de fide instrument. & iure hastæ fisc. libro decimo, quam ad hoc not. Baldus in l. prima in princ. ff. de reb. eor. & in l. ex his, 2. col. C. de test. milit. Ang. in l. Imperatores, ff. de priuil. credit. & alij quos allegat Alciat. d. præsumptio. 10. num. 2. & ultra eos hoc etiam tenet Fab. d. tract. quæst. 5. col. 29. Aretin. d. c. quoniam contra, nu. 73. & ibi Dec. num. 42. Bal. aliàs allegato cons. 184. uol. 2. Paris. cons. prę allegato 98. nu. 12. & cons. 100. nu. 17. in 1. & cons. 85. numer. 39. in 3. & Ruin. cons. 63. num. 17. in 1. & allegato cons. 189. nu. 11. ubi dicit, rem tunc esse extra omnem difficultatem, cum exprimantur solemnitates, & enuntiantur in instrumento, & hæc est communis opinio, ut dicit Alciat. dicta præsumptione, numer. 7. in fine, & Crot. in Repet. l. sciendum, nume. 15. de verb. signific. licèt ibi Crot. ipse & Paul. de Cast. per eum ibi allegatus, & Alexander cons. 179. nu. 5. in 7. & Corn. cons. 98. aliàs allegato, littera H. lib. 1. teneant etiam hoc casu non sufficere enunciationem, cum solemnitates ipsę illo tempore confecti instrumenti interuenire non potuerint, quorum opinionem alij relati per Alciat. d. prę sumpt. nu. 5. sequuti sunt. & Dec. d. cons. 479. num. 6. & quam opinionem in puncto iuris defendit ibi Alciatus, tamen postea fœdere distinctionis opiniones conciliat, ut ibi per eum.

Secundo limitatur dicta præsumptio ꝓcedere, nisi appareat ꝑcipitanter decretũ fuisse interpositũ, puta, quia eodẽ tꝑe in alienatione rei minoris interuenit decretũ iudicis, & datio curatoris, ità in terminis Anch. consil. 83. Visis diligenter actis, qđ & etiã in simili tradit. in cons. 36. Visa quadam petitione, 1. col. sequitur Alex. con. 218. Visis verbis, col. pen. 2. uol. duplicato cons. 45. vol. 6. sequitur etiam Ias. in d. l. 2. col. 2. ff. de offic. eius & in l. 2. col. 4. C. de eden. Mars. in l. statu liber, nume. 13. de quæst. & in §. nunc uidendum, nu. 33. in pract. crimin. Dec. cons. 403. nu. 19. & cons. 479. nu. 7. Paris. d. consilijs 98. nu. 18. & 20. 99. nu. 10. & cõs. 89. nu. 58. in primo, & cons. 85. nu. 46. & 49. in 3. & Ruin. cons. 107. nu. 13. 1. uol. ubi plures alios allegant & Alciat. d. præsump. nu. 8. Ex quibus patet, quod ab hac limitatione non esset in iudicando. vel consulendo recedendum, licèt contrariũ tenuerit Imola, cons. 98. pen. col.

Tertio limitatur non procedere, quando directũ fuit interpositũ per iudicẽ, quẽ pars

de negocio plenè non edocuit, & propterea consuluit Bald. non valere decretum interpositum super insinuatione donationis, si nō sit expressum quid, & quantum donetur, ut in consil.375. Certum est, 2.col. 3.vol. & sequitur Alciat.d.præsumpt.10.num.9. Facit, quia ut suprà dictum est, iudici debet exprimi veritas, aliàs decretum tamquam obreptitium non valet. Corn.consilio.185.col.2. in 4.uolum. & paria sunt, falsam causam, vel nullam fuisse expressam. Alexand. consil.aliàs allegato 207.numero 7.volum.7. & per iudicem decretum huiusmodi reuocari potest, l.quamuis, cum gloss. ff.de rebus eor. & tradit Mars.Singul.320. Sæpè contingit, de quo per Bart.& alios, in l.quod iussit, ff.de re iudicata.

Quarto limita, non procedere in decreto interposito per minorem magistratum, ut in Municipali magistratu & in Pedaneis iudicibus exemplificat Bald. in l.tutores, ff.de confir.tut.& sequitur Ias.in d.titu.qui feuda dare poss.3.col.in fine, & Mars. d.Sing.438. quod ego puto procedere in magistratu municipis idiota, & ignaro, non autem in iuris perito, nam etiam in municipijs Legum Doctores magistratus gerunt, ità sentit Aret. in consil.69. Viso puncto, 2.col. & declarat notab. Alciat.d.præsumpt.10.num.10.& ità etiam intelligit dictum Baldi Paris. d. consil. 98.num.21.

Quinto limita, non procedere quando uitium uisibile, seu error manifestus esset in decreto, secundum Bald.qui tamen loquitur in secundo decreto, in l.2.vlt.quęst.ff.si ex nox. caus.agat.& Alciat. dicta præsumpt. nu. 11. qui loquitur in terminis nostris, nā esset nullum, si in eo esset expressa falsa causa, vel partim uera, & partim falsa, uel causa non sufficiens, tunc enim pro decreto non præsumitur, ut per eum ibi, de quibus suprà dictū fuit in primo requisito causæ, ad finem, & idem procedit, si decretum ad aliud, puta ad supplicationem aliquam habeat relationem, tunc enim nihil operatur, nisi quatenus in ea fit mentio, & continetur. Paris.d.cons.100.nume.21.in primo volumine.

Sexto limitatur, non procedere, quando in contrarium probatur de veritate, ut quia
18 probatur non † interuenisse solemnitates, quælibet enim præsumptio recipit in contrarium probationem, imò tollitur ex fortiori præsumptione, l.diuus, de in integr.restit.c. litteras, de præsumpt.& not.in c.afferte, eod. & in terminis nostris tradunt Aret. & Felin. in d.c.quoniam cōtra, & dicitur constare de veritate, scilicet non interuenisse solemnitates, si instrumentum actorum exhibeatur, in quibus aliqua sunt descripta, & aliqua non, secundum Imolam, consil.110.In causa quę vertitur, 2.col. & Pau.de Castro, in cons.50. In causa quę vertitur, 3.col.vers.& si dicatur, quę consilia ad hoc propositum allegat Dec. d.cons.479.num.5. & cons.Paul.sequitur etiam Alex.cons.1. pen. col.4. uol.& Afflict. decis.Neapol.107.num.5. & 6.& Curt.iun. cons.130.num.4.Ruin.cons.28.nume.22.4. uolum.& 49. numero 8.quod tamen in casu isto non uidetur procedere, in quo non exigitur necessario scripturam fieri omnium solemnitatum, secundum magis communem Doctorum sententiam, tenentium sufficere, si appareat decretum interuenisse, ut suprà, sicut exigebatur in casibus Imolæ & Pauli, in dictis consilijs, vnde statur huic præsumptioni pro decreto, etiam quod in instrumento appareat aliquas tantum, vel nullas solemnitates interuenisse, ita notab. declarat Crotus in Repet.d.l.sciendum, nume.12.in ultima limitatione. Et hanc opinionē alios plures allegans tenet Dec.cons.341. nu.13. ubi tenet contra Paul. de Castro, in d.consil.& propterea dicendum est, hanc limitationem sibi locum uendicare, si aliter de ueritate, quam ex inspectione instrumenti, appareret, ut quia doceretur de enormi læsione minoris, secundum Paul.de Castro, consilio 174. Contra superius, 2.col.tunc enim dicitur per euidentiam facti constare de fraude, secundum Marsil.dicto Singul.438.in fine, & Ruin.consil.107.num.14.in 1.uolum.uel aliter in contrarium probaretur decretum fuisse interpositum ex falsa uel iniusta causa, ut per Paris.dictis consilijs 98.numer.18. 100. numero 19. in primo & 85. numero 4. in 3.uolum. & per Ruin. consil. 63.numero 19. in primo tali enim casu tollitur præsumptio quæ est pro decreto, & statur ueritati, quod quidem decretum numquam transit in rem iudicatam, secundum Paris.allegantem decisione Rotę.in d.consi.85.nume.42. de quo puncto decisio est Castr.in d.consilio per Crauet. in tract. de antiquit. tempor. 3. parte, in princ.num.27.& sequ. & Vantium in tract.de nullit.in tit.à quo & quib.modis, nu.12.cum pluribus seqq. Guliel. Rodoan. in tract.de rebus Eccles. non alien.in titu.de his qui consentiunt, & consensu, §.ultimo num.29.& seqq.Rol.à Valle, cons.99.num. 29.& seq.libro primo.

Septimo limita dictam regulam procede
19 re, quod præsumatur pro decreto, quādo † decretum ipsum interuenit in actu, uel post actum incontinenti, prout formam ponit Specul.ut suprà, secùs verò, quando interuenit ante per modum licentiæ, seu permissionis,

& ex

& ex interuallo sequatur contractus, tunc enim non præsumitur solemnitates interuenisse, ità notab. declarat Alex. in d.l. sciendum, 6.col.nu.28.& sequitur Ruin.cons.86. nu.6.in 1.volumine.

Quam Statuti ciuitatis Ferrariæ sub Rubrica de contractibus minorum.

SVMMARIA.

1 *In venditione rerum minoris iuris communis solemnitates sunt seruandæ etiam si id à statuto de huiusmodi contractibus loquente non esset expressum.*

2 *Solemnitas ad unguem est seruanda in contractibus minorum à statuto præscripta, nec sufficit per æquipollens impleri.*

3 *Minor habet consilium fragile, & infirmum, multorum insidijs, & captionibus expositum.*

4 *Statutum de contractibus mulierum, & statutum de contractibus minorum fraternizant.*

GLOSSA TERTIA.

Statutum hoc Ferrariense disponit minorem aliquem contractum, vel quasi, uel distractum, aut obligationem, legitimè facere non posse, nisi prius seruatis solemnitatibus à iure communi requisitis, & propterea illæ inprimis seruari debent, ut tradit Rom. allega-
1 to suprà cons. 321. in princ. imò † etiam quod statutum hoc non exprimeret, sed aliquas solemnitates seruandas etiam in minorum cōtractibus mandaret, etiam solemnitates iure communi introductę seruari deberent, ut tradit Paul. de Castr. cons. 106. Incipiendo à secundo, in princ. 2. parte. Paris. aliàs allegatis
2 consilijs 89. nu. 63. & 100. nu. 9. in 1. vol. † Solemnitas igitur talis statuti ad unguem est seruanda, nec sufficit in æquipollenti impleri, vt tradit Paris. dictis consilijs 98. nu. 77. & 99. nu. 25. aliàs contractus est nullus, & penitus inualidus, ut ibi per eum, num. sequenti, & tale statutum debet seruari, etiam si solus tutor contrahat, ut latè consuluit Paris. d. consil. 98. nu. 34. & sequent. & ibi, nu. 69. dicit plures alios consuluisse, & ità fuisse iudicatum, & idem tenet in cons. sequenti, nu. 35. et sequentibus: Nam cum sit fauorabile, quia est introductum ne minores captentur, uel decipiantur, qui de facili propter ętatem pos
3 sunt decipi, l. 1. ff. de minor. habet † enim minor consilium fragile, & infirmum, multorum insidijs, & captionibus expositum, ut Bertr. tradit cons. 337. nu. 10. 2. parte nouissimorum, ut patet ex prooemio ipsius statuti, ex quo colligitur ratio finalis, ut in terminis tradit Bald. aliàs allegato cons. 201. In prouincia, nu. 1. 1. vol. & tradit. Bald. & alij, in l. qui exceptionem, in princ. ff. de condict. indeb. & Aret. consilio 2. col. 6. Est extendendum, ut tradit Paris. dicto consil. 98. numero 61. & sequent. & d. consil. 99. num. 46. & sequent. Faciunt ea quæ supra dicta fuere in capit. præcedenti, super uerbo, agens pro obseruatione, &c. in statuto de indemnitatibus
4 mulierum, cum † huiusmodi statuta fraternizent, & Doct. sæpè promiscuè de eis loquantur, & propterea quod deerit in scriptis, super hoc erit supplendum ex dictis super illo.

Cum præsentia, consensu, & auctoritate, & decreto.

SVMMARIA.

1 *Decretum aliquando dicitur auctoritas.*

GLOSSA QVARTA.

De præsentia, & consensu suprà dictum fuit in capitulo pręcedenti, in uerbo, Pręsentis, de auctoritate verò dixi in capitulo præsenti, super verbo, agensque ipsę Federicus adultus; De decreto dictum fuit suprà in tertio necessario in contractu minoris, solum addendum est, quod auctoritas hic non accipi-
1 tur prout ibi, sed pro decreto, † quod quandoque auctoritas dicitur, l. 1. C. de pręd. minor. & l. 1. C. quando decreto opus non est, ut dictum fuit super decreto, suprà.

Magnifici iuris vtriusque Doctoris domini Aloysij de Ferrellis ciuis Ferrariensis.

GLOSSA QVINTA.

Multum refert an per Iuris peritum decretum interponatur, an per ignarum & idiotam, cum primo casu pro decreto præsumatur, secundo non, ut dictum fuit suprà in Clausula, Pro obseruatione iuris communis, in ultima quæstio. quarta limitatione.

Et Iudicis communis Ferrariæ.

SVMMARIA.

1 *Decretum in alienatione rerum Minoris per Iudicem competentem interponi debet.*

Si minor habet domicilium in uno loco, & res de

qua

qua fiendus est contractus est in alio, Iudicis loci decretum debet adhiberi.

2 *Iudex omnis non potest decretum interponere, sed ordinarius dumtaxat.*

3 *Decreti interponendi facultas delegari nequit.*

GLOSSA SEXTA.

DEcretum huiusmodi per Iudicem competentem debet interponi, d. l. magis puto, §. illud, ibi, si modo Romæ tutela agebatur, à contrario sensu, ut not. ibi Bald. sed quid si minor habet domicilium in uno loco, & in alio res sita est, cuius Iudicis decretum sit adhibendum, quòd debeat adhiberi Iudicis loci rei sitæ, probatur in l. si prædium, C. de præd. mi-
1 nor. Quod verò loci domicilij, † probatur in d. §. illud, & facit. l. in hac, C. de donat. Iac. de Aret. Cyn. Oldr. Bald. & Paul. de Castro, in l. 1. C. de contrah. empt. tenent decretum cuiuslibet sufficere, & idem tenent Bart. & Bald. ac Salic. in d. l. si prædium, & in d. §. illud, sed Doctor. in dicta l. 1. & Bald. d. §. illud, dicunt cautius esse, si adhibeatur decretum vtriusque, & ità has opin. refert Abb. capit. pastoralis, de priuil. ad finẽ, & idem tenet Fab. d. 5. quæst. col. 29. nu. 100. sed uide pro resolutione Octaui. Simoncel. in tract. de decret. lib. 1. tit. 1. nu. 69. & seqq.

Sed nunquid omnis Iudex interponere potest decretum, respondeo, quod non, sed tantum Ordinarius, & habens Iurisdictionẽ
2 ordinariam tantum, l. & si † præses, l. ob es, & quampluribus alijs legibus. C. de præd. minor. & tradit Corn. allegato Cons. 98. 2. col. 1. vol. ubi consuluit non ualere decretum interpositum per Auditorem Gubernatoris, ut
3 ibi per eum. Nec † potest delegari decreti interpositio, l. nec quicquam, §. ubi decretum, ff. de offic. procons. & leg. ubi Ias. col. fi. & l. 2. C. de assessor. & l. 2. §. 1. ubi Dec. 4. not. & Socin. in princ. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. Dec. & Cagnol. in l. omnia quæcumque, de reg. iur. & Alciat. d. tract. præsumpt. d. prẽsumpt. 10. nu. 4. & ca. 3. 2. lib. Paradox. Facit in simili decreto text. in l. cum hi, §. sed nec mandare, ubi not. ff. de trans.

Existentis in domo prædicta, in camera anteriori ipsius domus.

SVMMARIA.

1 *Decretum potest etiam extrà locum iudicij in domo priuati interponi.*

2 *Iudex partibus consentientibus etiam extra locum solitum ius reddere potest.*

3 *Iudex extra territorium suum ius reddere potest si Iudex illius territorij consentiat.*

4 *Sententia diffinitiua alio in loco, quam in loco iudicij partibus consentientibus fieri potest.*

GLOSSA SEPTIMA.

LIcèt decretum causę cognitionem exigat, ut infrà dicetur, tamen etiam extra locum iudicij in do-
1 mo † priuati interponi potest ex causa, ut quando propter honestatem alicuius mulieris, vel infirmitatem, seu nobilitatem alicuius personæ, iudex ad aliquem locum se confert, & ibi decretum interponit, nam ualet decreti interpositio, maximè quia est uoluntariæ iurisdictionis, ita not. Bald. & Salic. in l. generaliter, §. in omnibus, per illum text. C. de rebus cred. Sequitur Paul. de Castro, in l. pen. quam legit cum l. fin. ff. de
2 iust. & iure: Nam † Iudex partibus consentiẽtibus, extra locum solitũ ius reddere potest, ut not. Bart. & alij, in d. l. pen. & sequitur Alex. in l. fin. nu. 6. de iurisd. omn. iudic. vbi nu. 7. dicit, quod sufficit tacitus consensus partium, & sequitur ibi Socin. nu. 13. quod pro-
3 cedit, etiam si Iudex † sit extra territorium suum, modo cõsensus iudicis illius territorij concurrat, ut tradunt Docto. in d. l. fi. de quo etiam habetur per Aret. & ibi Aug. in addit. in tract. malef. uerbo, nos talis. potestas; sedẽs pro tribunali. Et quod partibus consentientibus possit Iudex extra locum Iudicij ius reddere, tenet Abbas in ca. 1. & 8. nu. 14. de offic. deleg. & Marantha in tract. de ordine iudi. 3. parte, nu. 79. Et probatur in c. cum
4 episcopus, de offic. ordin. in 6. & in sentẽtia diffinitiua quæ possit ferri alio in loco quam iudicij, de consensu partium, tenet Bald. in l. cum sententiam, nu. 6. C. de sent. in decreto verò interponendo per iudicem in contractu mulieris loco consanguineorum non est opus electione loci, quia in quocumque loco fieri potest. Marantha, d. tract. quartę part. 9. distinct. num. 86.

Sedentisque super quadam Cathedra lignea.

SVMMARIA.

1 *Decretum debet interponi à Iudice pro tribunali sedente.*

Intelligendo tamen in Decreto in contractibus Minorum interponendo.

GLOSSA OCTAVA.

LIcèt decretum possit quolibet loco interponi, ut suprà, tamen ex quo
1 requirit causæ † cognitionem, debet interponi iudice sedente pro tribuna-

tribunali, ut tradit Spec. in tit. de fer. §. sequitur, versic. fin. & sequitur Corne. dicto consilio 98. secunda col. quod est regulare secundum Bald. in l. prima, numero 8. C. de sent. ex breuic. recit. in omnibus decretis qui tribuunt ius, & in hoc differt ab alijs actibus uoluntariæ iurisdictionis, qui coram iudice fiunt, ut est emancipatio, manumissio serui, adoptio filij, & similes, qui possunt expediri iudice etiam pro tribunali non sedente, §. serui, & ibi not. Doctor. Instit. de liber. quia non requirunt causæ cognitionem, & propterea in talibus actibus non est opus addere supradicta verba, uidelicet sedētis, &c. nec, quem locum, &c. secundum Lanfr. in Repet. Clem. Sæpè, uerbo, de plano, in fin. de verbor. signific. & idem tenet Marantha, in decreto interposito in contractu mulieris, loco proximiorum, in tracta. de ordin. iud. quarta parte, 9. distinct. numero 86. sed secùs est in decreto, quod exigit causæ cognitionem, & propterea delegari non potest, l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. Pro consulis, & leg. quem text. declarat Alciat. libro secundo Paradox. capit. 3. contra quem tenet Cagnol. in l. omnia quæcumque, num. 2. de reg. iur. & probatur in l. 2. C. de assessor. & tradit Alcia. d. præsumpt. 10. num. 4. vbi facit differentiam inter huiusmodi decretum, & decretum quod interponitur in emancipatione, & alijs actibus prædictis, ut ibi per eum.

Quem locum, & sedem pro suis iuridicis loco, sede, & tribunali, elegit, deputauit, & esse voluit.

SVMMARIA.

1 *Iudex ex causa potest sibi eligere locum, & tribunal ad actum iudiciarium.*
Vide tamen hic.

GLOSSA NONA.

1 POtest Iudex † ex causa sibi eligere locum, & tribunal ad actum Iudiciarium faciendū, c. statuimus, de offic. deleg. in 6. nec tunc partium consensus exigitur, sed ità demum, nulla existente causa, debet saltem tacitus adesse partium consensus, ut not. in d. c. statuimus; Et quando Iudex vult actum facere in alio loco quàm Iudicij, ante actus celebrationem bonum est, quòd locum ad actum ipsum eligat, secundum Bald. in dicta l. 1. col. 2. nu. 5. C. de sent. ex breuic. recit. & ità inuenta est practica notariorum qui electionem loci factam per iudicem describunt, ut suprà.

Et sic fore, & esse interloquendo pronunciauit.

SVMMARIA.

1 *Interlocutoria dicitur omnis pronunciatio Iudicis, excepta diffinitiua.*

GLOSSA X.

OMnis uox Iudicis ad cām faciens, dicit interloquutoria, gl. interloquutionibus, in §. ad excludēdas, in Authen. de litigios. alibi dicit glos. in c. ei, qui appellat, §. diffinitiua, 2. q. 6. quod omnis pronunciatio iudicis, excepta diffinitiua, dicitur interloquutoria, quas glo.
1 referunt, & sequuntur Doct. allegati per † Felin. in Rubrica de re iud. nu. 2. Et dicitur interloquutoria electio, seu deputatio loci, quam facit Iudex ad aliquem actum faciendum, secundum Bald. in capit. fin. col. pen. de prohibita feudi alien. per Federicum.

Præsentis, consentientis, & suam auctoritatem suumque decretum omni quo potuit meliori modo præstantis, & interponentis.

SVMMARIA.

1 *Decretum à Iudice in Minoris contractu interpositum cum Clausula, Si de iure debeo, ualet.*
2 *Actus uoluntariæ Iurisdictionis, sunt uoluntariæ quo ad partem, necessariæ quo ad Iudicem.*

GLOSSA XI.

SEd quid si iudex decretū interposuit, cum hac Clausula, Si de iure debeo, & nō aliter, nunq̄d ualeat?
1 Bart. dubitauit, † & nō soluit, in l. etsi cōditionalis, ff. de auct. tuto. sed Bald. decidit in allegata l. 1. col. antepen. ver. vlterius quæro, nu. 47. C. qui admit. ualere, quia de iure debet interponi, ex quo petitur, & sic se re
2 fert ad dispositionē iuris, quę certa est: † quia actus uoluntarię iurisdictionis, quo ad partē, necessariæ iurisdictionis est quo ad Iudicem, & sequitur Campeg. tract. dot. 5. p. q. 85. & tradit etiam Vital. tract. Claus. 4. col. 1. carta in Clausula, Si & inquantū de iure potest, & Felin. in c. cū cōtingat, nu. 11. de offic. deleg. & idē ualet decretū interpositū per iudicē in alienatiōe minoris, cū Clausula, Interpono, si, & quatenus de iure processit, q̄a licèt sine decreto alienatio de iure nō procedat, tñ dēt intelligi si pręter decretū processit. ità Bar. in l. cū p̄p̄, per illū text. ff. de leg. pręst. Bald. d. l. 1. col. pen. nu. 49. Ang. Imola, & Alex. in l. iudex, de re iudic. & Campeg. d. 5. parte, 87. q.

Supplen-

Supplentisque omnem defectum.

SVMMARIA.

1 *Iudex supplere non potest omnem defectum.*
2 *Tutor qui etiam est propinquus pupilli non potest fungi, & tutoris, & propinqui auctoritate, si duorum necessaria esset auctoritas.*

GLOSSA XII.

Sciendum est, quod nõ omnem defectum iudex supplere potest, sed tantum defectum proximiorum non extantiũ, tunc enim † supplet,
1 ut dictum fuit supra, in c. præcedenti, in glos. Dempta persona, sed ẽt hunc non posset supplere, si ultrà iudicem exigeretur proximorũ consensus ut tradit Paul. de Cast. cons. 301. Ad bene examinandum, nu. 2. 1. parte, dictũ fuit supra, in Clausula Dẽpta persona D. Ludouici, 2. col. non posset tñ supplere aliũ defectum, puta auctoritatis tutoris non existentis, quia qñ utrumque exigitur copulatiuè, iudex non põt supplere, ut tradit Bart. & alij, in l. si curatorem, ff. de in integr. restit. & Paul. de Cast. d. cons. nu. 2. sic etiam, si statutũ, exi-
2 git † auctoritatẽ tutoris, & consensum duorũ propinquorum, tutor nõ poterit auctoritatẽ præstare ut tutor, & cõsensũ, ut propinquus, ut tradit Paris. d. cons. 98. nu. 73. Et aduertendum est, quòd hic exigitur duplex decretũ, alterum de iure communi, propter alienationem immobiliũ ut suprà: alterum verò ex forma dicti statuti, propter defectum proximiorum, & propterea debet fieri mẽtio, quòd ob utramque causam decretum interponitur, prout in fine Instit. in Clausula, Quibus omnibus, dicetur, licèt sufficiat si sit dictũ quòd Iudex suppleat defectũ propinquorũ, & omnem alium defectum, omni meliori modo, secundum Alex. in terminis huius statuti loquentem, in cons. 80. Visis themate, 2. col. 5. vol. quod declarat Alciat. in dicta pręsumpt. 10. num. 5. procedere in alio decreto, quàm alienationis minorum, cum solemnitates debeant in eo enunciari, ut suprà dictum est.

Proximiorum tam agnatorum, quàm cognatorum ipsorum minorum.

SVMMARIA.

1 *In Minoris contractu consanguineorum, coniunctorum, & amicorum præsentia tollit præsumptionem metus, doli, & culpæ.*
Limita tamen in casu quãdo lex præsumit dolũ.
2 *Minor non obstante quòd in contractu præsentia consanguineorum fuerit adhibita, propter læsionem tamen potest in integrum restitui.*

GLOSSA XIII.

1 Debent tutores, & alij uolentes cũ minoribus contrahere, semper curare, ut in contractu adhibeatur præsentia consanguineorum, & propinquorum pupilli, nam illa facit præsumi metum, dolum, uel culpam abesse, l. transactionem quę dominij, & ibi not. Doct. C. de trans. tradũt Doct. in l. Polla, C. de his quibus ut indig. Cepol. Cautela 24. Ratione Mars. latè Sing. 417. Presentia coniunctorũ, & idem est in præsentia amicorum, ut d. l. transactionẽ, & trad. Paris. cons. 96. nu. 42. in prin. & latè Alciat. in d. tract. pręsumpt. reg. 1. præsumpt. 21. vbi declarat procedere, nisi in casu in quo lex præsumit dolum, quia ista
2 præsumptio tolleret illam, ut ibi per † cum. Dicta tamen præsumptio non facit, quin minor lęsus in integrum restitui debeat, etiam quod mater, & alij consanguinei præsentes iurassent contractum cedere ad vtilitatem minoris, ut Corn. tradit consi. 178. littera, F. 3. vol. & sequitur Paris. consilio 89. numero 65. 1. volumine.

Ex forma dicti statuti requisitorum.

GLOSSA XIIII.

Qvomodo Iudex supplere habeat, & quomodo intelligatur, & procedat dictum statutum, satis suprà in capitulo præcedenti in pluribus locis disserui, & propterea ne idem per idem repetam, me remittam ad ibi scripta.

Quibus omnibus ipsi minores, & curator, & tutrix antedicti, eosdem minores carere dixerunt, in ciuitate, & districtu Ferrariæ.

SVMMARIA.

1 *Instrumento statur nisi contrarium probetur.*

GLOSSA XV.

Si in instrumento hoc modo descriptum sit, stabitur † instrumen-
1 to, nisi contrarium probetur, prout suprà in capitulo præcedenti super eisdem uerbis dictum fuit, & præsumitur tali casu, quod Iudex se informauerit prout exigit statutum, & inuenerit, uel quod minor non habebat propinquos, uel erant absentes, ut Alex. latè tradit in terminis huius Ferrariensis statuti, in dicto consi. 80. 2. & 3. columna.

Et pro

Et prout sic veritatem esse ipse dominus iudex præcepit ex informationibus habitis vt infrà.

SVMMARIA.

1 *Statuto exigente decretum, & auctoritatem Iudicis in contractu minoris, & quòd simul se informet de contractu, nunquid in instrumento sit ponendum, quod se informauit, an verò sufficiat dicere, quòd auctoritatem, et consensum suum interposuit.*

2 *Minor in hæreditate paterna se immiscere potest, eamq́ retinere sine Iudicis decreto.*

3 *Minor gerens negocia alterius minoris, an ex tali gestione obligetur, distingue, ut hic.*

4 *Minor contrahens cum communitate quæ condidit statutum, non adhibitis statutarijs solemnitatibus obligatur.*

In generali sermone loquentis persona non comprehenditur.

Minor obligatur fisco etiam non adhibitis statuti solemnitatibus.

Minor si scribat se debitorem in codice suarum rationum se non obligat.

Statutum exigens solemnitates in contractibus minorum locum sibi non vindicat minore per iuramentum asserente se maiorem.

5 *Minoris contractus sine solemnitatibus celebratus potest ratificari, & confirmari, vel tacitè, vel expressè per ipsum maiorem effectum.*

6 *Minoris contractus non ritè celebratus confirmatur, si post minorem ætatem non improbauit, sed quinquennali silentio pertransiuit.*

7 *Limitatur tamen quando dolus in contractu interuenit, tunc enim ratificatio præsumpta seu tacita nihil operatur.*

8 *Limitatur secundo ut non procedat quando contractus est simulatus.*

9 *Limitatur tertio quando contractus non per minorem sed per tutorem gestus est.*

10 *Limitatur quarto extrà casus l. fin. C. si maior factus.*

11 *Limitatur quinto de iure canonico.*

GLOSSA XVI.

STatutum prædictum Ferrariæ exigit, quod iudex se informet de cõtractu per minorem gerendo, & si viderit contractum ipsum cedere in vtilitatem minoris, debet auctoritatem, & consensum interponere: vnde hæc duo copulatiuè debent interuenire, nec sufficit alte-
1 rum, secundum Paul. de Castro, allegato † cõsil. 432. 2. col. 1. parte, & sat est, si in instrumẽto dicatur, iudicem se informasse, ut admittit Ruin. cons. 159. nu. 4. in 5. vol. & contra eundem Paul. tenet Anchar. cõsulens in eadem causa in consil. 69. suprà allegato, imò debet Iudex in decreto debere adhibuisse causę cognitionem, & quod reperit contractum in vtilitatem minoris cedere, ut per Paul. de Castro, in l. cum hi, §. si prætor, de trans. quem sequitur, & mandat notari Mars. dicens propter hoc posse aduocatũ corruere facere mille instrumenta, in l. qui cedem, nu. 30. ff. ad l. Cornel. de sicar. & in Sing. 399. Multi sunt, sed tamen Paul. de Castro ibi, uidetur concludere, quod sufficiat si dictum sit, quod causa cognita auctoritatem interposuit, per decisionẽ Spec. de qua suprà latius loquutus sũ, & idem est quod ualet contractus, si decretum sit interpositum per iudicem cum Clausula, Omni meliori modo, ut per Alex. in terminis huius statuti, in cons. 80. Visis themate, 3. col. 5. vol. quem allegat Mars. d. nu. 30. & sequitur Alciat. in allegato tract. de præsumpt. 3. reg. præsumpt. 10. nu. 5. tamen non erit inutile ad omnes scrupulos euitandos in decreto, seu auctoritate iudicis talia apponere; Et quia super simili statuto supra, in capitulo præcedenti, super statuto de indemnitatibus mulierum, plura dicta fuerunt, quę omnia etiam faciunt ad hoc, cum Doct. promiscuè de huiusmodi statutis loquantur, sat erit nonnulla ibi omissa hic addere. Ratio enim istius statuti etsi colligatur ex proœmio ipsius, Bal. aliàs allegato cons. 201. nu. 1. 1. vol. Alex. 89. nu. 2. in 7. & Dec. in 301. nu. 6. ea est, scilicet ne bona minorum facilè dissipentur, & ne ipsi à dolosis cum præcipitio eorũ defraudenter; tamen si nõ fuisset addita, per statuentes eam et censeretur causam huic statuto dedisse, ut per Bart. & alios, in l. transactionem, C. de trans. cum alijs notatis in capitulo præcedenti, in prin. in Clausula, Agens pro obseruatione, quæ hic aliter non repetã, quia ibi est uidendum: statutum tamen hoc à prædicto de indemnitatibus mulierũ eo differt, quia illud exorbitat à iure communi, & ius commune restringit, hoc verò non tantum, & propterea fauorabilius, & magis extendendum erit hoc, quam illud, ut Paris. censuit, allegato cons. 98. nu. 61. & 99. nu. 51.

Sed circumscripto statuto prædicto Ferrariæ, ferè in omnibus casibus sua generalitate prouidente, quæro, numquid stante huiusmodi statuto, minor sine dicta solemnitate in hęreditate paterna se immiscere, & eam re-
2 tinere possit? & concludendum † est quod sic, ut in terminis decidit Aret. in §. sui autem hęredes, in fine, Inst. de hęred. quæ ab intest. defer. quod latè examinat Dec. & declarat in cons. 231. per tres primas columnas.

3 Quod † si stante prædicto statuto minor gerat

gerat negocia alterius minoris, an ex tali gestione ob ligari possit, & ad rationem reddendam teneatur? extat consiliũ notab. Ruini, in 5. vol. cons. 97. distinguentis, quod aut apparet ipsum gerentem esse in dolo, quia reliqua penes eum existentia nõ præstat, & tunc obligatur dicto statuto non obstante, aut in leui culpa, & tunc excusatur propter huiusmodi statutum sed tenetur reddere rationem gestionis, ut per eum ibi.

Sed nunquid minor contrahens cum communitate, quæ statutum huiusmodi condidit, obligetur? est in terminis decisio Alber. in 2. parte statut. quæst. 215. Sed pone, statuto decidentis quòd sic, ea ratione, quia non præsumitur quod commune uoluerit priuilegiare minorem contra se, allegat. l. si peculium. §. sicuti, ff. de pecul. leg. & quia in generali sermone non continetur persona loquentis,
4 l. inquisitio, C. de solut. † sequitur Lud. Rom. in l. si quis in graui, §. hi quoque, ff. ad Sillan. & Bald. nouel. tract. dot. quæst. 16. priuilegio 48. nu. 1. Barb. in add. ad Bald. in l. 2. C. an seruus ex suo facto post manum. tene. & quod obligetur fisco, tradit Ang. d. Nicoli, in subscriptione ad consilium Socin. 303. in 2. vol. col. 3. & Mil. Lamberteng. in trac. de cõtrac. in fi. q. 28. n. 98. & seq. Et sicut minor nõ põt obligari loquendo, ità etiam nec scribendo, ut si scribat in libro suarum rationum se debitorem, ità Alber. d. quæst. per d. §. sicuti, & §. seq. vbi allegat Iac. de Arena.

An autem minor obligetur sine dicta solemnitate si iurat in contractu, videnda sunt quæ in capitulo pręcedenti in fine in 3. quęst. dicta fuere, quibus addendum est, statutum prædictum locum sibi non uendicare, si minor contrahens iurat se esse maiorem, ut latissimè examinat Paris. cons. 97. 1. vol.

Sed pone, quod minor alienauit, non interueniente decreto, uel alijs solemnitatibus de quibus supra, nunquid talis contractus aliquo modo, uel lapsu temporis confirmetur? respondeo, quòd contractus huiusmodi per minorem maiorem effectum ratificari potest expresè, & tunc casus clarus est, l. 1. & 2. C. si maior fact. rat. hab. vbi not. & etiam tacitè
5 ut† recipiendo censum, vel possidendo, & similia faciendo. Bald. cons. 184. Ad intelligẽtiam, 2. col. 2. vol. Alex. cons. 117. Viso processu, 5. vol. Dec. cons. 232. nu. 4. & Paris. consil. 33. nu. 30. in 1. vol. & cons. 49. nu. 15. eod. uol. de qua materia rationis latè suprà dictũ est in Clausula Rati, verbo, Ratificabit, Confirmatur etiam talis contractus, si minor alie
6 nationem factam post minorem ętatem † nõ improbauit, sed silentio quinquennali pertrãsiuit, tunç enim confirmatur uenditio, & idẽ est in donatione, vel alienatione facta titulo lucratiuo, respectu recipientis, quia si per decennium tacuit, confirmatur, ut est text. & ibi glos. & Doct. in l. fi. C. si maior fact. alien. fact. sine decret. rat. hab. tradit Bald. cons. 45. Quandoque 2. uol. Alex. & Dec. dictis consilijs. Dec. & Cagnol. in l. quod ab initio, de reg. iur. Balbus tract. de præscript. 1. parte, 6. partis principalis, nu. 45. Blanc. tract. de compromiss. quæst. 2. nu. 24. Bellon. cons. 18. nu. 16. Alber. cons. 11. nu. 20. & in transactione cum allegatis per Paris. dictis consilijs suprà allegatis, & in consil. 16. nu. 95. 2. vol. Ruin. cons. 141. 4. vol. & Grat. consil. 47. in fine, 1. vol. quod ampliatur procedere etiam in minore, qui habetur pro maiore, ut in maiore 14. annis contrahente in beneficialibus, seu spiritualibus, iuxta c. fin. de iud. in 6. nam si talis post dictam ętatem silentio quinquennali pertranseat, eius contractum non improbando approbare cẽsetur, ut per Anchar. cons. 34. In hac causa, col. pen. quod allegat Cagnol. d. l. quod ab initio, num. 2.

Recipit tamen dicta Conclusio nõnullas limitationes, & primo, quando dolus in con
7 tractu † interuenit, tunc enim ratificatio præsumpta, seu tacita, nihil operatur. Roman. cons. 54. Visis, circa id, & Barb. cons. 42. col. quinta, & sexta 1. vol. & cons. 70. col. 3. in 3. vol. quod procedit etiam in dolo præsumpto, ex forma statuti, ut in casu huius statuti, in quo statutum ipsum disponit, minorem sine dicta solemnitate contrahentem præsumi dolo inductum ad contrahendum; ità uidetur tenere Roman. d. cons. col. 2. & decisiue cõsuluit Cur. iun. cons. 50. & 51. licèt Paris. in eadem causa consuluerit contrarium, ut in d. cons. 49. vbi latè instat, & videtur idem velle cons. 16. nu. 96. 2. vol. & Curt. sequitur Bellon. d. cons. 18. nu. 17. opinionẽ Romani tenet Ruin. 170. nu. 29. in prin. ꝓ opinione tamen Paris. consuluit Cæph. 51. nu. 16. 30. & sequent. & Iac. Menoch. in tract. de recuper. possessione. 15. remedio, nu. 132. cum pluribus seqq. & nu. 178. cum pluribus etiam sequentib. Hier. Gab. consil. 13. nu. 22. & 146. nu. 13. sed pro prima opinione videndus est Rol. à Val. cons. 60. nu. 41. & seqq. 4. vol. & pro secunda Thob. Non. cons. 88. nu. 22. pro opinione etiam Parisij vide Borgni. in tract. de tutor. & curator. nu. 146.

8 Secundò non procedit† dicta Conclusio, qñ contractus est simulatus. Bald. d. cons. 45. De se non fit, licèt fide celebratus. Natta. consil. 162. nu. 34. per d. consilium Baldi.

9 Tertiò, quando † contractus fuit gestus non per minorem, sed per eius tutorem, tunc enim ignorantia potest præsumi per minorẽ maio-

maiorem effectum, & sic non debet censeri tacendo per dictum temporis spacium cōtra ctum ratificare, ità Ruin. cons. 63. nu. 22. 1. vol. quod etiam tenet Corn. consil. 207. col. pen. 3. vol. (& prius Bar. in d. l. fin.) Nat. consil. 142. nu. 30. sed si minor contractus fecerit sciens, tunc censetur ratificare, ut per Alex. d. consil. 117. 2. col. sed pro solutione vide Menoch. loco præcitato, nu. 173. & sequētibus.

10 Quartò † d. lex. fin. non procedit ultra quatuor casus enumeratos ibi in glos. magna cōmuniter approbata, vnde, si ex alia causa q̃. omissionis decreti, cōtractus esset nullus, extra dictos casus non esset locus conclusioni prædictæ. Corn. d. cons. 207. col. pen. vbi dicit non valere contractum factum per minorem habentem tutorem uel curatorem sine eius auctoritate, & tali casu non confirmabitur licèt generaliter, idem Corn. d. l. fin. dicit procedere, etiam quod generaliter quocumque defectu esset nullus cōtractus, ut per eū, cons. 36. col. fin. 2. uol. & hanc uidetur sequi Paris. dicto cons. 49. nu. 58. & Alb. cons. 11. nu. 19. & Maurit. in tract. de restit. in integr. c. 312. sed prima videtur verior, ut extra dictos quatuor casus non procedat, & propterea, si contractus sit factus sine tutoris auctoritate, vel cum auctoritate illius, qui auctoritatem interponere non valebat, d. l. fin. non procedit, ut tradit Ruin. d. cons. 63. num. 23. quod videtur etiam sequi Capic. decis. 92. licèt aliter tradat latè rem discutiens Menoch. in loco præallegato, nu. 143. & sequent. de quo est etiam uidendus Hieron. Gabr. dicto consil. 13.

11 Quintò dicta † lex nō procedit de iure Canon. quia ius Canon. non admittit præscriptionem cum mala fide. But. cons. 45. Iuris rigor, & sequitur Ruin. cons. 41. nu. 51. 1. vol. Natta, cōs. 295. nu. 3. licèt aliter intelligatur Menoch. in d. 15. Remed. nu. 188. & seqq.

Caueant igitur minores, maiores effecti, ne silentio quinquennali pertranseant, sed protestentur saltem coram vicinis, quod non intelliguntur ratificare contractum nullum gestum per eos, quia tali casu d. l. fin. non procedet, ut per Bart. & Bald. clarius ibi.

Satis videtur dictum de personis vendentium ex supradictis, quibus poterit quilibet ea considerans, cautè negociari, & contrahere. De cæteris verò personis vendentibus, ut curatore furiosi, prodigi, & similium, quia de raro accidunt, & seruari debent huiusmodi solēnitates, de quibus supra, ut dicit Spec. in allegato §. nunc dicendum, col. pen. de emptione, & vendit. alia verba non sum facturus. De contractu verò celebrando per Ecclesiam, volo etiam sufficere remissionem ad Spec. d. §. col. pen. & fin. & Fab. de monte Sancti Sauini, d. q. 5. in quatuor vltimis colum. vbi & ad Didac. Couarru. Hispan. in c. 17. lib. 2. suarum resolutionum, ubi plura ad materiam hanc describuntur, & ad alia quotidiana, & vtiliora transitum faciam.

CLAVSVLA XI.

Omnes sponte.

SVMMARIA.

1 Sponte, uerbum, quid importet secundum Grammaticos, & quid secundum legistas.

GLOSSA PRIMA.

Dicèt dicto hęc, Sponte, secundum Grammaticos accipiatur pro motu proprio, ut sic illud dicatur fa-
1 ctum † sponte, quod nullius petitione vel instantia factum sit, quod sequendo Pet. de Anchar. in Clement. Præsertim 5. not. de cens. dixit illud propriè sponte fieri, quod ad nullius fit petitionem, refert Dec. in l. uelle non creditur, nu. 1. in fine, de reg. iur. tamen aliter secundum Legistas accipitur: quia etiam is sponte aliquid facere censetur, qui ad instantiam, vel requisitionem alterius id facit, ut probatur in l. 2. ubi Dec. hoc not. 2. not. C. de pact. & idem contra Anchar. tenet Dec. in l. qui cum alio, in fine, & sequitur ibi Cagnol. nu. 24. de reg. iur.

Sponte igitur idem importat quod uoluntariè, l. 1. C. de testam. tut. & liberè, quia spōte aliquis actum facere non censetur, qui alicuius cogente imperio facit, ut probatur in l. si quis maior, vbi Alcia. super uerbo nullo cogente imperio, & ibi dixi in Repet. mea, nu. 305. Alex. in addit. ad Bart. in l. 1. §. fin. vbi Mars. nu. 59. de quæst. tenent Doct. in Auth. Sacramēta puberū, C. si aduer. vēd. vbi Cor. in repet. 5. col. & Cagnol. d. l. velle, in princ. nam cū quis promittit sponte, censentur uis, & metus exclusæ, d. Auth. Sacramenta puber. vbi Moder. & glos. in corpore vnde sumitur, & huiusmodi uerbum liberam arguit voluntatem, secundum Paris. cons. 170. nu. 9. 4. vol. & de hac Clausula, aliqua dicentur super sequenti Clausula, quæ cum ista solet in instrumentis apponi.

Et ex certa scientia.

SVMMARIA.

1 Clausula Ex certa scientia siue in priuilegijs & rescriptis, siue in contractibus est maximæ importantiæ.

Clausula, ex certa scientia in contractu apposita, tollit allegationem erroris, & ignorantiæ.

2 *Scientia est animi certitudo apprehendens uerum, quia scientia non est nisi verorum.*

Notario apponenti Clausulam, ex certa scientia credendum est.

3 *Clausula ex certa scientia tantæ est efficatiæ, ut faciat præsumi donationem inter partes.*

4 *Quod intellige quò ad præsumptionem, nam potest probari contrarium.*

5 *Quo casu non sufficit probare rem aliter se habere sed debet doceri de errore per alias coniecturas.*

6 *Clausula ex certa scientia non procedit, neq; habet vim suam, quando substantia obligationis est inefficax.*

7 *Clausula ex certa scientia non operatur contractum extendi ad incognita.*

GLOSSA SECVNDA.

1 HÆc Clausula maximè est importãtiæ siue in priuilegijs, vel rescriptis, siue in contractibus† apponatur, sed tantum de effectu ipsius in materia nostra videndũ est, quo ad cætera, videnda sunt, quæ allegèt Dec. & Cagnol. in l. in totũ, de reg. iur. & alij in alijs locis: apponitur igitur ista Clausula in instrumentis, per notarios, eo quod per contrahentes ignorantia, & error allegari posset, l. 4. §. fin. ff. si quis caut. & propterea ex ea tollitur talis allegatio, quia præsumitur, quod contrahens nulla ignorantia, nulloue errore ductus contraxerit. Bart. & communiter omnes, in d. §. fin. & in l. si rem dari, ff. de verb. oblig. scientia etenim est animi certitudo apprehendens verũ,
2 quia scientia non est nisi verorum, l. si† pater, ff. de hęred. instit. & ideò quod non est, sciri non potest, l. si quis fundum, ff. de acquir. possess. ita Bald. in l. quidam elogio, col. 5. ad finem, nu. 16. in fine, C. de iure delib. nam notario apponenti eam, credendum est, cum talia uerba per eum in instrumento descripta probent, sicut si scriberet, pars consensit. Bald. in l. mater, 3. col. nu. 5. C. de rei vend. & hanc cautelam apponendi huiusmodi Clausulam, docet Bald. in l. 2. quæst. 7. in fine, nu. 10. C. de rescind. vend. sequitur Alex. consil. 61. Viso processu, 2. col. 2. vol. & idem in consilio 4. Circa primum col. sexta ubi loquitur de ambabus prædictis Clausulis, Sponte, & Ex certa scientia, & cons. 42. Super pręmisso, 3. col. vbi etiam loquitur de Clausula sequenti, 1. vol. & cons. 53. Visis, col. 6. 3. vol. & consilio 14. num. 19. in 6. vol. & trad. Curt. sen. cons. 50. num. 372. & Socin. consil. 40. col. 4. Dec. & Cagnol. d. l. in totum, & Ruin. cons. 107. nu. 6. & cons. 139. num. 6. ubi loquitur quando adest etiam Clausula sequens.

Et est tantæ efficaciæ, quod facit præsumi donationem inter contrahentes, ut per Bal.
3 in Rubr. C. de† constit. pecun. 2. col. nu. 7. Alex. latè d. cons. 4. col. antepen. Felin. in ca. si cautio, 4. col. 15. fallent, nu. 20. Lamfranc. in sua Practica, uerbo, confessiones num. 40. & Curt. sen. cons. 66. num. 210. ubi loquitur etiam quando apponitur simul Clausula precedens, & tollit læsionem, & dolum. Paris. alios allegans, cons. 96. nu. 70. & seq. 1. uolumine.

4 Limitatur tamen hæc Conclusio† procedere respectu præsumptionis tãtum, quia admittitur probatio in contrarium, & potest reuocari confessio cum dicta Clausula emanata. Ias. l. error, post princip. C. de iur. & facti ignorant. Et idem procedit in promissione, & quolibet alio contractu facto, ea apposita, ut tradunt Doct. in d. l. 4. §. fin. & in d. l. si dari, & Socin. cons. 159. col. 6. & cons. 214. col. 5. uers. sed iterum, 2. uol. & cons. 73. col. 3. in 3. & cons. 79. col. 7. in 4. & Ruin. d. cons. 107. nu. 6. in 1. uol. Dec. & Cagnol. in d. l. in totũ.

5 Sed an sufficiat† probare rem aliter se habere, ut tollatur præsumptio insurgens ex dicta Clausula? Bal. quod sic, in d. §. fi. quem uidetur sequi Alex. in d. l. si rem dari, & expressè sequitur Socin. d. cons. 159. col. 6. contrarium, & melius tenent Ang. Fulg. & Alex. in d. §. fi. & Alex. d. cons. 14. nu. 19. in 6. vol. & hanc opinionem dicit communem Aret. & eam defendit in d. l. si dari, 1. col. necesse igitur erit aliter docere de errore per aliàs cõiecturas, ut per Alex. in d. §. fi. & in hac opinione uidetur etiam residere Socin. d. col. 6.

6 Secundò non procedit dicta † Clausula, quando substantia obligationis est inefficax, ut, quia cõtractus fit, forma, uel solemnitate statuti non obseruata: quia omnes Clausulæ sunt inefficaces. Ruin. cõs. 135. nu. 17. 1. uol.

7 Item† non operatur ut faciat extendi contractum ad extranea, & penitus incogitata à rebus de quibus agitur. Paris. cons. 20. nu. 85. 1. uolumine.

Et nullo iuris vel facti errore.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Nullo iuris, uel facti errore plurimum operatur, & plusquam Clausula: Ex certa scientia.*

Clausula Animo deliberato tollit errorem, & ignorantiam.

2 *Error nihil aliud est, quàm applicatio mentis ad falsum.*

Error non habet consensum.

Error non præsumitur in aliqua dispositione.

GLOS-

GLOSSA III.

HViusmodi Clausula operatur, vt non præsumatur errorem interuenisse sicut dictum fuit in prçcedenti † Clausula, & de hac tradit
1 Bald.d.l.mater, Alex.allegato cons.42.col. 3.in 1.vol. & idem de simili Clausula, Non per errorem, tradit Alex. in l.qui Romæ,§. duo fratres,sub n.54.de ver.oblig. & Curt. d.cons.50.nu.372.Socin.allegatis consilijs. 40.4. col.159. col.6. & 214.col.5.& operatur vltra dictam primam Clausulã, quia remouet magis dubitationem,& efficacius excludit exceptionem erroris. Ruin.d.consil. 139. nu.6. allegat Alex. in d.§.finali,qui tamen non loquitur de hac Clausula, sed de alia simili,scilicet,Sciens se nõ teneri, de qua suo loco dicetur,quia hic non cadit, & idem est,si addatur in Instrumento, Clausula, Animo deliberato, per eam etiam tollitur erroris,& ignorantiæ allegatio, vt suprà dictum est. Paris.consil.93.num.18.3.vol.& de omnibus prædictis Clausulis tradit dicto cons. 96.num.70. in 1.vol. Et est sciendum, quod
2 error†nihil aliud est, quam applicatio mentis ad falsum, vt Bal.tradit in l.quidam eulogio, 5.col. nu.16. in fine. C. de iure deliber. Errare enim ut Angel.cẽsuit,c.quamuis,38. distinct.& c.in quibus,22. quæst.2. est aliud pro alio putare, & propterea error non habet consensum,l.2.in princ.ff. de iud.nec errans videtur consentire, l.nihil consensui,§. fin.de reg.iur. nihil est tam contrarium consensui,quàm error,l.si per errorem, ff.de iur. omn.iud. vbi dicit Ang. & sequitur Socin. quod error detegit imperitiam,imperitia de necessitate nescientiam præsupponit, nesciẽtia uerò facit cessare consensum, & nullus est errantis consensus,l.non idcirco, C.de iuris, & facti ignor.et nulla voluntas,l.sed hoc ita,ff.de aqua pluu.arcend. Dec.in d.§. fina. & error non præsumitur in aliqua dispositione, l. si post diuisionem, C. de iuris & facti ignor.latè Alciat.tract.pręsumpt.Regula 3. præsumpt.21.vbi de modo probandi, & de huiusmodi erroris materia est plenus tractatus Vital. de Cãb. in tractatu Claus. fol.33. vbi per plures cartas hanc materiam prosequitur.In quo autem differat ad ignorantia, & de errore iuris uel facti,dicetur super uerbo sequenti.

Ignorantia ve.

SVMMARIA.

1 *Ignorantia, Nescientia, Error, & Titubatio, quomodo inter se differant.*
Ignorantia tamquam pestis est abijcienda.
Ignorans non omnis est a pœna immunis.
2 *Ignorantia est duplex, vel iuris, vel facti.*
Ignorantia iuris non excusat.
Error iuris non præsumitur.
Scire, vel scire debere, paria sunt.
Ignorans ius,& leges in lata culpa præsumitur, & aliquando in dolo.
3 *Error facti excusat quia fallit etiam prudentissimos viros in facto tamen alieno.*
Ignorantia magis præsumitur in muliere, & minore.
4 *Ve, dictio, quot modis accipiatur.*

GLOSSA IIII.

DIfferunt inter se ignorantia, nesciẽtia, error, & titubatio. Ignorãtia, cũ de facto, vel de iure nihil scio,
1 nec† inde aliquid suspicor, quod tamen ego teneor scire, vnde dicitur ignorans ignorabitur; Nescientia uerò latiorem habet significationem, quia in bonam, & in malam partem sumitur, scilicèt ut nescire dicamur ea, quę tenemur scire, & ea quę etiam non tenemur scire, vnde ignorans dicitur nescire, sed non conuertitur. Error uerò, cum aliud est quam credam. Sed titubatio, quando neutri contrariorum animus applicatur. ita Azo in Sũma, tit. C. de iur. & facti ignor. in princ. & glos. in Rubr. ff. eod. tit. & in l. de statu, ff. de testam. sed quantum ad titulum prædictum, de iur. & facti ignor. non est differentia inter hos duos terminos, errorem, & ignorantiam, & idem quantum ad titulum de condict. indebit. ut per Azon. & glo. in dictis locis, alibi dicit Baldus, in l. falsus, colum. quinta, 1. quæstione, numero 15. C. de furt. quod ignorantia differt ab errore, quia nullus error concurrit cum veritate, ignorantia verò se habet pariter ad verum, & ad falsum, & cum vtroque permiscetur. Ignorantia itaque tamquam pestis abijcienda est, cap. penult. trigesimaseptima distinctione, nam ut Augustinus ait, & registrãtur eius verba in cap. finali, ead. dist. non omnis ignorãs immunis est à pœna, ille enim ignorans potest excusari à pœna, qui quod disceret non inuenit: illis autem ignosci non poterit, qui habentes à quo discerent, operam non dederunt.

Sed quantum ad rem nostram attinet, Ignorantia, seu error, duplex est, aut iuris, aut facti, prout exemplificatur in l. prima, ff.
2 de iuris & facti ignorant. † primo casu Ignorantia, uel error regulariter non excusat, quia quilibet tenetur scire iura, l. leges sacratissimæ, C. de legi. & propterea talis error

non præsumitur, vt per Alciat. tract. præsumpt. Regula 3. 31. presumpt. paria enim sunt, aliquid scire, vel scire debere, l. quod te, ff. si cert. pet. namque ignorantia facti nō iuris excusat, c. ignorantia, & ibi declarant Din. & alij, de reg. iur. in 6. & habetur in d. l. 1. & per totum tit. ff. de Cod. & ignorans ius, & leges, præsumitur in lata culpa, & est cōmunis opinio, ut per Alciat. d. præsumpt. 31. in fin. licèt in multis casibus etiam præsumatur in dolo, vt per eūdem in præsumptione præcedenti; Ignorantia verò seu error in facto, excusat, quia error facti prudentissimos fallit, l. 2. ff. eod. tit. de iuris, & facti ignor. & §. si quis agens, cum glos. constātissimus, Instit. de action. quod tamē procedit,
3 si sit error, uel ignorantia † in facto alieno, quæ præsumitur, l. verius, de probat. secùs si in facto proprio, quia non præsumitur, nec excusat, l. fin. ff. pro suo, & l. quamquam, ad Velleian. & de his duabus regulis latè ponit Socin. in tract. Fallent. Reg. 175. Ignorātia, cum duabus sequent. Et sciens quod ignorātia magis præsumitur in minore, & in muliere, ut latè prosequitur Alciat. dicte tract. præsumpt. Regula prima, præsumptione 42. sed quia hæc à materia tractatus nostri sunt satis extrauagantia, satis erit prædicta tetigisse.

Dictio ista, Ve, aliquando stat copulatiuè pro &, aliquando disiunctiuè pro vel, primo
4 † casu ita accipitur in l. & si post tres, ff. si quis caut. in l. si quis ita, ubi Bart. ff. de iniusto rupto, & irrito testam. & in alijs locis allegatis per Albericum in Dictionario suo dicta dictione, Ve, & est glos. in l. fin. verbo ex stipulatione, ff. de dote præleg. & hoc procedit in dubio, ut semper pro copula accipiatur. Aret. in l. 3. in princ. 2. col. & in l. quod meo, nu. 12. ff. de acquir. poss. Secundo casu accipitur pro disiūctiua, in l. Stichum, §. Stichus, & ibi glos. ff. de statu lib. in l. Paulus. §. Paulus, ad l. Corn. de fal. & in l. fi. in princ. ubi not. Aret. ff. de verb. oblig. & ita puto accipi debere in Rubrica. C. de his quæ vi metusue causa fiunt.

Ducti aut circumuenti.

S V M M A R I A.

1 Circumuentus uerbum in malam partem proprie accipitur.
Circumuenire est inuidia conflata, & factione opprimere.
Circumuenire est dolo contrahentem capere.
2 Circumuenire aliquando improprie ponitur dolo interueniente.

GLOSSA V.

Verbum, Circumuētus, in malam partem accipitur, propriè enim
1 circumuenire est inuidia † conflata, et factione opprimere, vt Bud. declarat in annotat. suis super l. primam in prin. ff. ad l. Corn. de Sicar. Circūuenire etiā est dolo contrahentem capere, ut probatur
2 in l. 1. §. 1. ff. de dolo, licèt † aliquando impropriè ponatur, scilicèt dolo non interueniente, l. item si precio, §. fin. ff. locati, & ibi glos. declarat, et de hoc verbo habetur per Alber. in Dictionario, suo, verbo, circumueniat.

C L A V S V L A XII.

Obligantes dicti venditores principales se.

S V M M A R I A.

1 Obligatio quid & quotuplex sit.
Clausula, Obligantes se, &c. non est necessaria apponenda in instrumentis.
Vincula duo magis ligant quam vnum.
Stipulatio in contractu de iure valido addi pot.

GLOSSA PRIMA.

Hanc Clausulam aliqui notarij apponunt in fine contractus, post alias Clausulas, sub hac forma: Pro quibus omnibus, et singulis dicti uenditores obligauerunt, &c. & hanc formam ponit Spec. in tit. de empt. & uendit. §. 1. ver. nunc formam Instrumenti uenditionis. alij apponūt in Clausula, qua promittit uenditor rei uenditæ defensionem, & hanc sequitur Leo Spelun. in Spec. Notariæ, in 1. Instrumento uenditionis liberæ. Notarij verò Ferrarienses apponunt eam in principio. Sed in hoc non est vis, quia potest apponi in qualibet parte Instrumenti, ego tamen sequar hunc ultimum stilum.

Primo uidendum est, quid sit obligatio;
1 Et † obligatio (ut etiam supra dictum fuit) est iuris uinculum quo necessitate astringimur alicuius soluendæ rei, secundum nostræ ciuitatis iura, Instit. de oblig. in princ. Est autem obligatio alia naturalis, alia ciuilis, naturaliter enim tenetur qui iure gentium dare tenetur ei, cuius fidē sequuti sumus, l. is natura dēt, de reg. iur. Ciuiliter uerò, qui ex aliquo contractu nominato iure gentiū inuento tenetur, l. iuris gētiū, in prin. ff. de pac. uel qn̄ ius ciuile conuentionem approbauit, ut l. legitima, ff. eod. Sed de hoc sufficit remissio ad Bart. & alios, in l. ex hoc iure, ff. de Iustit. &

ſtit. & iure, ubi latè explicatur hæc materia, & in d.l.iuriſgentium, in prin. Eſt etiam alia diuiſio obligationis, ſcilicèt, quia aut eſt ciuilis, aut prętoria, ut in §.1.Inſt.de oblig.& eſt alia, quia aut eſt ex contractu, uel quaſi, uel ex maleficio, uel quaſi, ut in toto d.tit.& pluribus alijs tit.ſeqq. vbi eſt uidendum.

Sed quantum ad hanc clauſulam attinet, non videtur quod ſit neceſſario in inſtrumento apponenda, quia omnino venditor de natura contractus venditionis eſt obligatus ad duo, ſcilicèt, ad rem tradendam, & de euictione, ut etiã infrà dicetur, l.ex empto, in princ. ff.de action.empt.& l.1.in prin.ff.eod.etiam alia obligatione non facta, ſed tantum conſenſu in venditione interueniente, l. conſenſu, in princ.ff.de action.& obligat.& tenetur Ciuiliter, & naturaliter, d.l.ex hoc iure, & d. l.iuris gentium, in princ.ſed non eſt inconueniens, ut qui ad aliquid tenetur de iure, ipſe etiam uerbis ſuis ſe obliget, quia duo uincula magis ligant, quàm unum, ut in Authen. de conſang. & uterin. fratr. vnde poteſt addi ſtipulatio in contractu de iure ualido, ut per Bart.& alios, in l.ſingularia, ſi cert.petat. de quo inferius dicetur.

Et omnia, & ſingula eorum, & cuiuslibet eorum bona.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, Et omnia, & cuiuslibet eorum bona, apponitur ad maiorem declarationem, ut ſcilicet dicti venditores nedum cenſeantur obligaſſe bona, quæ habent ſimul, & ſic collectiuè, ſed etiam quæ quilibet de per ſe habet, & ſic diſtributiuè.*

Dictio cuiuslibet eſt diſtributiua, & attribuit cuilibet in ſolidum.

2 *Bona dicuntur ex quo beant, id eſt beatũ faciãt.*

Beare eſt prodeſſe.

Bonorum appellatione propriè non ueniunt res, quæ plus incommodi afferunt.

3 *Bona futura in generali obligatione veniunt.*

Obligatio generalis comprehendit etiam nomina debitorum, & ſic iura, & actiones.

Etiamſi dicatur omnia mea, uel ſua bona.

Obligatio bonorum mobilium, & immobilium non comprehendit iura, & actiones.

Bonorum appellatione ueniunt iura, & actiones ſecus autem ſi mobilium, uel immobilium uox ſit iuncta.

Bonorum vbicumque ſitorum, uel exiſtentium appellatione iura, & actiones non veniunt.

4 *Obligatio generalis comprehendit etiam bona emphyteutica.*

Licet Crotus putauerit id procedere tantum in legali non in conuentionali obligatione.

Obligatio generalis comprehendit pecuniam, & res uenales, & etiam rem uenditam, uel in contractum deductam.

Obligatio generalis non cõprehendit ea, quæ ueriſimiliter nullus in ſpecie fuiſſet obligaturus ẽt ſi adſit in obligatione dictio uniuerſalis, omnis.

Obligatio generalis non comprehendit bona prohibita alienari ſub pœna.

Obligatio generalis non comprehendit bona feudalia quorum etiam pignoratio eſt prohibita.

Quod limita prout hic remiſsiuè.

Obligatio generalis non comprehendit res fideicommiſsi reſtitutioni ſubiectas.

In Obligatione generali res dotales inæſtimatæ, & ius patronatus non ueniunt.

Obligationis bonorum Clauſula omiſſa per notarium etiam ſine partium conſenſu poteſt addi.

Clauſula obligationis bonorum appoſita cenſetur etiam ſi ſit omiſſa.

Obligatio generalis, & hypotheca inter ſe non differunt.

5 *Hypotheca vnde dicta.*

Pignus, & hypotheca idem ſonant, nec differunt ut aliqui putant.

Obligatio perſonalis differt ab hypotheca.

GLOSSA II.

De Clauſula iſta, Omnia, & ſingula, uidenda ſunt, quę ſcripſi ſuprà in Clauſula, Rati, ſuper uerbo, Et omnium, & ſingulorum; De iſta verò, Cuiuslibet eorũ, dicẽdum eſt, quod eſt appoſita ad maiorem declarationẽ, ut ſcilicèt dicti venditores nedum cenſeantur obligaſſe bona, quæ habent ſimul, & ſic collectiuè, ſed etiam ea quę quilibet de per ſe habet, & ſic diſtributiuè, illa enim dictio, Cuiuslibet, eſt diſtributiua, & attribuit cuilibet in ſo-
1 lidum, ut latè per Bart. † in l.hoc articulo, ff. de hæred.inſtit.cum alijs adductis per Pariſ. in conſ.49. nu.3.& ſequent.2.uolumine.

Bona dicuntur ex eo quod beãt, ideſt bea-
2 tum faciant, beare enim eſt prodeſſe, ut † Iure conſultus tradit in l.bonorum appellatio. ff. de verbor.ſignifi.& ibi Alciat. unde res quæ plus incõmodi afferunt, bonorũ appellatione propriè non ueniũt, l.propriè bona, ff.eo.

Sed videndum eſt, quę bona ueniant in obligatione prędicta, et primo, an ueniant bo-
3 na futura, ſi in inſtrumento † de futuris mentio facta non ſit; & dicẽdum eſt quod ſic, per text.in l.fin. C.quę res pign.oblig.poſſ. ſiue fuerit adiectũ pronomen, ſua, ſiuè non, ut per Bart.in l.1.in prin.ff.de pign. Socin.conſ.75. col.4.in 1. & latè Neguſ. tract.de pignor. 2. parte, 2.mẽbro, nu.1.vbi ampliat. & eſt Neapod. deciſio.335. Pro deciſione, in princ.vbi loquitur in terminis ſecundæ ampliationis.

Neguſ. ſcilicet, quando interuenit conſtitutum uel precarium.

Secundò in dicta generali obligatione ueniunt etiam nomina debitorum, & ſic iura, & actiones, l. 3. & ibi Bart. & alij, C. de hæredi. act. etiam quod dicatur, omnia mea, vel ſua bona, Bart. l. Quintus, §. argento, nu. 2. ff. de auro, & arg. leg. Negu. dicto ſecundo membro, num. 8. Pariſ. conſil. 94. nu. 12. in 2. conſil. 84. in princip. & conſil. 107. num. 65. in 3. vol. & Alciat. in l. meorum & ſuorum, ff. de verbor. ſignifi. Ripa, in l. 1. num. 6. ff. de pign. & hypoth. ſecùs tamen erit, ſi in obligatione dicatur, quod obligauit omnia ſua bona, mobilia, & immobilia, quia tali caſu non uenient iura, & actiones, quæ ſub neutra harum ſpecierum comprehenduntur, ſed faciunt tertiam ſpeciem ſeparatam, l. quã Tuberonis, §. penult. de pecul. leg. l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. Bart. in l. poteſt, ff. de auctorit. tut. & eſt communis opinio, ut per Alex. in dicta §. in uenditione, ubi latè Iaſ. 4. notab. plura allegans, Vnde ſi quis conceſſit bona ſua mobilia, & immobilia, non veniunt iura, nec actiones, Bart. & Aret. in l. prima, C. ſi aduerſ. tranſ. licèt venirent, ſi tantum bona concederentur. Bald. & Alex. poſt eum, in l. ſi conſtante, §. fina. ſol. matr. & Aret. dicta l. prima idem tenet Neguſant. dicto 2. membro, nu. 9. & Alciat. in dicta l. mouentium, de uerborum ſignificatione, & in l. fina. ſuper verbo, neque, 4. pag. C. de pactis, ubi quod idem ſi dicatur, omnia bona vbicunque ſita, uel exiſtentia; Et propterea grauiter errant imperiti notarij, qui putantes augere obligationem contrahentis, ſcribunt, quod ipſe obligat omnia bona ſua, mobilia, & immobilia, & eam præter eorum intentum reſtringunt, quia non ueniunt iura, & actiones, ut ſuprà; Quam etiam Concluſionem ſequitur Dec. in conſil. 237. in princip. Bertran. conſilio 246. prima parte priorum. & Pariſius conſilio 94. ſecunda colum. ſecundo volum. & Ruin. conſilio 51. nume. 14. ſecundo vol. de quo latè Tiraquel. in tractat. de retract. lignag. §. primo gloſ. 7. à princip. vſque ad numerum 30.

Tertiò bona emphyteutica veniunt in generali obligatione, ut not. Bart. cum quo eſt
4 communis opinio, in l. ſi†conſtante, in prin. ſol. matr. cum alijs adductis per Neguſ. d. 2. membro, nu. 28. Ripa, l. 1. nu. 10. ff. de pigno. quam opinionẽ dicit communem etiam Afflict. deciſ. Neapo. 191. nu. 3. licèt Crot. in Repet. d. l. ſi conſtãte, 2. Lectura, nu. 102. voluerit hoc tantum procedere in obligatione legali, non autem in conuentionali, quod tamen non procedit, etiam ſtante ſtatuto alienationem, vel uenditionem prohibente, ut per Bald. in conſil. 218. Præſuppoſito, nu. 2. primo uolumine.

Præterea, uenit pecunia, & ueniunt etiam res venales, ut per Neguſ. loco præallegato, 4. & 5. ampliatione, nu. 11. & 14. & ſequent. & per Crot. d. Repet. nu. 103. & comprehenditur etiam res vendita, uel in contractum deducta, ut per eundem ibi, nu. 33. & per Pariſ. conſil. 50. nu. 23. 1. vol. ſed de hoc ultimo alia dicemus inferius, ſuo loco.

Non veniunt tamen in huiuſmodi generali obligatione ea, quæ uerisimiliter nullus in ſpecie fuiſſet obligaturus, ut ſupellex, ueſtes, ſeruus, quem in uſu quis habet, cõcubinam, filios naturales, & alumnos, & ea quæ in uſum quotidianum habet obligans, l. obligatione generali, cum duabus ſeqq. ll. de pignor. latè Neguſ. dicto ſecundo membro, numero 34. vbi ampliat, etiam ſi adſit in obligatione dictio vniuerſalis, Omnis, aduerſus Dec. conſilio 30. & limitat, ut ibi per eum.

Secundò, non ueniunt bona prohibita alienari ſub pena, ut per eundem ibi, nu. 42.

Tertiò, non ueniunt feudalia bona, quorum etiam pignoratio prohibita eſt, ca. 1. in princip. de prohib. feudi alen. per Feder. latè Neguſ. loco præallegato, nu. 43. quod aduerſus Bart. ibi tenet Crot. in d. Repet. l. ſi conſtante, nu. 101. Quam Concluſionem limita, & declara, ut per Neguſant. dicto loco, nu. 44. & ſequentibus.

Præterea, non comprehendit obligatio res ſubiectas reſtitutioni fideicommiſſi, niſi bona hæredis ſpecialiter obligentur; quod, an contrahens facere poſſit, ibi diſputat Neguſ. & diſtinguendo ſoluit; ſed tenendum eſt indiſtinctè, quod poſſit, reiecta diſtinctione prima ibi per eum poſita, prout fuit iudicatũ in Conſilio Neapolitano ut refert Afflict. deciſ. 111. Dubitatũ, in fine. Res dotales inæſtimatas, & ius patronatus etiam non complectitur: hæc enim omnia in generali obligatione non ueniunt, ut per eundem loco præallegato, tribus ultimis columnis.

Sed quid ſi notarius huiuſmodi obligationem bonorum omiſit ſcribere in inſtrumento, nunquid eam poſſit addere ſine partium conſenſu? Bal. in l. 1. col. finali, ff. ſol. matr. in effectu concludere uidetur, quod poſſit, ex quo eſt Clauſula cõſueta, quę ſolet inſtrumẽtis apponi, & hoc ſequitur Felin. in c. cum M. Ferrarienſis, nu. 6. de conſtit. idem tenet Cepol. in l. quod ſi nolit, §. qui aſſidua, 3. col. de ędit. edic. & latè Neguſ. tract. de pignor. 3. parte, primo membro, nume. 43. imò cenſetur appoſita, ſi fuit prætermiſſa, ut per Boer. deciſ. 82. num. 54.

Sed

Sed nunquid inter obligationẽ huiusmodi, & hypothecam sit aliqua differentia? dicendum est quod non, sed huiusmodi obligatio idẽ est quod hypotheca, dicitur enim hypotheca ab hypos, quod est sub, et Thesis qđ est positio, quasi sit quædam suppositio, uel
5 †obligatio rerum, supponere enim, idem est quod obligare, ut probatur in ff. de rebus eorum non alien. vel supponendi s, & in l. finali ibi, quibusdam creditoribus suppositæ, C. de remis. pignor. ita Negus. dicto tractat. in princ. primæ partis, ubi tractat in quo differat à pignore. de hypotheca tradit etiam Alciat. in l. plebs, §. pignus, de verbor. signifi. & ante eum Bud. in annotat suis, in l. penult. de pignor. vbi reprobant differentiam quæ fit inter pignus, & hypothecam, vt scilicèt pignus sit in re mobili, hypotheca in immobili, dicta §. pignus, quia etiam pignus in re immobili procedit, quod etiam tenet Negus. in princip. dicti sui tractatus, & hypotheca in re mobili, ut per Alciat. ibi, idem igitur est dicere obligauit bona, quod hypothecauit, cum promiscuè utantur Doctor. huiusmodi vocabulis, benè verum est, quod aliud est obligatio personalis, quàm hypotheca, & ab ea differt, quia illa tantum personam afficit, hæc autem nisi super rebus constituitur, ut per Negus. d. 1. parte, nu. 3.

Præsentia, & futura.

SVMMARIA.

1 Clausula, præsentia, & futura, apponi debet in bonorum obligatione, & bene faciunt notarij, qui illam apponunt.

2 Obligatio generalis futura bona non comprehendit quando facta obligatione creditor consentit debitorem rem obligatam alienare, si alienat, & posteà reacquirat, non uenit in obligationem factum amplius.

Declara tamen ut hic.

GLOSSA III.

SVprà in verbo præcedenti, conclusum fuit, in obligatione bonorũ debitoris, venire bona futura, etiam si non sit expressum: tamen
1 † cauti notarij, & qui dispositionem iuris communis ignorant, eam apponunt expressè, & rectè, quia id consuetum esse fieri testatur Imperator in l. fin. C. de remis. pign. sicut apponunt plura alia superflua, ad maiorem declarationem, ut dixi suprà, in Clausula, Rati, super uerbo, Omnium, & singulorum.

Sed nota casum in quo bona futura non comprehenduntur in obligatione prædicta,
2 scilicet, quando † facta obligatione creditor cõsentit debitorem rem obligatam alienare si alienat, & postea requirat, nõ uenit in obligationem factam amplius. tex. est not. in d. l. fin. C. de remis. pign. quod procedit, si ex noua causa debitor rem acquirat, secùs si ex eadem causa, uel connexa, ut quia fuit redhibita, uel ex pacto ad debitorem reuersa, tunc re incidit in eandem obligationem, l. uoluntate, in princip. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solut. tradit Bart. & alij, in d. l. fina. & in l. sicut, §. superuacuum, ff. quib. mod. pig. uel hypoth. solu. & Negus. latè, dicto tract. 3. membro, 6. partis, num. 25.

Per se, & suos hæredes.

SVMMARIA.

1 Contrahens censetur pro se, & hæredibus ius contrahere etiam si de illis nullam faciat mentionem.

Quæ præsumptio non tollitur nisi per contrariam probationem.

Clausula pro se, & hæredibus cur apponatur in instrumentis obligationum.

Hæredes contrahentum regulariter tenentur, & sunt obligati nisi contrarium sit dictum, & licèt de ipsis nulla mentio sit facta.

Obligatio magis est transitoria ad hæredes ex parte promissoris, quam stipulantis.

Contrahens qui obligando se apposuit taxatiuam pro facto & dato suo tantum obligat nihilominus etiam hæredem.

2 Statuto disponente executionem instrumenti committendam esse contra debitorem in eo descriptum, executio instrumenti in quo dictum non fuit quod contrahens obligaret hæredes non poterit contra hæredes committi.

Sed contrarium sensit Castr. & male.

Statutum disponens debitorem posse capi procedit etiam in eius hærede.

Quidquid alij senserint.

Clausula per se, & suos hæredes, non obligat hæredum bona.

Hæredum bona quomodo obligentur.

3 Hæredum appellatione uenit etiam hæres hæredis.

Quod procedit etiam, in pœnalibus.

GLOSSA IIII.

REgulariter quilibet contrahens censetur pro se, & hęredibus suis contrahere, etiam quod de eis nullam faciat mentionem, & ha-
1 bet † pro se hanc præsumptionem, quæ tolli non potest nisi contrarium probetur, l. si pactum, ff. de probat. sed apponitur hæc Clausula, quia magis solet timeri, secundum Specul. in tit. de emp. & vendit. §. 1. 3. col. ver. primo autem nota. Et quod regulariter transeat ad hæ-

ad hæredes non mentionatos, & in §. 1. in
tit. de oblig. & solut. vers. sequitur in præmis-
sis, nu. 3. vbi quod etsi non fiat mentio hære-
dum, hæredes tenentur, nisi probetur aliam
fuisse mentem contrahentium, dicta l. si pa-
ctum, trad. glos. & Bart. in l. si sic, la 2. de uer-
bor. oblig. & alij quos allegat Alex. cons. 13.
Perspectis his, col. 3. 5. vol. & magis transit
ad hæredes promissoris, quàm stipulatoris,
quia obligatio est magis transitoria ex parte
promittentis, quàm ex parte stipulantis, Bar.
in l. 4. §. Cato, in fine pen. quæst. ff. de uerbo.
oblig. & Alex. consil. 18. Attentis narratis,
col. fina. 5. uol. duplicato in consil. 118. in 6.
uol. Et quod hæredes teneantur etiam non
nominati, probatur in l. stipulatio ista, in
princ. & ibi not. omnes, ff. de uerbo. oblig. &
Alex. dicto consil. 18. pen. col. & Dec. in l. hę
redes, de reg. iur. quod procedit, etiam si con
trahens apponat dictionem taxatiuam, tan-
tum, uel similem, ut quia pro suo dato, & fa-
cto tantum teneri uoluit de euictione: nam
etiam hæres eius tenebitur. Bart. & alij, in l.
si seruus, la 2. de cond. furt. Bald. in l. fin. col.
fin. ff. de condict. furt. tradunt Doct. in dicta
l. stipulatio ista, ubi Ias. 4. not. Alex. dicto con
silio 18. pen. col. Dec. dicta l. hæredes, num.
2. & consilio 281. 2. dub. & Ruin. consilio
42. num. 13. & 14. 1. uol. & Alciat. l. si cum
fundum, de uerbor. signifi. quod declarat Ca
gnol. dicta l. hæredem, nu. 14. procedere, nisi
contrahens apponat dictam dictionem in
contractu, de cuius natura est, ut ipse pro hæ-
redibus non teneatur. Sed de illa Clausula,
quando promissum est de suo dato, & facto,
dicemus latius infrà super Clausula euictio-
nis. Est tamen optima Cautela, in omnibus
instrumentis apponere etiam obligationem,
uel stipulationem pro hæredibus, nam mul-
tum prodest, maximè ad omnia dubia tol-
lenda, per not. per Bartol. in l. qui in futu-
rum, ff. de pact. & per Bald. in l. qui se pa-
tris, septima colum. uersiculo aut promisit
per se, suos filios, & hæredes, num. 12. C. un-
de liberi, & per Alexand. dicto consilio 13.
3. columna.

Operatur, & dicta expressio hæredum fa-
cta per notarium, ad euitandum dubitatio-
2 nes in alio casu, scilicèt, † si statutum dispo-
nit exequutionem instrumenti committen-
dam esse cōtra debitorem in eo descriptum,
nam nisi esset descriptum, quod contrahens
obliget hæredes, non posset contra eos com
mitti exequutio instrumenti, & propterea
cauti notarij eam addunt, ut suprà, ita tra-
dit not. contra Paul. de Cast. ibi, tenentem,
quod etiam hoc casu exequutio possit con-
tra huiusmodi hæredes committi, etiam di-
cta Clausula non apposita. Alex. in l. postu-
lante, in princ. ff. ad Trebel. ubi Bartolus de-
cidit, statutum disponens debitorem posse
capi, procedere, etiam in hærede eius, & se-
quuntur ibi Doctor. & Alex. dicto consilio
18. col. pen. licèt contrarium uideatur uo-
luisse Socin. consilio 120. colum. penult. se-
cùs tamen erit, si statutum loquatur de pro-
missore, quia tunc hæres capi non poterit, se-
cundum Angel. cum quo transit Alexand.
ibi, in dicta l. postulante, in princ. licèt Ale-
xand. dicto consilio 18. uideatur oppositum
tenere, sed primam opinionem tenet Socin.
consilio 293. secunda colum. secundo volu.
sed opinion. Pauli de Cast. in dicta l. postu-
lante, tenet Ias. in l. qui liberis, §. hæc uer-
ba, columm. fina. in fine, ff. de uulg. & pupil.
& ipsemet Alexan. dicto consilio 18. & se-
quitur D. Vber. Zuccar. in Repet. l. fina. C.
de edic. diui Adr. toll. nu. 192.

Et est sciendum, quod sub prædicta obli-
gatione etiam per se, & suos hæredes facta,
non comprehenduntur bona dictorum hæ-
redum, & nec possunt per defunctum obli-
gari, ut per Ioann. de Amic. consilio 3. nu-
mero 19. sed opus est expresse, quod contra-
hens addat, quod obligat bona suorum hæ-
redum, & nomine ipsorum, quia hæres
adeundo sine beneficio Inuentarij defun-
cti contrahentis hæreditatem, censetur eius
factum ratificare, ut per Alexan. in l. si hæ-
redis seruus, de legat. primo, & Negus. di-
cto tractat. secundo membro, numero 57.
licèt sat sit, si tantum obliget bona hære-
dis, ut fuit decisum in Consilio Neapoli-
tano, ut patet in decisione suprà allegat.
111. in fine, tamen ne incidas in opiniones,
poteris addere quod obligauit bona hære-
dum, agens nomine ipsorum, uel pro eis de
rato promittens, ut per Alex. & Negus. locis
præallegatis.

Est etiam notandum, quod hæredum ap-
pellatione uenit etiam hęres hæredis, & ul-
3 teriores successores, † l. hæredis appellatio-
ne, ubi Alciat. de uerborum significatio-
ne, & l. hæredis appellatione, eod. titul.
& l. fina. C. de hæredib. instit. nam hoc pro-
cedit etiam in pęnalibus, ut Ias. latè prose-
quitur in l. si quis filium, §. fina. col. fina. ff.
de acquiren. hęredit. refert Alciat. dicta l. hę-
redis appellatio. & faciunt ea quæ tradunt
Doct. in dicta l. fina. C. de edic. diui Adr. tol.
ubi D. Vbert. numero 191. cum pluribus se-
quentibus.

CLAV-

CLAVSVLA XIII.

Et dictus procurator dictum eius principalem, ac prędicti de Amadeis, dictum Iacobum absentem, & omnia, & singula eorum bona, præsentia, & futura, per se, & suos hæredes iure proprio, & in perpetuum.

SVMMARIA.

1 Vendens rem, eam liberam, & iure proprio cum plena dominij translatione uendere censetur.
Et tenetur eam dare liberam a seruitutibus, & a creditoribus.
Quod procedit in contractibus onerosis.
Venditor censetur tantummodo ius quod habet in re uendere quando emptor est certificatus.
Donans vel alienans per lucratiuum titulum ius tantum suum quod in re habet donare, uel alienare intelligitur.
Clausula iure proprio importat dominij translationem a uero domino fieri, & idem de pleno iure, vel sine aliqua diminutione.
Emphyteuta iure proprio non vendit.
2 Venditio fieri potest ad tempus, & perpetuo.
In perpetuum, dictio, perpetuitatem regulariter importat.

GLOSSA I.

Sciendum est, quod uendens rem, eam liberam, iure proprio uendere censetur, ut not. Glos. & Bald.
1 in l. ex† his prædijs, C. de euict. & probatur in l. cum uenderes, de act. empt. & in l. in uenditione, ff. de act. empt. Cæpol. in c. 1. de serui. iti. in tract. de serui. rustic. prædior. col. 4. nu. 17. in fine, & cum plena dominij translatione, & iure proprio, ut super hac Clausula tradit Fab. de Sãcto Sauino, dicto tract. de empt. & uend. quæst. 6. 2. membro: nam tenetur eam dare liberã à seruitutibus, et à creditoribus, ut per Bald. d. l. ex his prædijs, et in l. quoniam, C. de compens. Dec. in cons. 483. nu. 14. & Alciat. in l. si cum fundũ, in princ. ff. de uerb. signif. ut dicetur infra suo loco. Quod procedit in omnibus contractibus onerosis, ut uenditionis, permutationis, dotis, et similibus, quia tunc tenetur uenditor ad prædicta, et hoc, quando emptor non fuit certificatus de qualitate rei, quia uenditor rem non uidetur pleno iure uendere, sed tantum ius quod habet in re, l. qui tabernas, ff. de contrahen. empt. sed in contractibus lucratiuis, censetur solum donans uel aliter alienans, ius suum, quod in re habet, donare, uel alienare. Ità Bald. in Rubr. C. de contrahen. empt. 6. quæst. Fab. d. 2. membro, Bart. loquens de contractibus lucratiuis, in l. prædia, C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. Et hæc est magis communis opinio Doctor. ut testatur Alex. qui plures allegat, in l. si domus, §. finali, nu. 3. & 4. ff. de leg. 1. et cum eis transit Ias. in l. 1. 6. col. uer. tertio successiuè, C. qui test. fac. poss. Cępol. d. c. 1. 5. col.

Et notandum est, quod hoc uerbum, iure proprio, importat translationem dominij à uero Domino fieri, l. si quos, ibi, perpetuo dominij iure, C. de rescind. uendit. unde emphyteuta non potest iure proprio uendere, ut per Specul. in tit. de empt. & uendit. §. 1. col. 8. uer. ad euidentiam, et Fab. dicto 2. membro, sicut nec quilibet alius, qui non sit uerè dominus, per prędicta. Et idem est, ac si diceretur, pleno iure, et sine aliqua diminutione, ut Paris. tradit cons. 33. nu. 19. 3. uol.

Sed si quis rem vendat hac Clausula addita, vti optima, maximaque est, censetur uendita libera, & nulli seruituti obnoxia, dicta l. si cum fundum, & ibi Alciat. declarat, in princip. de verbor. signific. & l. non tutum, ff. eodem, & Fab. d. secundo membro, hæc enim Clausula supradictæ Clausulæ, iure proprio, & in perpetuum æquipollet.

Et quia est addita illa vox, in perpetuum, sciendum est, eam additam esse, quia uendi-
2 tio potest fieri ad † tempus, & perpetuo, l. necessario, §. fin. ff. de peric. & commo. rei venditæ. Bartol. in l. cotem, §. qui maximos, ff. de public. & Fab. dicto secundo membro, in fine, nam huiusmodi dictio, regulariter importat perpetuitatem, l. sordidorum, ubi Ioan. de Plat. C. de excusat. muner. libro 10. tradit Socin. consilio 84. secunda colum. tertio volum. cum alijs allegatis per Parisium, consilio 20. numero 13. primo volumine.

Quantum sit respectu infrascriptæ domus.

SVMMARIA.

1 Venditor si est dubius circa rem, quam vendere intendit, numquid sit propria, & libera, an uero emphyteutica, & ab alio recognita, debet dicere in uenditione quod si est propria, iure proprio, si conditionalis eo iure, quo est, vendit.
Venditor in dubio præsumitur rem ut propriam vendidisse.
2 Venditor tenetur ad interesse emptori, si rem conditionatam uendidit ut propriam.
Quod intellige si sciret, si enim ignoraret tunc tenetur quanto minoris.

3 *Allodialis in dubio res præsumitur, et libera, non autem feudalis, vel conditioni subiecta.*

4 *Feudatarius, uel emphiteuta si ignorat rem sibi venditam esse talem, & propterea non recognoscit dominum directi restituitur ex capite ignorantiæ, & res non incidit in commissum.*

5 *Venditor tenetur exprimere qualitatem rei uenditæ in specie, & non in genere, neque sub uerborum inuolucro.*

GLOSSA SECVNDA.

SPec. in dicto tit. de empt. & uend. §. 1. col. 10. vers. hoc etiam scias, docet venditorem, ut si sciat rem esse liberam, eam iure proprio, & in perpetuum vt suprà vendat. Si verò sit emphyteutica, uel alteri conditioni subiecta, & tunc vẽdat eo iure quo est, sed si dubitat quo iure sit, an propria, vel conditionalis, & tunc alternatiuè dẽt uendere, videlicet si propria,
1 iure † proprio, & in perpetuum, si conditionalis, eo iure quo reperitur, & erit tutus uenditor, aliàs teneretur emptori, cum in dubio censeatur vt propriam vendidisse, l. in venditione, ff. de act. empt. & Bald. l. 3. 2. col. nu. 8.
2 C. de iure Emphyt. † ad omne interesse, ut per Fab. dicto 2. membro, & hoc si sciret eius qualitatem; Si verò ignoraret, & tunc teneretur quãto minoris emptor fuisset empturus, si illud sciuisset, l. 1. §. 1. ff. de act. emp. & Fab. loco præallegato, & Cæpol. d. col. 5. Et notã
3 dum est, † quod in dubio res præsumitur allodialis, & libera, non autem feudalis, seu alicui conditioni subiecta, ut per Castr. cons. 179. In causa quam, nu. 1. 1. vol. & plures allegans tradit Curt. iun. cons. 41. nu. 7. & Alciat. tract. præsumpt. 2. Reg. præsumpt. 3. & Afflict. qui dicit ita iudicatum, decis. 274. Socin. iun. cõs. 75. nu. 25. in prin. & 115. nu. 31.
4 in 2. vol. Excusatur † tamen emens rem feudalem uel emphyteuticam, si ignoranter emit à uendi tore, asserente eam esse liberam, saltem per restitutionem ex capite ignorantiæ, & res nõ potest incidere in commissum, ut per Guid. Pap. q. 24. Quispiam, Et q. 305. Si vasallus, & habetur per Moder. in l. qui in alterius, de reg. iur. si verò emit scienter, caret re, & precio. Afflict. decis. 278. numer. 3. De allodio, quid sit, tradit Petr. Rebuf. in arbore feud. super uerbo Franchum, in 14. diuisione.

5 Sciendum est, quod tenetur † uenditor exprimere qualitatem rei venditæ, ut suprà in præcedenti glos. & non sufficit exprimere in genere, sed debet exprimi in specie, & non sub inuolucro verborum, ut latè prosequitur Alex. in cons. 95. Diligenter consideratis, 5. vol. duplicato consil. 63. in 6. vol. & tradit etiam Curt. iun. cons. 177. num. 5. & faciunt quæ scribit Corn. in consil. 12. col. penult. 3. volumine.

CLAVSVLA XIIII.

Respectu verò infrascriptæ possessionis, iure emphyteusis ab hospitali Sanctæ Annç, ciuitatis Ferrariæ.

SVMMARIA.

1 *Emphyteusis vnde dicta.*

Emphyteusis dicebatur antiquitus quando loca ad meliorandum dabantur, hodie verò etiam quando fertilia.

2 *Emphyteuta suum utile dominium, & suas meliorationes alienare non potest absque domini interpellatione.*

Emphyteuta vẽdens rem emphyteuticam nulla eius qualitate, uel conditione declarata, et non reseruato iure domini, uel ecclesiæ, censetur uelle peruertere ius domini, & propterea emphyteusi priuatur.

3 *Notarius rogatus scienter de instrumento in quo feudalis res venditur sine illius qualitatis expressione, & sine reseruatione directi, infamia notatus, & officio priuatus manum amittit.*

4 *Emphyteuta uẽdens rem emphyteuticam inconsulto domino, non cadit a iure suo nisi etiam tradat emptori.*

5 *Constituti Clausula uidetur possessionem transferre, & facit rem traditam præsumi.*

6 *Emphyteuta uẽdens prædium partim emphyteuticum, partim liberum specificare debet emptori petias terrarum pro quibus soluitur canon.*

GLOSSA I.

EMphyteusis Grçcè, Latinè dicitur melioratio, quia antiquitus dabantur loca sterilia ad meriolan-
1 dum † licèt hodie dentur aliquando etiam fertilia, ut per glo. in verbo emphyteuseos, in §. adeo, Instit. de loca. & conduct. Et dicit Spec. in tit. de emphyt. circa princ. quod deriuatur ab emponemate, Emponema enim Latinè idem est quod melioratio, l. 2. C. de iure Emphyteu. sed melius uidetur, quòd ab Ephyteo, quod idem est, quod planto, & insero derìuetur, ut alij volunt, sed hic super huiusmodi Emphyteusis contractu infinita possent scribi, & multas quæst. decidere possem, sed ne uidear magis de eo contractu, quam de uenditione tractare uoluisse, remittam me ad scripta per Spec. in dicto tit. de Emphyt. & ad Ias. qui legendo tres illas leges C. sub eodem tit. in hac materia solemnem fecit tractatũ, sed solũ aliqua quç ad nostrã materiam facere uidebũtur, describam.

Emphy-

2 Emphyteuta † enim sine licentia domini rem emphyteuticam, scilicèt, suum utile dominium, & seu meliorationes suas alienare non potest, & debet dominus interpellare, & alia fieri, de quibus in l. tertia C. de iure emphyteu. quod tanto magis procedit, quando rem nulla eius qualitate, uel conditione declarata, simpliciter, & non reseruato dominio Ecclesiæ, vel domini alienat, tunc enim censetur velle interuertere possessionẽ, & ius domini, & propter suum delictum priuatur emphyteusi, ut not. Baldus, in primo, §. donare, col. finali, qualiter feud. alien. pot. & in l. vsufructu, col. penultima, ad finem, ff. soluto matrimonio, ubi dicit, quod tunc emphyteuta nititur peruertere dominium domini. sequitur etiam Ias. in dicta l. tertia. col. 22. sub numero 31. versic. primo quando emphyteuta, & sequitur Alexander, in l. si domus, §. fin. ff. de legat. primo. & Crauet. consilio 112. num. 11. & sicut emphyteuta bona emphyteutica alienare non potest, ità nõ potest Vasallus, & tanto minus, cum nedum alienatio, sed & pignoratio, & obligatio ipsorum

3 rum bonorum sit sibi prohibita, & † tabellio de tali instrumento scienter rogatus infamia notatus, & officio priuatus, manum amittit, ut in capitulo primo, vsque ad §. pręterea, de prohibit. feudi alien. per Federic. tradit Felinus, capitulo qui in Ecclesiarum, num. 24. & sequ. ubi declarat, & ibi Dec. numero 10. & 31. latè tradit Ias. in tractat. feud. nona parte, tit. de feud. alienand. numero 3. & seqq. sed si emphyteuta uendat rem emphyteuticam in

4 consulto domino, non cadit † à iure suo, nisi etiam tradat emptori, quia iura prohibentia alienationem, intelliguntur de effectuali, sed in proposito non habet effectum, nisi ità demum traditione sequuta. Ita Specul. dicto titulo, de emphyt. versic. 95. & est communis opinio, ut tradit Ias. in d. l. 3. car. pen. 19. quæstio. num. 61. & Mars. Sing. 412. Plures sunt causæ. & Alciat. l. alienatum, in princ. de verbor. signifi. sed si in instrumento interueniat

5 † constitutum, de quo suo loco dicetur, per quem possessio transferetur, l. quod meo, de acquir. poss. censebitur res tradita, & locus erit caducitati, ut per Ias. & Mars. locis præallegatis, & per Iacob. de Sancto Georg. tract. feud. in Clausula 29. pacto de non alienando, 2. col. de quo tamen inferius latius dicetur, quod & per statutum Ciuitatis Ferrariæ sub Rubrica de usibus, & rebus ab alio recognitis cõprobatũ est. Et animaduertendũ est

6 qđ † vẽditor dẽt clare specificare emptori pecias terrarũ pro q̃bus soluitur Canõ, seu census Eccl. & q̃ sũt de iure emphiteutico Eccl. ut trad. Alex. in cõs. 63. 6. uol. dup. 95. 5. uol.

Cui saluum & res eruatum sit omne ius suum.

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta rem emphyteuticam vendens reseruato iure directi non cadit a iure suo secundum unam opinionem.*

2 *Contrarium tamen alij senserunt.*
Et ideo distinguendum ut hic nũ. 4.
Vasallus uendens feudum sine licentia domini cum Clausulæ, saluo honore, uel iure domini, caducitatem non euitat.

3 *Protestatio cõtraria facto nõ releuat protestãtẽ.*
Ius male seruat, qui in totum eneruat.
Fur fuit suspensus saluo iure suo.

4 *Emphyteuta titulo lucratiuo potest alienare rem emphyteuticam reseruato simpliciter iure directi.*
Emphyteuta titulo oneroso alienare intendens debet interpellare dominum, neque sufficit reseruatio directi iuris.

GLOSSA SECVNDA.

EMphyteuta alienans rem emphyteuticam ut suprà dictum est ius domini reseruare tenetur, quod si

1 non facit, † caducitati locus est ut suprà super verbo præcedenti cõclusum est. Si igitur reseruat, nõ debet cadere à iure suo, ut tradit Bald. in d. l. fin. ad fin. C. de iure emphyt. et in ca. 1. §. donare, col. fin. qualiter olim feud. alien. poter. et in c. 1. §. libellariæ,

2 circa prin. de pace Constant. sed † contra hãc decisionem uidetur communis Conclusio Canon. in c. ea, te, de iureiur. ubi decidunt, Vasallum feudum alienantem sine licentia domini, cum Clausula saluo honore domini, uel saluo iure domini, caducitatem non euitare, quod sequitur Roman. Singul. 512. aliàs 518. Tu habes quod vasallus. et Cepol. Cautela 22. Consilium, vers. alij apponunt, et Felin. in c. quæ in Ecclesiarum, num. 85. de Constit. Iacob. de Sancto Georg. in tract. feud. in verbo, et cum pacto de non alienando, col. 7. versic. sed quid si dicat, ubi dicunt,

3 † quod protestatio contraria facto, non releuat protestantem, cap. solicitudinem, de appel. et c. cum M. Ferrariensis, de Constit. ubi not. nam male ius seruat, qui in totum eneruat, ut ibi per eos, et recitat decidendo Ioan. Andr. d. c. ea te, exemplum cuiusdam officialis, qui furem saluo iure suo suspendi fecerat, et idẽ in emphyteuta per prædicta tradit Bertach. tract. gabel. prima parte, quæstio. 14. et Ias. in Rubr. ff. solut. matr. pen. col. nume. 25. 2, Lectura, et in d. l. fi. pen. col. num. 66. in fi. C. de iure emphyteut.

Supra-

4 Supradictæ tamen †opiniones nō sunt cōtrariæ, sed quælibet in suo casu procedit; Nā animaduertendum est, quod Bal. in locis pro prima parte allegatis, loquitur, quando emphyteuta titulo lucratiuo alienat rē emphyteuticam, ut donando, vel legando, tūc enim verum est quod sufficit reseruare ius domini, quia tunc non exigitur licentia ad donandū, ut per glos. in d. l. fin. verbo, alijs uendere, & ibi Ias. col. 14. num. 35. per plures col. Hanc quæst. examinat, & tradit Alex. in d. l. si domus, §. fin. de leg. 1. & est communis opinio ut per Dur. tract. de arte testandi tit. 6. Cautela 46. in princ. ubi loquitur in donatione, & in legato, & si non procedat ad rei traditionem, non est locus caducitati, ut ibi per eum, sed in venditione secùs est, quia tunc domini interpellatio seu licentia interuenire debet, d. l. fin. nec sufficit isto casu apponere dictam Clausulam, Saluo iure, ità declarat Aret. in consil. 35. Viso themate, 2. col. Vnde in casu nostro, cum non sat fuerit apponere dictam Clausulam, deuentum est ad appositionem aliarum.

Et cui per præsentem venditionem, aliquod præiudicium non inferatur.

S V M M A R I A.

1 *Aliquod, dictio, in minimo verificatur.*
2 *Præiudicium pro nocumento accipitur.*
Religioni non præiudicat paucorum culpa.

GLOSSA III.

1 Verbum, Aliquod, †in minimo verificatur, glos. verbo aut earum parte, in Clementina prima, de foro compet. & de hoc etiam fuit dictū suprà, in Clausula, Procurator, in verbo, Protestatione præmissa, & præiudicium hoc casu accipitur pro nocumēto, iuxta illud Verg.
2 paucorum culpa, non præiudicat †religioni, prout accipitur in l. fin. ad finem, C. qui bon. ced. poss. & in c. quamuis, in fine, de rescript. in 6. & in c. cupientes, §. vel si personas, de elect. eod. lib. licèt alijs significationibus accipiatur, de quibus per Alber. in Dictionario suo, uerbo, Præiudicialis.

Sed tamen non videtur tutum, quod per appositionem huiusmodi Clausulæ, à caducitate releuetur uenditor, quia huiusmodi protestatio est contraria facto, ut suprà dictum fuit in verbo præcedenti, & dicetur etiam infrà.

Præsentem enim venditionem de re infrascripta facere, ita demum dicto Hospitali, siue eius Priore, & administratoribus volentibus.

S V M M A R I A.

1 *Ita demum, dictio, est taxatiua, & idem importat quod, tantum.*
2 *Emphyteuta vendens reseruato domini iure, à caducitate excusatur.*
3 *Vasallus alienans saluo iure, & saluis, & retentis uoluntate, & consensu domini, non cadit à feudo.*
Et idem si dictum est si domino placuerit.
4 *Limita tamen vt hic.*

GLOSSA IIII.

1 Dictio, ita †demum, est dictio taxatiua, & idem importat, quod tantū, l. ita demum, C. de procur. & Instit. de assign. liber. in prin. & not. Aret. de dictione, demum, in l. ex duobus, in princ. ff. de vulg. & pupil. Ista igitur Clausula restrictiua, operatur, ad ostendendum mentem venditorum fuisse non vendere dictam rem, nisi domino volente.

Sed nunquid tutus sit emphyteuta à caducitate propter prædicta verba apposita? & vi
2 detur quod sic, secundum Pet. Iac. quem †allegat Iac. de Sancto Georgio, d. tract. feud. verbo, & cum pacto de non alienādo, 2. col.
3 vbi dicit, quod si vasallus †alienat saluo iure domini, & saluis & retentis uoluntate, & consensu domini, non cadit à feudo, & idem si res alienetur sub cōditione, si Domino placuerit, ut tradit Iac. de Barolo, in Summa, quib. mod. feud. amit. in Rubricella, si vendidit sub conditione, sequitur Aluarot. in c. 1. in princ. pen. col. de prohib. feudi alien. per Federic. & Cepol. dicta Cautela 22. col. 2. vers. datur ulterius aliud consilium, et Iac. de Sancto Georgio, d. verbo, & cum pacto de non alienando, col. 8. in princip. Socin. Reg. 434. Vasallus, pen. fall. Curt. sen. cons. 8. col. 2. & Ias. in d. l. fin. 26. quęst. col. pen. num. 68. C. de iure emphyt. & in l. non solum, §. morte, antepen. col. de noui oper. nunc. & Mars. in l. is qui cum telo, nume. 45. C. ad l. Corn. de sicar.

4 Sed Bald. pulchrè, †in consil. 95. Mortuo Gregorio, num. 1. 3. uol. limitat, & declarat prædictam Conclusionem procedere, quando Vasallus uendens, in nihilo præiudicauit domino, secùs si præiudicium intulit, ut quia habet maiorem difficultatem in reuocando rem à manibus emptoris, uel qa est Castrū, quod

quod cum facilitate recuperari nõ potest, & aduersarius est durior, uel rebellis, tunc feudum amittitur, & priuatur alienans ratione fraudis, qui verbis dominum honorat, & factis cõdemnat, nam fraus ex rei effectu, idest ex damno domini, cernitur, & iniuriã domini ex contemptu, & vt latius ibi per eum, qui plura adducit ad hoc propositum, cuius opinio communiter approbatur, ut dicetur infrà in sequentibus quæstionibus.

Et consentientibus.

SVMMARIA.

1 *Vasallus alienans sub conditione, si consensus domini accesserit, & agnatorum, excusatur à caducitate.*

2 *Et idem si saluo iure domini, & sub conditione si dominus consenserit, & inuestituram emptori fecerit, & cum pacto quod emptor teneret, & possideret rem nomine uenditoris donec sibi facta fuerit inuestitura.*

3 *Vasallus alienans sub conditione si dominus non reuocauerit, aliàs sit inempta excusatur.*

4 *Vasallus alienans sub conditione si & quantum de iure possum, & aliter non, secuta etiam traditione non cadit à feudo.*

5 *Vasallus cũ reseruatione aliàs valida alienans, sed tamen fraudulenter vt in exemplis propositis, cadit à iure suo.*

GLOSSA V.

Sed quid si sit dictum, quod alienat sub conditione, si cõsensus dñi ac
1 cesserit, & agnatorum? & †Bal. in c. 1. §. hoc quoque, col. pen. de succ. feudi tenet excusandũ esse alienantẽ. Idẽ Alber. in l. fin. ult. col. C. de iure emphyt. Aluar. d. c. 1. in prin. pen. col. de prohib. feudi alien. per Feder. & idem consuluit Bal. in casu
2 quo vasallus †alienauit saluo iure domini, & sub conditione, si dñs consenserit, & inuestituram emptori fecerit, & cũ pacto quod emptor teneret, & possideret rem nomine uẽditoris, donec sibi facta fuerit inuestitura, in cõsil. 188. Factum tale est, 3. uol. quam Conclusionem etiam sequitur Ias. in d. l. fi. quæst. 26. nu. 68. pen. col. & in d. §. morte, pen. colum.
3 Et idem est dicendum, †si est apposita hæc Clausula, Si dominus non reuocauerit, aliàs sit inempta, allegatur Bart. hoc tenere, in l. si quis locuples, de manum. test. qui tamen in libro meo hoc non dicit; hoc tenet Cepol. dicta Cautela, col. 3. vers. Bart. etiam. Socin. d. Reg. 3. Fallen. Ias. in d. §. morte, antepen. col. & Felin. d. c. quæ in Ecclesiarum, nu. 86.

Et idem est, si fiat venditio sub cõditione, si, & inquantum de iure possum, & aliter nõ,
4 nam etiam †sequuta traditione non cadit uasallus à feudo, secũdum Iac. de Ard. quem ibi refert Bal. in d. c. 1. §. hoc quoque, de success. feudi, col. pen. qui refert dictum Iacobum dicere, quod si uasallus fuerit peritus, poterit fraudem excogitare, ut nullũ sustineat amissionis periculum, quod Bal. ibi dicit uerũ es-
5 se, nisi †aliqua captio domini posset interuenire per corporalem traditionem, puta traditur castrũ quod uix dominus recuperare poterit, nam dolus est in traditione, qui debet purgari per amissionem feudi; qm̃ confictæ, & simulatę nihil operantur, imò in fraudem, augent fictiones, l. si libertus, ff. de iure patr. undè, venditio quæ processit est infirma, & traditio infirmanda, l. eleganter, ff. de dol. & dicit super hoc puncto consuluisse, quod uerum est, ut in d. cons. 95. suprà allegato. Idem Bal. in c. Cumana, 2. col. nu. 3. de elect. dicit, quod emphyteuta potest periculum caducitatis euadere, protestando, & reseruando cõsensum domini, quia non intelligitur dominum contemnere, qui eius consensum reseruat, aliter nõ facturus; Sed si in facti exequutione, idest possessionis traditione, fit durior conditio domini, quia fortè venditur potentiori, uel inimico domini, hæc protestatio tã quàm fraudulenta non ualet, quia non ex bona fide res geritur, de verb. oblig. l. si ità quis, §. ea lege, sed si nõ esset processum ad actum facti, sed staretur in finibus verbi, puta venditionis, & actus precarij, tunc protestatio esset valida, & securà. Et hanc Conclusionem Baldi sequitur Iac. de Sancto Georgio, dicto verbo, & cum pacto de non alienando, col. 7. vers. sed quid si Vasallus alienans, Aluar. d. c. 1. Cepol. d. Caut. 2. col. versic. alia datur per aliquos. Cur. d. con. 8. 2. col. Ias. d. l. fi. 25. quæst. col. pen. nu. 67. & d. §. morte, antepen. col. Socin. d. Reg. 4. Fallen. Felin. qui fœdere distinctionis opiniones cõcordat, in d. c. quæ in Ecclesiarum, nu. 86. & Zasius tract. feu. in tit. de feud. amissione, nu. 14. & Arno. Comment. 110. Aperti quidem, & Rube. consil. 13. num. 18.

Et non aliter, nec alio modo.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Et non aliter, nec alio modo, habet præcisam naturam ita quod non recipit aliquam modificationem, uel interpretationem à uerbis separatam.*

Et sunt uerba taxatiua, & præcisa, & importãt necessitatem ex quo negatiuè posita sunt, ac inducunt solemnitatem, & formam.

2 *Emphyteuta, vel vasallus si alienauerit rẽ saluo iure domini, & agnatorum, & non aliter nec alio*

alio modo numquid cadat in commiſſum, ſunt opiniones, quas hic videas, & num. 7.

3 *Doctori loquenti per verbum, ſeu dictionem, fortè, ſtandum eſt, quia quantum ad ſe cenſetur quæſtionem decidere.*

4 *Vaſallus alienãs ſaluo Principis beneplacito, & non aliter nec alio modo, non cadit à iure ſuo.*

5 *Ablatiui abſoluti reſoluuntur in uim cõditionis.*

6 *Conditionis defectus actum annullat.*

8 *Caducitas rei emphyteuticæ, vel feudalis non poteſt impediri aliqua verborum cautela ſi ſit ſecuta traditio.*

9 *Vaſallus uel emphyteuta numquid intelligatur rem tradidiſſe per clauſulam precarij, uel conſtituti ad effectum ut ſit locus caducitati.*

GLOSSA VI.

1 Illa verba habent præciſam naturam, ità quod non recipiunt aliquam modificationem vel †interpretationem ſeparatam à verbis. Bald. in l. ſi quidem. C. de except. & in §. denique, infra allegando. & Dec. conſi. 61. nu. 2. & ſunt taxatiua & præciſa, l. non aliter, de leg. 3. & important neceſſitatem, ex quo negatiuè poſita ſunt, ac inducunt ſolemnitatẽ, & formam, ut copioſè de his tradit Pariſius, conſ. 19. num. 15. & ſequent. ubi plura cumulat ſecundum morem ſuum 2. vol.

2 Si quis igitur emphyteuta vel Vaſallus alienauerit emphyteuſim vel feudum, ſaluo iure domini, & †agnatorum, & non aliter, nec alio modo, decidit Bal. in c. 1. §. denique, col. fin. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. ſub dubio fortè, quod non perderet feudum: quia conſtat, quod non intendit alienare niſi poſſit, cum hac Clauſula, Saluo, & non aliter, iuxta not. in ſimili, in d. l. ſi quidem, C. de except. & alijs iuribus ibi per eum allegatis. pro quo faciunt dicta per Pariſ. in dicto cõſ. Ad hoc propoſitum; & licèt Bald. loquatur

3 †per dictionem, fortè, tamen ei eſt ſtandum, quia Doctor tali modo loquens, quantum ad ſe, cenſetur quæſtio. decidere, ut dicit Socin. in conſ. 93. col. 10. & Caſſad. in tit. de prębend. deciſio. 3. num. 30. & hanc deciſionem Baldi ſequitur Aluar. in d. cap. 1. in prin. Iac. de Sancto Georgio, d. col. 7. verſic. ſed ponamus, & in col. ſequ. in princ. dicit ſe in facto

4 ita obtinuiſſe, quod †feudum per uaſallum alienatum ſaluo beneplacito Principis, & non aliter, nec alio modo, non potuit cadere

5 in commiſſum; quia illi †ablatiui abſoluti reſoluuntur in uim conditionis, ideſt, ſi placuerit domino, & non aliter, l. à teſtatore, ff. de cond. & demonſt. & l. ab emptione, ff. de pa-

6 ctis, & defectus †conditionis habet annullare actum. eandem opinionem Baldi tenet Iaſon, in d. l. fin. col. pen. nu. 66. Abb. & Card. in c. 2. de feud. Curt. d. conſ. 8. 2. col. & videtur ſequi Bertach. d. tract. de Gabel. d. prima parte, quæſt. 14. Idem tenet Marſ. in l. is qui cum telo, nume. 40. C. ad l. Corn. de ſicar. & Guid. Pap. quæſtio. 163. ſed ſecundum Iaſ. d. tit. de feud. amiſ. nume. 14. & eſt communis concluſio ſecundum Ripam, in cap. cum M. Ferrarienſis, nu. 80. de conſtit. & hanc dicit communem Clar. in §. feudum, quæſtio. 31. verſ. bene verum eſt, ubi dicit communem, & huic Concluſioni ſecundum diſtinctionẽ Felini concordat Curt. iun. tract. feud. 4. parte, tit. ex quibus cauſ. feud. amit. quæſt. 21. nume. 112. & huius opin. uidetur Guliel. Rodoan. in tract. de reb. Eccl. non alien. in tit. de caducitate ob rei alienationem, §. emphyteuta, nu. 41. fol. 522. & Ripa, hoc tenet expreſsè in c. 1. n. 3. li. 3. Rñ. & Pariſ. cõſ. 6. ad fi. 4. uol.

7 Sed contrarium †in terminis noſtris tenet idem Bald. ſibi contrarius, in l. uni. col. fi. 16. quæſt. nu. 56. C. de his quæ pęnæ nom. ubi dicit, quod tali caſu proteſtatio contraria facto non releuat. & hoc ſequit̃ Cepol. dicta Cautela, 2. col. verſ. Conſiliũ. Socin. d. Reg. 434. 2. Fallent. Iaſ. in d. §. morte, col. pen. & idem videt̃ in effectu tenere in dicta Rubrica, col. fin. ſol. matr. nu. 28. & ibi dicit, quod cum ſimus in præiudicialibus, illa uerba non proſunt ad cautelam, nec proteſtatio releuat, ut per gloſ. in d. l. ſi quidem, & quod in re facta non ualet ars verborum, allegando Bald. ut ibi per eum, quẽ etiam adducit Felin. in d. c. quæ in Eccleſiarum, nu. 85. ubi conatur fœdere diſtinctionis opiniones concordare, ſed cõtra Bar. in d. §. denique, uidetur tenere Bertachin. d. 14. quæſt. dum allegat Bal. in d. l. uni. & ſe remittit ad Cepol. d. Cautela, & expreſſius tenet hanc Dec. in conſ. 160. nu. 4. ubi dicit, quod hæc eſt communis opinio, q̄d uerbũ eſt utile in practica, & dicit, quod licèt ſint appoſita dicta verba, non aliter, &c. nihil eſt: quia omnia verba ſunt, quaſi uelit dicere,

8 quod nõ †eſt dare Cautelam, ut uerbis poſſit impediri caducitas, ſi traditio fiat, & propterea Cepol. dicta Cautela 22. uidens huiuſmodi Doct. varietates, cõſuluit omnes ſupraſcriptas Clauſulas in inſtrumento eſſe apponendas, ut ibi per eum, in fine. Et hæc opin. procul dubio verior & communior videtur, q̄d non releuent dicta uerba facta traditione, actualiter rei, quod ẽt admittit Curt. d. conſil. 8. & ſequitur Dur. d. Cautela 46. ubi allegat d. conſ. Curt. & Dec. quã opinionẽ, quod facta traditione actualiter, illa verba non releuent approbat Pariſ. conſ. 86. nu. 14. 4. uol. licèt Ripa, d. c. 1. & Pariſ. ipſe, d. conſil. 6. in fine, aliter videantur tenere, ut ibi per eos, & propterea

propterea declaratio, seu consideratio Felin. d.c. quæ in Ecclesiarum, quando adest tantum hæc Clausula, non videtur procedere, sed solum procedere posset stantibus alijs
8 Clausulis de quibus suprà. Sed dubia est hæc opinio, propter opinionem præcedentem quàm multi dicunt communem.
9 Sed nunquid traditio censeatur facta ut locus sit caducitati, per Clausulã precarij, uel constituti? Bald. in terminis d.c. Cumana, ut suprà, tenuit, quod non, uolens opus esse reali & actuali traditione, & idem ex multis cõprobat Curt. d. cons. 8. col. fin. quod esset contra ea quæ suprà dixi, super verbo respectu vero, &c. sed quia super Clausula constituti plura sunt videnda, hanc quæst. discutiendam decidendamque ibi reseruo, interim tamen videbis Tiraquel. in tract. de Constit. 3. par. 26. limitatione.

Ipsi venditores dixerunt & protestati fuerunt.

SVMMARIA.

1 *Protestatio quid sit, quando facienda, cui, & plura de protestatione remissiuè.*

GLOSSA VII.

1 De protestatione quid † sit protestatio satis suprà in Clausula, Procuratoris, in verbo, protestatione, dictum fuit, sed materiam protestationis quando protestatio sit faciẽda, cui, & quando releuet, & quando non, videnda sunt quæ latissimè ponũt Doct. in c. cum M. Ferrarienses, de constit. ubi latè scripserunt Felin. Dec. Ripa, Bart. & alij, maximè Ias. in d.l. non solum, §. morte, de oper. noui nunc.

CLAVSVLA XV.

Saluo tamen iure coloni.

SVMMARIA.

1 *Colonus quis dicatur, & quis inquilinus.*
2 *Colonorum quatuor sunt species.*
3 *Clausula, saluo iure coloni, cur apponatur in instrumento venditionis, & num. sequ.*
Vendita re nil remanet ipsi venditori sicut nec remanet de fundo, & transeunt omnes fructus ad emptorem nisi reseruaretur ius coloni.
4 *Emptor, & singularis succeßor non tenetur stare colono nisi sit apposita clausula, saluo iure coloni.*
5 *Clausula, saluo iure coloni, operatur suum effectum si extat colonus cui est ius reseruatum, nam ipso vno vel pluribus non extantibus non habet locum in venditore, qui etiam dictam rem, vel partem coluerit.*
6 *Generalis sermo non includit personã loquentis.*

GLOSSA PRIMA.

Colonus dicitur is, qui rusticũ prædium colit, inquilinus verò, qui vrbanum inhabitat, & hoc est
1 quod † vult dicere glo. in l. emptorem, C. locati, quod Colonus est in Villa, inquilinus in Ciuitate, & ibi not. Doct. Colo-
2 norum † quatuor esse species tradit Bar. in l. si apes, §. 1. de furt. & sequitur Aret. in §. is ad quem, 2. col. Insti. de rerum diuis. Primus est, qui rem conducit ad non modicum tempus, qui est similis emphyteutæ, qui habet utile dominium. Secundus est, qui conducit ad modicum tempus, & nummis colit, ut est regulariter quilibet conductor. Tertius est, qui etiam conducit ad modicum tempus, sed pẽsionem, & mercedem non soluit pecuniariã, sed in fructibus, puta corbes uiginti frumenti, & totidem vini. Quartus est, partiarius, qui ad dimidiam partem fructuum fundum colit, & hic censetur Socius, & inter eum, & patronum censetur contracta societas, l. si merces, §. uis maior, ff. locati, l. cum duobus, §. si in coeunda, ff. pro soc. Petr. de Vbald. in tract. societ. 4. par. 3. quæst. in princ. Abb. in c. propter sterilitatem, col. 4. locat. Aret. Instit. de locat. in prin. & est communis opinio secundum Ruin. in cons. 71. nu. 13. 2. uol. & Bellon. cons. 45. num. 8. quæ autem actiones eis competant Bart. & Aret. & alij declarant in locis prædictis, sed quibus conueniantur, ponit idem Aret. post glos. Instit. de locat. & ibi Doctores in principio.

Supradicta clausula apponitur in instrumento eo quod fructus omnes pendentes in
3 re uendita contractus † emptionis, & venditionis ueniunt in venditione, & cedunt emptori tãquã pars principalis ipsius rei, adeo qđ nil remanet uenditori, sicut non remanet de fundo rei l. fi. §. pen. ff. de his quę in fraud. cred. l. Iulianus. §. si fructibus, ff. de act. emp. cum alijs allegatis per Fab. d. tract. quæst. 6. 5. memb. & propterea opus est huiusmodi reseruatione per venditorem facienda.

4 Secundo alia † ratione apponitur hæc clausula, quia emptor, vel alius singularis successor non tenetur stare colono, sed potest eum expellere l. emptorem, cũ ibi not. C. loca. unde saluum est hoc casu ius ipsius coloni per pactũ huiusmodi l. si merces, §. 1. ubi Bal. ff. loca. & d.l. emptorem, & Gui. Pap. q. 480. locaui, nu. 4. uer. qnto fallit. Ità de hac clausula trad. Fab. d. 6. q. 18. mẽbro, & quod sit saluũ,

tenet

tenet Ferra. in sua pract. in forma lib. 9. agitur ad facti præstat. & rei relax. in glos. soluere neglexit nume. 5. & dicetur plenius infra, & etiam Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emptor. & vend. q. 75. nu. 22.

5 Operatur † autem dicta clausula suum effectum, si extat colonus cui est ius reseruatum, nam ipso uno, uel pluribus non extantibus, non habet locum in uenditore, qui etiam dictam rem uel partem coluerit, quia in generali sermone censetur exclusa persona loquentis l. Inquisitio. C. de solut. & l. si mercedem. §. fi. & ibi Bart. & Bal. ff. de actio. empt. sed si
6 non † extant alij, sed solus uenditor coluerit, & hoc partes sciuerint, tunc de ipso intelligendum est l. si in venditione ff. commun. pręd. ita Bar. & Pau. de Cast. in l. si quis legauerit, ff. de leg. 1. Alex. in add. ad Bart. in d. §. fin. & cōs. 28. Visis accuratè col. 3. 1. uol. Fab. d. 18. membro. & sequitur Paris. cons. 70. nu. 16. 3. vol. secus autem si emptor ignorat. ut per Doctor. in locis pręallegatis. & ità debet intelligi Mars. in l. qui ignorans, nu. 3. ff. ad l. Cor. de fal. & Betr. cons. 272. nu. 8. 1. p. priorum, & Crauet. cons. 33. nu. 20. & 15. nu. 2.

Et salua parte eidem in fructibus dictę & infrascriptæ rei pertinente.

S V M M A R I A.

1 *Venditori debetur pars coloni quādo reseruauit partem coloni & ita se retulit ad factum, non ad ius.*
2 *Pertinere, verbum, latissimas habet habenas.*
3 *Emptor, & singularis successor non tenetur stare colono.*
4 *Venditor qui locauit tenetur conductori, seu colono expulso ad interesse.*
5 *Emptor fisci tenetur stare colono.*
6 *Emptor tenetur stare conductori ad longum tp̄s.*
Conductor ad longum tempus habet utile dominium, & ideo expelli non potest.
Actio cui datur tanto magis exceptio.
Tempus longum accipitur pro biennio.
7 *Colonus ad longum tempus tenetur de pēsione respondere successori sicut tenebatur locatori.*
8 *Cōductor quādo ipsi locator obligauit omnia sua bona non poterit expelli ratione hypothecæ.*
9 *Declara tamen ut hic, & nu. seq.*
10 *Successor singularis, vel emptor offerens interesse, & pœnam conductori, tollit eius hypothecā.*
11 *Quod tamen est controuersum ut hic.*
12 *Successor singularis non tollit hypothecam cōductoris per oblationem interesse, & pœnæ si sit appositum iuramentum in instrumento tūc enim conductor potest insistere rei locatæ.*
13 *Conductor qui aliquas vtiles expensas, vel necessarias fecerit non potest expelli per singularem successorem eis non solutis.*
14 *Successor singularis tenetur stare colono si ita cōuentum fuit & ab ipso promissum.*
15 *Conductor potest expelli à proprietario mortuo vsufructuario locatore.*
16 *Datoris iure resoluto, resoluitur ius acceptoris.*
17 *Conductor non potest expelli ab eo, qui non habet plenum ius in re.*
Exemplifica in creditore misso in possessionem causa rei seruandæ.
Et in vsuario.
Et in emente fructus rei locatæ.
Limita in vsufructuario, de quo tamē uide hic.
Vsufructuarius omnium bonorum an teneatur ad soluendum æs alienum.
18 *Vxor tenetur stare locationi per maritū factæ.*
Sicut & maritus locationi factæ per uxorem.
19 *Emphyteuta Ecclesiæ non potest expellere colonum Ecclesiæ, si per longum tp̄s rē coluit bene.*
Et talis expellens priuatur emphyteusi.
Et ideo faciendum est pactum quod liceat expellere.
Sed contrarium tenuit Alexander.
Argumentum à fisco ad Ecclesiam, & econtra regulariter valet.
20 *Colonus partiarius an possit expelli à singulari successore.*
Socius inuito altero socio societati renunciare non potest.
21 *Colonus partiarius expelli nequit à singulari successore elapso tempore à statuto prescripto ad dandam licentiam colonis.*
Statutum generaliter loquens generaliter debet intelligi.
Permissum ad tempus videtur prohibitum post tempus.
22 *Conductor non potest expelli à singulari successore si locator pactus fuit de non alienando rem pendente locatione, & ideo obligauit specialiter rem locatam.*
23 *Baldum fustibus cæsum fuisse falsum est, uti etiam falsum est deprauasse Codicem, et habuisse controuersiam cum Bartolo.*
24 *Conductor numquid habeat priuilegiū ut expelli non possit per singularem successorem si locator fecit pactum de non alienando, & se generaliter tantum obligauit, specialem autem rei legatæ hypothecam non apposuit.*
25 *Colonus non tenetur stare successori singulari, vel emptori.*
Limita tamen ut hic.

GLOSSA SECVNDA.

1 SI fiat reseruatio partis coloni res videtur expedita, quia cū venditor † se ad factū nō ad ius referat, si nullus extet colonus, sibi pars coloni

coloni debetur ita declarat dicta Bar.& alio rum ibi Bal.in d.l.si quis legauerit, & sequitur Fab. d. mem.18. & Cagno.d.num.221. quod tanto magis fatendum est cum sit ap-
2 positum illud verbum † pertinēte quod latissimas habet habenas l.verbum illud pertinere,& ibi not. Alciat.ff.de verb.signific.

Et quia suprà dictum est,quod emptor nō tenetur stare Colono,cū materia sit frequēs, & quotidiana, operæpreciū esse duxi,latius
3 eam pertractare † Regula igitur est,quod emptor, & alius quilibet singularis successor, non tenetur stare Colono, seu cōductori rei emptæ,ut est,text.in d.l.emptorem,C.loca. in l.qui fundū,ff.eod.in l. nihil,§.fi.ff.de leg. 1.et tradūt Bar.& omnes in dictis locis,et in l.si filiofamilias, §. si vir in quinquennium, ff.sol.matr.& Bart.in l.1.§. quod autē ait,ff. de superfic.cū alijs allegatis per Mars. Sing. 321.Credo te scire,& Pyrrus in l.cōtractus,
4 fol.11.1.fac.ff.de reg.iur. Sed † venditor qui locauit, tenetur conductori seu colono expulso ad interesse, d.l.si merces, §.1. & ibi not.omnes, ff. locati.

Quæ primo fallit in emptore fisci, qui te-
5 netur † stare colono,ne fiscus teneatur cōductori, l. fin.§.1. & ibi Bart.ff. de iure fisci, & idem in emphyteuta fisci,est text.& ibi not. Bart.in l.cognouimus,C. de mancip. & colo.pat. lib.11. & hanc limitationem sequuntur Bald.nu.4.& Salic.2.col.d.l.emptorem, Bald.d.l.si merces,§.1. Bald. Paul.& Alex. in d.§. si vir. Ferrar. in sua pract. in for. lib. quo agitur ad fict. præsta.& rei rela. in glos. soluere neglexerit,& Guido Pap.quęst.480. Locaui.Pyrrus dicta 1.pag.in d.l.cōtractus, & latè Duen.in Reg.240.vbi latè examinat hanc materiam.

6 Secundo fallit † in eo, qui conduxisset ad longum tempus, quia habet utile rei dominium, tunc enim expelli non potest, quia si habet actionem l. primæ.cum 2.sequen. ff.si ager.vecti.vel emphyt. pet.& l.1.§.quod autem,ff. de superfic.tanto magis exceptionē, per regulam,cui datur actio,tanto magis exceptio l.inuitus, §. cui damus,ff. de reg. iur. ita limitat Bart.in d.l.qui fundum,& in d.l. 1.§.quod autem ait,ubi longum tempus accipi pro decennio dicit communiter teneri, & idē tenet in d.§. si vir,ubi Alex.nu.2. post Paul.de Cast.2.col.Hanc eandem limitationem tenent Bald.& Salic.in d.l.emptorem,
7 ubi Bald.nu.7.dicit,quod è conuerso † colonus de pensione tenetur respondere successori,sicut tenebatur locatori,idem tenēt Bald. & Fulgos.in d.l. si merces, §.1. & Paul. & Fulg.d.l. qui fundum. Abb.c.fi.2.col.nu.8. ne prælati uices su.Fab.de Sācto Sauino,d. quæst.26.dicto 18.mēb. Guid.Pap.d.quæst. 480.et Steph. Aufr.in addit.ad decis.Capel. Tholos.quæst.420. & Pyrrus dicto fol.11.1. col. seq.

Et ex his infert Bart.in d.l. emptorem, & in d.l.qui fundū,in d.§.quod autem ait,&in
8 d.§.si uir,in fi.quod † quando locator pro obseruatione promissorum per eum obligauit omnia sua bona, prout communiter fit, in omnibus Instrumentis, tum ex quo habet conductor ius in re,non poterit expelli,quia potest ratione suæ hypothecæ uti retentione rei locatæ, & stare in eius possessione, & sequūtur alij Doctor.in dictis locis,& Abb. d.c. fin.2. col. & Paul. de Cast.dicta l.nihil, §.fina. de leg.1. & latè plures allegans Tiraq. in tractatu de retract. conuention.§. 3. glos.unica,nu.4.Et Plot.in l.si quando, numero 192.

9 Quæ conclusio uenit † declaranda duobus modis,primo,ut procedat quando conductor protestatur se uelle uti retentione, & possidere iure pignoris,& hypothecę pro interesse suo,& pena,ita dicit Bart. practicando obtinuisse, & dictas protestationes fieri fecisse,in d.l.emptorem,& in d.l.qui fundū, & utrobique, sequuntur Salic.& Fulg.in d. l.qui fundum, qui tamen quo ad hoc infideliter refert Bart. tenentem, quod in Instrumēto locationis addi fecit, quod conductor intendebat non tamen iure locationis,sed iure pignoris rem locatam possidere,quia hoc non dicit Bart. nam talis protestatio non est apponenda in instrumento locationis, sed solum debet apponi hypotheca,& cum emptor, uel singularis successor uult expellere conductorem, tunc faciendæ sunt protestationes, ut per eum in locis præallegatis, & cum prædictis transit ēt Marsi. d. Sing.321.

Secundo,ut procedat, nisi emptor,uel singularis successor offerat interesse,& pœnā di
10 cto conductori,tunc tollitur eius † hypotheca,et tenetur rem relaxare,ita declarat Salic. d.l.emptorem,& Paul.de Cast.in d.§.si uir.
11 Sed quod † etiam facta tali oblatione non teneatur conductor rem conductam relaxare, indistinctè tenet Bart.in locis præallegatis, & maximè d.§. si uir, ubi ęquiparat hos duos casus,habere in re,ut in prædicta limitatione,& habere hypothecam, & ita indistinctè tenent plures alij ex supra allegatis, & Fab.d.18.membr.Guid. Pap.dicta quæst. 480.ad fin. ubi allegat Iac. Put.in d.§.si uir, dicere, quod hæc est communis opinio, & idem tenet in consil.125. num.3. & Socin. consi.99. in fine.1. uol.consi.17. col. pen.in 3.& consi.90.1. & 2.col.in quarto.

Præcedens tamen distinctio debet attendi,&

di, & hæc opinio, & verior, & communior
eſt, quam vltrà præallegatos tenent Imola,
poſt Bart. in l. vectigalia, ad fin. de Publica.
Imol. Paul. Rom. Alex. d. §. ſi uir, Iaſ. in l. fi-
liusfam. §. diui, 14. col. verſi. tertio. principa-
liter, de leg. 1. Ferra. d. gloſ. ſoluere neglexe-
rit. Socin. ſibi contrarius, in conſi. 29. in fine,
4. vol. Steph. Aufrer. in addi. ad dictã quæſt.
420. & hanc videtur tenere Ruin. conſ. 127.
nu. 16. in 5. vol. & conſil. 180. nu. 18. in 1. &
Neg. in tract. de pignor. & hypot. 2. par. 1.
membro, nu. 6. & 7. & Didac. lib. 2. Reſolut.
in c. 15. num. 3.

Limita tamen hanc ſecundam declaratio
12 nem † procedere, niſi in Inſtrumẽto eſſet ap-
poſitum Iuramentum per locatorem, quia
tunc pręcisè teneretur contractum obſerua-
re, nec eſſet locus oblationi intereſſe, ita de-
clarat Socin. d. conſi. 90. & videtur ſequi Ne
guſ. d. 1. membro, nu. 9. & hoc etiam tenet
Ioan. de Amic. in cõſ. 113. nu. 12. & Crot. in
repet. d. §. diui, nu. 101. Plot. in l. ſi quando,
nu. 192. C. vnde vi, & Rol. à Valle, conſil. 6.
nu. 29. & ſequent. 1. vol.

13 Tertio fallit † dicta regula ſi conductor,
vel colonus, aliquas vtiles expenſas, vel ne-
ceſſarias, in re fecerit, tunc enim non poſſet
expelli, ſed ipſe poteſt vti retentione, niſi eis
ſolutis. Bald. in d. l. emptor, nu. 7. Alex. d. §.
ſi vir, nu. 8. Socin. d. conſi. 17. col. pen. in 3. &
conſi. 15. col. 2. in 1. Fab. d. 18. mẽbro, Guid.
Pap. d. quæſt. 480. & Marſi. d. Sing. 321.

14 Quarto fallit, † ſi factum eſt pactũ, quod
emptor, vel ſucceſſor ſingularis debeat ſtare
locationi, vt dictum fuit ſuprà, ſuper Clauſu
la, Saluo tamen iure coloni, quod vltra ibi al
legatos tenet Bald. in d. l. emptor, Fulgoſ. d.
l. ſi merces, §. 1. poſt Bald. Paul. & Alex. d. §.
ſi vir, licèt Salic. in d. l. emptorem, aliter vo-
luerit, & non benè, ſecundum Alex. in d. §. ſi
vir, nu. 9. & idem erit ſi dictum ſit, quod pen-
ſiones pertineant ad emptorem, ut per Ale.
d. §. ſi vir, nu. 13.

15 Quinto fallit † in eo, qui locauit, nõ habẽs
tñ plenum ius in re, vt in fructuario locãte,
nam eo defuncto, & finito vſufructu, §. fini-
tur, Inſtit. de vſufr. proprietarius poteſt ex-
pellere conductorem, l. ſi quis domum, §. 1.
ff. locati, facit l. lex vectigali, ff. de pign. vbi
16 reſoluto † iure datoris, reſoluitur ius accepto
ris, ita limitat Bart. d. §. ſi vir, ſequitur Sali-
cet. d. l. emptorem, 2. & 3. col. Abb. d. c. fin. 2.
col. & Socin. conſi. 32. 4. col.

17 Sexto fallit † in eo qui non ſucceſſit in ple-
num ius in re, vt in creditore miſſo in poſſeſ-
ſionẽ cauſa rei ſeruandæ, tradit Bart. & ſeq.
Paul. & Alex. in d. §. ſi vir, per text. in l. in vẽ
ditione, §. 1. ff. de bon. auth. iud. poſſ. Abb. d.
c. fin. nu. 8. Guid. Pap. quæſt. 80. & Pyrrus in
d. l. contractus, fol. 11. 1. fac. & idem in vſua
rio, qui non poteſt conductorem expellere,
l. ſi habitatio, §. fin. ff. de vſu, & habit. licèt ſe
cùs ſit in uſu fructuario, l. arbores, §. quicqd,
de vſufr. & eſt deciſ. Capel. Tholoſ. d. quæſt.
420. Alex. d. §. ſi uir, nu. 10. Et idem tenet A-
lex. in emente fructus rei locatæ, ut condu-
ctorem expellere non poſſit, ut per eum, d. §.
ſi uir, nu. 15. & conſi. 118. In caſu de quo quæ
ritur, 2. dub. 5. uol. nam qui parem habet cau
ſam, conductorem non expellet. Bald. d. l.
emptorem, 2. col. & idem, quãdo quis legat
fructus rei prius locatæ, tunc legatarius non
poteſt expellere colonum, quia cenſetur reli
cta pars ad teſtatorem pertinẽs Bar. in l. fun-
di Trebatiani, ff. de uſufruc. leg. & ſequitur
Bald. in l. 1. col. 4. nu. 19. C. de fruct. & lit. ex
penſ. ſed hoc de colono partiario intelligi-
tur, de quo infra dicetur: in legatario uerò
uſufructus omnium bonorum quod poſſit
conductorem expellere, contra Bald. in d. l.
1. tenet Alex. d. §. ſi uir, nu. 14. qui dicit dictũ
Baldi eſſe falſum, cum fundetur in doctr.
Bart. in l. finali, de uſufr. leg. tenentis uſufru-
ctum omnium bonorum teneri ad ſoluen-
dum æs alienum, quod communiter repro-
batur, ut per eum ibi, & per Dur. tract. de art.
teſtandi, tit. 6. Cautela 42. nu. 6.

18 Septimo fallit † in muliere, quę tenetur ſta-
re locationi factæ, per maritum, d. §. ſi uir,
cauſatiuè nõ precisè, ut per Sali. d. l. empto-
rem 2. col. & per Alex. poſt alios, d. §. ſi uir,
ſicut è contra, tenetur uir ſtare locationi fa-
ctæ per uxorem. Imola, in l. diuortio, §. item
ſi meſſes, ſoluto matrim. ubi etiã Aretinus,
prima columna.

19 Octauo fallit † in colono Eccleſiæ quem
emphyteuta ipſius Eccleſię expellere nõ po-
teſt, ſi per longum tempus rem coluit bene,
ita Bart. arg. illius l. in dicta l. cognouimus,
C. de mancip. & col. patri. libro 11. ubi di-
cit talem expellentem priuari poſſe emphy-
teuſi, & hoc ſequitur Roman. in dicta, §. ſi
uir, & ſing. 62. In Eccleſia, ſequitur Corſet.
Sing. ſuo, uerbo emphyteuſis, uerſi. Eccleſia
conceſſit, & Marſi. Sing. 548. Rei ſuæ, ubi do
cet emphyteutas, ut ſint cauti facere pactũ
cum Eccleſia, quod poſſint expellere colo-
nos, contrarium tamẽ tenet Alex. d. §. ſi uir,
nu. 5. & Curt. ſen. conſil. 10. ſed prima opi-
nio ſeruaretur in practica, maximè in caſu
in quo loquitur, ſcilicèt, quando emphyteu-
ta expellit colonum, qui bene longo tpe co-
luiſſet, ſecùs ſi non eſſet eiuſdem qualitatis,
ut per Doct. in locis prædictis, cum quibus
uř ẽt tenere Alex. in addit. ad Bart. in d. l. co-
gnouimus; Nec obſtat ut dicit Curt. quod ſi

ſcus,

scus, & Ecclesia non æquiparentur; quia regulariter est contrarium, valet enim argumentum de uno ad aliud, vt latè per Euerar. in sua Centuria, seu centupli. modo argum. in loco à fisco ad Ecclesiam, per totum.

20 Nono fallit † in colono partiario, ut non possit expelli à singulari successore, cum sit socius domini, d.l.si merces, §.uis maior, ff. loca. ubi Bar.col.fin.& l.cum duobus, §.si in coeunda, ff. pro soc. unde non posset eo inuito societati renunciare, l.idemque, §.fina.ff. eod.& ita not.ibi Bald. Idem tenet Iac.Butr. in d.l.si merces, §.1. cum quo uidētur transire Fulg. Ioan.de Anan.d.c.fi.ne prælat.uices suas. Raph. d. §.si uir, & alij quos ibi refert Alex.n.17.& quod saltē pro primo anno nō possit expelli, tenet Bal. d.l. emptorē, 2.col.

Sed ista limitatio non uidetur uera, nec communis, & contra eam tenet Spec.in tit. de locat.§.1.uersic.sed pone locaui, Roman. consil.309. Videtur prima fronte, cum alijs quos allegat Alex. d.§. si uir, nu.17. & hanc uidetur tenere etiam Fulg.d.§.1. ubi respondet ad d. l. idemque, & uidetur etiam sequi Fab. d. membro 18. dum allegat Spec. loco præallegato, & propterea ad euadendum opin. utile erit reseruare ius coloni, ut supra.

21 Decimo fallit † dicta regula, stāte statuto, quod colonus partiarius, uel inquilinus nisi fuerit sibi data licentia certo tempore, puta ante Pascha, nō possit pro illo anno expelli, nam si elapso dicto tempore emptor uelit expellere, non poterit, statutum enim generaliter loquens, generaliter debet intelligi, l.1.§. generaliter, de legat. præstan.c.solitæ, de maior.& obedien. cum alijs adductis per Alex. consil. 196.num.2.in 6.vol.& permissum ad tempus uidetur prohibitum post tempus, l. si ita quis, ubi Aret.3.no.et Moder.de uulg. & pup.& ita habui in facto, & iudicaui.

22 Vndecimo, & pro nunc † ultimo fallit, si locator paciscitur de non alienando rem pendente locatione, & pro obseruatione promissorum per eum conductori obligat specialiter rem locatam, tunc enim impeditur alienatio, & conductor est tutus, tex.est singularis, secundum Bald.ibi, in l.si creditor, §.fi.ff. de distract. pign. secundum ueram literam, quæ reperta fuit in Pādectis Pisanis, quas miserunt ad uidendum Bart. & Fran. Accurs. cum haberent quæst.in facto, ut Bart.tradit in l.ea lege, num.4. C. de cond.ob caus. licèt Paul.de Cast.dicat in d.l.si merces, §.1.& in l.nemo, de pact. quod controuersia erat inter Bart.& Franc. Tigri.seu de Pisis, & Alexan. in dicta, §.si vir, 2.col. dicit de Bar.& Baldo, & memini plura de huiusmodi controuersia audiuisse à pluribus Doctor. qui tenentes, quod huiusmodi controuersia fuerit inter Bartol. & Bald. secundum relationem Alexan. ausi sunt referre Bald. deprauasse, & falsificasse text. & propter hoc fustibus cæsum

23 fuisse, quod † quàm falsum sit, prędicta ostendunt. Hanc cautelam docet Imola, in l.filius fam.§.diui, de leg.1.in l.si ita quis, §.ea lege, ff.de verbor.obligat.& in l.qui absenti, §.1. ff. de acquir. poss. & sequuntur ibi Roman. Aret.& Alexand. Aret.& Ias.d.§. ea lege, & Ias.d.§.diui, 1.lectura, col.14. ver.tertio principaliter, & 2.lect. col.18.vers.secūdo fallit, & l.quoties, 11.limit. de rei vend. Alex.d.§. si vir, num.4. & Crot.ibi, num.100. & Ne-

24 gus.d.1. membro, num.5. sed † dubium est, nunquid sufficeret generalis obligatio, cum pacto de non alienando, quod videtur sufficere, vt videtur velle Bart.in dicta l.si creditor, §.fin.ubi Fulg.& in d.§. ea lege, & in l. nemo, de pact. dicens sufficere, quod creditor habeat ius in re, & expresè tradit Paul. de Castr.in dicto §. ea lege, 2.col.& videtur adherere Alexand.in dicta l.qui absenti, dicens, quod opinio, contraria non est sine dubio, ex quo d.l. si creditor, §.finali, loquitur indistinctè, & secundum hanc consuluit Cor.consilio 321. in quarto uol. & Ioan.de Amic. dicto consil. 113. ubi latè insistit, & hanc opin. dicit esse ueriorem Crot. d.§.diui, num.100.& hanc dicit communem alios adducens Plot.in l.si quando, nu.192.C.Vnde ui, & sequitur Socin.iun.cons.78.nu.9.in 1.uol.& consi.129.nu.3.& seqq.2.uol.& sequitur Rodor. Soarez. in repet.seu declaratione l.regni, post repet.l. post rem iud.de re iud.in 1.limit.nu.11.pag.584. Ias.dicens cōmunem, in consi.211.5.col.in fine 2.uol. Capic. decis.182. nu.3. Contraria tamen pars crebrior uidetur recepta, ut patet ex relatis per Negus. in d. memb.nu.5. quam tenet ēt Ias. d.§. diui, 2. lect. supra allegatus, & d.l. quoties, 11. limitat. & Ruin.in d.§.diui, mihi, col.44. Ias.dicens cōmunem, in cōs.211.5 col.in fine, 2.uol.& Capic.decis.182.n.3. Et propterea cauendum est, ut hę amaritudines fugiātur, & addatur specialis hypotheca pacto de non alienando, ut omnino colonus non possit expelli. Cæteras limitationes colliget subtilis inuestigator ex dictis per Alex. in d.§.si uir, & alibi ex dictis Doct. Hæc pro nunc sufficiant, quas tamquam nobiliores, & principaliores uolui descripsisse.

Et sicut regula est, quod emptor, uel singularis successor, non tenet stare colono, ut su-

25 pra, ita ēt è cōuerso, colonus † nō tenetur stare emptori, uel singulari successori, tex.est in d.l.qui fundū, ff.locati, qđ limitāt Doct. ibi, nisi uenditor actiones suas emptori cessisset,

vel testator fundum, cum omni suo iure, & actiones legasset, vel hæres legatario actiones cessisset, ut post alios ponit ibi Paul. de Cast. Secundo nisi pactum fuerit factum inter emptorem, & venditorem, quod pensiones pertineant ad emptorem, ita not. Bart. per illum text. in l. insulam, ff. eod. & sequitur Alex. in d. addit. ad Bar. d. l. qui fundum, quod tamen non videtur procedere, nisi ad eas sit cessum ius, & actio, secũdum Paul. de Cast. d. l. insulam, quod verius uidetur.

Saluo que & reseruato sibi dominio, tantæ partis dictæ possessionis, quantam capit residuum infrascripti precij.

S V M M A R I A.

1 *Dominium duplex superius, & inferius seu subalternum.*

Dominium vtile trãsfertur ex causa ad ipsum tendente.

2 *Dominium vtile differt a proprietate, & habet magis latam significationem.*

Proprietas nũquam capitur pro vtili dominio.

3 *Emphyteuta, feudatarius, superficiarius, & similes non dicuntur habere proprietatem, sed vtile tantum dominium.*

4 *Venditio in qua venditor sibi reseruat dominium non valet.*

Species remouetur ab eo a quo remouetur, & naturalis effectus.

GLOSSA III.

DOminium est duplex, scilicèt superius, quod proprietatem cõtinet,
1 & inferius seu subalternũ, †quod vtile dominiũ appellatur, quod similiter transfertur ex causa ad ipsum tendẽte, l. 1. §. qui in perpetuũ, ff. si ager. vectig. vel emphyt. pet. l. 1. §. quod autem, ff. de superficie, ita tradit. Bald. in l. traditionibus, 2. col. nu. 6. C. de pact. & ibi sequitur Ias. 2. col.
2 & differit † à proprietate, habetque magis latam significationem; quãdoquidem, proprietas nũquam capitur pro vtili dominio, nec ipsum comprehendit, & propterea emphy-
3 teuta, feudatarius, † superficiarius, et similes, non dicuntur habere proprietatem, sed vtile tantum dominium, §. adeo, Instit. loca. ut latè prosequitur Ias. in d. l. traditionibus, & in l. naturaliter, §. nihil commune, col. 3. vbi etiam Hormano. 2. col. de acquiren. poss. De verbo autem, proprietas, & quomodo capiatur, infrà suo loco dicetur.

4 Et sciendum est, non † ualere vẽditionem in qua uenditor sibi reseruat dominium, scilicèt directum, & utile, quia à quo remouetur naturalis effectus, remouetur, & species, l. pen. §. nemo, ff. de cõtrah. empt. et tradit Bal. in Rubr. C. de contrahen. empt. 11. quæst. n. 11. & Fab. d. tract. quæst. 6. col. 2. hinc arbitror inoleuisse practicam, quod solet tãtum reseruari dominium directum, nõ etiam utile, ut sic uenditio procedat, qua tamẽ practica nõ est opus, si adijciãtur uerba sequentia.

Donec, & quousque fuerit eis integrè de eo satisfactum.

S V M M A R I A.

1 *Donec, & quoque, dictiones, sunt temporis limitatiuæ, & tempus determinant.*

2 *Dominij reseruatio perpetuo facta non valet, ad tempus tamen valet.*

3 *Domini reseruatio in venditione operatur quod venditor non videtur habuisse fidem de precio, & ideo in re vendita ipse habebit potiora iura alijs creditoribus anterioribus, ipsius emptoris.*

4 *Dominij reseruatio aliud etiam operatur ut hic. Quod potest intelligi etiam in reseruatione directi tantum.*

GLOSSA IIII.

1 IStæ dictiones, † donec, & quousque, & similes, sunt limitatiuç tẽporis, & determinant tempus, ut per Bart. in l. fi. in §. 1. col. 1. & 2. ff. ad Tertul. & per Card. in Cle. 2. §. 1. de ętate, & qualitate, Aret. in l. quod meo, 2. col. de acquir. poss. & Paris. consi. 25. nu. 16. 2. uol. Sed de his latius dicetur super Clausula Constituti, Licèt reseruatio dominij facta perpetuo non ualeat, ut supra dictum est, ualet ta-
2 men si est facta ad tempus, † ut in casu isto, nec tali casu loquitur §. nemo, l. pen. de contrah. empt. supra allegatus, ita decidit Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de empt. & uend. §. 1. col. 4. in addit. incip. Facile ergo erit, in fi. & hoc etiam tenet Bald. in d. Rubr. C. de contrah. empt. quæst. 13. & sequitur Fab. d. tract. quæst. 7. col. 5. uersi. sequitur tertium, & approbat Dec. cons. 440. in princ. & fuit approbata hæc opinio etiam per Consilium Neapol. ut refert Afflict. decis. 338. Nobilis, in fine, quam etiam tenent alij infra allegandi, & Tiraquel. tract. de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 2. nu. 34. & 37.

Ista reseruatio operatur duos notabiles effectus, de quibus etiam inferius tractandum
3 est, primum † quod quando venditor rem uendidit emptori alieno ære grauato, ipse uenditor non censetur per dictam reseruationem habere fidem de precio, §. uenditæ, Instit. de

rerum

rerum diuisione cum simil.& propterea ipse in dicta re uendita cæteris creditoribus anterioribus tempore præfertur, & potior est, quod aliàs non esset, iuxta not.maximè per Ioan.Fab.in d.§.venditæ,& in l.licèt, C. qui pot.in pig.habe. vbi Bart.& alij,& hanc cautelam docet Cæpol.cautela sua 124. Vulgaris est,2.col.& sequitur Negus.in tractatu de pign.& hypot.5.parte,2.membro,num. 30. de quo etiam dicemus aliqua super Clausula obligantes, &c.

4 Secundum † effectū operatur dicta Clausula, quod licèt dubium sit numquid uenditor qui fidem de precio habuit, & rem tradidit emptori,dilationemque concessit ad precium, vel partem eius soluendo, non possit pacisci, & conuenire cum emptore de certa annua quantitate sibi soluenda, de quo maximè habetur per Socin.consil.130.in 4.vol.tamen si per venditorem sibi sit reseruatum dominium, quoad vsque precium sibi sit integrè solutum, omni usurarum fraudis suspitione reiecta,ualet tale pactum,& promissio de soluendo quid annuum, donec de precio satisfactum sit,ita tradit Abb.consilio 66.Viso quodam,prima col.1.vol.Fab.dicta 7.quęstio.col.5.Cæpol. Cautela 125.Qui vult uendere fundum, post medium. Socin. consilio 177. pen. & vlt.col.& d.consil.130.num. 5. & uidetur sequi Decisi. allegando dictum consilium Abb.in d. consil. 440.in princ. Et licèt Abb.loquatur,prout etiam loquitur Cępol.d. Cautela,quando venditor reseruat dominium, & locat rem, vel partem eius emptori, tamen idem est, etsi aliter non fiat locatio,secundum. Socin.d.consil.176.col.pen. Et eosdem effectus puto operari reseruationem dominij directi tantum, quia pro utili translato censetur soluere emptor id, quod paciscitur, & debet præferri uenditor, ut suprà, pro ut uidemus emphyteutam domino teneri pro utili dominio, ad soluendum, ut not. in dicta §. adeo loca. & in l.1.C.de iure emphyt.

CLAVSVLA XVI.

Dederunt.

SVMMARIA.

1 *Instrumentum siue in prima, siue in tertia persona loquatur semper procedit.*

Et aliquando etiam in secunda.

Notarius non dicitur variare stilum licèt faciat vnum in prima aliud in tertia persona.

2 *Instrumentum siue per verba præsentis, siue per verba præteriti temporis concipiatur procedit semper, & omnia censentur gesta tempore celebrationis.*

Si tamen tempore actus potuerunt interuenire.

3 *Dare, uerbum, de sui proprietate importat dominium transferre, & rem accipientis facere.*

Si tamen is qui dare dicitur habeat dominium.

4 *Venditor regulariter rem dare non tenetur, id est dominium ipsius transferre, sed tantum tradere licèt secus sit in emptore quo ad precium, & ratio.*

Venditor quantitatis in generè tenetur ad tradendum ut exemplificatur hic.

Dedit, verbum, an sit superfluum, quando adest uerbum tradidit, uel econtra.

GLOSSA PRIMA.

NIhil refert an instrumentum loquatur in tertia persona, uel in prima, quia nihilominus procedit, c.dudū, de conuers.coniug.† ubi
1 idem tenet Abb.& idem Abb.c. quod autē, de iure patr. Spec.in tit.de instr.edit.§.1.in fine,& in §.instrumentum, uers. item opponitur,quod, Instit.eod.tit.& quod possit etiam concipi in secunda persona, tradit Lap. Allegatione 77.Tabellio,nu.2.Et dicit Bald.in c. 1.§.fin. col. 1.qui feud.dare poss.quod antiqui notarij formabant uerba in prima persona, ut sonarent in contrahente,puta, ego B. sic facio,nam in tertia persona,ut B.sic fecit, videbatur quod essent uerba notarij,Et quod non referat in qua persona uerba concipiantur tradit idem Bald.in cap. 1. 1.col.de noua for. fidel. vbi dicit, quod notarius non dicitur uariare,nec in stilo, nec in facto, si unum instrumentum scribat in persona prima, & aliud in tertia,& idem tenet Bald.in l.in causis, ante finem, C. de accusat. & in Authen. Si quando, in fine, C. de constitut. pecun. communiter tamen scribuntur in tertia persona, ut de testamentis loquitur Bartol. in l. cum in testamento, de auro, & argen. legat. & in his licèt utroque modo concepta ualeat, tamen refert an concipiatur in prima, uel in tertia persona,ut ipse exemplificat ibi, & ponit etiam in l. 2. C. de fals.cau. adiecta legat. & in l. si sic,§.primo,ubi alij,de legat. primo.

Similiter non refert, utrum uerba concipiantur in tempore præsenti, uel in præterito,
2 dicto cap. quod autem, & ibi Abb. † post Ant.de Butr. Spec. & Lap. locis præallegatis. Bal. dicto tit. qui feud. dare possunt, §.fi. sed licèt concipiantur per uerba præsentis temporis, nihilominus gesta omnia censentur tempore ipsius celebrationis, ut per Bartol.in l.post dotem, 4. col. numero 21.& ibi

Alex.num.18. ſol.matr.& per Bart.& alios, in l.certi condictio,§.ſi nummos,ſi cert.pet. in l.in ſtipulationibus §. Griſogonus, de uerbor.obligat. & in l.prædia, ubi latè Alex. 1. not. de acquir. poſſ. Aret. in §.actionum autem,nume.12. Inſt.de act.Calcan. conſ. 18. 3.col.in princ.& per Abb. d.c. quod autem, nu.4.quod procedit,ſi tempore actus potuerunt interuenire, ut per Doct.in locis prædictis.

Verbum dare, de ſui proprietate, importat dominium transferre, & rem accipientis
3 facere,†§.ſic itaque diſcretis,Inſtit.de actio. & l.fin.ubi not.ff.de condict.cauſa data cauſa non ſequuta,& l. ubi autem,§. final. ff. de uerbor.oblig. licèt propter ſubiectam materiam aliter quandoque accipiatur, ut l. 1. in princ.ff.depoſi.& l.ſi ut certo,§.nunc uidendum,il 2.ff.commod. Socin. Conſ.93.2.col. & interpretatione legis,permutans,uel compenſans,dediſſe intelligitur,l. dediſſe, ubi alij,de uerbor.ſignific. Si igitur iſtud uerbum apponitur in contractu uenditionis, & uenditor ſit dominus rei uenditæ, tunc ſtat propriè, & importabit dominij traditionem, ut tradit Spec. in tit. de empt.& uend.§.1. col. 4.Bart.in l.ex empto,in princ. ff.de acti. emptio.& in l.1.C.de rerum permutat.& idem Fab.de Sancto Sabino,d.tract. quæſt.5. col. 23. ſi non habet dominium, nullum poteſt transferre l.traditio,in princ. ff.de acquir.rerum domi. & l.nemo plus iuris,ff.de reg.iur. & ſumãdo facere Bart. l.ſi uniuerſa, C.de legat.ait *mal da chi nõ hà dice la campana di San Pietro*,refert Cagnol.plura adducens dicta l. nemo, ſi uerò apponatur in alio contractu, de cuius natura nõ eſt transferri dominium, tunc impropriè accipietur, ut in locationis feudi,& ſimilium contractibus, & ita debet intelligi Spec.d.§.1.col.4.

Sed quia uenditor regulariter non tene-
4 tur†rem dare, ſcilicet dominium ipſius tranſferre,ſed tantum tradere,de quo uerbo infrà dicetur,d.l.ex empto,in princip.& l.ſi ita, §. primo de contrahen. empt. licèt ſecùs ſit in emptore, qui tenetur precium accipientis facere, quia laxiorem habet obligationem, cũ ipſe in genere,& ſeu in quantitate uẽditor uerò ad ſpeciẽ teneatur,ut per gloſ. & Doct. in dicta l. ex empto, in princip. Vnde uenditor quantitatis in genere teneretur ad tradendum, ut de uenditore hominis in genere, tradit gloſ. & Doctor. dicta l. ex empto, & Bart.& alij,in l. prima in princip.ff.ſi cert. pet. & de uenditione frumenti tradit Bellonus,conſilio 44.nume.4. propterea hoc uerbum, dederunt, ſeu dedit, impropriè ponitur pro tradidit, l. ſi ſtipulatus, de uſur. ubi Bartol. & idem Bartol.dicta l. ex empto, in princip. & dicta l. final. ubi cateri communiter ſequuntur, ff. de condict. cauſa data, & in l. prima, C. de rerum permut. Fab. dicta quæſtione 5. 23. colum. & Celſ. tractat. Clauſ.nume. 266. uerbo uendidit, tradidit, & Ripa, in l. 2. in princip.nume.33.ff.ſi cer. pet. Dicit tamen Iaſ.in dicta l. fina. quod dictum uerbum, dedit, magis reijcitur, quando adeſt uerbum tradidit, quàm quod ponatur quod tradidit, quia ſequeretur, quod uerbum tradidit, bis eſſet appoſitum, quod etiam dixit ſuperfluè additum Aret. allegando Bart. in dicta l. fin. in conſil.163. Verum eſt, colum. 7. in fine, & 8. in princip. uerſic. dicit, quod ex conſuetudine notariorum, ad cautelam multiplicantur iſta uerba, ſed ego non ſuperfluè appoſitum eſſe cenſeo, ex quo operatur, quando uenditor eſt dominus, ut ſupra dictum eſt, quod & tenet Celſ. in tractatu Clauſ.in Clauſulis contractuum, uerbo dedit, tradidit, benè tamen erit uerum, quod quando non erit dominus, tunc impropriabitur uel reijcietur, ut ſuprà, ſed propter hoc non debet omitti, etiam quod poſſet eſſe ſuperfluum, quia ſuperfluitas non habet nocere, ut aliàs ſuprà in Clauſula, Rati, verbo omnium, & ſingulorum dictum fuit.

Vendiderunt.

S V M M A R I A.

1 Vendere, verbum, de propria, & uera, non dicta, & ſimulata uenditione intelligitur.

Venditionis appellatione an ueniat alia ſpecies alienationis, ex qua dominium transfertur.

GLOSSA II.

VErbum iſtud naturaliter, de uera uenditione, non autem de ficta, uel ſimulata interpretandum eſt, ut dicit Paul. † de Caſt.
1 loquens in ſtatuto diſponente quod ſi quis uendidit &c. in conſilio 328. In cauſa mota, col.prima in antiquis, & Dec. conſilio 695. numero 20. Et hoc uerbum tollit omnem difficultatem, & omne dubium voluntatis contrahentium, an ſcilicet uoluerint contractum innominatum celebrare, quando datur quantitas pro ſpecie, uel contractum venditionis, ex quo enim eſt appoſitum hoc uerbum, quod ſoli uenditioni propriè competit, cẽſentur uelle partes contractum uenditionis, & emptionis inire, ut per Doctor. in

d. l.fin.

d. l. fin. C. de condict. causa data, & in d. l. 2. in princ. ff. si cert. pet. vbi Ripa, nu. 30. dicit partes velle facere venditionem, si contractum eo nomine baptizent, & tradit Fab. d. col. 23. est bene verum, quod quandoque uerbum, vendere, impropriè accipitur, vt per Fab. d. tract. 2. quæst. col. penult. An autem venditionis appellatione comprehendatur alia species alienationis, ex qua dominium transfertur, ponit idem Fab. d. 2. quęst. per totam, & ponunt Doctor. post Bart. in 8. q. in l. filiusfamiliàs, §. diui, ff. de leg. 1. vbi Ripa, nu. 101. se remittit ad Fab. d. 2. quæst. & Io. Crot. facit 7. conclusionem, & communis, conclusio est, quod tantùm veniat uenditio, & non alius contractus, de sui propria significatione, quæ tamen uenit declaranda, ut declarant Doct. in locis prædictis.

Et tradiderunt.

SVMMARIA.

1 *Tradere, verbum, quomodo accipiatur, & an propriè, & impropriè, et quid importet propriè, & quid impropriè.*

Tradens si sit dominus transfert dominium si non sit dominus non transfert nisi usucapiendi conditionem, & tenetur de euictione.

Tradere ex vocis proprietate non importat dominij translationem sed corporalis rei possessionis præstationem.

2 *Tradidit, verbum, in venditionis instrumento operatur etiam sine Clausula constituti cum per eam censeatur data licentia emptori accipiendi propria auctoritate possessionem rei uenditæ.*

Emptor ingrediendo possessionem censetur ingredi de uoluntate, & consensu venditoris virtute uerbi tradidit, in instrumento positi, & ideo nullam pœnam incurrere potest.

3 *Vendere unusquisque, & cuicumque uendi potest.*

GLOSSA III.

POtest & verbum hoc propriè, & impropriè accipi, secũdum Spec. in d. §. 1. col. 4. scilicet, pro tradi-
1 tione, † quæ verè transfert dominium, §. per traditionem, Instit. de rerum diuis. & l. traditionibus, C. de pact. & hoc propriè. Alio modo pro inductione in possessionem, siue pro ipsa corporali præstatione rei, sed nunquàm mihi placuit hęc doctrina Specul. quia tradere proprie non importat dominium transferre, l. si rem tradi, ff. de verbor. oblig. sed tantùm rem pręstare, idest tradere, d. l. ex empto, vbi Doctor. & ita etiam non admittit Ioã. Andr. in addit. Spec. in loco prędicto. Est bene uerum, quod differentia est in tradendo an quis sit dominus, uel non, quia primo casu dominium transfert, d. l. ex empto, & l. traditione, de acquir. rerum domin. Secundo verò non, sed tenetur de euictione, & transfert tantum vsucapiendi conditionem, l. clauibus, ff. de contrahen. emp. Paul. de Cast. d. l. ex empto, proprietas igitur huius verbi, non est, quod importet transferre dominiũ, sed solum corporalem rei possessionem pręstare, nisi sit additũ promissioni quãtitatis, ut per Ias. d. l. fin. 4. col. ff. de condict. cau. data, causa nõ sequuta. Nec ista Clausula probatur per traditionem factam emptori rei venditæ, nisi ipsa res in præsentia sit, l. 1. §. si iusserim, ff. de acquir. posses. Spec. d. §. 1. 12. col. vbi dicit fatuè apponi hanc Clausulam, nisi addatur Clausula constituti, de qua suo loco dicetur, sed immò hæc Clausula non erit fatuè apposita, etiam non apposita
2 alia Clausula prædicta, cum † per eam censeatur data licentia emptori accipiendi propria auctoritate possessionem rei venditæ. Bart. & alij, in l. prædia, præallegata, Bald. in Rubrica, C. de coutrahen. empt. 19. quæstio. & In addit. ad Spec. versic. hac verba uendidit, Alex. & Ias. in l. si ex stipulatione, ff. de acquiren. possess. Ruin. consilio 50. numero 4. 4. volum. Fab. dicta quæstio. 5. colum. 23. in princip. Rom. consil. 482. In casu præmisso, in prin. & cons. 509. circa propositam, 6. dubio. Vbi videtur uoluisse præsumi rem fuisse præsentem, & sic traditam, nisi contrarium appareat, cuius contrarium tenet Claud. in dicta l. prædia, colum. fina. ante finẽ. Et hanc eandem Conclusionem, quod hæc Clausula operetur dictam licentię concessionem, tenet etiam Aret. consilio 17. Consideratis, 2. colum. & consil. 41. Diligenter, colum. fina. Alex. consil. 4. Videretur, col. 3. in 2. volum. Aret. in d. §. actionum autem, nu. 12. Instit. de action. sequitur Socin. d. consil. 93. 2. col. & Ripa, d. l. 2. in princ. nu. 33. ff. si cert. pet. & Ferra. in sua practi. in forma libel. in caus. vendit. in glos. Vendidit, nu. 4. & Alciat. in l. traditionibus, in uerbo, transferuntur, C. de pact. & propterea emptor ingrediendo possessionem, censetur ingredi de uoluntate, & consensu uenditoris, & nullam pęnam incurrere potest, ut per Fab. d. col. 23.

Esset hic uidendum de personis uendentium, & quæ possint uendere, & quæ prohibeantur, quam quæstion. plenissimè attingit Fab. dicto tract. q. 3. per plures col. ubi ad saturitatem omnia soluit, unde quia ut fur rerum alienarum, nollem ad restitu-

tionem ablatorum teneri, tum etiam, quia in
tentio mea magis eſt tractare de ipſo inſtru-
mento, & eius Clauſulis, quàm de ipſa uendi
tione, ſufficere remiſſionem ad eum arbitra-
tus ſum, ſolum ponam regulam, quam & ip-
ſe ponit in princ. illius, quęſt. Quod † cuilibet
3 licet bona ſua vendere cuicumque, l. dudum,
C. de contrahenda empt. cum in re ſua quili
bet ſit moderator & arbiter, l. in re mandata,
cum ſimilibus, C. mandati iniquum enim
eſt, non eſſe ingenuis hominibus rerum ſua-
rum liberam diſpoſitionem, l. 2. ff. ſi quis à
patr. fuerit manum. Limitatur modo iſta re-
gula pluribus modis, ut per eum ibi, ad quem
recurrendum eſt, ſat nobis erit, tractaſſe de il
lis venditionibus, quæ magis practicantur,
& quotidie fieri contingunt.

C L A V S V L A XVII.

Egregio viro. D. Rodulfo. F. quondam Matthæi de Graſſaleonibus.

S V M M A R I A.

1 Emere unicuique eſt permiſſum, & eſt magis permiſſa emptio quam venditio.

2 Pupillus acquirere dominium rerum, & ſibi paciſci poteſt, obligari tamen non poteſt.

GLOSSA PRIMA.

Sicut omnibus conceſſum eſt regu
lariter per uenditionem res ſuas
alienare, ita omnibus conceſſum
1 † eſt emere, immò magis emptio
eſt permiſſa, quàm venditio, ſicuti accidit in
2 pupillo, † qui acquirere dominium rerum uē
ditarum poteſt, l. pupillus, de acquir. rerum
dom. & paciſci ad ſui utilitatem, l. contra iu-
ris, ff. de pactis, & ſtipulari, Inſtit. de auctor.
tut. in prin. & C. eod. tit. l. 1. & l. neque, C. de
contr. & committ. ſtipu. & §. pupillus, Inſtit.
de inut. ſtip. tamen obligari non poteſt, ut in
iuribus præallegatis, nam hoc caſu claudicat
contractus, quia valet venditio facta pupil-
lo, non autem facta per pupillum, l. Iulianus,
§. ſi quis à pupillo, ff. de act. empt. Reperiun-
tur tamen multi caſus, in quibus etiam quis
emere prohibetur, quos ponit Fab. in d. 3.
quæſt. ubi eſt uidendus.

Ciui Ferrariæ de contrata Sancti Vitalis.

GLOSSA SECVNDA.

De hoc dicendum eſt, ſicut ſupra dictum
fuit in perſonis uenditorum.

Præſenti.

S V M M A R I A.

1 Præſens quis fuiſſe non præſumitur niſi in in-ſtrumento id aſſeratur.

2 Præſentem aliquem non fuiſſe inſtrumento ſi in-ſtrumentum ipſum atteſtetur de præſentia quo modo probari poſſit.

3 Præſentia non arguit intelligentiam.

4 Venditio ad hoc ut ualeat, debet conſtare de con-ſenſu emptoris, & debet emens rem recipere, & promiſſionem acceptare.

5 Promiſit, verbum, in inſtrumento appoſitum ſi-gnificat partes fuiſſe præſentes.

GLOSSA III.

Non pręſumitur quis pręſens fuiſſe
niſi in inſtrumento id aſſeratur,
ut Paul. de Caſtro tradit in l. il-
1 lud, † col. fin. C. de ſacroſanct. ec-
cleſ. ſed ſi in inſtrumento hoc deſcriptum ſit,
2 ſtatur † inſtrumento, donec probetur contra-
rium, & volens probare contrarium, debet
id probare per aliam ſcripturam, uel per te-
ſtes omni exceptione maiores, l. optimam,
C. de contrahen. & committ. ſtipul. Et quia
3 † præſentia non includit intelligentiam, ma-
ximè, quando quis atteſtatur de pręſentia te-
tij, ut dictum fuit ſuprà, in Clauſula, teſtium:
ſuper verbo, teſtium, in Clauſula, conſenſus
conſanguineorum, uerbo præſentia.

Et quia etiam ad hoc ut ualeat uenditio
quæ conſenſu contrahitur, l. ſi ſtipuler, §. f
ff. de verb. oblig. & tradit Fab. d. tract. 1. q. de
4 bet † de conſenſu emptoris conſtare, & de
emens rem recipere, & promiſſionem acce-
ptare, ut in donatione loquens tradit Paul.
de Caſt. d. l. illud, tradit Balb. in tractat. præ-
ſcript. 1. par. 4. part. principalis, 3. q. nu. 3. &
dicetur infrà, propterea apponuntur ſequen-
tia verba. Sed quando ſumus in alio contra-
ctu, ut in ſtipulatione, quæ non poteſt fieri, ni
ſi utraque parte præſente, & tunc ſecùs eſt,
5 ut per Paul. ibi, & propterea † ſi in inſtrumen-
to erit ſcriptum uerbum, promiſit, præſumi-
tur partes fuiſſe præſentes, ut per eundem
Paul. poſt Bart. in l. Titia, §. penult. de uerbo.
oblig. & dicetur infrà ſuper ſtipulatione no-
tarij, uerbo præſenti.

Ementi, & recipienti.

S V M M A R I A.

1 Recipere, uerbum, non importat regulariter do-miniј translationem niſi adijciatur generi, uel quantitati promiſſæ in genere.

Licet contrarium Bartolus ſenſiſſe uideatur.

GLOS-

GLOSSA IIII.

VErbum, recipere, non importat dominij translationem, sicut nec uerbum tradere, sed si adijciatur
1 generi †uel quantitati promissę in genere, tunc propter adiunctum, importabit translationem dominij, ut tradit Bart. & sequuntur Paul. & Ias. in l. naturalis, §. & si quidem, per illum text. ff. de præscript. verb. & Moder. in l. cum mota, C. de transf. vbi Bart. videtur uoluisse contrarium, refert igitur, cui adijciatur, nam si promitto te recepturum rem aliquam in genere, & tunc importat me translaturum dominium, si verò in specie, secùs, cum de natura uenditionis id non veniat, ut supra dictum fuit.

Pro se, & suis hæredibus.

S V M M A R I A.

1 *Emptio fieri potest pro persona nominanda.*
Emptionis persona in conditione poni potest.
Emptio facta pro nominando nulla subsecuta nominatione valet pro recipiente.
Emptio pro se, & nominando valet.
Nominantis confessio sufficit vt ius quæratur nominato si tamen nominatus sit præsens.
Emptione facta pro persona nominanda si nominatio fiat, debet esse simplex, neque potest alterari, nec nouæ conditiones apponi.
2 *Emere quis censetur pro se, & hæredibus licet expressè non dicatur.*
Hæredibus suis, & sibi quis in dubio præsumitur voluisse prouidere.
Stipulatio omnis, & ad hæredes, & contra hæredes transit.
Vsusfructus, & seruitus personalis non transit ad hæredes.
Clausula pro se, & hæredibus operatur quod etiam res transeat ad hæredes in casibus in quibus regulariter non transiret, & ideo cautè apponitur.

GLOSSA V.

1 EMptio †etiam potest fieri pro persona nominanda, & persona emptoris in conditione poni potest, ut decidit Bald. in l. in uendendis col. pen. 3. quæst. nu. 12. & ibi etiam Salic. 3. quæst. C. de contrahen. empt. vbi dicunt ualere uenditionem factam per aliquem pro titio, aut Seio, prout ipse declarauerit, modo declaratio sequatur, quia secũdum eos, aliàs non valeret contractus, ut per eos ibi; Sed quod ualeat etiam persona non nominata pro se, & hæredibus suis, probatur in l. 4. & ibi hoc tenet expresse Franc. de Albergo, de Aretio, C. de contrahen. & commit. stipu. & in promissione facta pro nominando, quod valeat pro recipiente, nulla subsequuta nominatione, tenet Bald. in l. 1. in fine princ. ff. de pact. & in l. cum post, §. gener. ff. de iure dot. in lectura antiqua, & in vẽditione tradit Fab. de Monte Sancti Sauini, d. tract. 3. principali q. 12. q. Alex. in cõs. 232. nu. 3. 6. vol. & Dec. cons. 543. nu. 4. de quo per Francisc. Marc. q. 506. 2. parte, Et quod valeat emptio facta pro se, & nominando, tenet ẽt Socin. cons. 228. 2. col. vol. 2. ubi tenet, quod confessio nominantis sufficiat, ut ius quęratur nominato, quod intelligendum est, si nominatus sit pręsẽs, & acceptet, uel alius eius nomine. Anch. in cons. 126. Ad dubia elicita, & sequitur Socin. cons. 61. nu. 12. 4. uol. Quando autem fit nominatio, debet esse simplex, & non potest alterari, nec possunt nouæ conditiones apponi, ut latè per Dec. d. cons. 543. 1. dubio.

2 Licèt ista uerba non essent addita, tamen res †censerẽtur emptę etiam pro hęredibus, quia in dubio quis censetur uelle sibi, & hæredi suo prouidere, l. si pactum, in fine, ff. de probat. & l. si necessarias, §. penul. ff. de pign. actione, sic & omnis stipulatio, tam ad hæredes, quàm contra hæredes transit, l. veteris, C. de contrahen. & commit. stip. fallit in duobus casibus not. per glos. in d. l. si pactũ, quando actum est, ne transeat ad hæredes, uel quãdo res est talis naturę, quod ad hęredem non transit, ut usufructus, & seruitus personalis. Ista tamen expressio ad cautelam non potest obesse, sed prodesse, quia etiam in casibus, in quibus esset dubium, uel certe non compræhenderẽtur hæredes, per istam expressionem res ad eos transiret, & compræhenderentur, l. stipulatio ista, §. si quis ita, & §. sequen. ff. de verb. oblig. vbi stipulatio vsusfructus ad hęredem transit: tali tamen casu debet animaduertere notarius, ad intentionem partium, ut talia verba non addat, nisi de earum consensu, & uoluntate, de ista materia etiam aliàs fuit dictum suprà in Clausula, obligationis, verbo, per se, & suos hęredes, & tradunt Moder. in l. hæredem, ff. de reg. iuris.

CLAVSVLA XVIII.

Et Antonio filio Baptistæ de Raynaldis.

S V M M A R I A.

1 *Filius viuo patre præsumitur in eius potestate.*
Filius in potestate patris existens triplex peculium habere potest, castrense, quasi, paganum, quod scinditur in aduentitium, & profectitiũ.

Castrensis peculij appellatione quid ueniat.

2 *Peculium quasi castrense quaenam personae habere dicantur, & quale sit huiusmodi peculiũ.*

3 *Tabellionum lucrum quasi castrense peculium est.*

4 *Procuratores an habeant quasi castrense peculium.*

5 *Procuratoris officium vilißimum est de quo tamen uide hic.*

Procurator, & patronus causae an idem sint.

Aduocatus dicitur proprie causae patronus.

6 *Profectitium peculium quod ex bonis, vel occasione bonorum patris proficiscitur.*

7 *Aduentitium peculium quod filius acquirit ex alia causa quam ex bonis, vel contemplatione patris ex tota industria, uel prospera fortuna.*

Filiusfamilias in castrensi uel quasi habetur pro patre habet enim in illis, & proprietatem, & vsufructum.

Profectitium peculium & quo ad proprietatem, & quo ad usufructum spectat ad patrem.

Aduentitium peculium quo ad proprietatem ad filium, quo ad vsufructum ad patrem pertinet.

8 *Aduentitia bona sint, an profectitia quomodo, & ex quibus coniecturis praesumatur.*

9 *Filius emens de pecunijs patris proprio nomine, uolente & consentiẽte patre, sibi acquirit, quia pater praesumitur sibi donare.*

Filius acquirens nomine proprio de bonis patris, ut quando filius est pauper, & non industriosus, & pater diues, debet communicare fratribus.

Et idem si per tertium nomine filij bona sint empta.

Filius emendo proprio nomine, sibi dominium nanciscitur, sed tamen pretium tenetur restituere.

Filius ex illicito lucro vt ex usuris, vel ludo acquirens, non acquirit patri.

10 *Filio negotianti cum paterna pecunia quae pars lucri debeatur.*

GLOSSA I.

Quia filij persaepè emunt, & acquirunt bona, & dubitatur ad quem dicta bona pertineant, cum sint in potestate patris, an ad patrẽ ipsorum, uel ad ipsos, & eorum hęredes, filius

1 † enim viuo patre praesumitur esse in eius potestate, l. si filius, ff. de probat. & l. si emancipati, ubi not. Doct. C. de colla. tradit Cępol. Cautela 118. Quis in dubio. Cor. conf. 204. col. 3. 3. uol. & latè declarat Alciat. tract. praesump. 2. Regula 2. pręsumptione, & Boer. decis. 197. nu. 2. Propterea pro decisione huius dubij sciendum est, filium in potestate patris existentem, triplicis speciei peculium habere posse, ut Imperator declarat in l. fin. in princ. C. de inoffic. test. scilicet castrense, quasi castrense, & paganum, quod in duas scinditur partes, scilicet profectitium, & aduẽtitium; Et ita hanc diuisionem tradidit etiam glos. in verbo, procedat, in §. 1. Inst. per quas person. nobis acquir. licèt glos. quadruplex esse voluerit ponendo membra pagani pro duabus speciebus, in l. cum oportet, in princ. verbo exceptis, C. de bon. quae lib. & ibi Bald. eam sequitur, & unumquodque ex ipsis quatuor declarans, quod etiam tenet Abb. in Rubrica de pecul. cleric.

Castrense igitur peculium continet res mobiles, quę eunti in militiam à patre, uel à matre uel alijs, ut propinquis donatae sũt. Itẽ quae in castris per occasionem militię quęruntur, in quibus sunt etiam haereditates eorum, qui non aliàs noti esse potuerunt, nisi per militiae occasionem, etiam si res immobiles in his erunt, nec non omnia empta ex castrensi peculio, ita ad literam est tex. in l. 1. C. de castrensi pecul. lib. 12. & tradit Aret. in d. §. 1. nu. 2. Instit. per quas person. nob. acquir. & idem probatur in l. castrense, ff. eo. tit. hoc enim castrense peculium solum habent milites quicunque, l. fi. C. de Castr. pec. lib. 12. & toto eo. tit. ff. & C.

Quasi castrense peculium est, quod acquirunt magistri liberalium artium, medici, clerici, & aduocati, de † publico, ut dicit glos. castrensibus, in d. §. 1. quã ibi sequuntur Doct.
2
Et idem erit de Salarijs, quod percipiunt aduocati, licèt non de publico, sed à priuatis personis, ex quo successit in locum illius publici, ut per glos. in l. fori, C. de aduoc. diuer. iudicior. & ibi tenent omnes, per illum te.

3 & idem erit in lucro † tabellionum, ut per glos. in verbo, memo rialibus, illud uerbum intelligens in notarijs, in d. l. fin. C. de inoffic. test. Idem tenet Por. in d. §. 1. & idẽ Bald. in d. l. fori, licèt aliud uoluerit in d. l. cum oportet, in princ. & idem quod in d. l. fori, uoluit idem Bald. in d. l. fin. & quòd istae personae etiam quod non habeant salarium de publico, quasi castrense peculium acquirant, est communis opinio, ut tradit ibi Ias. 1. col. & de notario est decisio Tholos. quaest. 10. vbi prędicta tenet etiam Steph. Aufr. in addit. & praedicta latissimè comprobat Alex. cons. 2. 6. vol. & idem tenet Paul. de Cast. in l. fin. C.

4 qui test. fac. poss. sed in procuratore † dubium est, nam Bald. ubique tenet in locis praedictis, ipsum non habere quasi castrense peculium, cum sit uilissimum officium, quod etiã infami non denegatur, §. fin. Inst. de except. & idem tenet Aret. d. l. fori, & sequitur Alex. in cons. 133. nu. 4. 7. vol. & idem tenet Ias. in Rubr. C. de procurat. in fine. Et quod officiũ procu-

procurationis sit uilissimum, probatur ex l. si
5 quis procurationem, C. de Decur. † li. 10. vbi Bart. & alij, & tenet Bertr. in cons. 313. nu. 4. 3. uol. ultimo impressorum. Idem tradūt Baldus, Alexan. & cęteri, in l. fructus, C. de procur. Felin. in Rubr. de testib. cogend. Dec. & Cagnol. in l. inuitus nemo, ff. de reg. iur. ubi dicunt, propter utilitatem officij, quem non posse cogi officium procuræ assumere, limitando tamen, ut ibi per eos. Est bene verum, quòd Alex. in d. cons. 2. tenet in terminis nostris contractum in procuratore, per text. in d. l. fin. verbo, patronis causarum, & per alia ibi adducta per eum; sed ille textus non uidetur loqui de procuratoribus, sed magis de aduocatis, ut probatur in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudicior. ubi accipitur patronus causæ pro aduocato, & quod magis patronus causæ interpraetetur aduocatus, quàm procurator, ostēditur ex relatis per Bud. in suis interpraetat. in l. minoris, ff. de pœn. Alciat. in ca. quinto, 2. lib. Parerg. suorum, licèt Bud. loco præallegato velit de proprio uerbi significatu, patronum causæ ab aduocato distare, sed opinio Alex. fortè posset procedere in suo casu, in quo consuluit, scilicet in procuratore ciuitatis habentis particulare Collegium, in quo non admittuntur nisi idonei moribus, & scientia, & qui etiam sunt de Collgio notariorum, & gaudent honoribus, & dignitatibus notariorum, prout per statuta Ferrariēsia in procuratoribus dispositum est, inhumanum enim esset huiusmodi uiros approbatos iuris peritiores notarijs, non admitti ad huiusmodi priuilegium, ut quòd ex eorum officio quærunt, non sit quasi castrense peculium, & pro tali habeatur, & ità fortè poterit saluari opinio Alex. sibimet contradicentis ut supra.

Profectitium peculium est, quod proficiscitur ex bonis, vel occasione bonorum pa-
6 tris, d. §. 1. † Inst. per quas person. nob. acquir. & d. l. cum oportet, in princ. vbi Bald. & tradit Ioan. de plat. in d. §. 1.

Aduentitium verò quòd filius acquirit ex alia causa, quàm ex bonis, vel contemplatio-
7 ne † patris, ex sua industria, vel prospera fortuna, d. §. 1. & d. l. cum oportet, in princ. & tradunt ibi Doct.

Primis duobus casibus, scilicèt in peculio Castrensi, & quasi castrēsi, filius habetur pro patrefamiliàs, cum bona talia sibi quærātur quo ad vsumfructum, & proprietatem, d. l. fin. C. de inoffic. test. & d. l. cum oportet, & d. §. 1. & ibi not. tertio verò casu quo ad peculium profectitium quo ad vsumfructum, & proprietatem acquiritur patri. Quarto casu in aduentitijs acquiruntur bona aduentitia quo ad vsumfructum patri, quo verò ad proprietatem filijs, d. §. 1. & d. l. cum oportet, in princ.

Modo pro solutione dubij antedicti aut cōstat ex quo peculio filius quæsiuerit bona, & tunc stamus certo: quia in incertis non cer-
8 tis locus est † coniecturis, l. cōtinuus, §. cum ita, ff. de verbor. oblig. in dubio autem probare debet agens, qui non possidet, iuxta l. ei qui, ff. de probat. tamen probatio fiet per coniecturas, quia inspiciendum est an filius sit industriosus, uel diues, & pater pauper, ut tunc magis pręsumātur aduētitia bona, quàm profectitia, sicut è contrario præsumerentur profectitia, ut per glos. in d. §. 1. & d. l. cum oportet, & ibi communiter Doct. Bal. in Aut. Ex testamento, c. 11. C. de collat. Abb. consi. 36. In Dei nomine, circa primum 1. col. 2. uolu. Aret. cons. 31. Considerata, pen. col. Calca. latè cons. 18. vbi ponit plures coniecturas. Alex. cons. 171. nu. 5. 6. vol. & d. cons. 133. nu. 5. 7. vol. Corn. cons. 174. 182. & 285. in prin. 1. vol. & 540. col. pen. 4. uol. Socin. Cons. 92. col. fin. 1. uol. & consil. 61. 4. uol. & Crauet. cons. 61. nu. 8.

Notandum tamen est, quod quando filius
9 † emit de pecunijs patris nomine suo, ꝓprio, volente, & consentiente patre, & res sibi fuerit tradita, acquiritur filio, quia pater censetur donare, l. filiæ cuius, C. famil. ercisc. ubi not. Bar. num. 12. & Alex. nu. 19. in l. quæ dotis, ff. sol. matr. ita tradit. Corn. cons. 235. in primo vol.

Præterea etiam animaduertendum est, qđ quando sumus in casu claro ex coniecturis, quod acquisita nomine filij, sunt acquisita de bonis patris, ut quando filius est pauper, & non industriosus, & pater diues, tunc nihil releuat esse acquisita bona nomine filij, quia sunt communicanda fratribus, ut tradit Corn. dictis Consilijs 174. & 54. secùs ubi apparet contrarium, ut per Dec. consil. 670. Et idem erit si dicta bona essent empta per tertium nomine filij, quia nihilo magis filio acquiruntur, ut per Socin. cons. prædicto 61. Bene uerum est, quod filius emendo nomine suo, sibi rei dominium nanciscitur, sed tamē tenetur precium tali casu restituere fratribus pro eorum ratis, ut per Paul. de Castro, d. l. cum oportet, in princip. & Socin. d. cons. 61. nu. 8. si tamen ex illicito lucro, ut ex usuris, vel ludo acquireret filius, patri nihil acquireretur, ut per Bald. d. Auth. Ex testamento, d. c. 10. Alex. consil. 77. Circa primum, col. fin. vbi de acquisitis in ludo, 5. uol. & Dec. d. l. illius, col. fin. nu. 12.

Quando autem filius negociatur cum paterna pecunia, quæ pars lucri sibi debeatur,

ponunt

10 ponunt Doct.†in d.l.cum oportet,& in d.l. illud, & tradit Crauet. conſ.165.in princ.& Corn. in pluribus ex prædictis conſilijs Abbas d.conſil.36.Rom.conſi.469.quo ad primum ubi refert quamplures opiniones prout etiam facit in d.l.illud, & tradit etiam Baldus d. c.10.& in dictis locis communiter cõcludere uidentur Doct. quod in dubio dimidia pars lucri ſit filij,& habeatur pro aduenticia reliqua dimidia patris,niſi opera filij ſit æſtimata precioſior, adeo quòd arbitrio iudicis etiam maiorem partem conſequi debeât, quod totum in iudicis reſidet arbitrio. Dec. conſi.ultimo num. 20.& Menoch.de arbitr. iud.li.2.caſu,126.& Viui.opinio.136. in prima parte, Commun.opinionum Crot.conſ. 222.nume.11.& ſequ.Crauet.conſ.694. per tot. quod tamen non procederet, quando nomine patris negotiatũ fuerit, ut per Dec. alios allega ntem,d.l.illud,de quo dicetur infra,ſuper verbo pro dicto eius patre.

De Vincentia.

S V M M A R I A.

1 *Venditio regulariter cuilibet etiam forenſi fieri poteſt.*

2 *Statutum Ferrariæ, quod non fiat alienatio rerum immobilium in forenſes, an ſit fauorabile, an odioſum.*

3 *Statutum de non alienando in forenſes an extendatur ad mulierem originariam extra territorium nuptam.*

GLOSSA SECVNDA.

1 REgulariter cuilibet†etiam forenſi & extero res quælibet vendi poteſt, l.dudum, C.de contrahend. empt. & trad. Fab.d.3.quæſt.ſed tamen quandoq; per ſtatutum forenſes prohibentur in Ciuitate acquirere,prout eſt Ferrariæ. Quod quidem ſtatutum licèt uideatur odioſum cum ſit contra ius Ciuile, Canoni-
2 cum, &†Diuinum, ut oſtendit Barb.conſil. 43.col.9.& ſequent.lib.primo tamen ex quo eſt introductum fauore publicæ utilitatis, ut onera Ciuitatis facilius ſuſtineantur per habitatores loci, & collectæ facilius exigãtur, cenſetur fauorabile,ut per Bo.conſ.505.Circa propoſitum,3.col.& ſequuntur Moderni in §.diui,infra allegando,ubi Ripa,num.80. Et propterea ualet & tenet ut poſt Bar.communiter concludunt Doct.in l.filiusfamilias §.diui,de legat.1.in 3.quæſt.& latè hanc materiam proſequitur Barb. in rubr. de rebus Eccleſ. non alien. ubi ponit 17.limitationes ad illud ſtatutum, & nonnullas addunt Mo-
3 der. maximè Crot. d.§.diui, & ampliat†ibi Crot. nume.87. procedere etiam in muliere originaria nupta extra territorium poſt Caſtro, quem allegat, cuius contrarium uoluit Ioan.de Amic.conſ.20.nume.2. poſt Bar.ibi per eum allegatum, & de hoc ſtatuto, quod iuramentũ non ualidet contractum, & quod non debeatur etiam rei æſtimatio,plura ſcribit Rom.quem ſequitur Ripa, d.conſil.105. & quod illud procedat etiam in præſcriptione forenſis,tradit Ruin.conſ.75.nu.8.1.uol. & ſuper eo plura ſcribit conſil.203.num.18. 2. uol. & conſil. 139. in 5. uolum. quæ cum ſint impertinentia ad hanc materiam, miſſa faciam.

Habitatoris Ferrariæ in dicta contrata.

S V M M A R I A.

1 *Habitator et incola eſt ſuppoſitus ciuitati in qua habitat, & tenetur ibi ſoluere collectas.*

2 *Patris habitatio præſumitur & filij habitatio.*

GLOSSA III.

1 PEr hęc verba tollitur dubium ſtatuti, de quo dictum eſt in præcedenti Clauſula, nam habitator†ſicut incola ſuppoſitus eſt ciuitati, in qua habitat, & tenetur ibi ſoluere collectas,l.reſcripto, §.fin.ff.de mun.& honor.licèt tamen quis non teneretur ratione ſolius poſſeſſionis rei, l.cum neque, C.de incol.libro 11.& notandum eſt,quod licèt hic dica-
2 tur de patris habitatione,tamen†illam et cẽſetur filij habitatio, Bald.in l.1.§.illud quoque,C.commun.de manumiſſ.cætera de habitatione dicta ſupra fuere,in Clauſula, Habitator.

Præſenti,ementi, & recipienti, pro dicto eius patre,& ſuis hæredibus.

S V M M A R I A.

1 *Filiusfamilias acquirit quidquid acquirit,patri directè.*

Acquiretur etiam nomine abſentis ſecuta ratihabitione.

2 *Dominium acquiritur ei cuius nomine contractus celebratur.*

3 *Filius ſi negotiatur patris nomine, totum illud quod acquirit patri acquirit.*

Filius ſi rem à ſe emptam deſcribi patiatur ad æſtimum patris,ſibi præiudicat.

Frater

4 *Frater si faciat describi in æstimo communi prædium suo nomine emptum tamquam commune cum fratribus, sibi præiudicat.*
5 *Absenti non acquiritur nisi aliquis pro illo recipiat.*
Emens pro se & Titio, sibi tantum non Titio acquirit.
6 *Emens pro illo, vel illis quos nominabit, si nominatio facta fuerit illis absentibus, & nemine pro illis recipiente, illis non acquirit.*

GLOSSA IIII.

1 Acquiritur†patri per filium, quem habet in potestate, Instit. per quas person. nob. acquir. in princ. & §. 1. & d. l. cum oportet, in princip. secundum distinctionem supra positam, & hoc directè secundum Bald. in l. prima, num. 11. C. per quas person. nob. acquir. secùs verò per alterum extraneum, quia directè non sibi quæritur, sed opus est quod extraneus recipiat noĩe absentis, & sequatur ratihabitio, ut per Bar. & alios in l. stipulatio ista, §. alteri, de verb. oblig. & per Dec. in l. quæ tutela, §. nec paciscendo, de reg. iur. in fi. & quod non acquiratur directè tradit Aret. in §. cum aũt, Instit. de adopt. nec acquirit actionem directam absenti, sed sibi tantum, ut per Corn. cons. 50. col. 4. 1. uolum. sed quando filius nomine patris emit, tũc proculdubio patri quærit rei dominium, sicut facit procurator emens rem nomine domini, l. si procurator, ff.
2 de acquir. rerum domin. dominium†enim acquiritur ei, cuius nomine contractus celebratur. Dec. consil. 99. in princ. per regulam l. si ego, de negot. gestis. Et si filius negotiatur nomine patris, totum illud quod acquiritur,
3 patri acquiritur, ut†per Paul. & Corn. dicta l. cum oportet, in princip. Calc. d. cons. 18. in princ. & col. 10. Rom. consil. 469. 2. col. Socin. cons. 92. col. antepenult. Ias. & Dec. in l. illud, C. de collat. & Crauet. cons. 165. num. 4. licèt Corn. aliter tenuerit, cons. 285. col. 2. primo uolum. Thob. Non. cons. 92. nume. 3. & seq. immo si filius rem per ipsum emptam fecerit describi ad æstimum patris, sibi pręiudicat, quia acquiritur patri. Alex. cons. 133.
4 num. 4. uolum. 7. Et idem est in fratre†facien te describi in æstimo communis prædium suo nomine emptum tamquam commune cum fratribus, tunc omnibus quæritur. Angel. & Ioan. de Plat. in l. rura, C. de omni agro deser. lib. 11. & tradit Alciat. tractat. præ sumptio. 3. reg. præsumptione 17. num. 3. De
5 bet † tamen aliquis recipere nomine absentis, nam si dicamus, emo mihi, & Titio, mihi tantum non etiam Titio acquiro, l. fundus ille, de contrahenda empt. secùs verò si dicatur emó recipiendo pro me & Titio. ita Bal-
6 dus, cons. 124. Domina Agatha, 2. uol. sed†si quis emit pro illo, uel illis, quos nominabit, & nominatio facta fuerit eis absentibus, & nemine pro eis recipiente acquiratur illis nominatis, consultus respondit Anchar. quod non, in cons. 127. Ad dubia elicita, & sequitur Socin. allegato Cons. 61. nu. 12. in quarto uolumine.

Et mihi notario infrascripto.

SUMMARIA.

1 *Notarius potest rem emere nomine absentis, vel aliter etiam ex quocumque contractu acquirere.*
2 *Notarius absentem obligare non potest.*
3 *Notarius recipiens nomine absentis acquirit dominium rei, & etiam possessionem.*
4 *Notarius an posset pro absente stipulari olim ambigebatur.*
Hodie vero certum est posse tam de iure, quam de generali consuetudine.
Et hoc approbatur per practicam totius mundi.
5 *Notarius potest acquirere pro nondum natis.*
6 *Notarius stipulari potest impersonaliter pro omnibus & singulis quorum interest, aut interesse posset, vel poterit in futurum.*
7 *Notarius de consuetudine stipulatur etiam præsenti quod est magis superfluum, quam necessarium.*
8 *Notarius an teneatur facere cessionem iuris, & actionis ad hoc vt stipulatio pro absente ab ipso facta ipsi absenti prosit.*
9 *Notario absenti stipulante, lex est quæ ipsius ministerio absenti acquirit.*
10 *Notarius acquirit absenti quando est rogatus ut absenti stipuletur.*
11 *Notarius non potest conficere instrumentum de aliquo nisi rogetur à partibus.*
12 *Notarius stipulans, partem omnia rata & grata habituram, censetur absenti actionem quærere.*
13 *Notarius si in eodem instrumento duos fecerit contractus, & vnum tantum stipulatus est, vtrique non quærit, sed ei tantum pro quo est stipulatus.*
14 *Notarius si in fine instrumenti apponeret clausulam, quæ omnia suprascripta per me notarium stipulata fuerunt, non acquireret actionem absenti.*
Stipulari pro legere, & publicare.
15 *Notarius sibi non acquirit si is pro quo ipse emit,*

vel

vel stipulatus fuit non vult sibi acquiri, & ratio.

Secus tamen in alio pro absente stipulante, vel contrahente quia repudiante absente sibi acquiritur.

GLOSSA V.

NOtarius potest rem emere nomine absentis, ut Bart. tradit in l. nec
1 ei, §. eorum, †num. 4. ff. de adopt. & latius prosequitur Corn. cons. 50. primo uolum. ferè per totum, & nedum ex contractu uenditionis potest acquirere notarius absenti, sed etiam ex quocumque alio contractu iure gentium inuento, licèt eius potestas sit de iure ciuili, ut per Bald. d. §. eorum, & Bald. in d. l. nec ei, §. satisdatio, num. 7. & in l. non aliter, prima lectura, de adopt. in cons. 200. Verba Cyni, 2. uolum. & Aret. in §. serui, de iure person. & in §. cum autem,
2 de adopt. non tamen †potest obligare absentem, si tamen aliquis vult inniti emptioni eius nomine per nostarium factæ, & sibi acquirere tenetur soluere precium, & agendo ex eo contractu, censetur ipsum approbare, & se obligare ad precium. Bar. d. §. eorũ, Baldus, d. cons. 200. quod in omnibus contractibus ultrò citroque obligatorijs procedere tradit Rube. Alex. cons. 117. nume. 5. Et per
3 †notarium recipientem nomine absentis, acquiretur dominium rei interueniente uera, uel ficta traditione, Bald. loquens in infante, in l. si quis emancipatum. C. de donat. & fuit conclusum in Parlamento Delphinali, ut tradit Guid. Pap. quæstio. 49. & sequitur Dec. in l. quo tutela, §. nec paciscendo, ad finem, de reg. iur. & idem tenet Rube. d. cons. 117. nume. 3. sicuti etiam acquiritur possessio, ut per Socin. cons. 90. nu. 9. 3. uol. Et sicut
4 acquiritur per contractum, ità etiam per †stipulationem notarij actio quæritur vtilis absenti, licèt olim inter antiquos non modica esset controuersia, numquid notarius in extraiudicialibus, & conuentionalibus posset pro absente stipulari, in qua parte negatiuam affirmauit Innoc. in c. dudum, de conuers. coniug. & nonnulli alij, quos allegant Bartol. & Doctor. in dicto §. eorum, & idem tenuit Angel. in consilio 73. In statuto, in fine & Bartol. videtur cum ea transire, quando instrumentum non est guarentigiatum, & non habet executionem ex forma statuti, in l. possessio, §. etsi possessio, de acquirend. possessione, & Aretin. in dicto §. serui, numero decimotertio, Institut. de iure personar. & quod magis de consuetudine, quàm de iure procedat, dicit Baldus, in l. nec aliter, prima lectura, de adoptio. & in l. prima numero 12. C. per quas person. nob. acquirit. uidetur se. qui prædictam opinionem non extante consuetudine, & quod sit de consuetudine, tenet etiam idem Bald. in consilio 146. Præmissis verbis, numero octauo, uolumine secundo, nam hodie tam de iure, quam de generali consuetudine quod notarius possit pro absente stipulari, & recipere etiam in conuentionalibus, & extraiudicialibus, expeditum est, ut tenet Bartolus, in dicto §. eorum, & in dicta l. secunda, ff. rem pupilli salu. fore, Baldus, dicto §. satisdatio, & in consilio 200. Prędicto in secũdo, & in consilio 238. Licèt sint diuersę opiniones, quinto, volum. Andr. de Isern. in §. item sacramenta, col. quinta, de pace iur. firm. Oldr. cõsilio trigesimo, Factum tale est, & dicit Baldus, in l. Caius, de usurp. quod hęc opinio approbatur per practicam totius mundi, & hanc esse hodie communem opinionem dicit Abbas dicto capitulo dudum, & in procem. Gregor. numero uigesimosecundo. Quam etiam sequuntur communiter Doctor. in l. stipulatio ista, §. si stipuler, de verborum obligatione, ubi dicit Ias. quod est communis opinio, & communis obseruantia. Eam etiam tenet Aretinus, in dicto §. cum autem, numero quinto, Card. consilio 83. Reuerendissimus in Christo pater, numero quinto. Aretinus, consilio 40. Diligenter, secũda columna, Roman. consilio 513. In casu propositæ, Alexander consilio 63. numero 31. in sexto, & 53. numero quarto, in septimo uolum. Socin. consilio 125. Visa, in fine, & dicto cõsilio 90. numero nono, Corne. dicto consilio 50. in princ. & consilio 129. columna secunda, in secundo 139. in fine. in tertio, & consilio 20. secunda columna, in quarto uolum. & ità fuisse decisum in Neapolitano Consilio testatur Afflict. decisione 135. ad finem. & idem tenet decisione 393. numero octauo, Ioan. de Amic. consilio 126. numero quinto, Bert. consilio 99. numero tertio, prima parte, priorum. 279. ad finé tertia parte priorum, & consilio 156. numero quinto, in primo uolum. posteriorum, ubi dicit, quod est communis, & consuetudine approbata. Decius, consilio 407. nume. 14. & latè consilio 607. numero nono, et sequenti. Rubeus dicto consilio 117. et consilio 91. in fine. Galiau. in Rubrica de uerborum obligatione, colum. 42. Ruin. consilio 119. numero 7. consilio 126. numero 9. et 172. numero 15. in primo uolum. et consilio 41. numero quinto, et consilio 47. numero secundo, et sequent. quinto uolum. Guido Papæ, d. quest. 49. Parisius, consilio 78. numero 49. et consilio 82. numero secundo, primo uolum. et consilio

silio 690. numero 135. & 88. numero 90. & sequent. 3. volum. & Alciat. in repet. capituli cum contingat, numero 231. & sequen. de iureiur. & Andr. ab Exea, in libro seu tracta. de part. numero 179. & pluribus sequent. numero ... & nedum pro absentibus notarius
5 stipulari, & acquirere potest, sed † etiam pro nondum natis, ut tradit Guido Papæ consilio 60. numero 9. & Boer. decisione 175. nu-
6 mero quinto. Et ita † etiam stipulari potest impersonaliter pro omnibus & singulis, quorum interest, aut interesse posset, uel poterit in futurum. Bartolus, & Paul. de Cast. dicta l. secunda, ff. rem pupilli sal. fore. Paul. dicto §. si stipuler, quem legit cum §. alteri, penult. col. Card. dicto consilio 83. numero 5. Corne. dicto consilio 139. in fine, in tertio. Dec. dicto consilio 407. numero 14. Ruin. dicto consilio 126. numero nono, & Paris. dicto consilio 82. numero secundo, primo uolum. & dicit Ioan. de Amic. in dicto consilio 126. numero tertio, quod notarij in quolibet contractu de consuetudine omnium generali, inserunt, et stipulantur illam Clausulam generalem, uidelicet, unde ad futuram rei memoriam, & ad cautelam prædictarum partium, & omnium aliorum, quorum interest, & interesse poterit, factum est hoc præsens instrumentum, &c. quam Clausulam, non memini me vidisse appositam in aliquo instrumento, licèt utilissimum fore etiam apponi non dubitauerim, fortius dicit Abbas in dicto procem. Gregor. numero uigesimo-
7 secundo, quod † de consuetudine etiam præsenti notarius stipulatur, quod quidem magis superfluum, quàm necessarium esse arbitror, et ex ista stipulatione notarij quæritur ius, & actio, pro quo est stipulatus sine ali-
8 qua cessione † facienda per notarium, quod in priuata persona secùs est. Bartolus, dicta l. secunda, ff. rem pupilli salu. fore, ubi tamen consulit, quod fiat cessio, si haberi potest notarius, et idem quando est instrumentum guarentigiatum, quod non requiratur cessio, tenet idem Bartolus, dicta l. possessio, §. et si possessio, et sequitur Roman. in consilio 72. In causa nobilis, in principio, sed qd quando abest notarius, non sit opus cessione, tenet Baldus, dicto consilio 238. in quinto uolum. sed quod indistinctè nullo casu opus sit cessione, tenet idem Baldus, in dicto §. satisdatio, numero quinto, et in l. prima in fine, ff. de his qui sunt sui, uel alien. iur. et in l. prima, §. exigere, ff. de magistratibus conuenien. et in l. exequutorem, num. 16. quinta colum. C. de execut. rei iudic. et hæc opinio et uerior et communior est, quicquid tenuerit Angel. dicto consilio 73. in fine, quam etiam ultra Bald. in locis prædictis tenet Aretinus, in dicto §. cum autem, nume. 7. et plerique ex suprà allegatis Doctor. maximè Socin. dicto consilio 125. in fi. Corn. dicto consilio 50. col. 4. Dec. dicto consilio 407. numero 14. Ruin. dicto consilio 119. & Rube. dicto consilio 117. nume. 4. & Andr. ab Exea, dicto tractatu, numero 185. Cagnol. in l. si librarius, numero 64. ff. de reg. iur. Nam quan-
9 do † notarius stipulatur, est lex, quæ eius ministerio acquirit absenti, vt tradit glos. & Baldus, in dicta l. prima, in fin. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. & Rube. dicto consilio numero 3. & numero 7. & notandum est, prædicta procedere, quando notarius à partibus
10 † rogatur, ut stipuletur pro absente, quia aliàs non acquireret absenti, ut tradit Iason, in dicto §. si stipuler, columna sexta, & sequitur Marsil. Sing. 663. Notarius, per not. per Angel. dicto consilio 173. & per nonnulla iura ad hoc per eos allegata, quæ non loquuntur, nec dicunt hæc, ad quæ allegantur: dictum tamen eorum est verum in se, quia notarius
11 † non potest conficere instrumentum de aliquo, nisi rogetur à partibus, vel vna ipsarum, vt Deo fauente dicetur infrà in fine Tractatus, super subscriptione notarij. Et scien-
12 dum est etiam, quod sufficit † notarium stipulari, partem omnia rata & grata habituram, quia tunc censetur absenti actionem quærere, vt tradit Parisius, dicto Consilio 88. numero 91. & sequent. in tertio, sed si in eodem instrumento fierēt duo contractus, ut
13 duæ donatiores, & notarius † tantum vnam stipularetur, non quæreret vtrique sed tantum ei, pro quo stipulatus est, vt per Corne. dicto consilio 129. tertia colum. in secundo, & declarat Parisius, dicto numero 91. sed
14 si in fine instrumenti notarius † apponeret Clausulam, Quæ omnia suprascripta per me notarium vulgariter stipulata fuerunt, non acquireretur actio absenti, ut fuit conclusum in Consilio Neapolitano secundum Capic. decisione 73. in fine, & rectè, quia illa verba non sonant quod notarius stipulatus fuerit pro aliquo, seu receperit, accipiēdo verbum, stipulatus, pro stipulatione, quæ fit, interrogatione præcedente, & responsione subsequente, ut l. prima ff. de verborum obligatione, & Institut. eodem, in princip. sed quod notarius tantum stipulatus fuerit, idest legerit, & publicauerit instrumentum, quod ostendit illud verbum, vulgariter, & sic potest dici non interuenisse stipulationem, secùs autem si apponeretur Clausula, quam describi Ioan. de Amic. dicto consilio 126. de qua suprà dictum est.

15 Sed ponamus, quod is † pro quo notarius emit,

emit, vel stipulatus fuit, non vult sibi acquiri, numquid acquiratur notario? & dictum est quod non, ex quo deficit consensus partium, qui fuit, ut illi absenti, non notario quæreretur, & quia cum sit nudus minister nihil debet penes eum remanere. Ita Bartol. dicto §.eorum, numero quinto, & Baldus, dicto §.satisdatio, numero octauo, & in dicta l. prima, §.exigere, & in l.si absentis, secunda, columna, C.si cert. petat. & in dicto consilio 200.numero quarto, Aretinus, dicto §.serui autem, & dicto §.cum autem, & Corn. dicto consilio 50.quarta columna, secùs tamen est in alio stipulante & contrahente nomine absentis, quia repudiante absente, sibi acquiritur, dicta l.si absentis, ubi Bart. & alij, quod intelligitur cum omnibus suis qualitatibus & conditionibus. Bartolus, Baldus, & Castr. in l.fundum, ff. de action.emption. & Alex. in consilio 24. Ponderatis, secunda columna 5. volumine.

Vt publicæ personæ.

SVMMARIA.

1 *Notarius persona publica, & seruus publicus dicitur à seruiendo quia publicè seruit, & publicum exercet officium.*

Notarius potest cogi exercere officium suum.

Notarius an dicatur exercere vtile officium.

2 *Notarius stipulans pro absente debet dicere promisit mihi tamquam publicæ personæ.*

Licet etiam si id non dixerit subintelligatur.

GLOSSA VI.

1 Publica persona dicitur notarius, vt est text. iuncta glos. in dicto §. cum autem, Institut. de†adoptione, aliàs autem notarius dicitur seruus publicus, ut in l.non aliter, ff.de adoption. & in l.secunda, C.eodem, in l.secunda, ff.rem pupil. salu. fore, in c. quamquam, de Vsur. in sexto, & in alijs locis, & dicitur à seruiendo, vt tradit glos. in dicto §.serui autem, Institut. de iure personar. & quia publicè seruit, vt per glos. in dicto §.cum autem, & in dicta l.secunda, & Bartolus, in dicto §.eorum, & in l.prima, C.de tabul. lib. decimo, numero octauo, vel quia publicum officium exercet, ut dicit gl. in dicto capitulo, quamquam, & potest cogi illud exercere, vt per Baldum, in Rubrica, C.de fide instrument. secunda columna, & per Paul. de Cast. in dicta l.secunda, ff. rem rat. haberi. & idem tradit Decius, allegans alios, in l.inuitus nemo, de regulis iuris. Angel. autem in consilio 283. Præmitto ad euidentiam, in princip. mauult notarium seruum publicum ideo appellari, quia vile habet officium, & publicè seruire tenetur, & cogi potest, quod non admitterem, repugnantibus supra adductis decisionibus, nam nec potest dici vile officium, ex quo potest illud cogi exercere, quia idem eadem ratione in officio aduocati, & Consiliatoris concludendum necessario esset, si quidem ipsi publicè officium aduocandi, & consulendi exercere de iure cogi possunt, ut not. Doctor. in l. inuitus, C. de procur. & per Decium, & alios, in dicta l. inuitus nemo, de regulis iuris, & tamen non est vile officium, ut supra aliàs tactum fuit. Et quando
2 notarius†stipulatur pro absente, debet notarius dicere, promisit mihi tanquam publicæ personæ, ex quo tanquam priuata persona stipulari non potest, ut dicit Baldus, dicto §.satisdatio, numero quinto, sed si tamen dicta verba non sint apposita, & notarius stipuletur, censetur stipulari tanquam publica persona, vt per Bartolum, in dicta l.secunda, ff. rem pupil. salu. fore, & Baldus, dicto numero quinto, Aretinus, dicto §.cum autem, numero sexto, & Capic. dicta decisione 73. numero quarto.

Præsenti, ementi, & recipienti pro prædicto Baptista, & suis heredibus.

SVMMARIA.

1 *Notarius stipulans pro absente, concipere ac formare debet stipulationem in persona propria, & recipere pro alio.*

Emere pro illo, vel emere illius nomine, paria sunt.

2 *Absenti numquid acquiratur ius ex stipulatione notarij sine ratificatione ipsius absentis, sunt variæ opiniones.*

Crebrior tamen, & verior opinio est ratificationem esse necessariam.

3 *Ratificatio non potest fieri per hæredes eius pro quo fuit facta acceptatio.*

Etiam si fuisset facta stipulatio nomine hæredum.

Vide tamen hic aliquos dissentientes, & distinguentes.

4 *Creditor potest agere aduersus debitorem uirtute confessionis ipsius debitoris descriptæ in instrumento, licèt notarius dixerit dumtaxat promisit, sed non expreßit cui promiserit neque ipse notarius stipulatus est nomine alicuius.*

5 *Promisit, verbum, importat stipulationem, & facit præsumi partes fuisse præsentes.*

Quod procedit etiam in scriptura priuata.

Promisit,

Promisit, uerbum, appositum in instrumento refertur ad notarium ut ipsi intelligatur facta promissio.

6 *Absenti acquiritur per contractum iuramento vallatum licet nulla addita sit stipulatio, vel addita quidem, sed inutilis.*

7 *Confessio iurata absente parte facta probat.*

8 *Donatio iurata non acceptata non valet nec ius tribuit hæredi ad acceptandum.*

9 *Venditio esse non potest sine re, quæ venditur.*

10 *Venditio omnium regulariter est permissa.*

GLOSSA VII.

1 Debet notarius stipulans pro absente, cōcipere, & formare stipulationem in persona propria, & recipere pro alio, nec enim posset directè, seu uerbis directis stipulari absenti, scribēdo, promisit, seu uendidit tali absenti, sed debet dicere mihi notario pro tali recipienti, uel stipulanti, ut tradit Bart. in d. §. eorum, in princ. & nu. 3. & in d. l. 2. ff. rem pupil. sal. fore, & Bald. in d. l. 1. col. pen. nu. 12. C. per quas person. nob. acquir. & in consil. prædicto 200. nu. 3. & melius quàm alibi in c. 1. ad fin. de fide instr. licèt idem Bald. contrarium uoluerit, in d. §. satisdatio, nu. 3. hoc etiam tenet Aret. d. §. serui autem, & d. §. cū autem, nu. 5. de adopt. Ias. in d. §. si stipuler, 7. col. & Capic. d. decisione 73. nu. 2. & Dec. d. §. nec paciscendo, & notandum est, quod tantum importat dicere ementi pro alio, quantum ementi nomine illius, ut tradit Cor. in d. consi. 50. 6. col. ad finem.

Sed non modica uidetur difficultas, num quid per stipulationem notarij acquiratur ius absenti sine ratificatione ipsius absentis?
2 In quo art. † Doctor. non benè conueniunt, sed inter se controuertunt, & pleriq; sibimet inconstantes fuere: nam quod absq; ulla ratificatione sequente acquiratur dominium stipulatione notarij, tenet Guid. Pap. dicta quæst. 49. & Socin. d. consi. 90. num. 9. ubi loquitur in acquisitione possessionis. Corn. d. consil. 50. col. 7. & d. consi. 2. 2. col. in 4. Bertrand. d. consi. 156. nu. 5. 1. uol. posteriorum, & Paris. d. consi. 69. nu. 135. in 3. uol. Ripa 3. lib. Respons. 111. nu. 7. Rube. d. consi. 117. nu. 5. Vbi tamen declarat non procedere in contractu vltrò citroq; obligatorio, quia opus est ratificatione, ad hoc ut quis sibi alteram partem obliget, iuxta ea quæ tradit Bar. in d. §. eorum, & supra dictum fuit, & hanc partem pluribus rationibus cōprobat Rui. in pluribus consilijs supra allegatis 13. 119. num. 7. 8. 126. nu. 10. & 172. nu. 15. 1. vol. & 41. nu. 5. & 47. nu. 2. 5. vol. Dicit tamen in d. consi. 172. num. 16. & 47. nu. 4. quod acquiritur absenti reuocabiliter, non irreuocabiliter, quia potest nolle sibi acquiri, & recusare acquisitionem: sicut potest legatarius cui est acquisitum legatum, vt per eum ibi. & pro ista parte facit decisio Baldi in l. cum a socero, ante finem C. de iure dot. quod quando notarius stipulatus est, uel recepit donationem pro absente ei acquiritur ius, quia non potest donator pęnitere. & hoc etiam tenēt Aret. Alexan. Socin. & Ias. in l. qui Romę, §. Flauius, ff. de verbor. oblig. Aret. consi. 74. Diligenter, & maturè. 3. dubitatione. Dec. consi. 58. 239. nu. 5. 293. 2. col. & 607. nu. 12. Ripa, lib. 3. respons. c. 11. nu. 8. Cagnol. latè in regula id quod nostrum, nu. 15. de reg. iur. Andr. ab Exea, d. lib. de pact. nu. 177. & sequent. & Crauet. consi. 19. nu. 11.

Contraria tamē opinio tam uerior, quàm crebrior videtur, & secundum eam bis scripsi in duabus causis non modici momenti: hanc enim tenent Alber. & alij antiqui per eum allegati, in d. l. non re, 1. col. de adopt. et Bald. in d. §. satisdatio, 6. quęst. loquens in pace recepta per notarium nomine absentis, quæ debet infrà tempus præfixum ratificari. Et hanc etiam tenet Paul. de Cast. in consil. 195. Visis his, 2. parte, nouissimorum, vbi loquitur in donatione recepta per notariū nomine absentis, & ipsum Paul. sequitur Dec. vbiq;, & maximè consi. 226. nu. 7. & 8. 247. nu. 5. 464. nu. 3. & 661. nu. 11. in d. l. contractus, nu. 16. & in d. §. nec paciscendo, in fine, ubi etiam idem tenet Cagnol. idem tenet Dec. in l. certi condictio, §. si nummos, 2. col. & in l. 1. nu. 22. C. de pact. hāc etiam opinionem tenet Bertr. sibi contrarius, in d. consil. 79. nu. 7. 2. vol. nouissimorum, & consi. 116. nu. 15. 2. part. priorum, & uidetur sequi in d. consil. 279. ad fin. 3. parte, 1. impressorum. Hanc eādem opin. quod non acquiratur possessio sine ratificatione etiam quod notarius recipiat constitutum nomine absentis, tenet Alex. l. quod meo, ff. de acquir. poss. licèt non loquatur quando notarius est stipulatus, & Socin. in l. 1. §. si iusserim, 2. col. eod. tit. & Dec. d. l. contractus, nu. 14. & d. consi. 226. nu. 5. idem tenet Curt. iun. consil. 52. nu. 13. 55. nu. 9. Et consi. 120. nu. 3. & 4. idem tenet Paris. latè examinans, in consil. 77. nu. 28. & sequent. & consi. 78. nu. 28. & sequent. 1. volumine.

Et licèt uideatur uoluisse sequi aliam opinionem in consil. supra allegato 69. nu. 135. tamen non eam firmauit, sed dixit se aliàs super hoc consuluisse de ueritate illius opinionis, & sic non videtur contrarium. & hanc etiā tenet Rube. sibi contrarius, in cons. 132.

ad finem,

ad finem. Hanc etiam opinionem tenet Alciat. latè discutiens, in c.cum contingat, nu. 231. & sequēt. de iureiur.& Andr.ab Exea. d.lib.de pact.num.188.& sequent.& Gal.in Rubr.de verb.oblig.nu.84.& Cagnol.d.l.si librarius, nu.64. vbi dicit quod est communis opinio quam totus mūdus obseruat, vbi alios allegat, & latius in l.fin. nu.273.C.de pact. quod admittit Gozard. consi.14.nu.8.

Est bene verum, quod censetur acquisitū ius absenti, ex stipulatione notarij, ad hoc vt donatio, seu stipulatio, vel alius contractus non possit reuocari per donantem, promittentem, seu contrahentem, & ad hoc vt absens possit acceptare, & ita loquuntur Bald. d.l.cum à socero, & alij supra in contrarium allegati, & idem tradit Rube. consi.91.in fi. & hoc animaduertit Paul. de Cast.d. consil. 195. nu.3. & Dec.d.consi.226. in fi. Paris.d. consi.77.nu.31.& Andr.ab Exea, loco prædicto nu.210.Gal.in Rubrica de verb.oblig. nu.84.Et propterea infertur, quod si ratificatio non sequatur, & interim res transeat in dominium alterius etiam hæredis contrahentis, stipulatio notarij nihil prodest, quia ratificatio fieri non potest re non integra, ut per Paul.de Cast.d.consi.nu.3. Dec.d.l.con tractus, & d.consi.226. nu.7. Paris.d.consil. 77.nu.31.37.& 38.& cōsi.78.nu.50.& Gal. d.Rubrica nu.84. Et in tātum hoc procedit, quod etiam ratificatio non potest fieri per hę redes eius, pro quo fuit facta acceptatio, vel
3 stipulatio, vt†latè prosequitur Alciat.in d.c. cum contingat, nu.237. & sequent.& in l.2. §.ex his, 1.col.de verb.oblig. & Cagn.l.hæredem, nu.24.de reg.iur.quod procedit, etiā si fuisset facta stipulatio nomine hæredum, vt per Alciat.d.c.cum contingat, nu.239.licèt hoc vltimo casu aliter voluerit Cagnolus nihil allegans, d.nu.24. de quo videndus est Didac. Hispan.in Rubr.ext.de testam.3. parte, nu.13. & dicentur etiam aliqua infra, & Cæphal. consi.33.vbi aliter tenet Alciat. consil.98. num.6. & seqq. lib.8. Socin. iun. consi.118.nu.12.2.vol. & Iul. Clar.in §.donatio, quæst.13.versi.tertius est casus, & videnda est decis.33. Pedamont.distinguentis quomodo autem debeat fieri ratificatio, & an sufficiat sola scientia, & plura ad hanc materiam facientia posui supra in Clausula, Rati, super verbo ratificabit, & sequenti.

Sed pone, prout nunc habeo in facto, quòd in Instrumēto notarius scripsit confessionem debitoris alicuius quantitatis, fru-
4 mēti, habitæ titulo †emptionis à Titio pro tali precio, quod precium promisit soluere, intra tale temporis spatium, nec adijcitur cui, nec notarius stipulatur pro creditore, nec ēt apparet creditorem fuisse præsentem, an creditor vigore huius Instrumēti agere potuit?
5 tene quod sic, quia verbū, †promisit, importat stipulationem interuenisse, §. si ita scriptū, Instit. de inut.stipulatione, & not.Doct. in l.sciendum, ff.de uerb.oblig. & facit præsumi partes fuisse præsentes, ut tradit Paul. d.l.sciendum, in princ.& in l.1.ad finē, C.de vsur.& tradit Bart. & alij communiter, in l. Titia §.pen. de verb. oblig. ubi Paul.not.loquitur, mandans memoria commendari, ad lucrum cōsequendum. Et hoc procedit etiā in scriptura priuata, secundum eū, post Ang. ibi, Et posito, quod cōstaret creditorem fuisse absentem, tamen adhuc teneo ualere promissionem: quia illud verbum promisit, impersonaliter scriptum, refertur in dubio ad notarium præsentem, licèt verba executiua sint relata ad personam tertij, vt magis actus valeat quam pereat, l.si seruus cōmunis Mæuij, §.1.de stipul.seru.& hoc tenent magis cōmuniter Doct. in d.§.si stipuler, in tertio modo concipiendæ stipulationis, & in l.si ita stipulatus, §.Chrysogonus, eod.tit.& quod qn in Instrumento verbum promisit est appositum, censeatur facta promissio notario, tradit Salic.in Auth.Si quando, col.2.C.de cōstit. pecun. dicens ita determinatum fuisse; Et quia quando pars abest, notarij communiter solēt apponere stipulationē per eos factam nomine absentis, & propterea habetur pro apposita, ex quo notarius censetur rogatus vt clausulas apponat consuetas, vt dictū fuit supra, in Clausula, Rati, in verbo, Clausulis.& in terminis tradit Io.de Amic.d.cōs. 126.nu.4.vt supra dictum fuit, cuius dictum procedere potest respectu stipulationis faciendæ pro absente, quia hoc casu admittere eius decisionē, secùs verò respectu omnium, et singulorum aliorum, &c.cum illam Clausulam non consueuerint notarij apponere in omnibus regionibus. Sed si iuramen
6 tum †sit additum in contractu, prout in casu meo contigit, & tunc etiam nulla addita stipulatione, uel addita inutili, quæritur ius absenti, ut per Alex. Ias. & alios, in d.l.stipulatio ista, §. alteri, & per Canon. in procem. Gregor. ubi Felin. nu.24. Nam & confessio
7 †absente parte facta, si Iuramento fulcita sit, probat, ut per eundem Felin.plures allegantem, in c.si cautio, n.25.de fide instr. Et quod iuramentum acquirat absenti actionem, tradit etiā Afflict.decisione supra allegata 135. nu.5. & tradunt etiam pleriq; ex supra allegatis in quæst.illa, an notarius absenti stipulari possit. Quod est declarandum non procedere in contractu acquisitionem comprehendente, secundū Alciat. post alios, in d.c.cum

contin-

contingat, numero 229. & latius numero
8 241. vbi ostendit † donationem iuratam non acceptatam non valere, nec ius tribuere hæredi ad acceptandum, idem Paris. dicto consilio 77. ad fin. & Cagnol. in dicta l. fin. numero 273. vbi est uidendum, & latius cogitandum & Senat. Pedemont. decisione 33. Hic uenit tractandum de alio substantiali uenditionis, scilicèt, de re quæ uenditur, sine
9 qua † uenditio esse non potest, l. nec emptio, ff. de contrahend. empt. & tradit Ferrar. in sua practica in forma libelli, in causa uendit. in glos. Petiam unam uineæ. Et sciendum
10 est, quod regulariter † omnium rerum emptio, & venditio permissa censetur, nisi natura, gentium ius, uel mores Ciuitatis à comercio nostro exuerunt, l. in emptione, §. omnium, ff. de contrahend. empt. & tradit Fab. de monte tractat. prædicto, quæstion. 4. in principio in qua quæstio. tractat plenè de rebus quampluribus, quæ uendi uel alienari nequeunt, de quarum aliquibus infrà in progressu dicetur, in reliquis sufficiet remissio ad eum, & de hoc etiam aliqua diximus suprà in præludijs in secunda quest.

CLAVSVLA XIX.

Vnam.

SVMMARIA.

1 *Vnum non est numerus sed principium numeri.*
Idem ius est de principio numeri quod & de ipso numero.

GLOSSA I.

Vnum non est numerus, sed principium numeri, ut dicit glos. in l. si
1 quis ante, in † verbo, solum, de acquiren. posses. & Bald. in l. prima, secunda colum. C. de condit. inser. tamen idem ius est de principio numeri, quod est de ipso numero, argu. l. non ideo minus, & ibi Cin. C. de hęred. instit. & tradit Bart. d. l. si quis ante, nume. 2.

Ipsorum omnium venditorum pro indiuiso inter eos.

SVMMARIA.

1 *Genitiuus importat proprie dominium.*
Quandoque tamen importat etiam possessionem.
Quandoque alia, vt hic.
Res alicuius dici potest diuersis respectibus.
2 *Vendens non præsumitur dominus rei venditæ.*
Declara vt hic.
3 *Venditio de re aliena facta valet.*
Intelligendo tamen secundum declarationes hic allatas.
4 *Emptor scienter emens rem alienam si euincatur non habet regressum de euictione etiam ad restitutionem precij, nisi expressè euictionem deberi stipulatus fuerit.*
5 *Emens scienter rem restitutioni subiectam precium non perdit.*
6 *Vendens rem alienam scienti an teneatur etiam ad rem tradendam si non potest commodè tradere, vide hic remissiuè.*
7 *Venditio rei alienæ confirmatur si domino venditor succedat, uel altàs ad ipsum dominium perueniat.*
Et idem si dominus venditori succedat.
8 *Res aliena vendi quidem potest, obligari autem non potest.*
9 *Emptio rei suæ non ualet.*
Meum quod est amplius fieri meum nequit.

GLOSSA II.

Genitiuus importat propriè dominium, l. 2. §. in locum, ff. de relig.
1 & sumpt. fun. & l. † seruum Titij, ff. mandati, licèt quandoque importet possessionem tantum. Bart. in Rubrica, C. de nouo Cod. compon. in l. prima, §. potestatis, ff. de pecul. & in Rubrica de noui operis nunc. vbi Moder. dilatantes fimbrias, ostendunt plura alia importare, & plures alios significatus habere casum genitiui, nam & etiam vna res dicitur quandoque vnius ratione culturæ, & curæ, ut de rustico appellante agrum suum, tradit glos. in verbo, non quia Papirius, in l. 2. in principio, ff. de origine iuris. Barto. in l. Quintus, §. argento, ff. de auro, & argento leg. Per ista tamen uerba non præsumitur uenditor dominus rei venditę, nam nullus uendens rem,
2 præsumitur dominus rei, vt † tradit Bald. per illum text. in l. fin. C. de asser. tollend. immò debet probare rem suam esse, l. prima, verbo docere, ubi Bald. & alij, C. de bon. matern. Possunt bene operari, ut dicti venditores censeantur vendere suo nomine proprio, non alieno, nam si quis in instrumento describi fecerit se Titij rem vendere, non suo nomine, sed Titij venditionem fecisse dicetur, l. in familiæ, C. famil. hercis. l. ab uno, C. de neg. gest. & ibi Bartol. & idem Bartol. & Bald. in l. mater, ad finem, C. de rei uendic. Alexand. in l. prima, §. nunciatio, numero 17. in fine, ff. de noui oper. nunciat. Dec. in consilio 281. numero 2. Paris. consil. 107. num. 14. in 3. vol. & Alciat. tract. præsumpt.

2.regula Præsumptione 24.numero 8.& ibi
in addit.si non fecerit describi rem suam uen
dens nomine suo uendidisse censetur, argu.
à contrario sensu iurium prædictorum, &
probatur in l.& magis,ff.de solut.cum alijs,
quæ suprà adducta fuere in Clausula, Agen-
tes,tam suis proprijs nominibus,&c.per quę
potest dici istam Clausulam quo ad hoc ma
gis esse superfluam, quàm necessariam, quæ
tamen Clausula uidetur, quod inter par-
tes faciat probationem,ut uidetur uelle Bal-
dus, & ibi Alexand. in addit. in l. ad proba-
tionem,numero 7.C.locati,respectu procu-
ratoris vendentis, ut suprà non potest pro-
cedere, sed ista uerba debent referri ad prin-
cipalem,cuius nomine uendit,licet proprie,
& uere principalis non uendat, ut supra di-
ctum fuit in Clausula, procuratoris uero, &
Marcus,prima columna, nam verba in pro-
prietate quando concurrit uoluntas contra-
hentis, si non possunt operari in sensu pro-
prio,ut actus sustineatur,ut per Alciat. alios
allegantem, in tractat. præsumptionū tertia
regula, præsumpt.34.numero 7. & sequent.
Possent etiam operari dicta uerba, ut præsu-
matur bona fides ementis, quæ in hoc con-
sistit, ut credat uendentem esse dominum,
l. bonæ fidei emptor, ff. de verborum signi-
ficatione, l.secunda in principio, ff. pro em-
ptore, & l. 3. ff. pro solut. Bartol. dicta l.se-
cunda, §.si sub conditione,numero tertio,&
credulitas emptoris habet iustam causam,
ex quo uenditor fatetur rem suam esse, stan-
dum enim est assertioni tradentis. Guid.Pap.
quæstio. 24. etiam si dicat rem esse alienam
quo ad causandum bonam, uel malam fi-
dem, ut per Afflict. decisione Neapol. 379.
numero 7. & sequent. Quando autem præ-
sumatur bona fides, suo loco dicetur, non
censetur tamen emens confiteri rem esse uen
ditoris, secundum Bertrand. consilio 55. in
principio tertio uolumne posteriorum, &
late ponit Negus.in tractat.de pignor.2.par.
3.membro,nu.63.& 64.& in 3.par.8.partis
num.90.& Afflict.decis.14.num.8.& Alex.
in pluribus cōsilijs allegatis per Crauet.con
silio 157. numero 5. quod non uidetur pro-
cedere stante hac Clausula, quę inter partes
inducit probationem, ut aliàs dictum fuit su
prà,maximè in Clausula Ciues, secunda, &
in Clausula,Habitatores. Et notandum est,
3 † venditionem de re aliena factam ualere, l.
rem alienam, ff. de contrahen. empt. Alex.
consilio 157.nume. 9.lib.6.licèt non noceat
domino, quando rei suę habeat uenditio-
nem, l. prima, & l. nemo, C.de rebus alien.
non alien. Ioan.de Amic. consilio 112. nu-
me. 1. Fab.dicta tract.quęst.4.4.quęst.princi
palis, quod procedit, si emptor ignoret rem
esse alienam, ut per Doctor. in locis prædi-
ctis,sed si scienter emptor rem alienam eme-
rit, ualet quidem emptio, si res immobilis
est,ut tenet glos.Bart.& Bald.ac Fulgos.in l.
si in emptione,§.item si emptor,ff. de contra
henda empt. Bart. & Paul.de Castro, in l.si
is qui pro emptore,§.fin.ff.de usucap.& hęc
opinio.communior est,ut tenet Afflict.deci-
sione Neapol. 369.nu.2.& 3.vbi ponit mo-
dos quamplures agendi per dominum aduer
sus emptorem, licèt contrariam partem te-
nuerit Fab.dicta 4.quæstio.Est benè uerum,
4 † quod si euincatur res ab emptore scienter
emente, quod non habet regressum de eui-
ctione etiam ad restitutionem precij contra
uenditorem, nisi fuisset stipulatus euictio-
nem debere, l.si fundum,ubi not. Bartol.&
Bald.C.de euict.Paul. de Castro d.l.si is qui
pro emptore, §. fin.& Fab. dicta 4. quæstio.
Corn.consilio 170.colum.pen.4.volum.de
quo tamen etiam dicetur in Clausula, eui-
5 ctionis,secùs est,si quis emat † rem restitutio
ni subiectam etiam scienter, quia precium
non perdit, l.fin.§.emptor, ubi Ias. C.com.
de legat.fortius uoluit Alex.consilio 66.Su-
per eo,quod quæritur, 4. uolum. uendentem
6 † rem alienam scienti, non teneri etiam ad
rem tradendam,si non potest commodè tra-
dere,quod an sit uerum, reseruo tractandum
in Clausula,traditionis rei,si tamen domino
7 † succedat uenditor,uel ad ipsum dominium
perueniat,confirmatur uenditio,l.si à Titio,
ff.de rei uendic.l.cum à matre, C.de rei uen
dic. & l.cum uir, & ibi not. Bartol. & cæte
ri,ff.de vsucap. Et idem,è contra quando do
minus succedit uenditori, l. prima in prin-
cipio, ff.de except. rei uend. & latissimè tra-
ctat & decidit Boer. decisione 23.numero
8 17.& sequent. Sed licèt † res aliena uendi pos
sit, tamen obligari minimè potest, l.prima
§.primo, ff. de pign. vbi glos. & Bartol.&
not. in l. rem alienam, ff. de pignor. act.&
tradit Negus. tract. de pign. secunda parte,
3.membro,numero 52.& ibi nume. 58.post
glos.in dicta l.rem alienam,ff.de contrahen.
empt.ponit rationem differentiæ,quam non
prosequor.

Sed numquid ualeat emptio rei suæ? text.
est quod non, in l. suæ rei, ff. de contrahenda
9 empt. ubi † loquitur text. siue ignorans siue
sciens,quis emat, & l.cum res, & l. si mater,
C. eod. & in l. neque pignus, ff. de reg. iur.
quod enim meum est, non potest ulterius
fieri meum, §.sic itaque, Instit.de action. ca.
inter dilectos, de fide instrumen. & tradit
Fab.dicta 4. quæstio. principali 19. quæstio.
quæ regula est declaranda, ut per Alexand.
in con-

in consilio 100.nume. 6.7. volum.Fab.dicta 19. quæstio. Dec. & Cagnol. dicta l. neque pign. Neguſ. tractat.prædicto, 6.parte, primo membro,nume.44.& 45. & Ripa latè in l. ſi aliquam rem, ſecunda & tertia colum. ff.de acquir.poſſeſ.Clauſula, Inſuper, de qua ſuprà, non erit inutilis, ſi quidem per eam apparet emptorem rem alienam ſcienter non emiſſe,nec propriam,ſed uenditoris, ex quo illud expreſsè in inſtrumento continetur, cuius præſumptioni ſtandum eſt, ſaltem inter dictas partes,l.optimam, C.de contrahen. & committen. ſtipul. Dec. conſilio 283.ſub numero octauo,& aliàs dictum fuit ſuprà.

Domum.

SVMMARIA.

1 *Domus diuerſimode in iure accipitur, & plures habet ſignificatus.*

2 *Domus ſecundum Dialecticos ex tribus cōſiſtit, ex ſolo, pariete, & tecto.*

Domus ſecundum iuriſtas conſiſtit ex ſolo, & ſuperficie.

3 *Domus, & ædes an differant.*

4 *Domus appellatione venit etiam ædificium ſine tecto.*

5 *Domus inter immobilia computatur.*

6 *Domus eſt, de rebus periculo ſubiectis.*

7 *Mobilis res ſi cohæret immobili de ea iudicatur ſicut de immobili.*

GLOSSA III.

1 Domus licèt in iure diuerſimodè accipiatur, & plures habeat ſignificatus, vt per Alber.in † Dictionario ſuo, verbo domus, & per Cor. conſil. 55.littera G.1. volum. & conſil. 198. littera B. 3. volum. tamen hic accipitur pro ędificio constructo ad habitandum, quód ſe-
2 cundum Dialecticos conſiſtit † ex tribus, ex ſolo, pariete, & tecto gloſ.in l.ſolum, ff.de rei vend. & in l.eum qui, verbo, conſtet, de uſucap. Secundum Iuriſtas conſiſtit ex ſolo, & ſuperficie, ut dicit text. in dicta l. eum qui, quod videtur idem, cum in ſuperficie extet tectum, ut dicit Alber.in dicta l.ſolum, & refert Afflict. in deciſione Neapol. Deciſione 392.numero 13. Et quod ex his tribus ſecundum opin. Dialecticorum domus conſiſtat, tenet Bar.in l.prima, §.deinde, de cloac. & in l. cætera, §.hoc Senatus, il ſecundo, de legat.primo Paul.de Caſtro, conſilio 43.Viſo puncto, ſecunda colum. in antiquis, & in l.ſi fundum, §.cum fundum, de legat.primo. Corn.dicto conſilio 198. ſecunda colum. & conſilio 206.6.colum.3.volum.& Afflict.dicta deciſione 392.nu. 12. Et propterea Bart. in dicto §.deinde, & in dicto §.hoc Senatus,
3 quem ibi cæteri ſequuntur, conſtituit † differentiam inter domum, & ædes, ut ſcilicèt, ædes magis latã habeant ſignificationem, q̃ domus, quę compræhendunt vnumquodque ędificium, dicto §.deinde, & l.qui ædes, in fine, ff.de incen. rui.nauf.& ſic etiam non habens tectum, quod in domo ſecùs eſt, ſecundum opinionem Dialecticorum. Sed tenendo quod domus ex duobus conſiſtat tantum, ſcilicèt ſolo, & ſuperficie, prout tenendum eſt, quia text.eſt clarus in d. l. eum qui, & tenet ibi gloſ.& gloſ.in d.l.non ſolum, & Alber.in Dictionario ſuo, verbo domum, & uerbo, ędes, iſta differentia non uidetur admittenda, quia ſuperficies dicitur illud, quod ſupra faciem eſt terrę, & ſic comprehenditur etiam ſine tecto, contra id quod uoluit Paul. de Caſt.dicto §.cum fundum, in prin.& pro-
4 pterea domus appellatione † veniet etiam ędificium ſine tecto, quod conſiſtit ex ſolo & ſuperficie; & ita quod non ſit differentia inter ędes, & domum, uidetur firmare Alber. in Dictionario ſuo, dicto uerbo, ædes, ubi dicit, ędes propriè domum appellari. & expreſſius firmat Alciat. in l. fundi appellatione, ff.de uerbor. ſignificat. pro quo facit text. in l.ſi finita, §.ex hoc Edicto, ff.de damn. infec. & in l.ſi domus, ff. de legat. primo vbi Iureconſultus promiſcuè utitur duobus uocabulis, domus, & ædes, & idem uidetur tenere Socin.in l. plerique, numero 55.de in ius voc. Et notandum eſt, domum inter immobilia computari, l. lex quę tutores, §.nec ue-
5 ro domum, uerſiculo † ergo, & domus, & cętera omnia immobilia, C. de admin. tut. licèt uideatur text. facere in contrarium, in l. quidam decedens, §. Papinianus, ad fin. ff. eod. vbi inter mobilia ponitur etiam domus, ſed ideò ibi ponitur domus inter mobilia, quia de iure Digeſtorum licebat tutori, & minori eam ſine decreto alienare, ut per gloſ. ibi, & eſt text. in dicta l. lex quæ tutores, in principio, non quod propterea ſit res mobilis; Benè tamen uidetur proba-
6 ri in dicto §. Papinianus, domum † eſſe de rebus ſubiectis periculo, ibi, ne alię res periculo ſubiectę, cum illa dictio, alię, implicet identitatem, licèt quandoque impropriè ponatur, l. non ſolum, §. quęritur, ubi gloſ. creditores, ff. de procur. Et quod domus computetur inter immobilia, eſt text. in Authent. de non alien. in principio, uerſiculo, hęc ergo, collatio. ſecunda. Præterea, negari non poteſt, quin ſolum ſit immobile,
7 ſed quando res † mobilis cohęret rei immo-

bili, tunc de ea iudicandum est, sicut de immobili, text. est in dicto verbo, hæc ergo, & ibi not. Angel. & facit text. in dicto tit. §. vt autem, & ibi not. etiam Angel. quod illud dicitur stabile, quod moueri non potest, & sequitur Rube. consilio 61. numero primo.

Muratam.

SVMMARIA.

1 *Venditæ rei qualitas apponi debet in instrumento ne incertitudo officiat contractui.*

2 *Murus proprie quid sit, & quomodo differat a pariete.*

Murus dicitur cum calce sine caemento.

Maceria dicitur de lapidibus sine caemento.

Maceria dicitur murus siccus, & cedit solo.

3 *Vendita re uenditor non potest lapides auferre ex quibus maceria erat facta.*

4 *Domum vendens censetur vendere dimidiam parietis quo distinguitur a domo altera ipsius venditoris.*

GLOSSA IIII.

DOcet Spec. in §. primo, col. 5. uersiculo sita, in titulo de empt. &
1 uend. apponendam † esse qualitatem rei uenditæ, ne incertitudo officiat contractui, arg. l. si in rem, la prima, ff. de rei uendict. Et propterea dicitur hanc domum uenditam muratam, seu muris constructam; Sed notandum est, quod murus propriè is dicitur, qui publicus est, & urbem
2 munit, & mœnia continet, † paries uerò ad priuatum ædificium refertur, ut Alciat. declarat, in l. quantum ad iuris, ff. de uerborum significatione. de larga autem significatione idem importat murus, quod paries, uel mœnia, dicta l. quantum, & ibi Alciat. ponit de uarijs generibus parietum; & quod murus, & paries eadem larga significatione pro eodem habeantur, tradit Cepol. in tract. de seru. urb. præd. titulo 40. de pariete, seu muro, in principio. Et dicitur murus cum calce sine cæmento, glos. in dicta l. quantum, & in l. uerb. murum, ff. fin. regun. maceria uero de lapidibus sine cęmento glos. & Alciat. dicta l. quantum, & Cæpol. dicta l. 40. in princip. & 179. De macerie in principio, & talis maceria dicitur murus siccus, qui quidem murus cedit solo, l. si precario, ff. com. predior.
3 & uenit † in uenditione fundi, si in fundo extat, adeo, quod re uendita non potest uenditor lapides auferre, ut Bald. & Paul. de Castr. tradunt, in dicta l. si precario, ad finem, & Alexan. & Ias. in l. prima §. nunc uideamus, ff. de noui oper. nunc. & Cæpol. dicto capit. de macerie, prima colum. & Tiraquel. in tractat. de retract. titulo primo, §. primo, glos. septima, numero 121. Et uendens
4 † domum, censetur uendere dimidiam parietis, quo distinguitur à domo altera ipsius uenditoris, l. si is qui duas, & ibi Bartol. ff. de seru. legat.

Cuppatam.

SVMMARIA.

1 *Latinitas mala non vitiat instrumentum.*

2 *Cuppæ, uel cuppulæ sumuntur pro quodam genere vasorum dolijs viliorum.*

3 *Tegulæ, seu cuppi, & lastræ, seu laminæ, etiam si sint plumbeæ veniunt in venditione.*

Si tamen fuerint ædificijs impositæ, secus autem si non fuerint impositæ, licèt fuerint allatæ ut imponerentur.

4 *Domo vendita non venit velum, seu tela, & alia materia destinata ad tegendum tempore æstatis hypetria, seu deambulationes ...uales.*

5 *Tegulæ è domibus debitorum auferri non possunt pro debito publico, & vendi, nec tigna, & alia ædibus iniuncta.*

Tegulæ, & tigna domibus iniuncta, vel iniuncta legari nequeunt.

Licet aliquibus in locis aliter seruetur.

GLOSSA V.

NOtarij in instrumentis sæpe ... nunt verba à sermone Latino omnino aliena, quod tamen tolleratur, & non † vitiatur instru-
1 mentum, etiam si ex eis appareret notarium non intellexisse quid importaret illud quod scriberet, ut per Bald. in l. Imperator, prima lectura, ff. de statu homin. de quo ... tè dicetur infrà alio loco. Apponitur igitur hoc verbum ad denotandum qualitatem rei venditæ: et idem est nomen, dicere cuppatam, quod tectam, vel coopertam, à quo fortè originem habuit corrupto uocabulo uerbum cuppi, tale tamen uerbum aliud significat secundum Iureconsultos
2 † nam accipiuntur cuppæ, uel cuppulæ pro quodam genere vasorum dolijs viliorum, l. 3. §. fin. iuncta glos. ff. de triti. vino, & oleo leg. & in l. instrumenta, ubi etiam glos. & ... quæsitum, §. conseruanda, ff. de fund. instruct. & instrum. leg. Notandum † tamen est, quod tegulæ, seu cupi, & lastrę, seu laminę etiā si sint
3 plumbeę, ueniunt in uenditione, l. malum, & plum-

plumbum, ff. de uerbor. signifi. & ibi glos. & Alciat. & l. fundi, §. quàm puta, ff. de action. empt. latè Cepol. tract. de seruit. vrb. præd. capit. 41. de stillicidio, seu tecto. Non ueniunt tamen tegulæ, quæ nondum ædificijs impositæ sunt, licèt fuerint allatæ ut imponerentur, l. granaria, §. tegulæ, ff. de action.
4 empt. Nec† uenit velum, seu tela, uel alia materia destinata ad tegendum tempore æstatis, hypetria, seu deambulationes subdiuales, quæ extra porticum sub cęlo aperto constructæ sunt, quæ loca terracias uocari tradit Bud. in l. ex silua cedua, in fin. ff. de usufr. & ita intelligitur text. in dicto §. plumbum, quem Accur. ingenuè fatetur non intellexisse, & ita ibi etiam declarat Alciat. de quo etiam est text. in l. quæsitum, §. de uelis, ff. de fund. instru. & instr. legato; Et ad materiam
5 tegularum not. quod etiam† pro debito publico non possunt tegulę, e domibus debitorum auferri, & uendi, nec tigna, uel alia ędibus iuncta sicut nec legari possunt, l. cætera, §. hoc senatus, primo & secundo, & ibi trad. Bart. & sequuntur cæteri, ff. de legat. primo, & Bart. in l. nutu, §. fin. de legat. 3. & Cepol. dicta capit. 41. in fine, licèt in multis locis non seruetur de consuetudine, ut Paul. de Castro, de Vrbe, Roman. & Ias. de Florētia, trad. in d. §. hoc Senatus, & ego uidi etiam alibi contrarium seruari.

Et solaratam.

SVMMARIA.

1 Solarium in instrumento notarij accipitur non secundum propriam significationem, sed secundum quod uulgares accipiunt.

Notarij malè non faciunt apponendo uerba uulgari sermone ac materno ut magis exprimant contrahentium intentionem.

2 Solarium de sui propria significatione, significat vectigal illud quod pro solo penditur, vel soluitur.

Et pro suppellectile, uel alijs rebus, ad commeandum necessarijs.

3 Solarium pro loco in quo horæ ad solem denotantur, veruto seu pinula umbram faciente.

4 Domo vendita numquid veniant horrea, seu granaria; vide hic Auctorem distinguentem.

Horrea accipiuntur pro quocumq; loco ad reponendas merces.

5 Domo vendita venit fouea grani existens sub via publica antè domum, si dominus uel uenditor ea vna cum domo vtebatur.

6 Domo habente plura solaria, plurium Dominorum, vnus Dominus vendere volens, tenetur vendere alteri Domino excluso, etiam proximiore, cui aliàs per ius congrui vendere teneretur.

GLOSSA VI.

SOlarium hic non accipitur secundum suam propriam significationem, sed secundum quod† uulga
1 res intelligunt, de quo in tractatu de serui urb. prædiorum tractat Cepol. sub eod. tit. de solario, cap. 46. nec in hoc male faciunt notarij, etiam apponendo uerba vulgaria materno sermone, ut magis exprimant contrahentium uolūtatem, tales enim sermones secundum communem loquendi vsum in vulgari debent interpretari, ut post alios, quos allegat, tradit Cagnol. in l. si librarius, num. 13. & 14. de reg. iur. Solarium
2 † tamen de sui propria significatione significat vectigal illud quod pro solo penditur seu soluitur, l. 2. §. si quis nemine, ff. ne quid in loco publico quod declarat Alcia. in l. inter donum, 3. pag. ff. de uerborum signific. etiam id quod soluitur pro supellectile, uel alijs rebus ad commeandum necessarijs. Alibi sola-
3 rium accipitur pro loco † in quo horæ ad solem denotantur, ueruto, seu pinula umbram faciente, l. arborem, & ibi not. Bud. ff. de seru. prædi. urb. Latini tamen ea quæ vulgus appellat solaria, plana tecta dicunt, sed numquid solaria, quæ fiunt pro reponendis granis, segetibus, & mercibus, ueniant in uenditione domus, ista enim nomine legali horrea nuncupantur, ut l. dominus horreorum,
4 & in pluribus alijs ll. ff. locat. & † dicit Alciat. in l. detestatio, 13. pagina, de uerborum significatione, quod horreum accipitur pro quocumque loco ad reponendum merces, & idem tenet in l. pacta nouissima, penult. pagina, C. de pact. dicens huiusmodi horrea à nobis magazinos appellari, appellantur etiam granaria, l. granaria, in principio, ff. de action. empt. Et distinguendum est an sint fundata in re, uel affixa, seu defossa, aut non, primo casu ueniunt, dicta l. granaria, in principio, maximè si per domum habetur aditus ad ea, uel uno precio fuerunt empta, ut not. in l. fina. ff. de seru. urb. prædictor. & tradit Ioan. de Amic. consilio primo numero 7. secundo casu, quando sunt composita, & facta ex tabulis, nec defossa in re, quia tunc est quid mobile, l. Titius, ff. de acquirend. rerum domin. non ueniunt dicta l. granaria, & idem tenet Cępola dicto tractat. 162. de horreo. aliter distinguit Bart.

post Iac. de Aret. in l. uxori, in princip. ff. de legat. tertio, loquens in legato, quod aut est locus multum separatus à domo, aut nõ, primo, casu non ueniat, secundo sic. Venit
5 etiam † in uenditione fouea grani existens sub uia publica ante domum, si dominus uel uenditor ea una cum domo utebatur Ioan. de Amic. consilio primo, numero 8. maximè si per domum ad eam habetur aditus. Bertrand. consilio 185. primo uolum. nouissimo
6 rum. Et de domo † habente plura solaria plurium dominorum, quod unus dominus teneatur uendere alteri excluso proximiore, cui aliàs per ius congrui uendere teneretur, tradit idem Ioan. de Amic. consilio 20. numero 18. & 19.

Cum apotheca.

SVMMARIA.

1 *Apotheca est statio, vel locus vbi pecunia reconditur.*

Apothecarij apothecam exercentes qui à militia summouentur, & dignitatibus.

2 *Apotheca accipitur etiam pro loco in quo merces reponuntur, & venduntur, ut est Taberna.*

3 *Domo vendita numquid veniat apotheca, vide hic distinctionem.*

Domo legata venit etiam apotheca.

4 *Apothecæ vox, debet accipi secundum Communem vsum loquendi.*

Apothecæ legato quid comprehẽdatur remißiuè.

GLOSSA VII.

Apotheca, secundum glos. in l. si quis intra, uerb. apothecis, C. de
1 bonor. præscript. est † statio, uel locus ubi pecunia reconditur, de apotheca etiam habetur mentio in l. prima, C. de uerbor. signifi. & dicuntur apothecarij apothecam exercentes, qui à dignitatibus, & militia summouentur, l. si cohortalis, C. de cohortal. & princip. libro 12. de quo meminit Alciat. in l. mercis appellatione, quarta pagin. ff. de uerborum significatione,
2 magis autem † uidetur apothecam etiam locum in quo merces reponuntur, & uenduntur dici, ut est taberna, l. cum tabernam, ff. de pign. & l. instrumenta, ff. de uerborum significatione, & de taberna tradit Alciat. in l. inde tabernacula, ff. eod.

Sed numquid apotheca in uenditione domus comprehendatur? & distinguendum
3 est, quia aut est intra † domum, uel sub domo, & per eam habetur aditus in domum, & clarum est quod sic, quia est pars domus, ut tradit Paul. de Castro, dicto consilio 43. ad finem aliàs 211. in primo vol. & Socin. in l. plerique, nume. 59. ff. de in ius voc. & idem si contineatur sub eisdem finibus, sub quibus domus continetur, & venditor utebatur apotheca una cum domo, & omnibus his casibus comprehenditur apotheca, ut tradit Ancha. loquens in donatione domus, in consil. 291. Super pluribus articulis, 1. & 2. col. & sequitur Crot. in repet. c. Raynucius, 3. not. de test. & Ias. in l. final. col. 3. de constit. princip. Et idem si erat iuncta domui, & uno precio fuerat empta, ut tradit Crot. ibi, per text. in l. prædijs, §. fi. ff. de leg. 3. & in legato domus quod ueniat etiam apotheca, respondit Alex. consil. 204. per totum, 6. vol. & in cons. 223. Visis uerbis, in 2. vol. & Rube. consil. 95. nume. 10. & 11. Si verò apotheca non est sub domo, uel intra eam, nec habetur aditus per eam in domum, tunc non uenit in uenditione domus, nec eius appellatione, ut tradunt Doct. in d. l. plerique, nam apotheca differt à domo, ut per eos ibi, & per Cor. cons. 203. 1. uol. Paris. cons. 80. nu. 21. 2. uol. & Crauet. cons. 234. per totum, & uideatur Natt. cons. 118. in 2. dub. & Pet. in tract. de testa. coniug. lib. 5. c. 11. nu. 6. & per Rui. consil. 179. nu. 4. 1. uol. Et hoc casu ista expressio
4 potest operari. Et de uocabulo, † apotheca, quod secundum communem usum loquendi accipi debeat, Bald. in l. legatis, C. de legat. & quid ueniat in legato apothecę Bartol. tradit in l. cum pater, §. mense, de leg. 2. & in l. nam quid liquide, §. 1. ff. de penu legata.

Curte.

SVMMARIA.

1 *Curia, & Curtis alio modo à legistis aliò à vulgaribus accipitur.*

Curia secundum legistas significat locum, tam intrà, quàm extra Castrum, qui ab ipso Castro defenditur.

2 *Curia, et curtis promiscuè accipiuntur à legistis.*

Curia, & Curtis multis modis accipitur, cum sit nomen æquiuocum.

3 *Curia, & Curtis vulgariter est locus septus muris seu clausuris ligneis, uel uepribus, aliàs appellatus Cortile.*

4 *Domo uendita numquid ueniat Curtis, seu Curia.*

GLOSSA VIII.

Curtis, seu curia, alio modo accipitur secundum Legistas, & alio modo secundum uulgares, Le-
1 gistæ † enim accipiunt ut Bald. testis

testis est, in l.pen. col.2. nume.4. C.de cond. insertis, pro loco tam intra castrū, quàm iuxta castrum, qui ab ipso castro defenditur, & in qua habitantes defendūt ipsum castrum,
2 & ista duo † uocabula, seu nomina, promiscuè accipiuntur, ut in tit.de Capitaneo, qui Curiam uendidit, & quod curia accipiatur ut suprà, tenet etiam Boer.alios allegans, decisione 212. nu.32. alijs etiam modis accipitur, cum sit uerbum æquiuocum, ut per Old. consi.211. Ad propositum, & per Socin.qui alios allegat, in consil.86. col.2. per Domin. post Ioan.And.& Lap.in c.1.§.porrò, de statu reg.lib.6.latè per Felin. in c. Rodulphus, nu.22. uer.hortus, de resc. Guid.Pap. quæst. 451. Quid contineatur, & Boer. in addit. in tract.de auct.Magni Consil. nu.168. sed hic accipitur prout accipit Cepol. quem referūt Felin.& Boer.locis præallegatis, in d.tract. de seruit.urb.præd.c.46. De Curia seu Curte, ubi dicit, quod dicitur planicies terrę.
3 † Et vulgariter est locus septus muris, seu clausuris ligneis, vel vepribus, secūdum Paris.consil.58.num.48.3.uol. qui locus etiam grosso modo Cortile nuncupatur, ut dicit Felin. d. loco præallegato, quem Paris. Cortiuium appellat, in consil.115.in 1.uol. Ista igitur Cur-
4 tis, de qua tractamus, uenit in uēditione † domus, sicut uenit hortus, de quo suo loco dicetur, ut tradit Alex.in consi.21. Consideratis uerbis, & alijs, 4.uol.& sequitur Felin. d.nu. 22. quod clarè procedit, si clauditur sub eadē clausura, quę ultimo claudit domum, tunc enim uenit appellatione domus, ut per Bart. in l.quis sit fugitiuus, §.apud Cælium, ff.de ædil.edic. & sequitur Soc.in l.plerięq;, 9. quæstio.nu.47.ff.de in ius uoc.de aliquibus quæstionibus pertinentibus ad Curtem uidendus est Cepol. d.c.46.

Stabulo.

S V M M A R I A.

1 *Stabulum duplici modo accipitur, pro diuersorio, seu hospitio, quod nos Tabernam vocamus, & pro septus quibus iumenta stabulantur.*

Stabulum secundum vsum communem loquendi, nedum significat locum ad recipiendos equos destinatum, sed & ad recipienda alia animalia.

2 *Stabulum venit appellatione domus concurrentibus hic descriptis.*

Stabulum domui iunctum prædium vrbanum censetur, non rusticum.

3 *Porticus quid sit.*

4 *Domus appellatione an veniat Porticus.*

Statutum puniens offendentem in domo, non habet locum in offendente in porticu.

5 *Scalæ quæ sunt extrà domum, & extrà ostium non ueniunt appellatione domus.*

Veniunt tamen in venditione domus.

6 *Balnea veniunt in venditione domus aliquando.*

7 *Porticus, Claustrum, Conclaue, vel Curia, si sint in medio duarum domorum vnius domini, & Dominus vnam ex eis domibus simplicier uēdiderit non expresso de porticu, vel alijs supradictis, numquid veniant in venditione, & an sint diuidenda.*

GLOSSA IX.

DVplici modo stabulum accipi posse testatur Alciat.in l.urbana prædia, ff.de uerb.sign. Primo modo, pro diuersorio, seu hospitio, quod
1 † nos tabernam uocamus, & eo sensu accipitur in titulo naut.caup.& stabul.in l.ex conducto, in princ.ff.locati. Secundo modo pro septis, quibus greges uel iumenta stabulantur, & eo modo accipitur in l.eo iure, §.stabula, ff.in quibus caus.pign.tacit.contrahat. Et licèt gl.in l.palam, in prin.ff.de ritu nupt. uelit stabulum solum comprēdere locum ad recipiendum equos destinatum, tñ de communi usu loquendi uenit etiam locus aptus & destinatus ad stabulandum alia animalia, ut Cæpol.placuit, in dicto tract.de seru.urb. præd.c.74. De stabulo. Sed si stabulum iun-
2 ctum † sit domui, uenit appellatione domus, ut uidetur probari ex tex.in d.§.stabula, quē ita intelligit Firman.in Repert.suo, verb.stabulum, & idē si habetur ad id aditus per domum, uel fuerat emptum cum domo, ut per Paulum de Castro, post Baldum, in l.finali, in principio, ff.de seru.urban.prædior.& Iason, dicta l.plerique, secunda columna, sequitur Ias.in l.fin.col.4. ff. de constit. princ. & sequitur Alexand. dicto consilio 223. 1. col.2.vol.& Ioan.de Amic. consilio primo, numero septimo, & Bertr. consilio 239.nu. 43.uol.posteriorum, & consi.185.1.uol.secùs si separatum est, quia tunc non veniret, in eo esset dicendum sicut in appotheca supra dictum fuit, & de porticu, & horto dicetur infra. Et quando est iunctum domui, censetur prædium urbanum, non rusticum, d.§. stabula, & tradit Cepol. d.tract.c.11. de seruitutibus urban.& rustic. Sed quid de porticu, an veniat in uenditione domus? Porticus
3 enim s̄m Hostiēs.in Summa, in tit. † de accusat. §.2. versi.sed si crimen, est illa pars quæ est ante domum, uel secūdum Bart. in l.quid conclaue, num.2. de dam. infec.est quidam

locus coopertus desuper, & discoopertus an
te. quod sequitur Cæpol. tract. præallegato,
cap. 44. De claustro, seu conclaui, col. 1. &
quæ habet tectum, non parietem, secundum
Paul. de Cast. in l. cetera, §. hoc senatus, il se-
4 cundo de leg. 1. Et uidetur † quod nō ueniat,
quandoquidem domus appellatione non cō
prehēdatur porticus de sui propria significa
tione, sed per extensionem, d. §. hoc senatus,
& ibi communiter Doct. post Bart. inferen-
tes ad quæst. statuti, de puniente offenden-
tem aliquem in domo, quod non compræhē
datur offendens in porticu, & idem tenēt cō
muniter omnes, in l. pleriq; , de in ius vocād.
determinantes, quod dispositio illius legis,
quod quis non possit capi in domo, non ha-
bet locum in porticu, nisi sit porticus, quę ha
beat clausuram, vel sit intra domum, secun-
dum Socin. ibi, 9. quæst. nu. 47. & idem tenet
Abb. in c. 1. nu. 4. de decim. Contrariū tamē
est verius, quia porticus, licèt non veniāt ap-
pellatione domus, tamen si est coniuncta do
mui, & ei affixa est domus, comprehendi-
tur in venditione domus, cum per domum
in ipsum habeatur aditus, d. l. quod cōclaue,
& ibi Bart. & alij, & Bar. in d. §. hoc senatus,
Alber. in Dictionario suo, verbo, porticus,
& Cæpol. d. c. 44. 2. col. vbi dicit, quod venit
appellatione domus, declarando, vt ibi per
eum, quod etiam tenet Ioan. de Amic. d. cōs.
1. nu. 7. nam etiam plura quæ sunt extra do-
mum non sunt domus, nec veniunt domus
appellatione, & tamen comprehenduntur,
& veniunt in venditione, l. si aquę ductus, ff.
de contrahenda empt. l. arbor, §. de vestibu-
lo, ff. com. diuid. & dicetur suo loco, sicut nō
5 veniunt † scalæ, quæ sunt extra domum, & ex
tra ostium, domus appellatione, secundum
Bald. & Flor. in l. fistulam, §. fin. ff. de ser. urb.
pręd. & Cæpol. dicto tract. cap. 54. De scalis,
ad finem, & tamen scalæ huiusmodi veniūt
in venditione domus, d. l. si aquęductus, & l.
funes, cū duabus sequent. ff. de action. empt.
6 Et item veniunt † Balnea, si aditus per do-
mum ad ea habetur, vel vnico precio cum
domo empta fuissent, d. l. prædia, §. Balnea,
& ibi Bart. in §. sequenti, ff. de leg. 3. & idem
dicendum est de Claustro, Conclaui, et alijs
similibus, per dictum text. & per d. l. quod
conclaue, & not. Bald. & Paul. de Cast. in d.
l. fin. in princ. ff. de seruit. vrb. præditorum.
Sed si Porticus, Claustrum, Cōclaue, uel
7 Curia essent in medio duarum † domorum,
vnius domini, & dominus vnam ex eis do-
mibus simpliciter vendiderit, non expresso
de porticu, uel alijs de supradictis, si in eam
porticum, curiam, vel similia, habebatur adi-
tus per vtramq; ex eis domibus, tunc talis
porticus, seu curia taleue claustrum, uel con-
claue, ad unūquēq; pro dimidia pertinet, &
dēt inter eas diuidi, ut tradit Bar. & cæterise-
quuntur, in d. l. quod conclaue, & Cæpol. d.
c. 44. 2. col. secus si in eum locum interme-
dium haberetur aditus per altera ex illis do-
mibus tantum, quia ad eam pertineret, & ad
eius dominum, ut declarat Ang. d. l. quod cō
claue, & Cæpol. loco præallegato, & sequi-
tur etiam Pet. de Vbal. tract. Socie. 10. part.
quæst. 23.

Horto.

SVMMARIA.

1 Felin. in c. Rodulfus de rescriptis, roprobatus.
Hortus tam dicitur ille qui vrbanus est, & ha-
bet plus amænitatis, quàm redditus, quàm ille
qui plus redditus quam amænitatis, & est ru-
sticus.
2 Hortus secundum Grammaticos quid sit.
Hortus dictio, an cum aspiratione, an sine scri-
benda.
3 Vocabulorum, & nominum controuersia perti-
nacibus relinquenda.
4 Hortus an & quando veniat appellatione do-
mus ita vt comprehendatur in eius venditio-
ne.
5 Hortus ad hoc vt veniat in venditione domus
an copulatiuè concurrere debeat, & quòd fue-
rit emptus ad vsum Domus, & quòd ad eum
habeatur aditus per domum.
6 Hortus inter domos communes existens, si diui-
dantur Domus, cui sit applicandus.
7 Vendita res venit eo modo, & iure quo prius p
venditorem detinebatur.
Domum dans, vel aliam rem, censetur dare ea
quæ annexa sunt illi rei.
8 Vicinus stante consuetudine retrahendi iure vi-
cinitatis, poterit retrahere venditionem domus
à vicino factam, licet ipse retrahens habeat do-
mum cohærentem dumtaxat horto.
Alij tamen dissenserunt quos concordat Auctor.

GLOSSA X.

HOrtus secundum Felin. in præalle-
gato c. Rodulphus, nu. 22. de re-
1 scriptis est locus sine reditu, † fa-
ctus ad amænitatem. Quæ defini-
tio minimè placet, quia tantum comprehen-
deretur hortus vrbanus plus habens amæni-
tatis quàm reditus, non autem rusticalis cō-
tinens e contra, & tamen hic, sicut ille, hor-
tus appellatur, l. urbana, ubi Alciat. de uerb.
sign. & ibi habetur, quod hortus etiam exi-
stens in urbe, si ex eo plus utilitatis, & redi-
tus habeat q̄ amænitatis, censetur prædium
rusticum,

rusticum, non urbanum, & idem est si est magnus, & latus, l.4.§.fin.ff.fin. regund.& tradit Cæpol.in tract.prædicto cap.76. De horto, & in cap.11.de seruit. urban. & rustic. & quæ dicantur etiam seruitutes urbanę col.1. & Felinusmet, loco præallegato, Melior igitur est declaratio Grammaticorum dicentiũ
2 †hortum esse locum in Vrbe, uel in Villa, in quo arbores, herba, & olera oriuntur. inde, ortum, sine aspiratione scribendum esse censent, quod quibusdam alijs displicet, ut differat à dictione, ortus, quæ natum importat, obseruaui tamen etiam bonos codices habere hanc dictionem cum aspiratione, & sine ea, ut utroq; modo scribi possit, quæ missa faciam, cum ad nostram materiã non attineat,
3 & pertinacibus † de uocabulis, et nominibus uanis controuersiam relinquo, sequendo Imperatorem, in l.pen. ante finem, C. de constit.pecunia.
4 Sed numquid ueniat appellatione † domus, & ueniat in uenditione, si de eo expressa mentio facta non sit? & uidetur quod non, per text.in d.l.fin.ff.de seru.urb.prædior.ubi legatarius, cui est legata habitatio domus, non habet hortum, nec hortus comprehenditur in legato, & in c. Raynutius, in princ. de test.& in c.fin.12.quæst.2. vbi ponunt domus, & hortus: nam si hortus comprehenderetur, non esset opus expresse hortum exprimere; & ita, quod non ueniat hortus, domus appellatione, tenet Abbas, in c.1.per illum text.de censib. Sed ista iura procedũt in horto à domo separato, nec deputato ad usum domus, uel una cum domo nõ empto, secùs tamen est in coniuncto ipsi domui, uel ædibus, quia uenit ædium appellatione, ut Bal. tradit.consi.378. Sequitur aliud, nu.3.1.uol. nam quando cohæret domui, est accessorius ad domum, & comprehenditur in uenditione, uel alienatione domus, ut tradit Io. And. & communiter Doct.in d.c.Raynutius in 3. not.& sequitur Dom.in d.c.fin.12. quæst.2. Bald.& Paul.de Cast.d.l.fin.Alex.cõsi.223. quod est pen.consilium. Visis uerbis dicti testamenti, col.2.2.uol.& sequitur idem Alex. in consi.54. Ponderatis uerbis, 2.col.3.uol. & consil.25. consideratis uerbis, 4. uol. duplicato consil.33.7. uol.& idem tenet idem Alex.consi.204.nu.4. 6.uol.& Cagnol.in l. cum principalis, num.9. de reg.iur.uel quando est paratus ad usum domus, ut salubrior, & amænior domus redderetur, & habetur aditus ad eum per domum ipsam, d.l. prædijs, §.pen. de leg.3. & tenet Bald.in consil. quod communiter non habetur incip. Quid si legauit contenta in domo, quem referunt & sequuntur Felin.d.nu.22. Barb.d.c. Raynutius 3.not.2. col. & Dec.consi.109. nu.1.
5 & licèt † ibi Crot.dicto 3.not. & Ias.in l.fin. 3.col.de constit.princ.uideantur velle, quod ad hoc vt veniat hortus, requiratur concursus vtriusq;, scilicèt, quod fuerit emptus ad vsum domus, & quod ad eum habeatur aditus per domum, tamen Bart. in d.§.pen.uoluit sufficere, quod tantum habeatur aditus per domum, ad hoc ut iudicetur de domo, per d.l.quod conclaue, supra allegata, ff. de damno infec.& idem tenet Paul. de Castro, post Bald.in d.l.fi.ff.de seru.urb.prędior. Alex. sequitur d.consil.223. 1.col.& d.consil. 204.in princ.& Io.de Amic.in consi.1.nu.7. & Bertr.dicto consi.239.nu.4. 3. uol.& cõs. 185.1.uol.ultimorum. Et propterea Nic.de Neapoli, in d.§. pen. post Bart. de Capua
6 ponit. quæst.quod si † fratres habent domos communes, in medio quarum sit hortus, & dubitatur cui domui debeat accedere, quod debet attendi, cui esset destinatus, & si nõ apparet, cedit illi, per quam aditus ad eum habetur. Et sequuntur Barb.& Crot.in Repet. d.c.Raynutius, Ias.d.col.3. Cępol.d.cap.76. & Alex.d.consil.223. Et hoc potest probari ex coniecturis, & præsumptionibus, ut per Dec.d.consi.109.nu.1.& attenditur prior aditus, secundum eundem Dec.ibi, col.2.uer. quarto, & magis frequẽtatur, ut per eum ibi. uers.5. Et idem uenit hortus si fuerat emptus uno precio cum domo, secundum Paul. de Cast.post Bald.quem adducit, in d.l.fin.ff.de seru.urb.prædior.quod probatur ex d.l.prædijs, §.fin.& hoc etiam tenent Ias.d.l. fin.de constit. princ. col.3. Cępol. d.c.76. Alex.d. consi.223. Crot.d.3.not. Vbi respondetur aliter d.l.fin.in contrarium adductæ, quia ibi non dubitabatur, nec erat quæstio, an comprehenderetur hortus in legato, sed an deberetur uia hæredi per rem legatam; & hanc etiam tenet Dec.d.consi.109. col.2. uersi.3. & Io.de Amic.d.consil.1.nu.7. Et idem est, quando hortus comprehenditur inter confines rei uenditæ adiectos, & in instrumento descriptos, ut in quadã coquina tradit Alex. d.consi.54.in 3.& in horto Dec.d.consi.nu. 1.his enim casibus, quando hortus est paratus domui, dicitur membrum domus, & uenit appellatione domus, ut per Io.de Amic. d.consi.1.nu.6.& 7. Vnde qui uendit domũ, censetur etiam uendere hortum, ut per Nic. de Neap.post Bart.de Capua, d.§. pen.& sequitur Barb.dicto c.Raynutius, Io.de Amic.
7 d.consi.1.nu.16. nam † res uendita uenit eo iure quo prius per uenditorem detinebatur, l.creditor, in fi.ff.de action.empt.& dicit Archid.in d.c.fin.12.quæst.2. quod qui dat domum, uel aliam rem, censetur dare ea quę annexa

nexa sunt illi rei. sequitur Alex. d. consi. 223. 2. col. & d. consil. 204. nu. 4. sequitur Ias. in l. fin. 2. col. ff. de constit. princ. facit quod not. Moder. in d. l. plerique de in ius vocan. quod dispositio d. l. quae loquitur in domo, procedit etiam in horto contiguo domus clauso, in quem per domum habetur aditus. Et in tãtũ voluit Io. de Ami. d. consil. 1. hortum esse partem domus, vt etiam constat consuetudi-
8 ne, quod † vicinus possit rem venditam alteri retrahere, & soluendo illud precium petere, & habere, sufficit habere domum cohaerentem dicto horto, cuius contrarium videtur fuisse iudicatum in consi. Neap. vt refert Afflict. decisione 253. In Ciuitate, & contrariũ consuluit Paris. in consi. 82. nu. 45. & sequẽt. 3. vol. licèt possint simul concordari propter diuersitatem consuetudinis, quae diuersimodè in locis consulentium seruabatur, ut per Io. de Amic. d. consi. nu. 16.

Puteo, & cisterna.

SVMMARIA.

1 *Domo vẽdita, venit puteus, putealia, funes quibus aqua hauritur, labra, seu vasa, seu crateres lapidei ad recipiendam aquam apti, fistulae, aquaeductus, rota, & situla ad hauriendum aquam.*

2 *Domo vendita venit etiam Cisterna. Declara tamen vt hic.*

GLOSSA XI.

1 IN venditione domus venit, nedũ puteus, sed etiam veniunt putealia, seu putea, idest id quo † puteus operitur, & funes quibus aqua hauritur, labra scilicèt, vasa, seu crateres lapidei, ad recipiendum aquam apti, & item fistulae, seu aquaeductus, l. Iulianus, §. fin. cum duabus ll. sequent. vbi Bud. declarat, quę sint labra, & quae sint salientes, de quibus ibi, & veniunt etiam Rota, & situla ad hauriẽdum aquam, l. qui fundum, §. fin. ff. de contrahen. empt. & tradit Specu. in titulo de emptione & venditione, §. primo, versiculo, ad euidentiam, secunda col. & Cepol. dicto tractatu seru. cap. 47. De puteo, cisterna, & lauello, 2. col. Et quae dicta sunt de puteo, procedunt
2 † etiam in cisterna, vt ibi per eum. Quae omnia procedunt, quando puteus est intra confines domus, uel intra domum ipsum, sed si est extra eam, tunc dicendum est prout in alijs supra dictum fuit, & hoc casu expressio non esset superflua, nec frustra apponeretur.

Sitam Ferrariae.

SVMMARIA.

1 *Venditio rei debet fieri ita ut locus, & locus loci, vbi sita est, ponatur in Instrumento, puta Domum sitam Ferrariae, in contrata Sancti Petri, &c.*

GLOSSA XII.

1 LOcus, † & locus loci rei uenditae ubi sita est, ponẽdus est in instrumẽto vẽditionis, vt docet Spec. in d. §. 1. col. 5. uersi. locus, & idẽ de loco cum duobus confinibus apponendo, de quo ultimo latius dicetur infra, tenet Bart. in l. forma, per illum text. de cens. & in l. demonstratio, in princ. 7. quaest. ff. de cond. & demonst. Fab. d. tractatu, quaest. 5. col. 23. versi. vltimo aduertas, locus satis est descriptus, locus uerò loci subsequitur.

In contrata Sancti Petri.

SVMMARIA.

1 *Domus habens duo capita super duabus contratis, de qua contrata diceretur, seu parochia si vna ex ipsis contratis in vna, alteram ali[a] parochia existit.*

GLOSSA XIII.

SEd finge quod domus habeat capita super duabus contratis, quarum vna sit sub parochia Sancti
1 Petri, † altera Sancti Martini, in qua contrata dicetur esse sitam dictam domum cum in unaquaque ipsarum habeat ostiũ? Rayn. de Forliu. in l. generali, §. uxori, de vsufruc. leg. tenet eam esse sub illa parochia, in cuius parte sunt bona pro maiori parte. Bart. uerò in allegata l. quod conclaue, in fin. tenet post alios, quos dicit ita tenere, quod censetur esse de parochia versus quã habetur aditus, & ibi dicit Angel. quod pars anterior est nobilior, & propterea ea est attendenda, & sequitur Ruin. consil. 59. nu. 10. in 3. sed Bar. in d. l. praedijs, §. fi. de leg. 3. uoluit attendi magis frequentatum ostiũ, & aditum, & de hoc disputant etiam & controuertunt Canonistae, in c. 2. §. 1. de sepult. ubi latissimè Domin. Et quia plura de loco suprà dicta fuere in princ. Instrumẽti, in uerbo Ferrariae, in contrata Sancti Romani, & plura etiam dicentur infrà suo loco, propterea ulterius progrediemur.

Iuxta.

SVMMARIA.

1 *Venditæ res determinari debent quando sunt immobiles per latera seu confinia, et qualitates, & quantitates.*
Confinia duo sufficiunt ad rem certificandam.
Venditio valet etiam non appositis confinibus, quando locus est certus.
2 *Iuxtà dictio, multis modis in iure accipitur, quãdoq; relatiuè, quandoq; localiter seu designatiuè.*
3 *Iuxta, dici non potest res aliqua alteri rei, si distet à re contigua vltrà decem pedes.*
Iuxta, dictio, denotat propinquitatem per vnũ, vel duos pedes.
Iuxta, in materia confinium intelligitur de totali contiguitate nulla re intermedia.
Confinia dicuntur quæ adeo sibi sunt proxima vt nullus etiam medius paries interponatur.
4 *Confinia proprie tantum dicuntur in rusticis non in vrbanis prædijs.*

GLOSSA XIIII.

1 SIcut locus, & locus loci rei sitæ in instrumento describendus est, ità etiam res † immobiles alienatæ, seu venditæ, determinari debent per latera seu confinia, & per qualitates, de quo suprà dictum fuit, & infrà dicetur, ac etiam per quantitates ipsarum rerum, vt infra suo loco ponetur, argum. l. forma, ff. de censſ. & l. Titius, la secunda, in fi. ff. de action. emptionum, ita tradit Specul. dicto §. primo, columna quinta, & sequitur Fab. dicta colum. 23. numero 82. & idem Bartolus, in dicta l. demonstratio, 7. quæstio. & in dicta l. forma, Baldus in Rubrica, C. de contrahen. empt. quæst. 22. in fine. & dicit Bald. in consilio 379. Sequitur quod anno, secunda columna, primo volum. quod res ex confinibus declaratur, & idem dicit Dec. ex appositione terminorum res demonstrari, in consil. 146. numero 14. Et quod res sit ita certificanda, & sufficiant duo confinia, tenet etiam Ferrar. in sua practica in forma libel. in causa vẽdit. in glos. cui cohęret, iuncta glos. eodem verbo, in forma libel. in actione reali, declara. quod etiam tenet Anan. consilio 98. col. penult. & Berro. consilio 44. numero 9. tertia parte, priorum. & sufficere tres consuluit Alexander consilio 107. in fine 6. volum. Bene verum est, quòd quando locus est certus, quod etiam valeret venditio non appositis confinibus, ut est text. & ibi not. Bartolus, in l. cum seruo, §. fin. ff. de contrahenda empt. et in l. cum pater §. fin. de leg. 2. Bald. Paul. & cęteri, in l. si quis in fundi vocabulo, in princip. de leg. primo, Bald. in Rubrica, C. de contrahen. empt. quæst. 22. in fine. Par. consi. 58. in princ. 3. volumine.

2 Et notandum est, quod ista dictio (iuxta) multis modis in iure accipitur, ut Alber. ponit in Dictionario suo, in dicto verbo, iuxta, †quandoq; enim accipitur relatiuè, & quãdoq; localiter, seu designatiuè, ut dicit Baldus, in l. prima, C. de episc. & cleric. primo modo accipitur in dicta l. prima, & idem importat quod secundum, vel prout, de quo latè tradit Felin. in cap. ex parte, il primo, de rescript. vers. Clausula, si preces; alio modo accipitur, prout in casu isto, pro, propè, seu à latere, & ità accipitur in l. qui ædes, ff. de incend. ruin. naufrag. & in l. fin. ff. de seru. vrb. præd. quandoq; interpretatur pro, intra, & sic includit, ut Alex. tradit consilio 7. Videtur fortasse, 2. colum. 4. uol. & quandoq; alijs modis, ut per Alber. loco præallegato:
3 sed accipiendo †eam secundo modo, ut scilicèt denotet propinquitatem, est intelligenda, vt non distet à re contigua ultra decem pedes, sed ei sit propinqua intra dictum spatium, vt not. Bartol. in l. decernimus, C. de aquæduct. lib. 11. & Bald. in d. l. fin. vbi dicit, quod etiam illa dictio denotat propinquitatem per duos pedes. & Alex. in consſ. 120. Omissis argumentis, 2. colum. 2. uolum. allegã do Bart. in l. quidam Hyberus, ff. de seru. urban. prædior. qui tamen non dicit de hac dictione aliquid, sed de dictione, ad, fortè uoluit allegare Bald. ut suprà, qui dicit, quod denotat propinquitatem per vnum uel duos pedes. & sequitur Felin. in c. quia indicante, colum. fin. de præscrip. alibi Bal. in l. scire oportet, §. multa, ff. de excus. tut. dicit, quod quandoq; se extendit multum, quandoq; parum, & quandoq; absolutè profertur, & in dicta l. fin. dicit, quod debet intelligi secundum subiectam materiam, & sic isto loco accipitur, ut à fundo vicini domus uendita in nihilo distet, sed sibi sit contigua, & ei cohæreat, quia si aliud esset intermedium, non diceretur confinis, nec vicina, ut est text. in l. 4. §. fin. cum l. sequenti, ff. fin. regund. ubi Bart. ille enim dicitur uicinus fundus, qui cohęret ad vnguem, ut dicit Boer. per illum text. decisione 322. in princ. & dicit Specul. in loco præallegato, nume. 11. quòd confinia dicuntur, quæ adeo sibi sunt proxima, ut nullus etiam medius paries interponatur, de quo etiam dicetur infra.

Est bene verum, prout etiam animaduertit Spec. ibi, quod in domibus, & prædijs vr-
4 banis propriè non dicuntur confinia, †sed uicina,

cina, quia confinia tantum sunt in prædijs rusticis, ut est text. in d.l.4. §. hoc autem iudicium, & idem tenent Bart. & Paul. de Cast. in l. si tertius, in prin. ff. de aqua pluuia arcen. & Alber. in Dictionario suo, verbo, Confinia, nam vrbana prædia parietibus distingui solent, l. si quis duas, §. planè, ff. commun. prędior. & Rustica sola patrisfamiliæ destinatione, l. quod in rerum natura, §. si quis post, ff. de leg. primo, licèt notarij indistinctè etiam domibus & prædijs urbanis confines attribuant, ut ibi per eum.

Vno capite.

SVMMARIA.

1 Confinia exprimuntur diuersimodè secundum diuersas regionem consuetudines.

GLOSSA XV.

1 Non vniformiter notarij apponūt
†confines in instrumentis, sed dif
formiter, vt inquit Spec. in d. §. 1.
col. 6. nam quidam confinăt rem à quatuor plagis, seu regionibus mundi, scilicet ab oriente, seu à mane, vel à sero, seu ab occasu ab occidente, à meridie, & à septentrione, alij à ventis, & alij confinant per latera, quod commodius fit, cum non omnium rerum latera directè respiciant quatuor mundi partes, vt ibi per eum; Ferrariæ tamen, & in multis partibus, confinantur res per capita, & latera, quæ consuetudo mihi placet, cum magis reddatur res clara, & specifica, sed in hoc standum est stilo notariorum.

Stratam publicam.

SVMMARIA.

1 Strata differt à via, est enim strata via mattonata lapidibus viuis, vel coctis.

2 Statutum imponens pœnam pro delicto commisso in strata, si dicatur, delictum esse commissum esse in via, locum non habebit.

3 Via est quæ non est silicata seu mattonata, sed terrena tantùm.

Strata est vox barbara.

4 Via publica illa est quæ habet solum publicum relictum ac directum certis finibus latitudinis ab eo qui ius publicandi habuit, vt ea publicè iretur commearetur.

5 Publica strata seu locus ad hoc ut dicatur, an sufficiat quod publicè per aliquem locum eatur.

6 Strata quæ tendit ad plateam retinet nomen stratæ quousque intrauerit plateam, sed postquàm est illam ingressa, desinit esse strata, & strata nomen amittit.

7 Viam vel stratam iuxtà domum suam quilibet purgare tenetur.

GLOSSA XVI.

IN vrbibus viæ propriè dicuntur
stratæ, cum sint lapideæ, & lapidi
1 bus silicatæ, nam strata à via †dif
fert, quia strata est via mattonata
lapidibus viuis, vel coctis, vt tradit Bart. in l.
prima, in fine, per illum text. ibi, ex ęquo pro
batur apertissimè ista differentia, ubi glos.
de uia publica, & itine. pub. refic. & quod ista
differentia inter stratam & uiam, probatur
etiam in l. penult. C. de priuil. dom. Augus.
uel rei priua. lib. 11. ubi ponuntur ut diuersa.
& hoc idem ibi not. Bart. inferens ad statu
2 tum, †quo pęna duplicatur pro delicto com
misso in strata, quia si diceretur in inquisitio
ne, quod fuerit commissum in uia, non esset
locus statuto, quia uerba legis sunt attenden
da, l. 1. §. docere, ff. ui bon. rapt. & hanc diffe
rentiam sequitur etiam Cepol. in tractatu ser
uit. rustic. prædior. cap. 3. de seruit. uię, prima
quæst. & decisionem Bart. de pœna non du
plicanda, si non dicatur de delicto commisso
in strata, sequitur etiam Mars. in l. si quis ne
quæstio, num. 132. ff. de quæstio. & in sua pra
ctica crimin. in §. quoniam, nume. 53. & in §.
& quia, num. 12. & in cons. 112. nume. 3. Via
3 uero, †non est silicata, seu mattonata, sed ter
rena tantum, ut probatur in d. l. 1. ad finem.
Est bene uerum, quod istud uocabulum, stra
ta, à Latina lingua exorbitat, tametsi apud
posteriores Romanos qui Barbaras uoces
Latinis miscuerunt, strata uiam significaret,
ut Alciat. ex Procopio scripsit, 1. lib. Præter
missorum, in uerbo, sermo Latinus. Cæte
4 rum, uia †publica illa est, quæ habet solum
publicum relictum, ac directum certis fini
bus latitudinis ab eo, qui ius publicandi ha
buit, ut ea publicè iretur, commearetur, ut Iu
recōsultus tradit in l. 2. §. si quis nemine, uer
siculo uiæ autem publicæ solum, ff. ne quid
in loco publ. uel itine. fiat. sequitur Cepol. d.
cap. 3. 7. quæstione, & Alex. cons. 177. nu. 6.
5 uol. 6. Nec sufficit, †quod publicè per aliquē
locum eatur, ut publica strata, uel publicus
locus dicatur, ut Bart. censuit per illum text.
in l. 1. in princ. ff. de his qui deiec. uel effud. &
sequitur Cepol. d. quæstio. 7. Ioan. de Amic.
consilio primo numero 27. & Ripa, in l. quo
6 minus, nu. 92. ff. de flumin. & †insuper sciendum est, quod strata, quæ tendit ad plateam,
retinet

retinet nomen stratæ, quousque intrauerit plateam ipsam, sed postquam eam est ingressa, desinit esse strata, & stratæ nomen amittit. Bartolus, in l. finali, ff. de seruitut. rustic. prædiorum, & sequitur Cepol. dicto capitulo tertio, quæstio. quinta. Et quod † quilibet
7 tenetur purgare, & reficere uiam, uel stratam iuxta domum suam, l. ædiles, ubi Bartolus, Digestis de uia publica, & itin. pub. refic. quod intelligendum est de stratis, seu uijs existentibus in Ciuitate, secùs in existentibus ruri. Bart. in l. 2. C. de immun. nemi. conced. lib. 10. Cepol. d. c. quest. 25. ubi tractat quid de personis quę non sunt dominę domorum; ubi uidendum est; & prædictam decisionem sequitur etiam Bertrand. in consilio 334. 3. part. primorum, vbi ea ratione quod uicini scilicet tenentur reficere, & purgare uiam iuxta domos suas, respondit uicinum eo frui commodo, ut possit prohibere extraneo, ne occupet uiam immittendo merces, propter quod ipse uicinus impediatur uehiculum ducere ad stabulum suum, & suo stabulo, & domo liberè uti. Cætera ad materiam uiarum pertinentia, dicentur infrà super verbo, uiam communis.

Altero capite, & vno latere dominum Fabianum Nigrisolum.

S V M M A R I A.

1 *Venditor tenetur exprimere emptori vicinum, quia aliàs si eum celauerit teneretur ad interesse, qui non emisset si sciuisset talem vicinum cohærere rei venditæ.*
2 *Vicinus rixosus, & malus facit rem minus valere.*
Vicinum malum habens, habet malum matutinum.
Vicinum non habere aliquando expedit.
Vicinum malum vt non habeamus expedit potius rem amittere.

GLOSSA XVII.

Tenetur venditor emptori exprimere vicinum, quia aliàs si eum celauerit, teneretur emptori ad in
1 teresse, qui non emisset † si sciuisset talem vicinum cohærere rei venditæ, vt est text. in l. quod sępè, §. fin. ff. de contrahen. empt. quod procedit, quandò fuisset requisitus, vt exprimeret, vt videtur velle glos. ibi, & expressius Ferrar. in dicta forma libel. in causa vendit. in d. glos. cui cohæret, propter
2 † vicinum enim rixosum & malum, res minus valet, vt per illum text. tenet Ripa, post Iason. in l. prima, §. si hæres, numero 28. ff. ad Trebellianum, & Crauetta consilio 145. numero nono, & antiquum est Adagium, Aliquid mali, propter vicinum malum, super quo multa dicit auctor Chiliadum Adagiorum in sua expositione; & de malo vicino tradit Cagnol. in l. secunda, versiculo post deinde, in princip. per illum text. nume. 293. ff. de orig. iur. licèt vicini deberent esse vt fratres sibi inuicem gratificantes, Flor. in l. Imperatores, per illum text. de seruit. vrb. prædior. Cagnol. in proœm. Digestorum §. hæc autem tria, vers. tertij, primò notab. numero 204. & aliud vulgare extat Prouerbiũ, Qui habet malum vicinum, habet malum matutinum, & quandoque interest nostra, aliquos non habere vicinos, l. fin. C. de pact. inter empt. & vendit. & etiam vicinitas quãdoque parit incommodum, ut probatur in Clementina prima, §. terra, & ibi not. Cardin. de pœn. & fortius uoluit Ferrar. loco prę allegato, quod quandoque expediat magis rem amittere, quàm malum vicinum habere.

Altero latere iura Ecclesiæ Sancti Petri.

S V M M A R I A.

1 *Confinium expreßioni standum est in præiudicium partium.*
Confinia rei suæ quilibet scire præsumitur.
2 *Confinia in instrumento expressa probant quo ad contrahentes non autem quo ad tertios, nisi in antiquis.*

GLOSSA XVIII.

Cauere debent contrahentes in describi faciendo confines rerum uenditarum, quia ex eis maximum præiudicium eis generari
1 potest: † Nam standum est instrumento habenti expressos cõfines quo ad præiudicium ipsarum partium, ut tenet glos. & communiter sequuntur Doctor. in l. cum aliquis, C. de iure delib. & Baldus, in consilio 286. Thema proponitur, numero secũdo, secundo uolumine, Afflict. in prædicta decisione 83. prima colum. Et licèt Alexander, & Iason, uelint hoc procedere, quando partes apponi fecerint ipsos confines, non si ex se notarius apposuerit, tamen nisi probaretur notarium ex suo capite apposuisse, censerentur appositi per ipsas partes, quia quicquid dicit tabellio factum respiciens, uidetur dixisse partium assertione, ut dicit Bald. in l. unica, col. fin. ante finem, C. de priuileg. dot. super quo plura alia adduxi supra, in princip. in capitulo,

lo,

lo,contrahentium,in uersiculo Amadeus,in
quæstio. quando est erratum in nomine pro-
prio contrahentium: Nam,& quilibet domi
nus præsumitur scire confinia rei suæ, ut alle
gando Alexandrum,in quodam consi.quod
non inueni,tradit Afflict. decisione Neapol.
83.numero secundo, & ad ipsum pertinet ea
specificare. Baldus, consilio 413. Verba di-
cunt,numero 3.& 4.uolum.quinto.sequitur
Parisius, consilio 64. numero 52. primo uo-
lum. Vnde est magis præsumendum, quod
ipse expresserit,quàm notarius.Respectu ue-
rò aliorum non nominatorum, nec interue-
nientium in contractu,non statur instrumen
2 to,nec plenè probantur confinia,†nisi in an-
tiquis,ut per Doctor.in dicta l.cum aliquis.
& Parisius, consilio 104. numero 24. & se-
quent.primo uolum.de quo per moder.in ca
pitulo,cum causam,de probat. Cætera perti-
nentia ad confinia, dicam infrà super confi-
nibus rei ruralis.

CLAVSVLA XX.

Item.

SVMMARIA.

1 Item,dictio,aliquando continuatiuè, aliquando repetitiuè, aliquando aliter accipitur.

2 Item, dictio, inducit repetitionem præcedentis verbi, quando præcedenti orationi adijcitur oratio defectiua,& imperfecta.

GLOSSA PRIMA.

1 ISta†dictio, aliquando stat conti-
nuatiuè, aliquando repetitiuè, &
aliquando aliter,ut per Alber.ea-
dem dictione in Dictionario suo,
not. Bartolus, in l.in repetendis, de legat.3.
in l.prima in princip. ff. de public. & uectig.
& in consilio 27. Visa facti narratione, sed
2 quando per eam orationi † præcedenti adij-
citur oratio defectiua, & imperfecta, ex par-
te appositi, uel ex parte uerbi, prout in casu
isto, in quo deficit uerbum uendiderunt, &
tunc suppletur ex oratione præcedenti, cum
suis qualitatibus, & in hoc inducitur repeti-
tio l.à sententia, in princ. ff.de appellat. tra-
dit Bartolus in locis præallegatis, Aretinus,
in §.item lapilli,Institut.de rerum diuisione,
& Iason,in §.æqui,numero 45.Institut.de a-
ction. & hæc pauca sufficiant quantum ad
materiam nostram,de ista dictione.

Vnam possessionem, etiam pro indi-uiso inter eos,vt supra.

SVMMARIA.

1 Possessio multis modis in iure accipitur.

Possessio accipitur pro vsu rei à proprietate, vel iure separato.

2 Possessio pro prædio & sic pro re possessa accipitur.

Possessio nomen æquiuocum.

3 Fundus quandoque est paruus,quandoque magnus,prout Dominus eum destinauit.

4 Fundus est quid vniuersale, & comprehendit pascua & alias terras separatas, quæ sunt ad fundi vsum deputatæ.

5 Podere est vocabulum inusitatum vniuersitatem agrorum significans.

6 Mansum dicitur quantum quis cum vno pari boum laborare potest.

7 Fundi appellatione quid veniat remissiuè, & quid loci.

8 Vendens omnes possessiones suas an præsumatur voluisse etiam pecuniam & res mobiles alienare.

Possessionis appellatione an veniant mobilia.

GLOSSA SECVNDA.

1 HOc uerbum †possessio,multis mo-
dis in iure accipitur. Primo mo-
do, pro usu rei à proprietate uel
iure separato, l. quæstio, ubi Al-
ciat.de uerb. signif.quæ à sedibus,uel à pedi-
bus denominata est,l.1.& ibi tradunt late
mè omnes, ff.de acqu.posses.de qua inferius
suo loco plura dicemus. Secundo accipitur
2 †pro prædio,seu re ipsa possessa,& sic pro rei
proprietate, seu dominio, l.interdum, ff.de
uerbor. signif. ubi Alciat. ita etiam accipi a-
pud auctores,nedum apud Iuristas ostendit,
& hoc sensu accipitur in l.2. C. de seru.& a-
qua,in l.si quidem, C.de don.inter uirum &
uxor.in l.cum res, C.de contrahen.empt.in
l.initio, C. de pact. inter empt. & uend.in l.
quoties, C.de rei uend.in cap.possessio, &c.
uisis,circa med. 16.quæstio.2.& in alijs legi-
bus adductis per glos. in d. l. interdum, per
Hormano.in Repet.l.naturaliter, §.nihil cō
mune,de acquir.pos. per Alex.in Rubrica de
noui oper.nunciat. num.22.& Dec.consilio
527. nume.3.& hoc modo accipitur impro-
priè ut tradit Bart.in d.l.1.§.si uir,nu.3.ff.de
acquir. poss.& in d.§.nihil commune, 2.col.
vers. quarto ad idem oppono, & sequuntur
ibi Alex.Horman.d.num.68. & Ripa, num.
31.& ita accipitur secundum communem u-
sum loquendi, secundum Bart.in l.cum anti

quitus, C. de usufr. Tertio accipitur pro uilla, l. 3. C. de nat. lib. Horm. d. num. 68. Quarto accipitur secundum Alex. in cons. 63. Diligenter inspectus, 6. volum. num. 6. duplicato. consil. 95. 5. volum. qui ponit etiam duos primos modos, quibus possessio accipitur, dicens esse nomen æquiuocum, pro fundo, agro, seu prædio possesso, qui fundus seu ager
3 quandoque † est paruus, quandoq; magnus, prout dominus eius destinauit, & ità se habet communis vsus loquendi, & hoc modo accipitur etiam in pluribus ex prædictis legibus, & ita etiam accipitur hic, sicut etiã fun-
4 dus † est quid vniuersale, l. cum fundus, ff. de leg. 2. & tradit Socin. in l. 1. 5. not. ff. de reb. dub. & comprehendit pascua, & alias terras separatas, quæ sunt deputatæ ad vsum fundi, l. Seiæ, §. tyrannæ, ff. de fund. instr. & ita est
5 podere, † vocabulũ Tuscorum, vniuersitatẽ agrorum significans, secundum Bald. in l. in legatis, C. de legat. de quo tradunt Bartol. & Socin. in d. l. 1. & Bart. in d. §. tyrannæ & in l. si ita, in fine, ff. de auro & argento leg. ubi
6 ponit † etiam de manso, qui dicitur, quãtum quis cum uno pari boum laborare potest, c. 1. cum glos. de cens. Cæterum, si quis uellet
7 scire † quid fundi appellatione contineatur, & quid loci, uideat text. in l. fundi appellatione, in l. locus, & in d. l. quæstio est, & latè in dictis locis Alciat. de verb. signifi. ubi etiam de agro mentio habetur.

Sed quid si quis vendat omnes possessiones suas, an ueniant pecuniæ, vel res mobiles, Bart. in l. uxorem, §. legauerat, de legatis
8 † 3. tenet quod non, propter communem vsum loquendi repugnantẽ, licèt referat Cin. dicentem, fuisse iudicatum contrarium ultra montes; & quod stante tali communi vsu loquendi, non compræhendantur mobilia in venditione, vel legato possessionum, tenent Bald. & Salic. in l. fin. ad finem, C. de compens. dicentes aliud esse de iure, & propterea debere constare de isto communi vsu loquendi, & idem tenet Alex. in dicta l. 1. nume. 23. ff. de acquir. poss. & ibi latè Ripa, nume. 25. quod & sequitur Alciat. d. l. interdum, ff. de verbor. signif.

Diuisam in duas petias terrarum.

SVMMARIA.

1 Possessione vendita censentur venditæ omnes petiæ terrarum destinatæ et deputatæ ad usum ipsius possessionis.

2 Notarij debent apponere ad cautelam petias terrarum, in quas diuisa est possessio, cuius uenditionis instrumentum conficiunt.

3 Fundus si diuidatur gratia vberioris culturæ non censetur fundus diuersus esse nec etiamsi fossatus fiat in medio.

GLOSSA III.

1 Licet vendita possessione † ceu re vniuersali, includantur in venditione omnes petię terrarum, destinatæ & deputatę ad vsum ipsius possessionis, ut probatur in d. l. prima de rebus dub. in d. l. Seiæ, §. tyrannæ, de fund. instr. & fuit dictum suprà, in præcedenti Clausula, et tradit Alex. in cons. 169. Viso themate, pen. colum. 5. volum. etiam quod una ex illis petijs terrarum alio nomine nuncuparetur, modo uenditor habuisset pro una possessione, seu pro uno, & eodem fundo, ut per Anan. consilio 98. col. 3. tamen ad tollendas om-
2 nes dubietates, debent † notarij specificè apponere in instrumento, in quot partes sit diuisa possessio, & singulas partes specificare, apponendo confines, & qualitates suas. Et
3 notandum † est, quod licèt fundus diuisus sit gratia uberioris culturę, ut quia dominus eum diuisit in duas partes, quas diuisim locabat, ut commodius locatorem inueniret, non censetur fundus diuersus, l. Caius, §. fin. ff. de leg. 2. Alciat. in l. locus, in princip. ff. de uerb. signif. & idem est si fossatus fiat in medio, ut Anan. dicto consilio 98. columna penultima.

Quarum altera est aratoria.

SVMMARIA.

1 Venditæ rei qualitates sunt in instrumento describendæ vt quia fundus est arattuus, pratiuus, vel vineatus.

Qualitas rei est multum attendenda.

2 Venditor si eam qualitatem expreßerit, quæ non insit rei venditæ, puta si aratoriam terram uel vineatam esse dixerit, cum sit pratiua vel siluosa, tenetur emptori.

GLOSSA IIII.

Docet Specul. in dicto §. primo, columna sexta, uersiculo, alibi autem, qualitates rei uenditæ in instrumento describendas esse, ut quia fundus est aratorius, pratiuus, uel uineatus, nam qualitas rei multum est attenden-
1 da, ut latè † prosequitur Ripa, in d. l. 1. §. si he-
2 res, secundo no. ff. ad Trebel. & tenetur † uenditor si eam qualitatem expresserit, quę non insit, puta si aratiuam terram, uel uineatam esse

esse dixerit, cum sit pratiua, vel siluosa, l. si in qualitate, l. si sterilis, §. quamuis, l. si fundo, & l. si duorum, de action. empt. Ferrar. in sua practi. in forma libel. in causa venditionis, in glos. perticarum centum, in princ. Boer. decisione 50. nume. secundo, post Paul. & Fulgos. in l. si seruum, §. si modum, ff. de action. emption. & Alexander consilio septimo. Videtur fortasse, quarto volumine, nam & propter euictionem rei attendenda multum est qualitas rei venditæ, l. prima, ff. de euict. de quo suo loco dicetur.

Vineata.

SUMMARIA.

1 *Vineata terra dicitur quæ vineas continet de præsenti non quæ aliàs continuit.*

Vinea aliquando dicitur terra vineas continens.

Vineata terra aliquando ponitur pro ipsis vineis; aliquando dicitur fundus vinearius, non terra vinearia & horti vinearij.

2 *Vinea ab agro quomodo differat.*

3 *Vineæ appellatione venit solum si tamen concurrat id de quo hic dicitur.*

4 *Vineam primus plantauit Noe.*

5 *Vineata terra, & uitata secundum vulgares differunt.*

GLOSSA V.

1 Vineata terra dicitur, quæ vineas continet de præsenti, non quæ aliàs continuit, † vt Baldus tradit in Auth. Hoc amplius, ad finem, C. de fideicom. & in consilio 413. Verba dicunt, columna penultima, quinto volumine, & vinea quandoque accipitur pro terra vineas continente, ut dicta l. si in qualitate, & l. si nulla, C. de acquirend. possessio. quandoque accipitur pro vineis, & sic pro contento, l. si quis legauerit, ff. de legat. primo, & tradunt glos. & Doctores, in l. certo generi, in princip. ff. de seruit. rustic. prædior. Et dicitur etiam fundus vinearius, seu terra vinearia, & dicuntur horti vinearij, l. vrbana prædia,
2 ff. de verbor. signific. & differt † vinea ab agro, ut dicit Angel. per illum text. in dicta l. si nulla, nam nec appellatione vineæ uenit ager, secundum eum, quem sequitur Alexander, in consilio 19. In causa appellationis, 4.
3 columna, quarto volumine. Vineæ † tamen appellatione venit solum, dicta l. certo generi, in princip. quod procedit, si tempore in quo confertur dispositio, ibi existat vinea, aliàs secùs, ut dicta l. si quis legauerit, ubi Pet. de Bellaper. ita dictas leges concordat, quod uidetur etiam tenere ibi Paulus de Castro, & sequitur Alexander, ibi, & in dicta l. certo generi, in additio. ad Bartolum, & idem Paulus de Castro in l. si fundum, §. cum fundum, in
4 fine, de legatis primo. Et de † uineæ plantatore, quod primus fuerit Noe, habetur Genes. capitulo nono, & per Ambros. relatum in capitulo, sexta die, 35. distinct. & sciendum
5 est, quod vulgares faciunt † differentiam inter terram uineatam, & vitatam, ut primo casu intelligatur de uineis iugatis uel humi proiectis, secundo de arbustinis.

Arborata.

SUMMARIA.

1 *Arbor propriè dicitur, cum radices ita in terram emisit, vt terræ alimento vegetetur, & eius materia dura est, & non tenera, quia aliàs non esset arbor sed herba.*

2 *Arboris appellatione veniunt etiam vites, & generaliter quæ veniant sub hac arboris nuncupatione.*

3 *Arbores succisæ vel euulsæ nomen arboris amittunt, & lignorum vel materiæ nomine veniunt.*

4 *Vendito fundo non veniunt arbores deiectæ, nec cæsæ, etiam post inspectionem ab emere volente factam, maximè ignorante venditore.*

5 *Venditio non valet si arborum tantum contemplatione puta Olíueti quis emere vellet, & illæ essent vento deiectæ vel igne consumptæ antè perfectum contractum.*

Si uero pro parte deiectæ vel combustæ sint, tunc distinguendum est.

6 *Silua vendita non veniunt arbores incisæ.*

7 *Arbore legata censetur legatum solum in quo residet, & via ad ipsam arborem.*

Distingue tamen vt hic.

8 *Arbore vendita non venit solum sed actio competit emptori vt cogatur venditor præstare patientiam incidendi.*

9 *Arbore vendita & incisa si radices rursus pullulant, an pullulationes pertineant ad venditorem an verò ad emptorem.*

10 *Terra si dicatur vineata quæ tamen non est in totum talis, non propterea dicitur falsa demonstratio.*

GLOSSA VI.

1 Arbor, secundum Bart. in tractatu de Alueo, §. quid si, nume. nono, quem sequitur Cepol. in tractatu de † seru. urb. prædior. c. penul. de ar-

de arboribus, tunc dicitur propriè, cum radices ita in terram emisit, vt terræ alimento vegetetur, & eius materia dura est, & non tenera, quia aliàs non esset arbor. sed herba, l.
2 certæ, ff. arb. furt. cæs. & arboris † appellatione veniunt vites, l. secunda & tertia, ff. eo. tit. & venit etiam arbor quæ terra continetur, licèt eius radices mortuæ sint, sicut ueniunt hederæ, & arundines, & salicta, & arbor quæ stirpitus est euulsa, ut plantaretur
3 alibi, dicta l. tertia. Si tamen arbores † sint succisæ, vel euulsæ, tunc nomen arboris amittunt, & lignorum uel materiæ nomine ueniunt, dicta l. tertia, & l. ligni, ff. de legat. 3.
4 igitur vendito fundo, non † ueniunt arbores deiectæ, etiam post inspectionem rei factam per emere volentem, maximè uenditore ignorante, l. si post inspectum, ff. de pericul. & commod. rei vend. nec cæsæ, quia comprehenduntur in rutis cæsis, quæ non veniunt in venditione fundi, l. in vendendo, §. fin. ff. de contrahen. empt. & l. fundi, §. si ruta, & cæsa, ff. de action. emptio. Sed si arbo-
5 rum † tantum contemplatione velut oliueti emptio fieret, & illæ essent vento deiectæ, vel igne consumptæ, ante perfectum contractum, non ualeret uenditio, l. arboribus, ff. de contrahenda empt. quod si pro parte, & venditore & emptore scientibus, uel ignorantibus, distinguendum est, ut Iureconsultus distinguit in venditione domus combustæ ante contractus perfectionem, in l. domum, ff. eodem. Et quod dictum
6 † est arbores incisas, uel euulsas, non uenire in venditione, procedit etiam in lignis incisis, uendita silua, ut tradit Fab. dicto tract. sexta quæstione, septimo membro. Et le-
7 gata arbore, † censetur legatum solum in quo residet, & uia ad ipsam arborem, secundum glos. in l. si fundum, §. qui fundum, de legat. primo, quod intelligit ibi Bartolus, & cæteri sequuntur, quando ratione fructuum arbor est legata, puta quia est arbor fructifera, secùs si fuit legata ratione materiæ, quia
8 non venit solum: uendita † uerò arbore, non venit solum, licèt non possit transferri dominium in emptorem nisi facta incisione, sed actio competit emptori ut cogatur uenditor præstare patientiam, quæ habetur loco traditionis, l. Quintus, & ibi Bald. ff. de action. empt. & quod ualeat venditio arboris existentis in solo, tenet etiam idem Baldus in Rubrica, C. de contrahen. empt. vlt. quæstione, & sequitur Fab. dicta sexta quæstione, primo membro, secunda columna versiculo, item not. quod procedit, nisi arbores fuerint signatæ, quia tunc censetur translatum dominium in emptorem. Bald. in Rubrica, C. de peric. & commod. rei uen-
9 ditæ, numero primo. Et si uendatur † arbor quæ iterum pullulauerit, an pertineant pullulationes ad emptorem? dicit glos. quod non, in l. damni, §. si is qui unas, verbo, augeri, ubi Bartol. dicit esse quęstionem Sabbatinam, de dam. infec. quam quæstionē latius prosequitur etiam glos. in l. obligationum ferè, §. placet, verbo, sic in tradendo, ff. de action. & obligation. distinguendo ut ibi per eum, quam post Dyn. soluit Bald. in dicto §. qui fundum, quod aut est uendita arbor, quantum sit pro superficie ipsius arboris, & tunc non debetur: aut est uenditum etiam solum, & tunc secùs, ut ibi per eum. Et scien-
10 dum est, † quod licèt ista petia terræ in totum non esset uineata, uel arborata, sed in parte, non propterea uidetur falsam fuisse demonstrationem, sed sat est, quod pro parte uerificetur, ut tradit Alexand. consilio 120. omissis argumentis, columna tertia secundo uolum. Plura alia de arboribus scripsit Cepol. in dicto capitulo penult. de arboribus, & multa ad hanc materiam tradit Alciat. in l. sylua cædua, de uerborum significatione, & aliqua etiam inferius dicentur.

Et pratiua.

SVMMARIA.

1 *Pratum quid sit, & vnde dictum.*
2 *Pratum fit modico opere, cum nec aratro, nec annua semente indigeat.*
3 *Pratum dicitur, quod intrà decem annos proximos sectum erit.*
4 *Pratum non est locus sterilis nec propriè incultus.*
5 *Pratum differt à pascuis, & quomodo.*
6 *Prati appellatione non veniunt arbores in pratis existentes.*
7 *Statutum puniens damnificantes prata, non extenditur ad damnificantes arbores in pratis positas.*

GLOSSA VII.

1 PRatum † est, in quo ad fructū percipiendū falce dumtaxat opus est, ex eo dictum, quod paratū sit ad fructum capiendum, ut Iurecōsul
2 tus docet in l. pratum, ff. de uer. sign. fit † enim modico opere, cum nec aratro, nec annua semente indigeat, secundum Alciat. ibi. Et dicitur pratum, quod intra decem annos proxi-

mos sectum erit, vt dicit, text. in l. forma, in princip. ff. de cens. & non est locus sterilis,
4 † nec propriè incultus, ut Card. tradit in Clem. 1. 6. quæstio. de decim. Et differt à pa-
5 scuis, † de quibus dicetur infra, ut probatur in dicta l. forma, ubi ponuntur, ut diuersa, & in l. 2. C. de pascuis public. lib. 11. Vnde legatis pratis, non ueniunt nisi illa ex quibus aliquid feni colligitur, pascua verò sunt loca illa, in quibus bestiæ solummodo pascere solebant, in legato non comprehenduntur, secundum Alciat. dicta l. pratum, quod ad uenditionem trahen. est eadem ratione. Arbores
6 † verò in pratis existentes de propria significatione, prati appellatione non ueniunt,
7 tametsi pars fundi sint, & propterea † verbis edicti pœnalis aduersus damnificantis prata non comprehenduntur, ut aduersus Alber. in Dictionario suo, uerbo pratum, tenet Alciat. dicta l. pratum, & Felinus subscribendo consilio Socini 302. ad finem subscriptionis.

Ac casamentiua de duabus domibus.

S V M M A R I A.

1 Venditor exprimendo rem uenditam in se habere aliquid quo pluris ualeat censetur in dolo, & tenetur actione empti si illud non adest, etiam quod ignoranter hoc fecerit.

GLOSSA VIII.

CAueant venditores vt non exprimant extare aliquid in re, quod non extet, uel res esse alicuius qualitatis, qua fiat maioris ualoris, quæ non sit, quia venditori tenentur, ut supra dictum fuit, in verbo, quarum altera est aratoria, nam quod asserit uenditor, tenetur manutenere, l. sciendum, ff. de ædil. edicto, l. si uenditor hominis, in principio, ff. de action. empt. uenditor enim exprimendo
1 rem † uenditam aliquid in se habere quo pluris ualeat, censetur in dolo, & tenetur actione empti, si illud non adest, l. Iulianus, §. si venditor dolo, ff. eod. etiam quod hoc fecerit ignorans, quia non debet, quæ ignorat asseuerare, dicta l. Iulianus, in principio, versiculo, quid tamen si ignorauit & quod uenditor teneatur ea manutenere quæ fassus fuerit extare in re uendita, tradit Corn. consil. 226. colum. prima, ad finem, secundo volum. & consilio 59. in principio, quarto volum. Cra uet. consilio 145. numero vigesimosecundo, & Paris. consilio 78. numero, sexto tertio uolum. & latè Boer. decisione 50. numero secundo, & sequentibus.

Muratis, cuppatis, & solaratis.

S V M M A R I A.

1 Aedificia licèt ruri posita, hominum tamen vsui destinata, urbana prædia nuncupantur.

2 Vrbanum prædium non locus sed materia facit.

GLOSSA IX.

DE istis qualitatibus videnda sunt ea quæ scripta fuere supra, in capitulo præcedenti super istis uer-
1 bis. Et sciendum est, quod † ista ædificia licèt ruri sita sint, tamen urbana prędia, non rustica sunt, si quidem, non locus,
2 † sed materia vrbanum prædium facit, l. vrbana, ubi Alciat. ff. de verborum significatione, l. prima, ff. comm. prædior. Instit. de seruit. §. prædiorum, & Cepol. dicto tractat. de seru. vrban. præd. dicto capitulo 11. in principio.

Altera ad vsum, & habitationem patronorum deputata.

S V M M A R I A.

1 Vsus multipliciter accipitur in iure, vt hic Auctor prosequitur.

2 Vsus accipitur aliquando pro commoditate seu actu, uel magis potentia utendi.

3 Habitatio aliquando accipitur pro iure habitandi, quod competit Domino in rebus suis.

4 Domus dicitur deputata ad vnum vsum quando ad eum principaliter est deputata, licèt aliquando ad alium vsum conuertatur.

GLOSSA X.

VSus multis modis accipitur in iure, ut per Alber. ea dictione, in Di-
1 ctionario suo, & quinque † prosequitur Cepol. dicto tractat. in capit. 5. de secunda specie seruitutis mixtæ, de seruit. vsus, in secunda columna, & diuersimodè diffinitur, prout diuersimodè accipitur. Azo enim in Summa, Instit. de usu, & habit. & in glos. in l. prima, ff. eod. dicit, usum esse ius alienis rebus utendi salua rerum substantia, sed hoc ad usum, qui pro iure seruitutis accipitur pertinet, ut per Cepol. dicto capitulo 5. Archid. verò ex mente Ange. in ca-

in c.quamuis, quem sequitur Ioan. Andr. in c.cum plures, ad finem, de offic. deleg. libro sexto dicit, quod vti, est id, quod in usum uenerit, referre ad id quo fruendum est, & uti, est ea quæ sunt ad finem ordinatum in finem referre, & ibi Ioan. Andr. ex Papia Vocabulista ponit aliam diffinitionem. Capitur igitur usus hic prout accipitur in l.cum in testamento, de auro, & argento legato, & in l.in lege Censoria, de uerborum significatione ut quarto modo accipitur apud Cepol. dicto
2 c.uel pro † commoditate, seu actu, uel magis
3 potentia utendi. Et ita etiam habitatio † hic accipitur pro iure habitandi, quod competit domino in rebus suis, qui in re sua est moderator & arbiter, l.in re mandata, C. mandati, non pro habitatione, quę est seruitus, ff. de usu & habitatione, & Instit. eod. tit. & habetur per Cepol. in dicto tractatu cap. sexto de seruit. habitationis, ubi de hac materia uidēdum est; Et quot modis accipiatur habitatio, ponit Alber. in Dictionario suo, eod. uer
4 bo. Et notandum est, quod † domus dicitur deputata ad unum usum, quando ad eum principaliter est deputata, licèt aliquādo ad alium usum conuertatur. Rom. consi. 5. Viso puncto, ad finem.

Altera ad vsum, & pro habitatione laboratorum.

SVMMARIA.

1 Fundo vendito simpliciter, veniunt omnia in dicto fundo existentia, sed tamen cautius est describere omnia superexistentia, ad euitandas difficultates.

GLOSSA XI.

1 Licèt in uēditione possessionis † seu fundi ueniant omnia in dicto fundo existentia, l. si fines, C. de euict. prout latè dicetur infrà, super Clausula, Cum introitibus, &c. tamē ad tollendas omnes dubitationes, optima est cautela, describere omnia superexistentia in re uendita, & omnes eius qualitates, nam multum consideratur qualitas rei propter euictionem ipsius, si pars rei euincitur quæ uno precio uendita sit, l.prima, ff. de euict. licèt aliud sit, quando diuersis precijs uenditur, l.si fundo, ff. eodem.

Et tegete operta arundinibus.

SVMMARIA.

1 Teges accipitur pro straguli genere, quod storia vocatur.
Teges accipitur pro eo ædificio, quod rusticæ rei custodiendæ conuenit.
Teges appellatur Tugurium, Mapalia, & attegias.
2 Vocabula impropriantur vt saluetur mens contrahentium.
Verba sunt intelligenda secundum communem vsum loquendi, vulgarium, & grosso modo.
3 Simplicius grosso modo proferendi non obest.
4 Tugurium, Capana, seu Teges non venit Domus appellatione nisi in ea & homines habitent.

GLOSSA XII.

Teges hic non accipitur pro stragu li genere, quod storam uocamus,
1 sed pro eo ædificio, quod † rusticæ rei magis custodiendæ conuenit, ut de Tugurio est text. in l. Tugurij, ff. de uerbor. signifi. quod quidem ædificium Virgilius Mapalia, Iuuenalis uerò Attegias uocat, ut refert Alciat. d. l. tugurij. Nec refert
2 † si improprientur uocabula, ut saluetur mēs contrahentium, si quidem, uerba sunt intelligenda secundum communem usum loquendi uulgarium, & grosso modo, iuxta tradita per Cagnol. latè in l. si librarius, num. 16. de
3 reg. iur. simplicitas † enim grosso modo proferendi non obest, secundum Alex. consi. 42. Visis, & ponderatis, col. 6. 4. uol. hoc autem
4 tuguriū, † seu huiusmodi capana, uel Teges, non uenit domus appellatione, nisi in ea etiā homines habitent, ut tradūt Docto. in l. pleriq;, de in ius uocan. ubi per Moder. alij allegantur, & tradit Alciat. in d. l. urbana, uers. materia, de uerb. signific. & Boer. decisione 230. num. 7.

Cum Curtili, Area.

SVMMARIA.

1 Area sumitur aliquando pro loco sine ædificio in Vrbe.
Areæ cedit ædificium.
Area est pars ædificij.
2 Area capitur aliquando pro loco rustico sine ædificio, ab ariditate dictus, quòd in ea fructus arescant.
3 Vicinus non potest impedire ventum area vicini, ædificando, si ab vna parte tantum ventus haberi potest.

GLOSSA XIII.

De Curtili, seu Curte, latè supra tractatum est super eo verbo, de Area modo dicendum est, Area dupliciter in iure sumitur, primo,
1 pro loco sine † ædificio, in urbe, l.fundi appellatione, de uerbor.signific.l.qui res, §.fin. ff. de solut. ubi habetur, quod area est pars maxima Insulæ, seu ędificij, cui ædificium, seu superficies cedit. Et quod sit pars ædificij, est etiam textus, in l. seruitutes, §. si sublatum, ff. de seru.urb.prędior. & hoc modo in infinitis locis accipitur, & de hac area, hoc modo sumpta, plura scribit Cepol.in titul.de ser.urb.præd.c.39.de solo, seu area. Se
2 cundo, sumitur † pro loco rustico sine ædificio, ab ariditate dictus, quod in ea fructus arescant, vt tradit Alciat. in d.l. fundi, de quo Vergilius.

Area quam primum ingenti est æquanda Cylindro,
Et vertenda manu, & Creta solidanda tenaci.

De hac etiam habetur in l.fin.§.fin. C. de ser
3 uit.vbi est casus mirabilis, quod† vicinus nō potest impedire ventum areæ uicini, ædificādo, si ab vna parte tantum ventus haberi potest, de quo per Cepol. d.c.40. 8.Fallent.& Boer.decisione 322.nu.12.

Puteo, & Furno.

SVMMARIA.

1 *Furnus deducitur à furuo, idest nigro colore propter fuliginem vel obscuritatem.*
2 *Furnus, & Clibanus differunt aduersus Alciatum.*
3 *Furnus ruralis est prædium rusticum.*

GLOSSA XIIII.

Quia de puteo sat supra dictū fuit, aliqua paucula de furno subnectemus, Furnus (ut aliqui ex Grammaticis malunt, à furuo idest ni-
1 gro †colore propter fuliginem uel obscuritatem quam intus habet, deducitur, qui & clibanus dicitur, licèt primus, pro immobili.
2 † Secundus pro mobili accipi soleat: quam differentiam non uidetur sequutus Alciat.in c.18. lib. primo Parerg. promiscuè vtens vtroq; uocabulo, declarans ibi ænigma Vergilij.

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,
Treis pateat cœli spacium non amplius vlnas.

Intelligens de cœlo clibani, seu furni, ut ibi
3 per eum. Et scias quod furnus † ruralis, est prædium rusticum, ut inquit Bald.in l.certi iuris, 4.quæst. C.locati De furno pluries habetur mentio in iure, maximè in l.si seruus, seruum, §.si furnū, ff. ad leg. Aquil.& in l.fluminum, §.præterea, si furni, ff. de dam.infec. & de eo longum capitulum scribit Cepol.in d.tract.de seru.urb. prædior.c.50. De furno. ubi ponit plures quæst.in materia furni, de quo etiam habentur aliqua per Ioan.de Amic.consilio 104.num.6.quæ cum nihil habeant commune cum nostro tractatu, omittuntur.

Horto & viridario.

SVMMARIA.

1 *Viridarium quid sit.*
Viridarium à Græcis Paradisus appellatur.
Viridarium plus amœnitatis quàm vtilitatis continet.
2 *Viridarium Pomarium appellatur aliquando.*
Viridarium à vulgaribus aliquando Broilum appellatur, & quando.
3 *Vendens vuas vel rosas viridarij fructificantis bis in anno, primas vendere censetur.*

GLOSSA XV.

Viridarium locus est arboribus pomiferis consitus, quē Græci Para
1 disum appellant, in quo † extant plantæ, & herbæ uirentes, amænitatem plurimam continens, & id magis fit ad ornatum, quàm ad rei utilitatem, l.impensæ, §. fin. ff. de verb.signific. hic locus etiam
2 † Pomarium appellatur, ut Felin. ex Valla tradit, in aliàs allegato c. Rodulphus, nu.23; versi. Pomarium. Hunc locum vulgares quādoq; Broilum si solum contineat arbores fructiferas, non etiam hortum, quandoq; Zardinum si contineat, è contra appellant. De viridario habetur in l.instrumento, ad finem, & in l. dotalia, ff. de fundo instructo, & instrum. legat. & meminit Baldus, & sequuntur Doctor. in l. Diuortio, §.quod in anno, ff. soluto matrimonio, decidēs quęstionē quod
3 si quis vendit† vuas, uel rosas uiridarij fructificantis bis in anno, solum primæ uenditæ censentur. De horto nulla alia uerba faciam, siquidem de eo satis suprà pertractatū est. Et quæ in eo dicta sunt, possunt etiam in uiridario sibi locum uendicare, data paritate terminorum.

Colum-

Columbario.

SVMMARIA.

1 Columbarium quid sit.
Columbæ quando intelligantur in dominio nostro, ita ut pro eis diuidendis competat actio familiæ erciscundæ.
2 Columbæ, vel Columbi veniunt in venditione fundi.
3 Columbarum conditio quattuor carminibus expressa.

GLOSSA XVI.

1 Columbarium, locus est in quo columbæ siluestres habitant, Et licet columbarum † fera natura sit, tamen si consuetudinem habent eundi, & redeundi, sunt in dominio nostro quoadusq; habent animum reuertendi, §. pauonum, Instit. de rerum diuis. l. naturalem, §. pauonum, ff. de acquir. rerum domin. adeò, ut pro eis diuidendis actio famil. erciscundæ competat, l. Pomponius, §. idem Pomponius, ff. fam. ercisc. & ita etiam retinēdo earum possessionem, l. 3. §. item feras, ff. de ac-
2 quir. posses. Et cū sint † animalia in loco perpetuo mansura, veniūt in venditione fundi, cum columbario facta, ut decidit Alex. in ad dit. ad Bart. in l. Iulianus, §. fin. per text. in l. funes, cum l. sequen. ff. de action. empt. & sequitur Tiraquel. in tractatu de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 7. nu. 116. de proprietatibus colūbæ, tradit Archid. in c. qui Ecclesiasticis, 36. distinct. & de prohibitione capiendi eas, ac de alijs pluribus quæstionibus ponit Cepol. d. tract. cap. 77. De columbario, & nonnulla scribit Alber. in Dictionario, suo, verbo colū
3 ba, vbi in fine ponit † quatuor carmina conditionem columbarum complectentia, quę nō displicuit referre.

Grana legit, volitat sociata, cadauera uitat,
Felle caret, plangit, sociumq; per oscula tāgit,
Oliuam ducit, binos pullos bene nutrit.
Petra dat huic nidum, fugit hostem flammea visum.

Et piscina seu pescheria cum piscibus in ea existentibus.

SVMMARIA.

1 Piscina quid sit.
2 Viuarium quid sit.
3 Fundo vendito numquid veniant pisces in piscina existentes.
4 Verba non debent esse superflua in contractibus etiam si sit minimum verbum, & ne sillaba quidem.

GLOSSA XVII.

1 Piscina est proprie locus factus ad nutriendos, & conseruandos pisces, vt quando placuerit domino, † de ipsis capere possit, ut probatur in d. l. 3. §. item feras, ff. de acquir. poss. & in d. l. funes, ff. de acti. empt. licèt alia significatione accipiatur in l. 1. in princip. ff.
2 de fonte. aliarum † autem bestiarum conseruandarum locus uiuarium appellatur, d. §. item feras, & l. usufructuarium, §. si uiuarijs, ff. de usufru. Et sciendum est, quod regulari-
3 ter † fundo uendito, non ueniunt pisces in piscina existentes, nō magis quàm ueniant pulli, aut cætera animalia quæ in fundo sunt, d. l. funes, cum l. sequēti. Spec. in d. tit. de empt. & uendit. §. 1. col. 9. & Cepol. in tractatu de seruit. rustic. prædior. c. 42. De piscatione, 2. col. ubi in hac materia plura scribit, & Tiraquel. plures allegans in d. glos. 7. nu. 116. propterea ad tollenda omnia dubia, addita fuerunt hæc uerba, licèt crediderim sat etiam esse apponere illa uerba, et piscina, quia ad hoc ut aliquid operentur (aliàs enim nihil operarentur) quia proculdubio uenit in uenditione, cum sit intra fines fundi, ut dictum fuit suprà, & dicetur infrà, dicendum est, quòd censeantur uenditi pisces in ea contenti, &
4 existentes, si quidem, † uerba non debent esse superflua in contractibus, l. si stipulatus, de usur. & l. si quando, de leg. 1. etiam si sit uerbum minimum. Bald. in Rubrica. C. de contrahend. empt. 9. quæstione nec syllaba quidem debet esse superflua, secundum Curt. iun. qui plura ad hoc aggregat in consilio 85. num. 4.

Quantitatis.

SVMMARIA.

1 Quantitas est exprimenda in instrumento rei venditæ, ità vt dicatur, quòd venditor uendit talem rem, quam tantæ quantitatis, & iuxtà tales confines esse asserit, quæ est optima practica.
Licet etiam aliter obseruari poßit ut faciunt notarij Ferrarienses.
2 Contra venditorem fieri debet interpretatio respectu quantitatis adiectæ in Instrumento.
Venditor præsumitur scire quantitatem rei suæ.

Venditor præsumitur conuenisse tantam fuisse quantitatem rei venditæ quanta est expressa in Instrumento.

3 *Contrahentibus licitum quidem est decipere inter se vsq; ad dimidiam iusti precij, sed non licet decipere in quantitate.*

GLOSSA XVIII.

SPec. in d. §. 1. col. 7. in forma instrumenti venditionis, & colum. 11. uersiculo, Et nota quod expresse, & alij practici describunt formam super quantitate rei alio modo, quod scilicet uenditor uendit talem rem, quam tãtæ quantitatis, & iuxta tales confines esse af-
1 firmat, & conuenit, quæ est† optima practica, propter quam tollitur omne dubium super uerbis prædictis, an notarius ex se ea apposuerit, uel magis uenditor, & non uenditor teneatur omninò tradere, & manutenere quantitatem conuentam, & laudo talem practicam seruandam esse: tamen etiam quod seruaretur alia, quam seruant notarij Ferrariẽses, de qua supra, teneo, quod etiam uenditor teneatur tradere, & manutenere eandem quantitatem, cùm dicta uerba censeantur uerba ipsius uenditoris, & non notarij, ad quem uenditorem pertinet exprimere confinia rei suæ, & contra quem debet fieri interpretatio respectu quantitatis adiecta, ut Baldus tradit in allegato consilio 413. Verba dicunt, numero tertio, quinto
2 † uolume, ipse enim præsumitur scire quantitatem suæ rei, l. quisquis, C. de rescindenda uenditione. Annan. allegato consilio 98. colum. penult. & ibi Bolog. in additione intelligit uenditorem conuenisse tantam esse quantitatem, quando est descriptum instrumentum sub dicta forma, ut ex uerbis eius colligitur, ibi, iuncta descriptione facti, posita ante dictum consilium Anan. quod uidetur sentire Bertrand. consilio 30. numero quarto. 3. par. primorum, licèt Corne. consi. 59. colum. 2. uideatur uelle contrarium, sed primam tenet Paris. sequendo Baldum, dicto consilio supra allegato, in consilio 64. numero 41. & numero 52. primo uolumine. Et ad hoc faciunt ea quæ dicta fuerunt suprà, super confinibus domus, in uerbo, altero latere, iura Ecclesiæ Sancti Petri. Et sciendum
3 est, quòd licèt† contrahentibus licitum sit inter se decipere, usq; ad dimidiam iusti precij, l. secũda. C. de rescindenda uenditione cap. cum causa, & cap. cum dilecti, de emptione, & uenditione tamen non licet decipere in quantitate, c. per tuas, & ibi glos. in uerbo inuenerunt, de donat. & Anan. dicto consilio 98. col. pen. & idem tenet Ferrarien. in sua pract. in forma libelli in causa uenditionis, in glos. perticarum centum, in fine. Boer. d. decisione 50. nu. 4.

Modiorum quindecim.

SVMMARIA.

1 *Modius in Iure pro certa mensura accipitur, & continet sexdecim sextarios, & accipitur regulariter pro mensura tritici, & similium, non pro mensura terræ.*

2 *Sextarius continet heminas binas.*

3 *Modius accipitur pro certa mensura terræ aliquando, vt Ferrariæ.*

4 *Mensuræ terrarum secundum varias ac diuersas regiones variè ac diuersimodè nuncupantur; alibi enim modium, alibi brassiam seu perticam, alibi acram alibi tornalia, alibi Arpena, alibi bubulcata, alibi tabulata, alibi iugera, alibi Tornaturas, alibi bubulcas, alibi campos, alibi modulos appellant.*

5 *Mensura non refert quo nomine scribatur, modo vterq; contrahens illam intelligat.*

6 *Mensura, & precium non debet displicere contrahentibus.*

7 *Mensuræ agrimensorum quãdo non conueniũt recurrẽdum est ad mensuras communis illius loci, in quo est factus contractus.*

8 *Mensuræ in publico sunt conseruandæ.*

9 *Mensura loci contractus debet attendi, licet res sit sita in alio loco, puta si contractus factus sit Mutinæ de fundo posito in territorio Mirandulano.*

Vide tamen hic.

10 *Consuetudo loci contractus est attendenda in decisorijs.*

11 *Contrahentes videntur habere intentionem, & mentem contrahendi iuxtà consuetudinem loci, vbi res agitur.*

GLOSSA XIX.

NEmini dubium est, modium in iure pro certa mensura accipi, ut pluribus legibus comprobatur,
1 maximè † in l. iubemus nullam, C. de sacrosanct. eccles. in l. prima. C. de conduct. in publ. horr. lib. decimo, in l. modios, ubi glossa prima. C. de suscepto. præpositis, & Archan. eodem lib. in Authent. nullum credentem agri, collatione quarta, & in l. quidam, ff. de tritico, uino, & oleo legat. ubi habetur, quod modius non continet frumentum pendens pondera centum; & de

& de modio latè tractat Alciatus, in l. uinaria vasa, ff. de verbo. significi. vbi modium comprehendere & continere sextarios sedecim, testatur, & latius idem Alciatus de eo ponit in cap. 21. lib. quarto Dispunction. vbi
2 dicit † sextarium continere heminas duas, & sic modium continere heminas triginta duas, & ibi ponit de alijs pōderibus; Sed modius in ijs locis non accipitur pro certa mensura, seu quantitate terræ, prout accipitur hic, sed pro mensura tritici, vel aliorum si-
3 milium accipitur tamen † modius, etiam pro certa mensura terræ, in dicto capitulo perticas, de donatione, & ita accipitur etiam hic. Et sciendum est, quod sicut variæ sunt, & diuersæ regiones, ciuitates, castra, & loca,
4 ita etiam earum, eorumue variç sunt † mensuræ, & diuersę re, & nomine, ut tradit Boer. decisione 50. numero quinto, vbi refert mensuram modiorum aut brassiarum seu perticarum, quibus vtuntur Vascones, & quod Anglici, & Normanni appellant acras suam mensuram, ut inquit glos. in cap. ad audientiam, in verbo, acras, de eccles. ædific. Iornalia verò in patria sua, & Arpenta, apud Gallicos dicit tales mensuras appellari, quæ tantum important quantum apud Italos & Lombardos bubulcata, tabulata, vel iugera. Seruandus igitur est mos regionis, seu loci
5 in quo fit contractus, cum nihil † referat, siue scribatur, vendidit tot tornaturas, vt Bononienses, & Romandioli dicunt, uel Bubulcas, vt Mutinenses, seu Campos, ut Patauini, vel Modios, ut Ferrarienses, seu Modulos, vt Perusini, de quibus Modulis meminit Bartolus, in l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris, modo vterque contrahens mensuram ipsam intelligat, argumento, l. primæ, in fine, ff. de verborum obligatione,
6 & Insti. eod. titulo, §. primo, nam † mensura, & precium non debet displicere contrahentibus, l. Imperatores, ff. de contrahenda emptione. Et quando mensuræ priuatorū puta perticæ agrimensorum non conueniunt, tūc recurrendum est ad mensuras Communis illius loci, in quo est factus contractus, ut di-
7 cit Angel. per illum † text. in §. sin autem, in Authen. de collatio. & alijs cap. colla. nona,
8 nam istę mensuræ debent † conseruari in publico, vt d. §. sin autem, & dicta l. modios, vbi Bartolus, cap. de suscept. præpositis, & Arct. libro 10. & Guid. Pap. quæstio. 490.
9 Et notandum est, quòd si contractus fiat † in vno loco, & res sit sita in alio loco, debet attendi mensura quæ communiter seruatur in loco dicti contractus, non in loco rei sitę, & propterea si Mutinæ fieret contractus, de centum Bubulcis terræ, positis in territorio Mirandulano, deberent mensurari ad mensuram Mutinę, licèt sit breuior, & arctior. ita decidit Bart. in l. semper in stipulationibus, quem ibi sequuntur Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Angel. in d. Auth. de collat. & alijs cap. in fin. princ. quod & tenet Ferrar. in d. glos. perticarum, ad fin. Socin. consi. 247. 4. col. Brun. tract. de augmen. vltima conclusione, 10. col. Afflict. decisione 363. nu. 5. quā opinionem dicit communem Cagnol. d. l. semper in stipulationibus, nu. 5. Paris. consi. 64. nu. 71. 1. vol. licèt Albe. post Guid. de Suzar. aliter teneat, in l. arbitrio, §. de eo, in fine, ff. de dolo, & illum sequitur Alciat. in l. uinum, pen. pagi. ff. si cer. pet. quam etiā tenet idem Alciat. qui dicit ueriorem, & communem, & alios citasse illam tenentes, in consi. 697. in 1. dub. super quo uidenda est decisio Pedemont. 114. ubi fuit iudicatum pro opinione Alciati, & pro altera opin. Rolandi
10 consi. 100. in 3. & 13. 4. uol. Nam † & consuetudo loci contractus in decisorijs est attendenda, Bart. post Cyn. in l. 1. 34. quæst. num. 39. C. quæ sit lon. cōsuet. Bald. in l. cunctos populos, nu. 20. C. de sum. trinit. & fide Cathol. Afflict. decisione Neapol. 226. Serenis. & Guido Pap. quæst. 262. Consuetudo, in fi-
11 ne. Et quando † partes contrahunt, uidentur habere intentionem, & mentem contrahendi iuxta consuetudinem loci ubi res agitur, Bart. d. l. cunctos populos, nu. 43. uersic. sed etiam posset dubitari de tali quæstione, in fine ipsius uersiculi.

Et stariorum octo.

SVMMARIA.

1 Sextarius apud antiquos erat sextadecima pars modij, apud Ferrarienses vigesima.
Sextarius continet quattuor quartas.
Quarta continet quattuor meZZetas.
Venditores maiorem mensuram exprimere non debent quam re vera sit & contineat res vendita, quia si minor inuenitur, tenētur actione ex empto etiam si ignoranter id fecissent.
Venditor si scienter maiorem mensuram expressit non iuuatur per augumentum superueniēs per alluuionem, si ignoranter iuuatur.
2 Venditor tenetur quando modius seu mensura conuenta deficit, & tenetur actione quanto minoris.
Sunt tamen in hoc diuersæ opiniones, & ideo distinguendum est, ut hic.
Vel circa, dictio, mensuræ adiecta plurimum operatur.

Venditor non tenetur manutenere mensurā quādo fuit dictum quòd vendidit pro tanto precio, & non pluri, aut pauciori.

Venditor non tenetur etiam si fuerit expressa mensura adiecta tamen clausula, & quantæcumq; sit quantitatis.

3 *Venditio facta de petia terræ pro starijs viginti, si est viginti quinq; an & quomodo dicatur tota cadere in venditione, & an pro eodem precio.*

4 *Venditio facta tali pacto vendo vnam petiam terræ stariorum viginti positam in tali loco, & confinatam, &c. numquid intelligatur inchoata à mensura, an verò à re.*

5 *Emptor cui minus traditum fuit per venditorem, quàm esset mensura in Instrumento apposita, intrà quantum temporis spatium possit agere contrà venditorem vt suppleat numerum.*

Mensurationi si sit præfixum tempus sufficit quod intra illud mensuretur, licet post illud fiat relatio.

6 *Mensuratio quando est facienda debet uocari pars pro certa die adeundum super locum.*

GLOSSA XX.

LIcet sextarius (vt ex Alciato retuli super verbo præcedenti) sit sextadecima pars Modij tamē apud
1 Ferrarienses † non sic accipitur: nam quemadmodum Modius respectu mensuræ tritici, uel aliorum granorum, continet sextarios viginti, sextarius quilibet quartas quatuor, ita respectu mensuræ terræ, sextarij 20. faciunt Modium, quartæ quatuor, sextarium, & mezzettæ quatuor quartā. Attēdenda igitur est mensura regionis, & loci contractus, non ea, quæ diuerso modo etiam secundum ius commune accipitur, per ea, quæ dicta sunt in glos. præcedenti. Et debent cauere venditores, ne exprimant maiorem mensuram, quam in veritate contineat res vendita, quia si minor inuenitur, tenetur actione ex empto, l. 2. vbi Bart. ff. de action. empt. qđ procedit, etiam si ignorauerit venditor, l. tenetur, in princ. ff. eod. multum tamē interest an exprimatur scienter, vel ignorāter maior mensura, quia primo casu non releuat augmētum superueniens per alluuionem, etiam quod venditio sit facta ad mensuram, secundo casu sic, l. Iulianus, §. si Titius, & ibi Bart. & communiter cæteri, ff. eod. Et quod tenea
2 tur † venditor, quando modius seu mensura conuenta deficit, tradit Spec. in d. §. 1. ad finem, quem sequitur Alex. in consi. 70. Videtur fortasse, col. 1. 4. vol. & Ferrar. in d. glos. perticarum centum, ubi videtur aliter loqui. Sed quod teneatur actione quanto minoris, tradit Fab. d. tractatu quæst. 6. 4. membro, col. pe. per d. c. per tuas, de don. immò tenetur supplere ex alio fundo ibi contiguo, si aliquem ibi habeat venditor, aliàs tenetur quāto minoris fuisset empturus actione ex empto, aut veram rei æstimationē pro rata soluere, secundum Boer. qui alios allegat d. decisione 50. nu. 2. sed quia Doct. uidentur diuersimodè loqui in hoc articulo, propterea pro concordia prędictorum Doct. qui uidentur sibi inuicem contrariari; & confundere hanc materiam, & pro intellectu plurium legum, distinguendi sunt plures casus. Quia aliquādo primo venditur res ad mensurā, puta vnam petiam terrę quindecim stariorum, ad rationem decem pro quolibet stario, iuxta not. per Bart. in d. §. si Titius, de quo latius inferius dicetur, & hoc casu omnes concordant, quod precium est minuendum pro numero iugerum, si quidem, non potest bonitatis, vel qualitatis loci haberi ratio, cum deficiat ipsius loci substantia, l. si seruum, §. si modus, & ibi not. Paul. de Castro, ff. de act. emptiō. & ita est intelligendus Ferrar. in loco præallegato, in 1. casu, qui dicit venditorem teneri ad interesse emptoris, nam non tenetur ad aliud, nisi reddere precium pro parte deficiente, si ipsam habuit, ut per glos. in d. l. tenetur, in princ. vel ad ipsam diminuēdam, vt supra, Paul. de Cast. declarans in d. §. si Titius. Socin. consi. 32. in princ. 4. uol. & quod nō habeatur ratio hoc casu bonitatis, ex eo, quod vnicuiq; stario est taxatum precium, vno cum alio cōputato, probatur in l. si fundo vendito, in princ. secundum nouam correctionem, ibi, si singula iugera venierint, ff. de euict. Aliquando & 2. venditur fundus in specie unico precio, puta vēdo fundū talē stariorum decem, pro centum libris, si non inuenitur esse nisi stariorum octo, certè debet diminui precium pro rata deficiente, sicut fuit dictum in præcedenti, ut est text. not. illa glos. optimè declarante, in l. qui libertatis, §. fina. ff. de euict. quam allegat Bald. in l. sicut, in fine, C. de action. empt. quod probari potest per d. §. si modus, intelligendo illum text. ut intelligit Fulg. ibi, quod procedat, etiam quod uenditio facta sit in specie, & ita tenet Ferrar. loco præallegato. Paul. de Cast. in d. §. si Titius, & in l. si duorum, ff. de action. empt. nec isto casu potest haberi ratio bonitatis, quæ cum non extet, non potest æstimari, d. §. si modus, sicut non potest in casu præcedenti, licèt si pars fuerit euicta, quia extat, possit haberi consideratio qualitatis, & bonitatis partis euictæ, l. qui fundum,

ff.de euict. Quod tamen limitat Corn.consi. 59.vol.4.non procedere, quando est addita vox, vel circa, & precium correspondet mensuræ repertæ etiam deficienti, quia tunc secũdum eum non est minuendum precium, nec supplendum corpus ad mensuram expresſũ, propter dictam dictionem, & rationem prædictam. Sed fortius Cor.ibi tenet, quod hoc casu non sit diminuendum preciũ, sed quod res veniat in venditione pro quãta est, quod etiam tenet Paul. de Cast.consi.219.2.col.2. parte. Socin.conſ.32.1.col.4.uol. & uidetur etiam tenere in l. demonstratio, col. pen.& Bertr.consil.30. in princ.3. par. priorum.& Paris.in c.quia iudicãte, nu.14.de præscript. nu.14.sed 1.opinio proculdubio mihi uidetur uerior, & communior, per iura suprà allegata, quam tenet Spec.& Alex.d. consi.7.& Paris. sequitur consi.64.nu.39.uol.1. & videtur sequi Boer.d. decisione 50.post princ. Et Paul.de Cast.Cor.& Bertr. fundant eorum consultationes in alijs fundamentis, quæ limitant hanc conclusionem, non autem eam tollunt, vt ibi per eos. Sed tamẽ dubia est hęc mea opinio: quia alij tenent cõtrarium, vt p Cagnol. infrà allegãdũ. Sed pro prima Benintend.cõclusione 30.& Didac.c.3.practi.9.quæst. num.7. 10 & 11. Aliquando, & tertio, vẽditur fundus, in specie, et vnico precio qui asseritur esse centum stariorum, scilicet sexaginta vineæ, & quadraginta prati, si non reperiuntur nisi nonaginta in totum, & deficiant decem staria vineæ, quæ est maioris valoris, & tunc debet haberi ratio bonitatis partis deficientis, d.§.si modus. 2.resp. l.si in qualitate, & l.si fundo vẽdito, ff.de act. empt. & ita debet intelligi dictum Spec. in d.§.1. volentis haberi considerationem bonitatis. Aliquando verò & quarto, venduntur duo fundi vno precio, & in vno deficit mensura conuenta, in altero abundat, & exuperat, tunc de æquitate fit compensatio, & si quid deest emptori, siue pro tanto, seu mensura, siue pro qualitate, ei debet resarciri, l.si duorum, vbi not.Bart.et alij, ff.eod.tit.Bald. d.l.sicut, ad fin.vbi dicit, illam legem non esse alibi, quam tamen limitant Bart. & alij ibi sequuntur, non procedere, nisi quando expressa fuit mensura ignoranter, & vna venditione fuerint dicti fundi uenditi, secùs si sciẽter, vel pluribus venditionibus, de quibus etiam tradit Azo. in Sũma, in tit.de action. empt.& uendit.col.4. Aliquando & quinto, uenditur petia terræ ita qualificata, & confinata, unico precio, puta, pro centum, & tunc uenditor nõ tenetur in aliquo emptori, quia tota uenit siue magna, siue parua sit. Ferrar. d.glos.perticarum, nu.2.in fine, & ita hoc casu censetur loqui Socin.in d.l. demonstrat. col.pen. Est enim imputandum emptori, cur eam mensurari non fecerit, ut dicit glos.in d.§.si Titius, quem refert Paul.de Cast.conſ. 219. In causa, quæ uertitur, 1.col.2.par.Bologn. in addit. ad.d. consilium Anan.98. & Bertran.d. consil.30.3. par.1. impressorum, ubi dicit, quod cautela est, quod emptor antequam celebretur instrumẽtum, faciat rem mensurari per dictam glos. Non tenetur etiã uenditor diminuere precium, quando ex uerbis instrumenti posset colligi ipsum uendidisse fundum ea mente, ut non teneretur manu tenere mensuram expressam, puta, quando esset dictum, quod uendidit pro tanto precio, & non pluri, aut pauciori, ut tradit Paul. de Castro, d.consil.219.2.col. Et idem est, si uendatur fundus expressa mensura, & addatur Clausula, & quantæcumque sit quantitatis, secundum Bertrand. dicto consi.30. nu. 43.par.priorum, de qua Clausula, latius infrà suo loco dicetur; & idem uidetur, quando uersaremur in casu consi. Oldr.ut in quæstione sequenti.

3 Sed quid è, contra, si uenditur petia terræ pro starijs uiginti, & sit uigintiquinque, nũquid tota cadat in †uenditione. Hęc quæstio habet duo capita, primum scilicèt, an ueniat in uenditione. Secundum, an eodem precio, in 1.capite extat notabilis decisio Oldr.à posterioribus communiter recepta, in cõs.197. In concessione cuiusdam donationis, distinguentis, an partes incipiant explicare mentis conceptum à nominibus designantibus numerum, & mensuram, aut à nominibus designantibus certam speciem uel corpus determinatũ, adiecta postea mensura, primo enim casu non uenit plusquam sit expressum: secundo uerò casu, uenit totus fundus, quia adiectio mensurę est loco demonstrationis falsæ, quæ non uiciat nec minuit id, cui adijcitur, ut ibi per eum, allegantem plura iura, & maximè l.si uenditor, in prin.ff.de act. empt. Et hanc Oltradi decisionem sequutus fuit Io. Andr. licèt dixerit non sine dubio procedere in materia uenditionis, in addit. ad Specul.in §.1.in fine, in ultima addit.de empt.& uendit.Bald.in Rubrica.C. de contrahen.empt.quæst.22.Fab.d.6.quæst.4.mẽbro. Alex. in addit.ad Bart. in l.Iulianus, §. si Titius, ff.de actio.emptio.& in consil.133. Viso processu, col.quinta, uersic.præterea, 1. uol.consi.120.omissis, col.fin.2. uol.73. Videtur prima consideratione, col.2.uol.3. & consil.106. & 107.uol.6. Io.de Imola, & Abb.nu.9.in d.c.per tuas, de don. Socin.in l. serui electione, §.cum fundus, 2.col.ubi etiã Ias.col.pen.uersi.quarto ista lex, ff. de leg.1.

&

& idem Socin. in l. demonstratio falsa, col. pen. de condi. & demonstr. & in consi. 32. in prin. 4. vol. Ias. in l. cunctos populos, 1. lectura, 2. col. uersi. tertio limita, & in 2. lectura 2. col. versi. tertio limita. C. de sacrosanct. eccles. Crot. in repet. l. omnes populi, 1. col. 6. conclusione, ff. de iust. & iure. Dec. cons. 179. 347. & 500. Afflict. decisione Neapol. 68. Bertr. consi. 337. 1. par. priorum. & consi. 30. in princ. 3. par. priorum. Felin. in c. significante, nu. 7. de rescript. Rebuff. in repet. l. vni. C. de sent. quę pro eo quod inter. profer. in glo. proferũtur, in fine. Boer. latè d. quęs. 50. et Paris. consi. 64. nu. 31. 1. volum. Et licèt Imola in d. c. per tuas, dicat decisionem Oldr. non procedere in uenditione, prout uidetur dubitasse etiam Io. Andr. ut suprà, & sequitur etiam Dec. Imo. in prædicto consi. 347. ad fi. tamen decisio ipsa in quocumq; contractu procedit, & est communis opinio Doct. prædictorum loquentium in venditione, quæ opinio etiam verior est de iure, vt Paris. prosequitur d. consi. 64. nu. 76. & hanc etiam prosequitur idem Paris. d. c. quia indicante, nu. 14. de præscript. in casu tamen primo, quando non uenit dictum plus in uenditione, debet tamen de ęquitate pro eodem precio emptori uendi, si est modica quantitas, secùs si magna, ut quia tantumdem, uel maior numerus extet, & ita pluries iudicatum fuisse refert Boer. d. decisione 50. nu. 9. quod uidetur procedere concurrente alio, quòd dictus maior numerus fuerit cultiuatus, & bonificatus per emptorem, ut ibi per eum, nu. 7. & 8. Censentur autem partes incipere à mensura, quando dicitur, quòd uenduntur staria uiginti unius petiæ terræ positæ tali loco, iuxta tales confines, è contra uerò, incipere à re, uel corpore, quando dicitur uenditorem uendere unam petiam terræ talis qualitatis, positæ in tali loco, & iuxta tales confines, tantæ quantitatis, & in hoc omnes conueniunt. Sed si dicatur, uendere unam petiam terræ stariorum uiginti, positam in tali loco, & confinatam, &c. an censeatur inceptum à mensura, uel à re, controuertunt Doctor. Quòd enim hoc casu à mensura censeatur factum initium, tenet Abb. per illum tex. in d.
4 c. per tuas, nu. 9. & refert Alex. †d. conf. 159. pen. col. licèt dicat se id non ponere pro constanti. huius opinionis uidetur etiam esse Salicet. in l. 2. C. de cõtrahen. empt. & expresè tenet Dec. dictis consilijs 347. nu. 2. & consi. 500. nu. 3. ubi alijs rationibus comprobat. & sequitur Cur. iun. consil. 131. per totum. & hanc amplectitur Cagnol. in l. 2. nu. 182. C. de rescind. uendit. Cõtrarium tamen in hoc casu quod magis censeatur inceptum à re, quàm à mensura, tenet Alex. in dictis consilijs 73. 2. col. 133. col. 5. & consilijs 106. & 107. Socin. d. consi. 32. in princ. Bertr. d. cõs. 337. in fine. 1. col. & Afflict. dicta decisione 68. in quibus locis Doctor. exemplificantes hunc casum, tenent, quod censeatur inceptũ à re, uel à corpore, & expresè Abb. reprobat Ruin. in consi. 83. 1. uol. & Paris. qui consuluit in eadem causa, in qua consuluit Dec. d. consi. 500. expresè contra Dec. & Abb. idem tenet in consil. 64. nu. 31. & sequent. & cons. sequenti 1. uol. ubi etiam alios allegat. supradicta tamen Conclusio Oldr. & aliorum, non procedit, quando repugnat mens partium, puta, quia fuit uendita petia terræ partim laboratiua, & partim pratiua, tot stariorum, uel tot staria: nam si mensura expressa non comprehenderet etiam partem pratiuam, sed excluderetur illa pars, ut uerba illa operentur, tota uenit, ut tradit Alex. d. consi. 7. 2. col. & d. consil. 106. ad fin. 6. uol. Multum etiam confert ad interpretandum, an tota ueniat in uenditione, quoties precium cõmensuratũr ualori rei, & iustæ æstimationi, ut per Corn. d. consil. 59. in 4. Dec. d. consil. 500. col. pen. Afflict. dicta decisione 68. & Paris. d. consi. 64. nu. 44. & Bertr. consi. 241. ad fin. 1. par. & Crauet. consi. 105. nu. 9. uide Bar. & Cagnol. nu. 4. in l. semper in stipulationibus, de reg. iur. non procedit etiam dicta opinio Oldradi in cõductione nauis, uel aliquorum uasorum capacitatis aliquarum amphorarum, uel modiorum, ut declarat Benuẽ. Strach. in tractatu de nauibus, 3. par. nu. 6. ubi plenè distinguit. & uide Didac. in c. 3. suarum practi. quæst. ubi latè.

Quo ad secundum caput, concludendum est, quod quando est inceptum à mensura, puta quod sit dictum, uendo staria decem terræ, licèt ipso in loco sit petia maioris quantitatis, non uenit in uenditione, ut suprà dictũ est: & propterea frustra tractatur, an pro eo pluri sit soluendum precium. Quando modo est inceptum à re, seu corpore, & tunc aut est taxatum precium ad numerum iugerum, seu stariorum, quod cautè fit, si fiat per uenditorem, ut per Spec. in d. §. 1. ad finem, & tunc res est expedita, quia debet addi preciũ pro rata, si uerò non sit taxatum precium, sed unico precio sit uenditus fundus, & tunc non est addendum precium, ita uidetur decidere Bald. in d. quæst. 22. & expresè Paul. de Castro ita distinguens, in d. l. si seruum, §. 1. de action. empt. Salic. in d. l. 2. pen. quæst. C. de contrahen. empt. Socin. d. consi. 32. & in d. l. demonstratio falsa, col. pen. Alex. d. consil. 133. 5. col. 1. uol. Felin. d. c. significante, nu. 7. de rescript. & Ruin. consil. prædicto. 83. num. 3.

nu.3.& eius mentis uidetur esse in consi.prę dicto 198.nu.10. d.1. uolu.& hoc est tenendum, licèt uideatur Dec.d.consi.500. in hoc ultimò aliter tenere, cui respondet Paris.dictis consilijs 64. & 65. & hoc etiam tenent Crot. & Rebuff.in locis supra proxime allegatis.

Sed infra quantum temporis spatium potest agere emptor contra venditorem,ut suppleat numerum venditarũ terrarum, quãdo
5 †deficit?Respondetur,quòd aut partes apponunt tempus ad mensurandum, & referendum,& debet infrà illud mensurari, & referri,& post fieri non potest. Aut apponitur solum tempus ad mensurandum,& sufficit qđ fiat mẽsuratio in tempore, licèt post tempus possit fieri relatio,vt est tex.in l.qui fundum, in princ.ff. de cõtrahen.empt. & tradit Fab. d.6. quæst. 4. membro; Si verò solum sit dictum, quod mensuratio fieri debeat, nec sit additum tempus,debet fieri,& conqueri uẽditor infrà 60.dies, & vlterius nõ audiretur, arg.text.in l.quod si nolit,§.si quid ita venierit,ff. de ędil. edic.si verò non sit dictũ,quod debeat mensurari, & tunc perpetuò agi potest,scilicet vsque ad 30.ann. Ita tradũt Imola,& Abb.d.c.per tuas,& Socin.d.consi.vlt. in fine,3.uol.ubi tenet, post Casal.consi.48. Si uenditor,quod ad summum infra annum debeat conqueri de mensura, quando partes expresserunt de mensuratione facienda. & prædictam distinctionem sequitur etiã Dec. d.consi.347.in fine,iuncto princ.ipsius consilij,& cum eis transit Paris.in prædicto cõs. 64.nu.30.& Cagnol.in d.l.2.33.quæst.ad finem,nu.191.Et quando
6 †debet fieri mensuratio,pars debet uocari, pro certa die ad eundũ super locum, ad hoc ut in mora possit negligens constitui,ut tradit Alex.conf.33.nu.6. uol.6. quod consilium duplicatum est in conf.90.uol.5.licet sit defectiuũ,& Cagnol. in d.l.2.nu.261. si tamen iustam causam haberet altera pars negligendi, & non eundi, nulla mora sibi noceret, secundum Ruin.d. consi.198.in fine.

Vel cuiuscumque sit quantitatis.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Vel cuiuscumque sit quantitatis, in venditione adiecta, facit res ipsas venire cuiuscumque sit siue minoris, siue maioris.*

2 *Vel circa, dictio mensuræ adiecta in venditione, quantitatis facit totum venire.*

GLOSSA XXI.

Ista Clausula operatur,ut siue maioris siue minoris sit quantitatis res, ueniat in uenditione, ut ar-
1 guit† Alex.in d.consi.8.2.col.4. uol. & tenet in consil.127. Viso processu,2. col.2.vol.& idem Bertrand.in consil.prædicto 30.2.col.& Paris.d.consi.104.nu.32.& sequent. Interim tamen, antequam constet aliud de certa quantitate, stãdum est expressæ, ut Alex. tradit in d.consi.8.2.col.in fine, & tradit Socin. in d.consi.ult.col.2. in 3.faciũt tradita per Tiraquel. in tract.de retract. conuention.§.2.glos.unica, nu.74. Et quòd dictum est de ista Clausula, quod faciat totum corpus uenire, procedit, etiam si adda-
2 tur dictio,uel circa, † secundum Corn.aliàs allegato consi.59.3.col.4.uol.& Paris.d.consil. 104. Sed tamen erit arbitrarium Iudici quanta pars ueniat in uenditione, ut per eos ibi,& per Alciat.in l.hęc adiectio, ff. de uerbor.signific.

Sita in Villa Chocanillis.

SVMMARIA.

1 *Villa vnde dicta.*

2 *Villa quotupliciter in iure accipiatur.*

3 *Villæ sunt ædificia sine muris, & fossis, quæ nullam habent Iurisdictionem.*

4 *Villis venditis uenit Iurisdictio, honor, & Iuspatronatus, quæ comprehendit Villa.*

5 *Villæ appellatione apud Gallos venit Ciuitas, & aliquando etiam apud nos, licet impropriè.*

GLOSSA XXII.

Villa secundum Io. Andr.& Dom. post Io.Monach.in c.si ciuitas,de sent. excom. in 6. dicitur à uallis
1 quasi †uallata,quia non munitione murorum, sed fortificatur uallatione multorum, & hos sequuntur pleriq; ex posterioribus. Alciat.tamen in l.ager,ff.de uer.signific. hoc esse ridiculum, & ineptum affirmat,
2 si quidem †Villam triplici modo accipi in iure constat,pro domo urbana,l.plenum,ff.de usu, & habitat. & l.uideamus,§.fin.ff.loca. pro re rustica, quã Villici operarijq; rustici incolunt,l.si ita,§.fin.cũ l.sequen.ff.de fund. instr.& instr.leg. & pro domo constructa ad reponendos fructus, in quam fructus deuehuntur,l.arboribus, in princ.ff.de usufru.& & ita uidetur etiam declarare Alciat. in l.urbana prædia,uersi.prętoria,ff.de uerb.signif. & hoc ultimo modo accipi uillam tradit ipse etiam,in l.fundi appellatione,ff.eod.Bart. uerò

uerò in tractatu qui ſint rebelles, in uerbo,
3 Lombardiæ, nu.3.dicit, Villas † eſſe ædificia
ſine muris, uel foſſis, quæ nullam habent iu-
riſdictionem de iure communi, ſed ſubſunt
alicui Ciuitati, & idem dicit in l. ſi hæres, §.
uicis, ff. de leg. 1. & in l. prima, §. ſiue autem
intra, ff. de oper. noui nunc. quod admittit
Alciat. d. l. ager, & ſecundum Abb. in cap. ue-
nerabili, de ſenſib. prima col. eſt unitas, qua-
rundam domorum ſine muris, quaſi uallis
uallata, & dicit Bartolus, uillam non habere
iuriſdictionem fundatam in regulari, & con-
ſueto, ſunt tamen aliquæ uillæ etiam haben-
tes iuriſdictionem, de quibus dicit Innoc. in
4 cap. ex literis, de iure patr. quod † eis uendi-
tis, uenit iuriſdictio, honor, & ius patrona-
tus, quæ comprehendit Villa, & ſequitur
Baldus, in capit. primo, de Capit. qui Cur.
uend. col. tertia, & Corneus, conſilio 206.
5 col. 6. uol. 3. Gallici † tamen uillas etiam ciui
tates appellant, ut per Ioan. Andr. Dom. Bar
tol. & Abb. in locis præallegatis, quam ſigni
ficationem ſermo Latinus non admittit, ut
dicit Alciat. in dicta l. fundi appellatione, ſed
impropriè uillæ appellatione quandoque ac
cipitur Ciuitas, d. c. uenerabili, ubi Abbas.

Diſtrictus.

SVMMARIA.

1 *Diſtrictus quattuor ſunt nomina eiuſdem in-tellectus, diſtrictus, territorium, comitatus, & Diœceſis.*

2 *Diſtrictus vox apud antiquos ignota.*

3 *Diſtrictus quare ſic dictus.*

4 *Diſtrictus numquid latius porrigatur quàm Territorium.*

5 *Territorium numquid ſe extendat ad mare ſu-biectum.*

6 *Diſtrictus, & Comitatus an, & quomodo diffe-rant, & an latius pateat diſtrictus.*

7 *Diſtrictus triplex conuẽtionalis, priuilegiarius, præſcriptus.*

8 *Territorium tribus modis appellatur circũſcri-ptiuè, ſeu terminaliter, ſubiectiuè ſeu materia liter, conceſſiuè ſeu rationaliter.*

9 *Territorium quid ſit.*

10 *Diœceſis eſt magis certa quam Diſtrictus.*

11 *Diſtrictus appellatione, vel territorÿ proprieta-tès rerum, & bonorum non comprehenduntur, ſed tantum iuriſdictiones.*

12 *Diſtrictualium appellatione ueniũt Originarÿ.*

GLOSSA XXIII.

1 QVatuor ſunt † nomina eiuſdem in-
tellectus, ſecundum Alciat. in l.
pupillus, §. territorium, ff. de uer.
ſignific. diſtrictus à diſtringendo
ſeu arcendo ita denominatus, territorium à
terrendo ideſt ſummouendo, d. §. territoriũ,
comitatus à comminèdo dictus, teſte Otho-
ne relato per eũ ibi, & Diœceſis territoriũ,
ſeu locus, in quo Epiſcopus ius adminiſtran-
di ſacra habet. Dicit tamen ibi Alciat. quod
2 uerbum diſtrictus, † apud antiquos non repe
ritur, ſed apud recentiores tantum, de illo
enim habemus mentionem in c. ubi pericu-
lum, §. porro, de elect. in 6. et in Clem. ne Ro
mani, §. ſanè, eod. titulo. & in c. licet cauſam,
in princip. de probat. & per gloſ. in §. rurſus,
Inſt. de action. & in l. uni. C. ubi de poſſ. agi
oportet. Et dicit Bald. quem cæteri ſequun-
tur, in d. c. licèt cauſam, nu. 6. quod dicitur di
3 ſtrictus † quia diſtringitur ſiue arcetur origi-
narius, et incola, et eſt uocabulum pręciſum,
& quod diſtrictus à diſtringuẽdo dicatur, &
territorium a terrendo, ponit etiam idem
Bald. in c. 1. 2. col. nu. 4. Quibus mod. feud.
amittat. Paul. de Caſt. conſilio 85. Viſis di-
ctis ordinamentis, num. 3. 1. part. Abb. conſi
lio 20. Super quæſt. in princ. 1. par. & Socin.
conſilio 74. 4. col. in princip. 1. uol. Dec. con-
ſilio 534. nu. 7. & num. 16. & Felin. in c. Ro-
dulphus, ubi latè in uerſic. diſtrictus, de Re-
ſcript. Et idem uidetur eſſe diſtrictus, & idem
importare, quod territorium, d. §. porro, &
4 d. §. ſanè, licèt † Bald. in Rubrica quæ ſint re-
gal. & in d. c. licèt cauſam, nu. 6. ubi ſequitur
Felin. velit, diſtrictũ in latiori ſignificatu ac-
cipi debere, cum territorium non ſe extẽdat
ad mare ſuppoſitum ciuitati, diſtrictus uerò
ſic, quod rectè reprobat Decius, dicto capit.
5 licèt cauſam, cum † territorium reſpectu ſu-
biecti maris etiam ſe extendat, ſi quidem,
non à terra, ſed à terrendo dictum eſt, dicto
§. territorium; & quod idem importet diſtri-
ctus quod territorium, tenet Abb. dicto cap.
licèt, num. 1. Card. d. Clem. ne Romani, §. ſa
nè, Felin. d. uerſic. diſtrictus, in d. cap. Rodul-
phus, & Ruin. conſi. 22. nu. 5. 1. uol. ubi poſt
alios quos allegat, dicit, quod locus qui po-
teſt teneri, dicitur de fortita, & de diſtrictu;
ſed quod diſtrictus latiorem habeat ſignifica
tionem poſt multa tenet Imola, in d. Clem.
ne Romani, 7. col. ubi dicit, quod territo-
rium ſolum comprehendit uniuerſitatem,
agrorum ſubiectorum Ciuitati diſtrictus ue
rò comprehendit etiam caſtrum, uel aliam
ciuitatem ſubditam ipſi Ciuitati. huius men
tis eſt Aretinus, in conſilio ſeptuageſimo ſe-
ptimo. Et ratio ſcribendi, colum. ſecunda,
ubi dicit, ſe numquam inueniſſe bene decla-
ratum, ſed quod diſtrictus comprehendit
quicquid ultra territorium ſuum ex alieno
ciuitas ſuæ iuriſdictioni addidit, uel pro-
pter acquiſitionem bellicum, uel alia quali-
bet de

bet de causa, & hoc sequitur Felin.dicto capit. Rodulphus, verbo, districtus, 2. col. & Dec.dicto cap.licèt causam, nu.3. quod crebrius receptum esse testatur Alciat.d.§. territorium. Districtus etiam est territorium cui
6 iurisdictio inest, & differt † à Cõmitatu, quia proprie Cõmitatus est Ciuitatum districtus, etiam dominorum, & Cõmitatus est quædam Ciuitatis accessio, & eius naturales pertinentię, secundum Bald.in consilio 419. Ad euidentiam, 1. vol. Et quod districtus latius accipiatur quàm Cõmitatus, tenet Bald.in l.prima, §. in initio, num.3.de offic.præfect. vrb. Felin. dicto versiculo, districtus. Dicit etiam Bald. in consilio 498. Opinio d. Bart.
7 in 4. vol. quod districtus † triplex reperitur, conuentionalis, quando castrum per se regitur, & se submittit simpliciter alicui Ciuitati ob tutelam sui corporis sine præiudicio Principis; Priuilegiarius, quando Princeps concessit alicui Ciuitati castrum ad districtum. Et Præscriptus, quando iurisdictio, & imperium præscribuntur in ipsum castrum. Similiter de territorio dicit Bald. in consilio 293. Thema integrale, 4. volum. quod tribus
8 † modis appellatur circumscriptiuè, seu terminaliter, quia finibus certis determinatur. Secundo subiectiuè, seu materialiter, quia tamquam iurisdictio imprimitur, tertio concessiuè, seu rationaliter, quia priuilegiatus præscribitur, & conceditur. Alibi dicit Bald.
9 in Rubrica quæ sint regal. quod † territorium non est aliud quam terrę spacium iurisdictione munitum, & armatum. refert, & sequitur Ruin.dicto consi.22.num.5. & Boer.decisione 227.num.7. Et sicut districtus latius accipitur quàm Comitatus, ita etiam latius accipitur tetritorium, secundum Corn.in consil.151.2.col.3.uol. Est autem territorium sicut etiam Diœcesis, verbum vniuersale, cõprehendens quicquid est intra fines Vniuersitatis, secundum Bald. in consilio 326. Rex Romanorum, num.8. 1. vol. & licet sint diuersa ut supra ostensum est, tamen quãdoq; vnum importat idem quod aliud, & pro alio accipitur, vt tradit Alexand. consil.85. Visa
10 inquisitione, 2.col.4.vol. Diœcesis † uerò est magis certa quàm sit districtus, quia hic faciliter mutatur, quandoque per concessionem Imperialem, quandoque per occupationem principatuum uel Ciuitatum, illa non. Imola in dicta Clement. ne Romani, col.6. in his tamen attenditur communis usus loquendi, secundum Card.ibi, Bald. & Felin.
11 in d.c.licèt causam. Illud tamen † sciendum est, districtus appellatione, uel territorij, proprietates rerum, & bonorum non comprehendi, sed tantum iurisdictiones venire, vt decidit Oldr. in consil.176. Factum tale est col. fin. & sequitur Felin.d.cap.Rodulphus, versic. territorium, num.15. & Alciat. d.§.
12 territorium. Districtualium † verò appellatione veniunt originarij, cum illud uerbum sonet in originem, secundum Bald.in consilio 455. Quatuor ad propositum, nume.3. in 4. volumine.

Ciuitatis Ferrariæ.

SVMMARIA.

1 *Ciuitas quid sit secundum diuersas descriptiones.*
Ciuitatem constituunt habitatores non saxa.
2 *Ciuitatem primus ædificauit Cain.*
3 *Ciuitas quasi Ciuium vnitas dicta.*
4 *Ciuitatis constructio à iure gentiũ profecta est.*
5 *Ciuitas vt constituatur numquid sit necessarius Episcopus.*
6 *Vrbs dicta est ab Vrbo, quod est aratro diffinio.*
7 *Vrbum est curuatura aratri quod in Vrbe condenda adhiberi solebat.*
8 *Oppidum vnde dictum.*
9 *Castrum vnde dictum.*
10 *Ciuitas an & quomodo amittat priuilegia Ciuitatis.*
11 *Contractus in vno loco factus licet res in alio sit valet.*
12 *Contractus dicitur factus in loco in quo pars cõsentit, puta quando inter absentes contrahitur mediante nuncio vel Epistola, si enim scribam Bononiæ ego qui sum Ferrariæ vendo tibi rem aliquam, & tu consentis contractus censetur Bononiæ celebratus non Ferrariæ.*
13 *Possessio vendita est quæ est sita in territorijs duarum Villarum, & dictum est simpliciter, quòd venditur possessio posita in tali Villa nũquid veniat tota possessio.*
14 *Venditio totius rei intelligitur facta licet vno nomine tantum vsus sit uenditor in venditione, & pro parte vno, pro parte verò alio nomine nuncupabatur.*

GLOSSA XXIIII.

Ciuitas secundum Isidorum 15. Etimol. quem referunt Io. Andr. &
1 alij, in c.si ciuitas, † de sentent.excom. et Alber.in Dictionario suo uerb. Ciuitas, est multitudo hominum societatis uinculo adunata ad simul iure uiuendum, & habitatores, non saxa uocantur ciuitas. Alij diffiniunt, quod est collectio multorum hominum, Episcopum habens, & fossatis uallata, uel est multorum hominum honesta conuentio in loco certo ædificia vicina con-

cōstruentiū, ad simul iure viuendum, uel est collectio ædificiorum facta per multitudinem hominum simul habitare volentium.
2 & fuit † primus ædificator Cain, vt habetur Genes. quarto. Ita Ioan. Andr. & Dom. in di
3 cto cap. si ciuitas, in principio. Et dicitur † ciuitas secundum ipsos, quasi ciuium vnitas,
4 huiusmodi enim ciuitatis constructio, † & ædificatio, iure gentium introducta fuit, ut tradunt Doct. post glossam in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure. & Bart. in l. secunda, in fine, ff. de verborum significatione. Et quod di
5 ctum est, quod ad esse ciuitatis ex igitur † Episcopus, procedit tantum in Italia, Secundum Doctor. in locis præallegatis, quia in Alemania, & Sarmatia non ita seruatur, ut etiam tradit Alciatus, dicta l. pupillus, §. Vrbs, de verborum significatione, & respectu tantum spiritualium. quantum verò sit respectu dignitatis temporalis, non est opus auctoritate Episcopali, vel Papæ, secundum Paul. de Castro, in Repet. dictæ l. ex hoc iure, col. nona. De communi verò vsu, dignitas Episcopalis in loco facta, facit Ciuitatem. Bartolus, in dicta l. si hæres, §. vicis, de legatis primo, quod propriè in terris Christianorum procedit, secundum Bald. in dicta l. ex hoc iure, col. quarta, numero duodecimo. An autem ciuitas possit esse sine Episcopo, ponit etiam Bart. in l. prima, C. de Metropo. Berito, libro 11. & latè per Alexand. in add. ad Bartolum, in dicta l. secunda, ff. de verborum significatione, & in l. prima, §. siue intra, ubi aliqua per Bartolum, ad materiam, ff. de operis noui nunciatione. Vrbs
6 † uerò ab Vrbo appellata est, urbare enim est aratro diffinire, & urbum Varone teste, ap
7 pellatur † curuatura aratri, quòd in urbe condenda adhiberi solet; ita docet Iureconsultus, in dicto §. urbs, ubi multa egregiè Alciatus, de ædificatione ciuitatis more suo ex an
8 tiquis refert. Oppidum † uerò, ab ope dicitur, quod eius rei causa mænia sint constituta, dicit text. in dicta l. pupillus, §. oppidum; Castrum uerò secundum Io. Andr. & alios, in dicto c. si ciuitas, dicitur à castrando, quia
9 in castro † castratur licentia habitantium, id est firmatur, ne pateat hostibus passim uagādo, uel dicitur casa alta seu stricta, quia habitatio castri non debet esse diffusa, ne multa custodia egeat, secundum Ioan. Monach. & alios, in loco præallegato, de prouincia habetur per Bartol. in dicto uersiculo Lombardiæ, & plures concordantias ponit Alexan. in huiusmodi materia, in dicto §. si intra, in lectura, & in addit. ad Bart. & de oppido, & municipio, ponunt Doctor. in dicto c. si ciui
10 tas. Quomodo autem † Ciuitas amittat priuilegia Ciuitatis, & desinat esse Ciuitas, ponit Bald. in tit. de pace Constant. uersic. nos Romanorum, in princip. ubi inter cætera ponit, quòd quando ciuitas damnatur ad aratrum, amittit priuilegia. idem si pereat alluuione uel casmate, uel ponatur in banno æternali Imperatoris, uel Papæ, Et dicit Bartol. in l. aut facta, §. finali, numero sexto, de pœn. Vidisse sententiam diffinitiuam Henrici Imperatoris, quam dedit contra ciuitatem Brixiæ, quæ fuit sibi rebellis, condemnantis eam ad aratrum, quam tamen pœnam ex misericordia relaxauit. Plures etiam casus ponit Alexander in additione ad Bartolum, in dicta l. secunda, quibus damnatur ciuitas, & priuilegia amittit, qui ibi uideri possunt.

11 Et sciendum est, quod ualet † contractus uenditionis factus in uno loco, licèt res sit in alio, l. 1. C. de contrahend. empt. Et dicitur
12 † contractus factus in loco in quo pars consentit, puta, quando inter absentes contrahitur mediante nuncio, uel epistola, si enim ego existens Ferrariæ tibi existenti Bononiæ scribam, seu nuncium mittam, significando tibi quod uendo rem aliquam, & tu consentis, ibi censetur bene contractus celebratus, Bald. in l. multum interest, col. finali, nume. 11. C. si quis alteri uel sibi, refert, & sequitur Marsil. in repet. l. unicæ, C. de raptu uirginum. 253.

Sed quid si supradicta petia terræ non esset tota in dicta Villa Cochanillis, sed partim etiam in alia Villa ibi contigua, numquid tota ueniat in uenditione? Bald. in cons. 422. Super quibus, 3. uol. arguit ad partes, & concludit, quod quando est uendita res
13 tamquam quid uniuersale, ut † podere, castellum, & possessio, quæ etiam quid uniuersale cōtinet, ut dictum fuit suprà, in uerbo unam possessionem, tunc ueniunt omnes partes etiam in alio territorio existentes, maximè quando precium correspondet toti quantitati, & idem quando esset dictum, cum toto territorio, & districtu, uel esset dictum, ut cōmuniter dicitur in omnibus Instrumentis, cum omnibus, & singulis ad ipsam possessionem spectantibus, & pertinentibus, de qua Clausula, suo loco dicetur. Et idem est quando appareret, quòd uenditor haberet hanc possessionem ita in duabus Villis uel territorijs existentem, pro vna, puta, quia simul erat solitus locare, ut in locatione, quod tota ueniat, tradit idem Baldus, in l. emptorem, columna finali, C. locat. & in uenditio
14 ne, † quando una res pro parte uno nomine uocatur, & pro parte alio, quod tota ueniat, tradit Anan. in allegato cons. 98. col. pen. de

quo

quo etiam dicta fuere suprà aliqua in dicto uerbo, unam possessionem, & in uersiculo sequenti, diuisam in duas petias, &c. & idem etiam est, si uenderetur possessio posita in tali uilla, laborata per talem laboratorem, uel uillicum, nam licèt etiam partim esset in alia uilla, tamen uenit in uenditione, l. patronus, §. primo, de leg. 3.

In loco nuncupato la Rossetta.

SVMMARIA.

1 *Venditio valet licet erratum sit in confinibus rei venditæ, modo in corpore fuerit consensum.*
2 *Confinia quando discordant à mensura, cui magis sit standum remißiuè.*
3 *Venditæ rei qualitas si discordet à nomine quid agendum remißiuè.*

GLOSSA XXV.

AD maiorem declarationem rei, & certitudinem, nedum apponitur locus rei sitæ, sed etiam locus loci, & quod ita duplex locus sit apponendus, tradit Specul. in §. primo, columna quinta, de emptio. & uenditio. sed si esset erratum in nomine rei, uel loci, modo in corpore consensum fuerit, ualet uenditio, l. in uenditionibus, ff. de contrahend. emptio. & quando discordat nomen à confinibus, &
1 qualitate rei, non curamus de † nomine, glos. & communiter cæteri, in l. si quis in fundi uocabulo, in princip. de legatis primo, & per text. in dicta l. patronus, §. primo, & secundo, de legat. tertio, & Ruin. consilio 115. numero decimoquarto, quinto uolumine. Similiter error confinium non obest, quando de ueritate corporis constat, ut per omnes, in dicta l. si quis in fundi uocabulo, & per Felinum, in capitulo, significante, numero septi
2 mo, de rescriptis. & quando † discordant confinia à mensura, cui magis sit standum, recurrendum est ad distinctionem Oldr. in consilio 197. de qua latè fuit dictum suprà in uerbo, & stariorum octo, ut tenet Felin. dicto numero septimo, Alexander in consilijs 120. & 127. secundo uolumine, & Ripa dicta l. si quis in fundi uocabulo, numero 19. & Alexander etiam in consilio aliàs allegato, septimo, quarto uolumine, ubi etiam po
3 nit, † quando qualitas discordat à nomine, ubi est uidendum.

Iuxta vno capite viam communem.

SVMMARIA.

1 *Via vnde dicta.*
Via quotupliciter accipiatur.
2 *Via triplex, publica, priuata, vicinalis.*
Via publica quæ dicatur.
Via vt dicatur publica tria copulatiuè requiruntur.
3 *Viæ priuatæ dupliciter accipiuntur.*
4 *Viæ vicinales quæ nam dicantur.*
Viæ vicinales sunt pars prædiorum, & vicinis tantùm & eorum prædijs seruiunt.
5 *Viæ publicæ sunt de regalibus Principum.*
Viæ pertinent ad eos qui iurisdictionem circumquaq; habent.
Via publica censetur esse terminus terminans territoria, & iurisdictiones.
Via publica diuidi non potest inter Principes confinantes, & ratio.
Viæ existentes imtrà territorium, quantum ad proprietatem ad Ciuitates & loca ipsius territorij pertinent.
Viæ securitas specialiter ad Principem pertinet fundus ad municipes, iurisdictio ad eum cui Castrum concessum est.
Delinquens in via publica potest puniri à quocumq; cui ex generali Principis concessione hoc competat.
Via deuastata nunquid poßit quis ire per fundum uicini.
Via publica à notarijs appellatur uia communis.
6 *Via omissa in confinibus si vocatus sit vicinus pro confinante, & tantùm via est intermedia numquid talis via censeatur vendita.*
Via publica non potest venire in venditione.
Vendito fundo à sepibus vsque ad sepes ueniunt sepes in venditione.
Vendito fundo à via publica vsq; ad viam publicam, non venit via publica in venditione.
7 *Viæ non sunt mensurandæ neq; computandæ in mensura.*

GLOSSA XXVI.

DE ista dictione, (iuxta) satis fuit dictum suprà, super eadem Clausula, in descriptione domus, ubi dictum fuit, quod quando apponitur aliquod confine rei, intelligitur de contiguo, & immediato, non de eo quod habet aliquod intermedium, ut sentit Corneus, in consilio 29. columna prima, & secunda, tertio uolumine, & clarius Alexander, in consilio 81. in fine, 7. uolumine.

De uia nonnulla dicta fuere suprà in glos. Stratam publicam, sed plura dicenda restãt, est enim primo sciendum, quid importet hęc dictio, (Via) & si Grammaticis credimus, dicta

cta†est ab eundo, quasi ea, quod per eam ea-
1 tur, vel à vehendo, quasi veha, quod per eam
fructus vehantur, vel vehiculum ire potest,
quod vltimum Alciato placet, in l. quantum
§. item via, ff. de verbor. signif. & diuersimo-
dè accipitur; aliquando pro oratione, quod à
Græcis Methodus dicitur, vt habetur in l. se-
cunda, versiculo, nouissimè, sicut ad paucio-
res, & ibi latè scribit Baldus, ff. de orig. iuris,
quandoque pro seruitute viæ, vt in l. prima,
& l. via, in princip. & pluribus legibus, ff. de
seru. rustic. prædior. quandoque pro via qua
vtuntur homines in eundo & vehendo, non
iure seruitutis, prout hoc loco accipitur & de
hac verba facienda sunt: huius enim tripli-
cem esse speciē scripsit Vlpianus, in l. 2. §. uia
2 rū, ff. ne quid in loco publ. scilicet† publicas,
priuatas, & vicinales, tametsi Alciatus, in di
cto §. item via, duas tantum partes faciat, sci-
licet publicarum, & priuatarum. Publicę vię
sunt, quas Græci Basilicas nostri Prætorias,
alij Consulares vias appellant, & hæ etiam
appellantur militares, ut in l. finali, ff. de lo-
cis & itiner. public. & ita quatuor sunt no-
mina, quę not. etiam Andreas Isernia, in titu
lo quæ sint regal. versiculo viæ publicæ. Hæ
viæ etiam à Græcis Epidemię dicūtur, quod
nil aliud significat, nisi accessus ad ciuitatē a-
liquā plerumq; obseruari solitos, ut Budeus,
ex Politiano declarado tex. illū tradit in An-
notationibus in l. obseruare, ff. de offic. Pro-
consul. & legat. de quo etiam per Alciatus,
libro secundo Prætermissorum, in titulo, ne
quid in loco publ. & eam viam publicam di-
cimus, cuius solum publicum est relictum,
ac directum certis finibus latitudinis, ab eo,
qui ius publicandi habuit, ut ea publicè ire-
tur, comearetur, dicta l. secunda, §. uiam pu-
blicam, de quo etiam dixi suprà, & tradit e-
tiam latè Cepol. in tractatu de seruit. rustic.
prædior. capitulo tertio, de seruit. viæ, septi-
ma quæstio. Ad hoc autem, ut uia dicatur pu
blica, tria copulatiuè exigūtur, scilicèt, quod
per eam publicè iter fiat, quod solum sit pu-
blicum, & quod nos ducat in Ciuitatem, Vil
lam vel coloniam, dicto §. uiam, & declarat
Ripa, in l. quo minus, numero 92. ff. de flu-
min. Priuatæ uiæ dupliciter accipi possunt,
uel eæ quæ sunt in agris, quibus imposita est
3 seruitus, †ita ut ad agros alterius ducant, uel
eæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus
commeare liceat, in quas exitur de uia con-
sulari, & sic post illam excipit uia, uel iter,
uel actus ad uillam ducens, dicta l. secunda,
§. priuatæ. Priuatam etiam uiam putat Ce-
pol. dicta quæstione septima, dici debere il-
lam, quæ fit per dominum unius fundi, uel
plurium, si ex suo fundo eam facit, & de hoc
extet memoria, ut per glos. in dicta l. finali,
4 ff. de locis & itine. publ. Vicinales †uiæ sunt,
quæ in uicis sunt, & quæ in uicos ducunt, di-
cta l. secunda, §. uicinales, hæ autem quando
que priuatis, quandoque publicis adnume-
rantur: priuatis, si ex collatione priuatorum
ab initio factæ sint, & de hoc extet memo-
ria, si memoria non extet, publicæ sunt, dicto
§. uicinales, iuncta dicta l. finali, ff. de loc. &
itin. publ. & tradit Cepol. dicta quæstione se
ptima, & debet probari per allegantem, me-
moriam non extare, & ita esse communem
opinionem omnium, l. si arbiter, in fine, ff. de
probat. & tradit Alex. in consilio 177. num.
sexto septimo, uolum. sexto, & quādo enim
extat memoria huiusmodi uiæ, seruiunt tan-
tum uicinis, & eorum prædijs, nō alijs, ut per
Bald. in consilio 385. Ex quadam scriptura,
numero secundo, uolumine quinto, nam &
sunt pars prędiorum ipsorum, secundum Io.
de Amic. consilio 81. numero 10. & idem te-
net Afflict. decisione 62. numero secundo, u-
bi dicit fuisse decisum eam non impedire ius
congrui, & sciendum est, uias publicas esse
de regalibus Principis. capitulo primo, quæ
5 sint regalia, ubi †Isernia, Bald. et cęteri. idem
tenet Cepol. dicta quęst. 7. & Alciat. dicto §.
item uia, & pertinent ad eos qui iurisdictio-
nem circumquaque habent, ut per Guid. Pa-
pę, quæst. 577. Ad quem pertinet, ubi idem di
cit in fluminibus. Et in dubio uia publica cen
setur esse terminus terminans territoria, &
iurisdictiones, vt per Baldum in l. si plures,
numero 15. C. de cond. insert. & Ioan. de
Amic. in consilio 25. numero 15. licèt diui-
di non possit inter eos, quia quælibet pars di-
uisa esset inutilis ad exercitiū uiæ, ut per Bal-
dum, dicto numero 15. Viæ autem existētes
intra territorium, quantum ad proprietatē,
ad ciuitates & loca ipsius territorij, perti-
nent, secundum Bar. & alios, in l. continuus,
§. cum quis, de uerbor. oblig. & latè Cepol.
in dicto capitulo tertio, quæstio. nona, & Al-
ciat. dicto §. item uia, ubi dicit, quod securi-
tas uiæ specialiter ad Principē pertinet, eius
fundus ad municipes, iurisdictio uerò ad eū
cui Castrum concessum est; & ideò, si quis in
uia publica deliquerit, posse supplicium de
eo sumere quęcumque, cui ex generali Prin-
cipis concessione hoc competat. Plura de uia
ponit Cepol. dicto cap. ubi multas quæstio-
nes decidit, ad quem sufficiat remissio. Et si li
bet uidere de uia, uidendus est Ripa, latè plu
ra congerens, in tractatu de peste, ultima par
te tract. in cap. incip. Accedo nunc, num. 74.
& sequent. & idem tradit de uia reficienda
per uicinos, in d. l. quo minus, nu. 66. & Gui-
do Pap. quæst. 444. Vtrum possint uicini, in

fine,

fine, & an possit uia deuastata, iri per fundum uicini, ponit etiam Ioa. de Amic. d. consil. 81. nume. 9. quæ omnia, & alia, missa faciam, tanquàm ad nostrum tractatum impertinentia.

Notarij in instrumento scribunt viam cōmunem, uel Communis, ut ostendant non esse uiam priuatam, sed publicam, vias enim quas Græci Epidemias vocant, nos communes dicimus, ut in posterioribus codicibus, ad d. §. viarum, annotatum est; Si verò dicatur, uiam Communis, intelligitur scilicet Communitatis, uel Ciuitatis, cuius est via, §. Vniuersitatis, ubi glos. similia, Instit. de rerum diuis. de quo proximè dictum fuit.

Sed quid si notarius scripserit uicinum pro confine, omissa mentione uiæ, intermedię, numquid censeretur uendita via? dicen-
6 dum est, quòd non, † ut decidit Port. quem. Ias. ibi sequitur, & not. Ægid. Peri. in annotationibus ibi, in §. riparum, Instit. de rerum diuis. per glos. ibi, in uerbo, adherent, dicens viam publicam non impedire ius coherentiæ: & quod hinc insurgit practica tabellionum, qui ponunt etiam pro coherentijs agros, qui sunt ultrà uiam publicam. Hoc etiam tradit Paris. de Puteo, in tractat. de feud. reintegratione, in titulo concessio facta per dictionē iuxta, &c. fol. 102. in fine, & Boer. decisi. 51. nu. 15. Quod confirmo: quia non est verisimile, quòd uenditor voluisset uendere uiam publicam, quæ non potest uenire in uenditione, ut in simili dicit Bald. in l. à caligato, ad fin. C. de nupt. ubi dicit, quod si uenditur fundus à sæpibus usque ad sepes, ueniunt sepes: quia sunt pars rei, & includuntur. Si uerò à tali uia publica usque ad talem uiam publicam, non uenit uia publica, quæ non potest includi. Et huius mentis etiam uidetur Bald. in consilio 413. Verba dicunt, numero 3. uol. 5. de quo latius in-
7 frà dicetur, nam nec† etiam uiæ sunt mensurandæ, nec debent computari in mensura, l. littera, ff. de contrahen. empt. ubi Bartol. & Bald. l. id quod, §. primo, ff. de peric. & commod. rei uenditæ. Bald. in Rubrica, C. de contrahen. empt. 4. quæstio. Fab. de Sancto Sauino, in tractatu de empt. & uendit. quæstione 6. quarto membro. & Felin. in capitulo quia indicante, colum. fin. de præscript. Vndè, tanto minus uidetur, quod uenditor uoluerit uendere uiam, quæ sibi in aliquo non profuit, & nocere potest maximè in uenditione rei quæ est mensuranda, & quando est dictum uia mediante, uel dugali mediante, tradit Paris. consilio 64. num. 67. & seqq. 1. uolumine.

Altero capite dugale.

SVMMARIA.

1 Aquæductus seu fossæ manu factæ ad euacuandos agros aquis, materno sermone dugalia appellantur, & cur.

Aquæductus seu dugalia sunt priuati vel priuata non publica cum non sint perennia.

Aquæductus vel Dugale, est pars prædij.

2 Foueæ numquid veniant in venditione, & an sint mensurandæ, & precium de eis sit soluendum.

Emptor non præsumitur velle emere limites, sed id quod est intrà limites.

Fouearum usus est publicus.

3 Fossata, & aggeres quæ sunt intrà fundum debent mensurari, & veniunt in mensura, & modo.

Et idem de fossatis circa agrum existentibus.

Aquæductus seu Dugale si est intrà limites fundi venit mensurandus, & ratio assignatur.

Ripa aliquando debet mensurari licèt eius vsus sit publicus.

4 Riuus seu Canale, vel aquæductus manufactus qui appellatur formula seu fucile est locus priuatus, & venit, & accedit emptioni.

5 Dominus fundi potest flumen priuatum, & aquam in suum fluentem alio ducere, & diuertere, nec tenetur de ea gratificari vicino.

GLOSSA XXVII.

Hiusmodi aquæductus seu fossæ quæ manu factæ sunt per Gom-
1 munitates, seu Vniuersitates † in Villis, ad recipiendum aquas pluuiales, & euacuandum agros aquis, iuxta l. 2. §. Cassius, & l. quod principis, ff. de aqua pluu. arcend. materno sermone Dugalia appellantur, fortè ex eo, quod aquas ducant alio, & licèt seruiant quandoque usui publico in recipiendo aquas vicinorum, & alio ducendo, propter quod sepe notarij ea scribunt communia, vel Communis, tamen sunt pri-
uata, cum non sint perennia, & propterea non fluant, l. 1. §. fluminum, & ibi glos. ff. de flumin. glos. flumina, in §. flumina, Institut. de rerum diuis. & de hoc videtur text. in l. 2. §. præterea, 5. notat. ff. de aqua pluu. arcen. latè Curt. senior. cons. 32. nu. 2. & Ioan. de Amic. cons. 1. nu. 17. & sequent. & Alex. consil. 212. Vbi dicit esse partem prædij, 7. vol. de Dugali dato pro confine, meminit Paris. cons. 64. nu. 67. in fine, 1. volumine.

Sed oritur duplex quæstio numquid huiusmodi foueæ ueniant in uenditione,
2 quando † dantur pro confine, & si ueniunt an sint mensurandæ, & precium de-

beat pro eis solui, sicut pro cæteris partibus fundi, & videtur primo, quod non venit in venditione, quia fundi nihil aliud est, quam, id quod intra se tenet, l. fundi, in prin. ff. de action. empt. nam nec emptor censetur uelle emere limites, sed id quod continet & includunt limites, contrarium tamen decidit Bart. in tracta. de alluuione §. flumen, nu. 5. versic. sed quid si reperiuntur, ubi dicit, quod accedit fundo uendito sicut aquæductus, & viæ, quæ sunt extra prædium. Et idem tenet Cepol. d. tract. de seru. rustic. prędior. in cap. 38. de torrente, 2. colum. Non tamen debent mensurari, ex quo dantur pro termino, & limite, ut etiam tenet Bald. in Rubrica, C. de contrahen. empt. 4. q. & in Rubrica, ff. de rerum diuis. nu. 26. Fab. de Monte Sancti Sauini, in tract. prędicto, q. 6. 4. membro, Alex. in cons. aliàs allegato 120. Omissis argumētis, 2. col. 2. vol. Felin. in c. quia indicante, nu. 7. de præscript. & Ripa, in d. l. quo minus, nu. 26. ff. de flumin. Et idem uoluit Bart. in d. tractatu, in §. agro, nu. 6. etiam quod non apponerentur, ut limites, ex eo quod usus ipsorum est publicus, & idem tenet Bald. in l. riparum, ff. de rerum diuis. vbi dicit, quod usus ipsarum est publicus, sicut uiæ, quia quilibet potest ducere bestias ad bibēdum de suo torrente, & sequuntur Fab. & Felin. in locis prę allegatis, & Cepol. d. tracta. c. 36. De Ripa, num. 7. 2. colum.

Fossata uerò, et aggeres quę sunt intra fundum, debent mensurari, & ueniunt in modo,
3 & mensura, † ut tenet glos. per illum text. & ibi Bar. in l. prędia, §. ita legatum, ff. de fund. instruc. & instrum. leg. & idem tenent Bart. & Bald. in d. l. littera, ff. de contrahen. empt. Bart. in l. pen. ff. de impens. in rebus dotal. fact. nu. 2. in d. §. agro, nu. 6. & in cons. 193. Commune Lucignani. 2. dub. Bald. d. Rubrica de rerum diuis. num. 26. & in d. l. riparum, Aret. in §. riparum, nu. 4. Instit. eod. & Alex. Felin. Cepol. & Ripa in locis præallegatis, Et idem arbitror concludendum, in fossatis, quę sunt circa rem, quorum proprietas, & usus est priuatus, non enim est diuersa ratio ab existentibus intra rem: & cessant rationes Doctor. loquentium in eis, quorum usus publicus est, & ita seruatur de consuetudine.

Sed quid si huiusmodi Dugale, uel fossatum, sit intra limites fundi, numquid ueniat in mensuratione facienda, & in ea comprehendi debeat? ego habui de facto in terra Cottignolæ, & consului quod sic, propter prædictam regulam, quod fossata existentia intra fundum, ueniunt mensuranda, & quia licèt quandoque aqua fundorum uicinalium reciperetur, & per eam euacuaretur, tamen multum fructum afferebat, quia poterat percipi fœnum ex eo, & in eius fundo aderat plantata arborum, & uitium non modici fructus, quæ non erat verisimile uenditorem gratis concessisse, ut not. Doctor. de ripa afferente notabilem fructum, cuius vsus est publicus, & tamen venit mensuranda vt infrà suo loco dicetur.

Quæro etiam de alia quæstione, quam etiam habui in facto, pone, quòd in confinibus fundi sit riuus, seu canale, uel aquæductus manufactus, ut aqua quæ ex publico flumine deducitur per ipsum fluat, fortè ob molendinum, uel alia de causa, quòd quidem canale formula, seu incile appellatur, secundum Bar. in d. l. quo minus, 12. q. & ibi Repetent. numquid talis formula sit locus priuatus adeo ut ueniat, & accedat emptioni, sicut supra conclusum fuit in fouea, uel Dugali,
4 cuius † vsus est publicus. Secundo dominus fundi possit aquam decurrentem, & fluentem per eam diuertere, à suo cursu, & alio ducere cum præiudicio inferioris uicini, modo non noceat molendino superiori, uel vicino inferiori, præscriptione ius sit quæsitum? Et concludo, quod idem iuris sit, quod in Dugali, vel fouea, de qua suprà dictum est, cum talis locus sit priuatus, ut per Bart. Ias. & Ripam, in dicta l. quo minus quæstio. 2. & ibi Ripa, numero 83. quod etiam tenet Paul. de Castro in consilio 357. Notandum est, in secunda parte, quod etiam est impressum inter consilia Calcan. 54. idem tenet Alexand. in consilio 108. In causa, & lite, prima colum. 2. volum. Curt. senior dicto consilio 33. 2. & 3. colum. Cepol. capitulo de aquæduct. colum. 13. & Ruin. consilio 96. in 4. uolum. Ex quo enim in priuata fluit prædia, priuatum flumen est. Bald. consilio 62. In quæstione, ad fin. tertio uolum. Et ex hoc soluitur secunda quæstio, quia cum sit flumen priuatum, & locus priuatus quilibet potest aquam in suum fluens, alio ducere, & diuertere, nec tenetur de ea
5 gratificare vicino. Bartol. & Ias. † dicta l. quo minus, 14. quæstione, & etiam Ias. ibi 12. & ibi Ripa, numero 84. & 94. & est text. & ibi Bald. et Paulus de Castr. in l. aquam, C. de seruitut. idem tenet Baldus in capitulo cum omnes, numero 21. columna quinta de constitut. in l. item lapilli, prima, et secunda colum. ff. de rerum diuisione, et in l. si quis ex argentarijs, §. si initium, in fine, ubi etiam Ias. ff. de pact. Paulus de Castro dicto consilio 357. Calcan. consilio 31. 3. & 4. colum. Vbert. de Lampugn. inter cons. ipsius Calcan. consil. 53. Alex. consil. 194. Consideratis verbis, prima col. 2. volum. & consil. 203. nu. 10.

nu. 10. 6. vol. Bertr. consilio 351. 2. par. priorum. Dec. latè cons. 244. & 373. in princip. Cepol. d. cap. col. 14. Ruin. cons. 98. nu. 14. in 4. volum. quod etiam admittit Afflict. decisione Neapol. 388. nu. 14. & tenet Paris. consil. 112. in princ. & 114. nu. 5. & 6. 1. uol. & idem sentit in consil. 129. in 4. volum. & latè Boer. decisione 352. nu. 4. & 5.

Vno latere flumen Padi.

SVMMARIA.

1 *Flumen vnde dictum, & quotupliciter sumatur.*
Flumen consistit ex quattuor, ripa, littore, alueo, & aqua.
Fluminum duo genera.
2 *Flumina sunt de regalibus Principum, & ratio.*
Flumina statim atq; intrant territorium Principis vel Ciuitatis vel domini Iurisdictionem habentis efficiuntur illius.
3 *Ripa an & quando veniat in venditione fundi confinantis cum ripa, & an mensuranda.*
Ripa venit in venditione quando reddit fructum notabilem.
Ripa regulariter appellatur id quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens secùs verò si vltrà viam est tanta terræ quantitas quæ arari possit, quia tunc magis dicetur ager diuisus, & non ripa.
4 *Alluuionis incrementum uel diminutio cuius lucro vel damni cedat.*

GLOSSA XXVIII.

1 Flumen † à fluendo dictum est, & licèt quandoque pro superabundātia aquarum accipiatur, l. 1. §. denique, ff. de aqua pluu. arcend. & quandoque pro ligno excauato, per quod aqua pluuialis fluit, l. foramen, ff. de seruit. vrba. prædiorum, tamen propriè accipitur pro flumine publico, uel priuato, de quo in l. prima, ff. de flumin. quod ex quatuor consistit, ut Bald. tradit in consilio 463. Quatuor sunt, 4. volum. scilicet ripa, littore, alueo, & aqua, uel ut melius uidetur intellexisse Ripa, in dicta l. quo minus, numero secundo ex tribus, ripa, alueo, & aqua, littus enim propriè maris est, ripa fluminum, l. littus, la prima, ubi declarat Alciat. ff. de verborum significatione, & huiusmodi vocabulum flumē idem importat quòd fluuius, & annis, secundum Bartol. in tractat. de Insula, §. & alia, ad fin. fluminum verò duo sunt genera, publicum, & priuatum, publicum est, quod perenne est, idest, quod semper fluit, vt in Pado nostro, & in Rheno contingit, ut exemplificat glos. in §. flumina, Instit. de rerum diuis. priuatum est, quod non semper sed ad tempus decurrit ut exemplificat glos. in l. nemo, ff. eod. tit. in Melloncello, & Rapone. Ita est text. faciens hanc diuisionem in dicta l. prima, in principio in §. fluminum, ff. de flumin. Et quia ferè omnia flumina perpetuò fluunt, & perennia sunt, ideò publica dicuntur ferè omnia, dicta l. nemo, §. fin. & trad. plura ad hanc materiam Bartol. in dicto tractatu de aluuion. in §. flumen, Cepol. in tractatu de seruit. rustic. prædior. capitulo 31. de fluminibus, & Ripa post alios, in dicta l. quo minus, in principio, vbi loquuntur de flumine nauigabili, & non nauigabili, & de pluribus ad hanc materiam facientibus. Et sicut viæ sunt de regalijs Principis, ita etiam flumina, capitulo primo quæ sint regal. ut tradit Cepol. dicto capitulo. Guid. Pap. dicta questio. 577. &
2 Ripa, dicta l. † quo minus, numero 14. & 15. vbi subdit, quod ideo statutum est etiam de regalibus Principis, quia ad Principem spectat onus tenendi tuta nauigij, & viarum publicarum itinera, ideo consequens est, ut ad eum spectet commodum fluminum, & uiarum, quod consistit in colligendis ripaticis, & gabellis, ut ibi per eum plures allegantem. Et statim quod intrant territorium principis, vel ciuitatis, seu domini Iurisdictionem habentis, efficiuntur illius. Bald. in l. si plures, colum. 4. C. de condit. inser. quod tenet Cepol. dicto capitulo 31. Ripa dicta l. quo minus, numero 36. & latè Boer. dicta decisione 352. numero 4. & sequent. & Guido Pap. d. quæst. 577.

Sed quæritur, numquid ripæ, fluminis publici veniant mensurandæ, & pro eis pre-
3 cium conuentum † soluere, sicut fit pro cæteris partibus? Et si de ripa fit mentio tanquàm de termino terminante, & sic exclusiuè, ut si dicatur iuxta ripam, omnium consensu nulla est difficultas, quod non uenit mensuranda, licèt veniat in uenditione, et rei uenditæ accedat, d. l. littera, ff. de contrahen. empt. & d. l. id quod, §. 1. ff. de peric. & commod. rei vendit. ut tradunt Doctor. supra allegati in præcedenti Clausula, in 1. q. Si uerò datur flumen pro confine, ut hic, & tunc cōmunis est opinio quod non veniant mensurandum, nec computatur in mensura, ut tenet Spec. in §. 1. in fine, de empt. & uendit. Bart. in d. tractatu de alluuion. §. agro, nu. 4. Bald. in Rubrica de rerum diuis. nu. 26. & in l. riparum, ff. eod. Cepol. in d. cap. De ripa, 2. col. Aret. in §. riparum, Instit. de rerum diuis. nu. 4. & Ruin. cons. 191. nu. 10. 1. vol. & est communis opinio, secundum Ias. nu. 14. & Ripam, nu. 74. in d. l. quo minus.

Quod limitatur, nisi ripa reddat fructum notabilem, puta quia ibi sit salicetum, oliuetum, uel quid simile fructum afferens notabilis quantitatis, quod non esset uerisimile uenditorem gratis remissurum fuisse, ita limitat Bald. in dicta Rubrica, C. de contrahen. empt. quæstio. 4. & sequitur Alexand. dicto cons. 120. Felin. in d. cap. quia indicante, num. 8. Fab. d. tract. 6. quæst. 4. membro. Ias. & Ripa d. l. quo minus.

Venit etiam dicta Conclusio declaranda, vt procedat in ripa propriè, quæ est id quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens, dicta l. prima §. ripa, ff. de flumin. & l. pen. §. primo, eod. & tradit Ripa, dicta l. quo minus, num. 2. secùs verò, si ultra uiam est tanta terræ quantitas, quæ arari possit, quia tunc magis dicetur ager diuisus & non ripa, secundum Bald. in dicta Rubrica num. 26. & sequuntur Alex. Fab. Ias. & Felin. in locis præallegatis.

Quod si flumen per alluuionem fundo vendito aliquam partem adijciat, uel detrahat quod
4 † sæpè faciunt flumina, quòd possunt alicui dare, & auferre, & talem à iure uelut censores auctoritatem habent, l. ergo, §. flumina, ff. de acquir. rerum domin. & not. gl. quæ incipit, in §. Insula, Inst. de rerum diuis. cuius lucro, vel damno cedere debent? Et si venditio est perfecta, tunc esse damnum & lucrum tam per alluuionem quàm aliter contingens emptoris, l. id quod, in principio, ff. de pericul. & comm. rei vendite, & §. cum autem, Instit. de empt. & vendit. si vero emptio non est perfecta, ut quia fuit facta ad mensuram (quod quando sit, suo loco dicetur,) tunc si venditor ignorans modum, & quantitatem uendidit, sibi acquiritur, & eius etiam damno cedit, l. Iulianus, §. si Titius, ff. de action. empt. & tradunt Doct. in dictis locis, & Fab. dicta 6. quæstio. 4. membro, 2. col. & Brun. in tractatu de augmento, 16. conclusione 5. limitatione. secùs si sciens asseruit esse maioris mensuræ, tunc enim sibi non prodest augmentum, dicto §. Titius, ubi Doctor. & Aret. in §. actionum autem, num. 16. Instit. de action. de quo etiam inferius aliqua dicemus.

Altero latere ipsos venditores.

SVMMARIA.

1 Venditor si confinat cum re vendita, vel ei habet aliquam rem contiguam id debet declarare emptori.

2 Venditore habente duos fundos contiguos habentes suos expressos confines, si vnum vendat, & nouos det confines, nouis, non antiquis confinibus standum est.

3 Mensura nec augeri nec minui potest quando venditor habens vnum fundum vendit certam partem ex eo puta viginti staria.

Et talis venditio censetur ad mensuram facta, Secus tamen in casu hic proposito in fine.

GLOSSA XXIX.

1 Debet etiam venditor † si confinat cum re uendita, uel ei habet aliquam rem contiguam, id declarare emptori, l. cum seruo, §. fin. ff. de contrahen. empt. Paris. cons. 64. num. 66.
2 1. vol. Et quando † venditor habebat duos fundos contiguos, habentes suos expressos confines, tamen si unum uendat, & nouos det confines, his nouis, & non antiquis standum est, l. eos, ff. fin. regund. & l. 1. C. eod. Quando tamen venditor habet unum fundum, & uendit certam partem ex eo, puta,
3 20. † staria, & dat se pro confine, & tunc illa mensura conuenta non potest augeri, uel minui, ut per Alex. in cons. 159. In causa, & lite, col. 3. vers. fortius uoluit, 5. vol. & uidetur idem tenere Socin. in cons. 32. aliàs allegato, in 4. vol. 1. col. nec tota res uenire potest, & censetur facta uenditio ad mensuram, de quo latè infrà suo loco dicetur, & quod hoc casu non censeatur tota res uendita, Neuiz. cons. 38. num. 5. secùs verò est, si possidet uenditor aliam petiam terræ ibi contiguam, & prima separatam, & distinctam, quia tunc mensura nō attenditur, ut uidetur uelle Cor. in cons. 59. col. 2. aliàs allegato 4. uol. & Paris. d. cons. proximè allegato, nu. 66. & Ruin. cons. 83. nu. 6. 1. volumine.

Pro alia sua petia terræ.

SVMMARIA.

1 Venditio valet si venditor vendiderit aliquam partem fundi, puta viginti staria ex fundo per eum possesso in ea parte in qua elegerit emptor, licèt antè non sit perfectus contractus, & dominij translatio facta, quàm, & electio, & mensuratio interuenerit.

2 Possideri non potest res incerta respectu loci, & respectu quotæ.

3 Venditio incertæ rei dici non potest, quando dictum est in qua parte debeat pars vendita assignari, puta ab oriente, uel occidente.

4 Venditio certa ratione quotæ dici poterit etiam si mentio fuerit dumtaxat facta de nominibus numeralibus reducibilibus ad quotam, puta ex petia terræ stariorum sexaginta uendo viginti.

Parisius tamen in fortiori casu id putat procedere.

Quod

Quod reprobatur.

5 *Venditio facta collato arbitrio eligendi in emptorem, licet non valeat antè electionem, & mensurationem, non potest tamen per pœnitentiam retractari.*

Emptor etiam ante electionem rei venditæ in se collatam licitè aliquid accipere potest in recompensationem fructuum nec in sortem computatur.

Limita tamen vt hic.

6 *Venditio incertæ rei perficitur reali, & actuale traditione interueniente.*

7 *Venditio rei pro indiuiso possessæ fieri potest, & valet seruatis his de quibus hic.*

8 *Venditione facta de vna re pro indiuiso possessa cum socio, si diuisio sit facta cum socio, & tota res quia non poterat commodè diuidi socio assignata est, quid agendum, & quomodo consulatur emptori.*

GLOSSA XXX.

HÆc verba ideò adijciũtur, ne Clausula suprà apposita, Vel cuiuscumque sit quantitatis, reddatur superflua, quia si esset totum unum corpus, ueniret tantum mensura expressa, nec minus, vel vltrà, ut in præcedenti Clausula dictum est.

Sed quid si uenditor vendit aliquam partem fundi, puta viginti staria ex fundo per eum possesso, in ea parte, in qua elegerit emptor, numquid hæc uenditio procedat? & concludendum est, quod sic, licèt debeat fieri electio, & mensuratio, & ante non est perfectus contractus, nec dominium, uel pos-
1 sessio transfertur, †etiam interueniente constituto, propter incertitudinem, quia quan-
2 do res † est incerta respectu loci, & respectu quotæ, possideri non potest, l.3.§.primo, & ibi omnes, ff. de acquir.possess. tradunt Doctor.in l. locus, ff.eod. Alciat. in l. subsignatum, §.incertus, ff.de uerborum significatione. ita consuluit Barto.in consilio 74. Petrus uendidit Bertæ, & idem tenuit in dicta l.3.§. primo, quem communiter sequuntur ibi Doctor.& in d.l.locus, Dec.in cons. 226. col.2. Boer. decisione 183.nu.6.Ruin.cõs.144. nu. 2.& 136.nu.8.1.vol.& cons. 38.nu. 3.4.vol. & latissimè Paris.cons.55.& cõs.59. ferè per totum 1.uol. Tiraquel.in tract.de constit.19. limitatione, in prin. Grat.cons.90.num. 6.in prin.Borgnin.in tractatu de tuto. & cur. nu.
3 260. Non diceretur †tamen res incerta ratione loci, si demonstraretur, ubi, & in qua parte deberet pars uendita assignari, puta, ab oriente, uel occidente, ut per Alex.d.§.1.Dec. cons.179. col.fin.& Paris.d.cons.59. nu. 21.
4 ratione verò quotę †diceretur certa, si per nomina numeralia esset facta uenditio, quando possent reduci ad quotam, puta si sit dictum quod ex petia terrę stariorum sexaginta uendantur 20. quæ important tertiam partem, nihil enim aliud est quam si esset dictum quod uenderetur tertia pars, & ita limitauit Ias.in d.§.1.& idem videtur uelle Dec.d.consil.179.ad fin.fortius uoluit Paris.sibi contrarius, quod non censeretur incerta ratione quotæ, quando per nomina numeralia mensura fuisset apposita, etiam si numerus ad quotam uidelicet tertiam, quartam, uel huiusmodi, non posset reduci in consil.60. eod. 1. vol. vbi uehementer instat, quod est contra receptiorem sententiam, de qua supra, quam prius tenuerat idem Paris.d. cons. 55. & 59. vnde ad euadendum dubitationes, cautius est per nomina quotitatiua non numeralia partem rei emere.

Licèt tamen tali casu ante factam electionem, & mensurationem non ualeat, non ta-
5 men †est locus pœnitentię, ut Paris. affirmat, dicto consil.59.1.dub.& cons.64. nume.14. eod.volum.& Tiraquel. in tractatu de retractu lignag. §.1.glos. 2. numero 26. Et si aliquid fuit solutum emptori in recompensationem fructuum ex æquitate, l.curabit, C. de act. empt. licitè potuit accipi, nec in sortem debet computari, ut per Paris.consil.60.eod. volum.Gozad.cons.55.num.11. & Ruin. d. cons.144.num.2.nisi ex alijs coniecturis, & præsumptionibus, uel fictione, seu simulatione partium appareret, ut latè tradit Paris. d. cons. 55.quod ita debet intelligi, non autem simpliciter, quia aliàs esset contrarius dictis in dicto cons.60.

6 Si tamen † realis, & actualis traditio rei interueniat, perficitur contractus, ut per Decium dicto consil. 179. & admittit Paris. d. cons.59.num.21.

Et sicut ualet uenditio facta de incerta
7 parte, ut suprà, tanto magis valet † quando venditor uendit certam partem fundi per eum possessi pro indiuiso, cum eo, ut per Paris.dicto cons.59. sed tunc debet apponi precium totius rei, ut uideatur quanta pars emptori ueniat tradenda, uel exprimatur certa quantitas, puta tertia pars pro indiuiso possessionis, nam si uenderetur tanta pars unius possessionis quantam capiunt ducati centum, nec apponeretur quantitas totius precij rei, quia non esset res certa, non ualeret uenditio, licèt soluto precio posset agi ex contractu innominato, ut per Ruin. d.cons.144. in principio.
8 Potest †ẽt fieri uenditio de parte rei, quam habet pro indiuiso uenditor cum alio, sed si ante traditionem contingat diuisio fieri cum

socio, & tota res, fortè quia non potest commodè diuidi, assignetur socio, iuxta §. quędam, cum ibi not. Instit. de action. cum non tenetur venditor ad rem tradendam emptori, sed solum ad dandum totum id, quod propterea à consocio fuerit consequutus; si uerò tota res ipsi uenditori per iudicem assignetur, emptor totam recipere debet, & precium partis alterius socij eidem soluere, & tunc venditor de euictione tantum suæ dimidiæ tenetur, casus est in l. Iulianus, §. idem Celsus, ff. de action. empt.

Altera.

SVMMARIA.

1 *Altera dictio de duabus tantùm, & duarum tantùm dicitur distributiua.*

2 *Inquisitio facta de tribus vel pluribus, si in ea dictum sit, quòd alter alteri auxilium præstitit corruit ratione incertitudinis.*

3 *Altera dictio de tribus etiam, & pluribus dicitur, & verificatur quando aliàs sumpta absonus intellectus resultaret.*

GLOSSA XXXI.

1 Dictio hæc de duabus tantum dicitur, & duarum tantum distributiua est, l. qui duos, † ff. de rebus dubijs, l. nonnunquam, ff. de iudic. ubi glos. l. continuus, §. item qui, ubi Aret. 3. not. ff. de uerb. obligat. & in alijs bis allegatis per Alber. in suo Dict. uerbo, alter, & est text. & ibi not. Bart. in l. 1. §. quod in sententijs, ff. qñ appell. sit. Are. in l. cum ex filio, §. filio impuberi, ff. de vulg. & pupil. licèt quandoque impropriè accipiatur ut l. cum ex filio, §. quidam, & ibi Bal. & Alex. ff. de vulg. & pup. & in l. si duobus, in princ. & ibi glos. ff. de bon. poss. contra tabul. & glos. in l. ancil-
2 læ, C. de furt. Et propterea si † in inquisitione, uel accusatione facta de tribus uel pluribus, dicatur, quod alter alteri auxilium præstitit, corruit Inquisitio, uel accusatio, cum sit incerta, quia non potest intelligi quis ex tribus, uel pluribus auxilium præstiterit, ita determinat Bald. dicens ita fuisse obtentum in d. l. ancillæ, & sequuntur cæteri ibi, Aret. & Alexand. in locis præallegatis, & Aretin. in l. nam & postea, in principio, ff. de vulg. & pupil. Benè tamen uerum est, quod ubi re-
3 sultaret absurdum, † uel absonus intellectus, uel uoluntas disponentis contraria appareret, tunc dictio impropriaretur, & intelligeretur distribuere inter plures duobus, ut per Paul. de Castro, consilio 18. Quidam testator, in antiquis.

Vero.

SVMMARIA.

1 *Verò dictio diuersimodè accipitur, aduersatiuè, superlatiuè quandoq; pro certo, quandoq; pro enim.*

2 *Verò, dictio aduersatiua, & similes plura potest coniungere, in una oratione.*

GLOSSA XXXII.

1 Hæc dictio, diuersimodè accipi potest, ut per Alber. in diction. suo, eod. verbo, quandoque † aduersatiuè, quandoque superlatiuè, quandoque pro certo, quandoque pro enim, in Authen. de hæred. & Falcid. in principio.
2 per hanc † tamen aduersatiuam, & similes, plura possunt coniungi in una oratione, ut per Bart. in l. Lucius, §. quæ habebat, ff. ad Trebel. in l. re coniuncti, nu. 14. ff. de legat. 3. & ita coniungit hic hanc petiam terræ, cum præcedenti vendita.

Est pascuiua.

SVMMARIA.

1 *Terra pascuiua, seu pascua quænam dicatur.*
Pascua, & saltus quid sint.
Pecudum appellatione quænam veniant animalia.

2 *Pascua aliquando ponuntur pro prato licèt regulariter sint diuersa.*
Prato uendito non ueniunt pascua nec è contrà.
Prata secantur, Pascua non.

3 *Pascua veniunt in uenditione possessionis, quando erant ad usum ipsius destinata, ac deputata.*
Quod amplia vt hic cum suis declarationibus.

GLOSSA XXXIII.

1 Terra pascuiua, seu pascua, illa dicitur, quæ pascuis pecudum destinata est, sicuti de silua pascua † est text. in l. silua, §. fin. ff. de verborum significatione. Et pascua siue saltus, sunt loca ubi bestię pascuntur, secundum Cepol. in tractat. de seru. rustic. prædior. in ca. 9. de seruit. iur. pascendi, colum. 2. cuiuscumque sint speciei, modo quadrupedes, & quæ gregatim pascuntur, hęc enim pecudum appellatione comprehenduntur, l. legatis, §. pecudibus, ff. de leg. 3. Instit. ad l. Aquil. in principio, & Cepol. dicto cap. in princ. dicuntur etiam huiusmodi loca pastiones, secundum glos. in l. diuortio, §. fina. ff. soluto matr. per text. in dicta l. si quis binas ædes, ff. de usufruct. licèt ille tex. pro actu pascendi, non pro loco magis accipi debeat, sed est text. in l. in-

in l. instrumenta, in fine, ff. de fund. instr. & instrum. legat. quem allegat Cepol. in dicto capit. 9. 2. colum. Et licet † pascua quandoque pro prato ponantur, ut in l. secunda, & tertia, C. de pascuis pub. lib. 11. & in l. Seiæ, §. Tyrannę ff. de fund. instr. tamen differunt ut probatur in l. pratum, de verborum significatione, & pro diuersis ponuntur in l. forma, ff. de cens. adeò quòd in venditione prati non uenient pascua, nec e contra, ut de legato tradit Alciat. dicta l. pratum, & dictum fuit supra, super verbo, & pratiua, non enim secantur pascua, ut supra, sed prata sic. Sed si huiusmodi † pascua essent deputata ad usum possessionis uenditæ, & uno nomine nuncupabuntur, & tunc ueniunt in uenditione, sicut etiam uenirent in legato, dicto §. Tyrannæ, vbi Bartol. & idem si erant deputata tantum ad usum ipsius rei, l. testatrix, quæ est, l. fin. §. primo, ff. si seruit. vendic. quod procedit etiam si pascua non essent propria uenditoris, sed tantum ius pascendi in eis haberet, dicto §. primo, & latè Cepol. dicto capit. 9. secunda colum. Quod non procedit, quando ex quantitate precij, correspondentis tantùm rei uenditæ, non etiam iuri prædicto, aliud coniecturandum esset, ut per Cepol. ibi, colum. tertia, & idem est si ius pascendi esset Communitatis, & ab ea acquisitum, quia in uenditione facta per singularem personam de Vniuersitate, uel Communitate, non censetur illud ius sibi competens venditum, ut per Cepol. dicto capitulo quæstio. 7. ad finem. De cæteris pertinentibus ad materiam pascuorum, uide per eundem in dicto capitulo.

2

3

Syluosa.

S V M M A R I A.

1 *Silua duplex alia cædua alia pascua, quod declara vt hic.*

2 *Silua quomodo differat à foresta, nemore, barco, luco, & saltu, & de singulis istis aliqua.*

GLOSSA XXXIIII.

1 Siluam duplicem esse scribit Iureconsultus in dicta l. silua, de uerborum significatione alteram scilicèt cæduam, † quæ in hoc habetur, ut cædatur, & qua succisa rursus ex stirpibus, aut radicibus nascitur; alteram pascuam, de qua in præcedente glos. dictum est. De prima sunt multæ leges de ea tractantes, ut l. ex silua, ff. de vsufruc. l. diuortio, §. quod in anno, ff. sol. matr. l. cum manu sata, §. silua, ff. de contrahen. empt. & aliæ plurimæ, & de utraque ponit Cepol. in dicto tract. de seru. rustic. prædior. in capit. 22. de montibus, secunda col. & Boer. decisione 51. ac Alciat. not. loquens in dicta l. silua, ubi loquitur de multis arboribus, an ceduæ dicantur, & de cupresso quæ sola non repullulat; Et sciendum † est, quod silua differt à foresta, nemore, barco, luco, & saltu; Foresta enim secundum glos. & Doctor. in capitulo, cum dilecti, de donation. est locus in quo feræ clauduntur, & habet quis in eo usum uenandi, & secundum Ioan. Andr. & Card. ibi, est uulgare Franciæ, & Angliæ, & ubi sunt talia loca, dicitur foresta, latum nemus, sine clausura, & sine aqua, & ita intelligitur text. ibi, sed vbi est flumen, dicitur silua. Barchus uerò, est locus, qui muro, uel palis septus est, secundum eos, & Felin. in capit. Rodulphus, num. 21. de rescript. & Cepol. dicta secunda col. Nemus uerò, secundum Felin. in dicto cap. num. 23. est voluptatis causa comparatum, & amenitate plenum. Lucus nequaquam ceduus est, & silua eo generalius nomen est, saltus verò silua est inuia, nec transeuntibus peruia in quo pasci atque æstiuare pecudes solent, & hyemare, si aer loci patiatur. Et licèt secundum prædicta, facienda sit distinctio inter huiusmodi vocabula, & alia, de quibus infrà, possunt tamen partes ad tollendas dubitationes declarare in contractu quam partem terrarum intelligant esse nemorosam, uel valliuam, ut inter dominos Carpi, & Mirandulæ fuisse factum refert Alex. in cons. 25. vol. 7. de quo meminit Felin. in dicto capit. Rodulphus, num. 22.

2

Arbustiua.

S V M M A R I A.

1 *Arbustum, & Arbustiua quomodo, & qualiter intelligatur.*

GLOSSA XXXV.

1 Licèt arbustum propriè sit locus, in quo certo ordine arbores uinearum causa plantantur, † secundum Grammat. & Alciat. in l. impensæ, §. vtiles, ff. de uerb. signif. & quandoque accipiantur etiam arbusta pro truncis arborum incisarum, ut l. fi. ff. de termino moto, quasi arboris hasta, secundum Alexan. in dicto cons. 25. tamen hic generaliter accipitur pro quocumque loco, ubi multæ arbores simul sitæ sunt nullo ordine plantatæ, prout accipiebãt etiam Alex. in d. cons. & Felin. in d. c. Rodulphus, nu. 22. vbi dicunt, quod attenditur in hoc communis usus loquendi.

Valliua.

SVMMARIA.

1 *Vallis quid sit, & unde dicta, & quotupliciter accipiatur.*

2 *Vallis aliquando est publica, aliquando priuata.*

3 *Vallis publica si est aliqua impensa munienda, de Communi id fieri debet, & omnes debent concurrere.*

4 *Vallis si sit publica, etiam terra mobilis cũ herbis & cannellis quã Coram uocamus, erit publica.*

5 *Vallis priuatæ aqua si inundet prædium alienum non tollit dominium prædij ipsi Domino, secus si sit Vallis publica.*

6 *Valles si per partes declaratum fuerit esse illas vbi sit riuulus aquarum, cannæ, & careræ fortes, & densæ, & uidigarij licet aliqua tantum, non omnia concurrant, nihilominus Valles dicuntur.*

7 *Inundationis tempore si quis piscatus fuerit non per hoc dicitur habere possessionem fundi.*

GLOSSA XXXVI.

Vallis duobus modis accipitur, primo pro loco plano montibus uel
1 collibus circundato, † à vallo, uallas, quod idem importat quod circundo, secundum Bar. in tract. de alluuione, in §. agro, nu. 12. & de hac scribit Cepol. in dicto tract. cap. 24. De Valle, & hoc modo non accipitur hic. Secundo, pro loco circundato montibus, sed terra plana, ut per Bart. dicto §. agro, num. 14. & de hac tractat Cepol. in dicto tractat. in capit. 39. De Vallibus aquosis, & hoc modo accipitur hic. Et
2 hæc † uallis quandoque est publica, quandoque priuata, quando est publica, iudicandum est de ea sicut de flumine, secundum Cepol. d. ca. 39. & habetur in l. latus, ff. de acquir. re-
3 rum domin. & si circa eam uenit aliqua † impensa facienda, uel propter expurgationem, vel propter desiccationem, de Communi est facienda, & omnes habentes prędia etiam in partibus superioribus, concurrere ad eam debent, ut consuluit Paris. cons. 70. nume. 18. 1. uol. secùs si sit priuata, ut per eum ibi. Et quã
4 do vallis est publica, † ita etiam terra mobilis cum herbis, & cannellis, quam Toras, aliàs, Coras vulgariter appellamus, publica, erit, secũdum Cepol. loco preallegato. Scien
5 dum etiam est, quod si priuata † vallis aqua inundet prædia aliena, non tollit domino dominium prædij, sed remanet cuius erat, secùs si publicæ vallis sit aqua, ut tradit Bartol. loquens de vallibus Rauennatensibus, in l. si uicinus, §. lacus, ff. de aqua pluuia arcend. Cepol. d. cap. Alex. consil. 57. num. 9. vol. 7. & Paris. dicto consil. 70. nume. 18. & consilio 3. num. 7. vol. 4. Plura de vallibus scribit Alex. dicto consil. 25. quem commendat Felin. d. c. Rodulphus, nu. 22. vbi nu. 14. decidit idem Alex. quod licèt per partes fuerit de
6 claratũ, † quòd ualles dicantur esse, ubi sit riuulus aquarum, cannæ & careræ fortes, & densæ, & uidigarij, quod si omnia prædicta non concurrant, sed aliqua tantum, nihilominus ualles dicentur, & appellatione uallium uenient. Sequitur Grammat. decisione 59. num. 38. Et notandum est, quod per actum
7 piscationis † tempore inundationis non censetur quis habere possessionem fundi, l. si ager, ff. quibus mod. vsusfru. amitt. & tradit Alex. d. consil. 57. num. 6. & nu. 9. Dec. cons. 302. nu. 19. & nu. 23. quod uidetur admittere Paris. cons. 3. nu. 8. 4. vol. in quo uidendus est Ruin. consilio 15. in 4. volum. & Rimin. consilio 529.

Paludosa, & aquosa.

SVMMARIA.

1 *Paludis mentio ubi habeatur in iure.*
Qualitates sunt inspiciendæ tempore contractus, & ratio.

2 *Terræ diuersæ qualitatis, & generis si uendantur ad mensuram, tam bonæ quàm malæ sunt mensurandæ.*

3 *Vallis vel Palus si propter aquam mensurari non potest, mensurabitur per aerem.*
Mensuratio ex aspectu fieri potest.
Mensurare est proprium Geometrarum quibus tamquam peritis standum est.

4 *Agrimensores si discordent in mensura quid agendum remissiuè.*

5 *Mensuratio Montium, riparum, & fossarum an fieri debeat per fundum an verò per superficiẽ.*

6 *Qualitati rei uenditæ magis statur, quam mensuræ, si qualitas discordet à mensura.*

GLOSSA XXXVII.

De palude habetur mentio in l. 1. §. Neratius, ff. de aqua pluu. arcend. in Rubrica, & l. fin. C. de
1 † alluuion. & palud. & tradit Cepol. d. c. 39. ad finem. Et huiusmodi qualitates sunt inspiciendę, & considerandæ tempore contractus, non post, quia cum mutentur ex cursu temporis, laboraretur in æquiuoco, semper igitur inspicitur tempus contractus, ut illa terra dicatur uallis, sylua, palus, uel nemus, quæ erat tempore celebrati contractus, ut per Alex. dicto consil. 25. ferè per totum.

Notandum tamen est, quod si huiusmo-
2 di terra uenderetur ad mensuram, tam † bonum terrenum, quàm malum, esset mensurandum, ut Baldus decidit in l. sicut, in fine, C.

ne, C. de action. empt. & sequitur Alexander in allegato supra cõsilio, ad finem, secundo uolum. & refert Boer. quæst. 46. nume. 4. & si talis uallis, uel palus propter aquam nõ
3 posset mensurari, esset † mensuranda per aerem, ut in simili tradunt Doctor. in l. prima, ff. si quis caut. Bart. & Alciat. in l. 3. ff. de uerbor. signif. & per eundem Bart. in tractatu testimon. uersiculo Vicena, numero 55. ubi dicit, quod per aspectum potest etiam fieri mẽsuratio, & mensuratio est possibilis, sed non omnibus, sed Geometris tãtum, quibus standum est tanquam peritis in arte eorum, ut uoluit Feder. de Sen. in consilio 201. Ad primum, col. final. ubi declarat quid agendum,
4 † quando plures periti in mẽsuratione discordant. Et si libet scire quomodo mensurentur
5 † montes, & ripæ, & fossæ, an per fundum, uel superficiem, declarat id Bart. in tract. Tyberiad. in §. agro, nume. 7. & sequent. & Cepol. in d. tract. 36. de Ripa, 2. colum. Et sciendum est,
6 † quod omnes hæ qualitates debent uerificari, ita quod si discordarent a mensura magis qualitati expressæ staretur, quàm expressioni mensuræ, ut per Alex. in aliàs allegato consilio septimo, uolumine quarto, ut dictum fuit suprà, super uerbo, Et stariorum octo.

Vel cuiuscumque alterius sit qualitatis.

SVMMARIA.

1 Venditor debet clarè exprimere qualitates rei venditæ, & ratio.

GLOSSA XXXVIII.

1 DEbet venditor † clarè exprimere qualitates rei, quia propter qualitatem ipsius rei, res quandoque pluris, quandoque minoris precij est & valoris, & multum rei qualitas ponderatur, vt dictũ fuit suprà, in Clausula, Quarum altera est aratoria, apponendo tamen istam Clausulam, censetur satis expressisse etiam omnem aliam qualitatem, sicut in simili fuit dictum suprà, in Clausula, Vel cuiuscumque sit quantitatis.

Quantæcumque sit quantitatis.

SVMMARIA.

1 Venditio facta sine mensura, cum Clausula, Quantæcumque sit quantitatis, operatur vt in nihilo teneatur uenditor etiam si esset modica quantitas.

GLOSSA XXXIX.

1 VEnditio † istius petiæ terræ tali casu facta sine mensura, operatur, vt in nihilo teneatur venditor emptori, etiam si esset modica quãtitas, ut per Ferrar. in Practica in forma libelli in causa venditionis, in glos. Perticarum, numero secundo, de quo latius tetigi super dicta glos. Et stariorum octo.

Iuxta vno capite & vno latere valles Cenzalini.

SVMMARIA.

1 Confines si sint mutati per alluuiones vel per vallium desicationes coniecturis & argumentis probari poterunt.

2 Confinium mutatio in dubio non præsumitur.

GLOSSA XL.

SEd quid si vel alluuionibus, vel alia de causa desiccentur valles, & mutati sint fines, quomodo probabuntur confines rerum? dicas, quod possunt probari coniecturis, & argu-
1 mentis, ut per † Doctor. in cap. cum causam, de probat. & latè per Parisiũ consilio 27. numero 15. 104. numero 24. & sequent. & 107. numero septimo, primo uolumine, in dubio
2 † tamen mutatio confinium non presumitur, l. in finalibus, ff. fin. regund. cum allegatis per Alciat. in tractatu præsumpt. 2. Reg. presumptione 13.

Altero capite dictum flumen Padi.

SVMMARIA.

1 Confines rei si ab homine sunt creati mutari possunt si ab immutabili rerum natura, non possunt.

Venditio si est facienda de re propè flumen existente, id exponi debet quia aliquando talis propinquitas reddit rem minoris precij.

2 Flumen si transeat inter duas Ciuitates, quomodo diuidendum.

3 Padus fluens inter Sorcam Doxuli, & Luzzariæ mutato alueo fecit illud terrenum inter flumen & Sorcam Luzzariæ ipsius Domini Luzzariæ.

GLOSSA XLI.

BAldus, in d. c. cum causam, nume. 3. dicit, loquendo de confinibus rei, quod aut veritas confiniũ creatur ab homine, & ista potest mutari,

1 tari, ff.†fin.regund.l.eos, aut ab immutabili rerum natura, vel situ proprio, sicut sunt mõtes, & flumina cõuallium, quia distinguũt territoria, & sunt fines æterni, nam huiusmodi fines perpetuò durant. Et quando res vẽdenda est prope flumen, debet id exprimi emptori, quia si est propè flumen solitum corrodere agros, vt de Rhodano scribit Ripa, in l. 1. §. si hæres, nu. 28. ff. ad Trebell. est minoris precij, quàm si esset alibi, ut per eumdem ibi; Cętera ad materiam fluminum vidẽda sunt quæ scripsi super eodem verbo, supra. Et de flumi
2 ne† transeunte inter duas Ciuitates, quomodo aqua debeat diuidi, refert Cagnol. Bald. decidentem in l. id quod nostrum, in fine, ff. de reg. iur. & de flumine Padi labente inter terram Doxuli, & Luzzariæ, quod mutato
3 †alueo illud terrenum inter flumen, & terram Luzzariæ acquireretur Domino Luzzariæ, est plenum Consilium Collegij Papiensis, inter consilia Cur. Sen. num. 57. quod si libeat, videto.

Altero latere ipsos emptores.

S V M M A R I A.

1 *Emptores solent sæpè maiore precio emere prædia ratione vicinitatis.*
Venditione vicino facta non esset opus exprimere omnes rei qualitates.
2 *Vicini præsumuntur habere notitiam rerum vicinarum.*
Vicinus in Ciuitate non præsumitur scire facta vicini quæ sunt ruri.
3 *Vicinus de iure communi non tenetur vendere rem suam vicino.*
Licet aliter in aliquibus locis sit statutum ut Ferrariæ, & Bononiæ.

GLOSSA XLII.

Ratione vicinitatis emptores sæpè maiore precio emere solent prædia: nam interest nostra, confines fundos etiam suprà iustam æstimationem acquirere, l. si cui fundus, in fine,
1 de leg. 2. & ratione† vicinitatis nõ esset opus expressione omnium qualitatum rei, de qua suprà dictum fuit, quia præsumitur vicinus eas scire, iuxta not. latè per Bar. & alios, in l. 1. ff. si cert. pet. & Bald. in l. fin. §. 1. nu. 18. C.
2 de iure deliber. vbi dicit, quod† vicini præsumuntur habere notitiam rerum vicinorum; Quod tamen venit declarãdum, si sit uicinus rei venditæ, secùs si personæ vendentis in Ciuitate, quia vicinus non præsumitur scire facta vicini, quæ sunt ruri, l. Titius, §. Lucius, vbi not. ff. de lib. & posth. tradit Ripa, in d. l. 1. num. 45. & Ruin. cons. 95. num. 8. vol. 4. Et sciendum est, de iure communi neminem teneri rem suam vendere vicino, l. dudum, C. de contrahen. empt. ubi Igneus tractat materiam retractus, quam plerique tractarunt, & maximè & copiosissimè Tiraquel. licèt quandoque per statutum aliud disponatur, ut in Ciuitate Ferrariæ, sub Rubrica, de cãbio seu permutatione facienda, vbi disponitur, quod habens petiam terræ aratorię, stariorum sex, uel uineatæ, pratiuæ, seu nemorosæ, quantitatum de quibus in dicto statuto, quæ non sint cõiunctæ aliquibus alijs suis rebus, teneatur eam permutare, uel vendere confinanti à tribus lateribus, uel duobus, & uia seu agere cõmunis, quod statutum ualet, ut per Doctor. in d. l. dudum, & per Bart. in l. 2. num. 4. C. de debit. Ciuit. lib. 11. & in statuto Bononiensi in simili casu, quomodo debeat interpretari, scribit Alex. cons. 32. uol. 7. quæ omnia omittam, cum in dictis specialibus tractatibus latissimè sint congesta.

Vel iuxta alios plures, meliores, aut veriores confines, dictarum rerum, si qui forent.

S V M M A R I A.

1 *Clausula, vel iuxtà alios plures meliores, aut veriores confines &c. cur inducta. & an restringat an verò ampliet dispositionem, & alia.*

GLOSSA XLIII.

1 Esta Clausula est inducta ad ampliandum dispositionem contrahentium, secundum Bald. consil. 422. Super quibus, in fine, 4. vol. Et quod per eam nõ restringatur, sed amplietur dispositio præcedens, tenet etiam Alex. cons. 7. col. 2. suprà allegato 4. uol. & videtur etiam tenere Anan. d. consil. 97. Non tamen aliquid operatur confinibus existentibus ueris, sed quãdo de alijs appareret, ut per Ruin. consilio prædicto 83. num. 7. 1. vol. vel confines redarguerentur falsi, secundum Parisiũ, consilio 64. numero 74. primo uolumine, nam ideo apponitur secundum Speculum, in dicto §. primo, de emptione, & venditione, columna nona, uersiculo, uel alios, ne fortè in confinibus sit erratum, quia potest esse quod heri in confinio possidebat unus, hodie alter.

CLAV-

CLAVSVLA XXI.

Liberam.

SVMMARIA.

1 *Libertas est contraria seruituti.*
Libera res quæ dicatur.
2 *Libera res & franca si vendita sit vel per liberum & francum allodium, numquid intelligatur importare libertatem ab onere decimarum, & collectarum an verò quòd sit allodialis.*
3 *Venditores vendentes rem liberam si apparet esse subiectam alicui seruituti tenentur emptoribus.*
4 *Interpretatio fieri debet vt repugnantia excludatur.*

GLOSSA PRIMA.

Libertas est contraria seruituti, Instit. de iure person. §. primo, & secundo, & Instit. de liber. in princ.
1 & illa res † est libera, quæ nulli oneri, vel seruituti est supposita, & ita quælibet res in dubio præsumitur libera, l. altius, C. de seruit. & aqua, & Institut. de liberti. in princ. tradit Bal. in Auth. Sicut alienatio, in fine, C. de sacrosanct. Eccles. & Pet. Antibolus, in tractatu de muner. tertia parte, nume.
2 100. sed si solum † liberam & francham rem venditores vendidissent, vel per liberum, & franchum allodium, dicit Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. quæst. 68. ad finem, num. 227. quod secundum strictam disputandi normam censeretur vendita libera ab onere decimarum, & collectarum, tamen attenta consuetudine generali, & notoria, quod omnes res suppositæ sunt huiusmodi oneribus, illa verba intelligerentur quod esset allodialis: quod posset sibi locum vendicare in illis locis, in quibus extat huiusmodi cõsuetudo, secùs in alijs in quibus non extaret, & omnes terræ non sunt suppositæ dictis oneribus, sed aliquæ tantum, & propterea tali casu deberet probari talis consuetudo, iuxta not. per Doctor. in l. de quibus, ff. de legib. te-
3 nerentur † tamen venditores si appareret rem aliquam seruitutem alij rei debere, vt per eũdem Cagnol. in l. secunda, C. de rescind. vendit. numero 173. de quo etiam latius infrà dicetur. Et huiusmodi libertas & immunitas non extenditur ad ius emphyteuticum Ecclesiæ, cui suprà dictum fuit esse suppositam dictam possessionem, sed censetur exclusum, quia aliàs contractus istæ repugnantiam con-
4 tineret, quod non est toleradum, immò † omnis debet fieri interpretatio, ut repugnantia excluda tur. Bart. in l. fin. §. idem quæsijt, nume. 4. de condict. indebiti.

Immunem.

SVMMARIA.

1 *Immunitas deducitur à muneribus quæ alicui remittuntur.*
Immunitas quid, & vnde dicta.

GLOSSA SECVNDA.

A Muneribus quæ alicui remittũtur deducit immunitas, l. munus tri-
1 bus † modis, ff. de uerb. signif. Est aũt immunitas ut Angel. in eius Summa attestatur, in eod. verbo, quasi sine muneribus data libertas, ab in, quod est sine, uel immunitas quasi puritas, inde quis dicitur immunis à peccato, c. fin. de purg. canon. sicut ẽt dicitur emunitas, quod idem est, q̃d libertas, quasi extra munia, idest extra munera data libertas, & ita etiam interpretantur Latini, licèt quandoque aliter accipiatur, ut in Auth. Iam prædium, in fine, C. de sacrosanct. Eccles. vbi accipitur immunitas pro indemnitate, ut per glos. fin. ibi.

Et exemptam.

SVMMARIA.

1 *Exempta res vnde dicatur, & quinam sint exempti.*
Exemptus locus dicitur extrà territorium Iudicis.

GLOSSA III.

EXempta res dicitur, quasi excepta, & separata ab alijs, ab eximo, q̃d
1 excipio, separo, & † aufero importat, l. qui saxum, ff. de donat. inde illi dicuntur exempti, qui à iurisdictione ordinarij, vel sui Iudicis subducti & separati sunt, ut in cap. cum capella, & pluribus alijs capitulis de priuileg. & tradit Alber. in Dictionario suo, in verbo, exempta. sic etiam locus exemptus censetur extra territorium iudicis, ut Paul. de Cast. Ias. Dec. & Curt. tradunt in l. fi. ff. de iurisd. omnium iudic. quod declaratur per Cagnol. ibi, nu. 14. ad quem est recurrendum.

Ab omnibus, & quibuscumque.

SVMMARIA.

1 *Omne qui dicit nihil excludit.*
2 *Quibuscumq; verbum latiorem habet significationem, quàm dictio omnibus.*
3 *Quibuscumq; dictio, vel similis, auget dispositionem*

nem vt in conceßione comprehendantur, etiam maiora expreßis.

4 *Immunitatis conceßio facta alicui pro se & hæredibus, & successoribus non comprehendit singularem successorem.*

Nisi sit dictum pro quibuscumq; successoribus.

GLOSSA IIII.

1 ISta Clausula generalis, multum operatur: nam qui†omne dicit, nihil excludit, l. Iulianus, in princ. ff. de leg. 3. & l. à procuratore, C. mandi. de quo dictum fuit supra, in Clausula promissionis de rato, in verbo omniũ & sin-
2 gulorum, verbum†verò, Quibuscumque, latiorem habet significationem, vt de eo dictũ fuit in eadem Clausula super verbo quibuscumque, fol. 43. & ad propositum tradit Alex. in cons. 30. Ponderatis narratis, 6. dub. 4. col. 5. vol. quod hęc dictio (Quibuscũque,) vel similis, vt (Quibusuis) vel (Quilibet) au-
3 get dispositionem, vt in†concessione immunitatis comprehendantur etiam maiora expresſis. Et sequitur Paris. in consil. 68. nu. 23. & 29. 1. vol. & idem dicit Alex. in derogatione facta de omnibus & quibuscumq; exemptionibus, in cons. 216. Nec arguẽdi sumus, col. 6. vers. septimo confirmantur, 2. vol. & de istis verbis tradit etiam idem Alex. in consilio 118. In casu de quo quæritur, 2. col. 5. vol. Ad propositum facit, quod tradit Ias. in cons. 89. 3. col. vers. quinto bene facit, 3. vol. & Bertrand. in cons. 264. in princip. 2. parte
4 priorum, quod licèt in concesſione†immunitatis facta alicui ꝑ se, & hæredibus, & successoribus, non comprehendatur singularis successor, cuius tamen contrarium voluit Alex. in cons. 193. Ex themate præmisso, in 1. dubio, secundo volumine, licèt contra eum teneat Ripa, in 26. Responso, numero 16. 2. lib. responsorum, quod infrà latius examinabo, in uerbo ementes, fol. 122. tñ secùs est si sit dictum, pro quibuscumque successoribus.

Muneribus.

SVMMARIA.

1 *Munus tribus modis accipitur.*
2 *Munus propriè quid sit.*
3 *Bona quæ dicantur.*
4 *Munera alia realia, alia personalia, nonnulla mixta ordinaria, & alia extraordinaria.*

GLOSSA V.

1 PAulus Iureconsultus in l. munus, la prima, ff. de uerbor. signific. tribus modis hoc uerbũ accipi† posse refert, uno modo pro dono, unde dicũtur dari uel mitti munera. Altero pro onere, quod cum remittitur, uacationem militiæ munerisque præstat, a quo immunitas dicta est. Tertio, pro officio unde dicũtur munera militaria, & aliqui milites munifici uocantur, et municipes dicuntur, quod munera ciuilia capiant. Martianus uerò in l. munus,
2 propriè, eod. titu. dicit, munus propriè†esse, quod necessariò subimus, lege, more, imperiovè eius qui iubendi habet potestatem. Do-
3 na†autem propria esse, quæ nulla necessitate iuris, officiovè, sed spontè præstantur, quæ si non præstentur, nulla reprehensio est, & si præstentur, plerumque laus inest. Sed Vlpianus in l. inter donum, eo. titu. donum, genus esse, munus speciem tradit, cum munus donum sit cum causa factum, ut puta natalitium, nuptiarum, unde uersus,

Dat meritũ munus, sed confert gratia donum,

4 Munerum†uerò aliqua sunt realia, alia personalia, & nonnulla mista, ordinaria, & alia extraordinaria, de quibus infra pro instructione iuuenum, & declaratione præsentis Clausulæ dicetur. Plura de muneribus habentur in titul. de muner. & honor. per totum, & in tractatu Guil. de Cuneo, de muner. & Petri Antiboli, eod. tit. 2. parte, quæ in eis locis uidenda sunt, & etiam per Moder. in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. solum enim aliqua transeunter attingemus ad declarationem nostri instrumenti pertinentia, & nonnullas quæstiones applicabimus, in cæteris remittendo lectorem ad dictã l. placet, ubi hęc materia optimè tractatur, & in locis ordinarijs, & vulgaribus.

Oneribus, & grauaminibus.

SVMMARIA.

1 *Onera, & munera idem videntur significare.*
2 *Immunitatis priuilegium ad hoc vt sit plenum, qualiter concipiendum.*
3 *Bartolus corruptus, & emendatus.*

GLOSSA VI.

DE oneribus habetur in pluribus legibus, tit. de muner. & honor. & maximè in l. 3. & in d. l. munus tribus modis, de verb. signif. de uerbo, grauaminibus, meminit Pontifex, in cap. fi. de rebus Eccles. alien. uel non, & uidentur
1 †habere eandem significationem munera & onera. Est bene uerum, quod Cepol. in Cautela sua 63. Quia priuilegium, uolens docere
2 optimam†cautelam ad conficiendum plenũ priuilegium immunitatis, fundans se in do-
ctrina

ctrina Bart. & aliorũ, in l. vacuatis, C. de Decur. & eorum fil. lib. 10. dicit, quod debet dici in priuilegio, ab omnibus muneribus & oneribus, quia aliàs non haberet immunitatem ab oneribus personalibus, sed iudicio
3 meo Bart. †ibi habetur corruptus, quia nõ dicit ab oneribus, sed ab honoribus, & ita, qđ non excusetur ab honoribus quis, licèt hẽat vacationem à muneribus publicis, dicit tex. in l. cui muneris, ff. de muner. & honor. allegatus per Bar. & idem Bar. hoc etiam expressè de honoribus dicit, in l. 2. ff. de iureiurand. per illum text. & in l. 1. C. de mul. & in quo loco, lib. 10. num. 13. & ita etiam in exemplaribus antiquis inueni Bart. ità loquentem de honoribus, in d. l. vacuatis, quod etiam comprobari potest ex eo, quod leges promiscuè vtuntur dictis vocabulis, muneribus, & oneribus, d. l. 3. §. quod pater, §. decaprotos, & §. exactionem, & in l. 2. §. quæ patrimoniorum, & in l. his oneribus, ff. de vacat. & excus. muner. & in d. l. munus tribus modis dicitur, quod munus dicitur onus, & idem etiam tenet ibi Alciatus.

Realibus.

SVMMARIA.

1 *Munerum ciuilium triplex est diuisio.*
Licet alibi duplicem esse dictum fuerit.
2 *Patrimoniale munus quale dicatur, vide hic multis modis exemplificatum.*
3 *Hospitandi munus est patrimoniale.*
4 *Equi agminales qui dicantur.*
5 *Angariæ quænam dicantur.*
6 *Perangariæ quæ sint.*
7 *Veredi equi vnde dicti, & qui sint.*
8 *Tributorũ exactio ad mun⁹ patrimoniale ptinet.*
9 *Munus patrimoniale cur sic dictum.*
10 *Tributum & census soluitur vel in ipsa re, vel ex re, vel propter rem.*
11 *A muneribus patrimoniorum nemo excusatur.*
12 *Munera patrimonialia sũt in duplici differẽtia.*
13 *Immunitate generaliter concessa ab oneribus, uel muneribus solùm à personalibus non etiam realibus concessa videtur.*
14 *Immunitas ex quibus præsumatur realis, & qualiter sit concipienda vt sit realis.*
15 *Immunitas ab oneribus realibus & personalibus non excusat ab oneribus quæ possunt leuiter & breuiter expediri.*

GLOSSA VII.

1 Munerum ciuilium secundum Iure consultum, in l. fi. ff. de muner. & honor. triplex diuisio est: †nã quędam personalia sunt, quædam patrimoniorum dicũtur, alia mista, licèt aliter Hermogenianus, in l. 1. ff. eod. tit. solum duplicem diuisionẽ fecerit, de mistis verba non faciens. Patrimoniale munus, quod idem est quod reale, est, in quo sũptus maximè postulãtur, d. l. 1. §. patrimoniale, & qđ sumptibus patrimonij & damnis administrantis expedi
2 tur, d. l. fin. §. patrimoniorum. Munerum †patrimonialium plura exempla habentur in d. l. 1. & l. fin. vt munus rei vehicularis, & nauicularis, & decemprimatus, vt d. l. 1. sed hoc vltimum ad munera mista pertinet, d. l. fin. §. mista, de quo infra suo loco dicetur. Vehicula igitur & naues quæ Republ. commodãtur ad vehendum, vel portandum, seu ducẽdum res, & onera, veniunt sub istis muneribus pa-trimoniorum, sic etiam munus recipiẽdi ho-
3 spitem †in domo, onus patrimoniale est, l. 3. §. munus, obsequia etiam equorum agminalium, vel mularum angariarum, atque veredorum, munera sunt patrimoniorum, d. l. fin.
4 §. patrimoniorum; Equi †agminales, ut Bud. ibi declarat, sunt, qui agmen exercitus sequũtur ad conuehenda impedimenta. Angariæ
5 verò nomen Persicum est, †ut tam Latini, quàm Legistæ fatentur, & seruitutem coactã importat, & sub hoc vocabulo comprehenduntur equi, positi & colloccati in certis locis semper in procinctu excubantes, quos nostrates equos postarum vocãt, vt tradit Bud. in l. eos, ff. ad l. Corn. de fals. Parangariæ ve-
6 rò comprehendunt †illud onus, quod ultra ordinariam functionem imponitur subditis, ut Alciat. tradit in l. 2. C. de excusat. muner. lib. 10. & hoc sensu huiusmodi dictiones possunt accipi, in l. 2. C. de præpos. sacri cubic. libro 12. & in Rubrica, C. de curs. pub. & angar. & parangar. eod. lib. licèt alio sensu accipiantur alibi, ut in l. neminem, C. de sacrosanct. Eccles. ubi Alciat. post alios dicit, angarias esse munera, quæ in operis personarũ versantur, sicut perangarias, in quibus etiam aliquid impensæ fit, subdens, quod Angaros, uox Persica est, significans nuncium, & Græci baiulos, & onera subeuntes appellabant angaros, & nos hodie rusticos tangaros uocamus. Sed idem Alciat. in dicta l. secunda, ex Vegetio dicit, Angarias appellari omnia munera, quæ à militibus fiunt, etiam non uilia, inde uigilias, itationesque, & gestationes in usum belli angarias dici, quotidianas etiam in pace uigilias & excubitum, siue angarias de omnibus centurijs, quæ uicis-
7 sim milites faciunt. Veredi †uerò equi à uehendis redis dicti, ut Bud. in dicta l. eos, scribit, uel equi publici sunt, ut ex Procopio uult Alciatus, in dicta l. secunda, & ita etiam exposuit Accurs. primo modo, in l. secunda,

cunda, C.de curs.publ.licèt in d.l.fin.non videatur vim illius verbi intellexisse. Tributo-
8 rum † etiam exactio, ad munus patrimoniale pertinet, l.3.§.exactio, ff.de muner.& honor. & si quid ciuitati soluitur pro mensura agri, id etiam munus est patrimoniale, dicta l.fin. §.præterea, & secundum Alciatū, in d.l.mu-
9 nus tribus modis, munus † patrimoniale sic dictum est, quia cum sumptu fit, & patrimonium diminuit; quandoque personæ imponitur, nulla facultatum ratione habita, vt est capitatio, quandoque secundum fortunam soluentis imponitur, quod collectam dicimus, vel indictum, superindictum vè; aliquādo nullæ personæ respectu rei ipsi incumbit,
10 vt tributum, & census, subiturque † vel in ipsa re, vt cum hospites recipimus; Vel ex re, vt cum certam partem fructuum pendimus; Vel propter rem, vt si pecuniam pro cēsu præstamus; Et idem etiam tradit Ias. post alios, in dicta l.placet. De his etiam scribit Baldus, in consilio 408. Ad euidentiam, quinto volumine, & in l.fin. vbi etiam Salic. C.sine censu vel.reliq. & alibi Doctor. in alijs lo-
11 cis. Ab huiusmodi autem † oneribus patrimoniorum nemo excusatur, l.rescripto, §.quæ munera, ff.de muner.& honor.& l.secūda, §.quæ patrimoniorum, & l.his oneribus, ff.de vacat.& excus.munerum.& l.munera, cum pluribus alijs legib. illius tit. C. eodem titulo, libro 10. Pet.verò Antibol.in tractatu de muner.in secunda parte, in princ. numero
12 11.dicit, quod † patrimonialia sunt duplicis generis, quod etiam dixit Iurecōsultus in d. l.fin. §.patrimoniorum. quædam sunt patrimonialia merè, quæ rebus ipsis indicuntur, quædam, quę indicuntur personis pro rebus; Prædictum munus describitur hoc modo, Munus merè patrimoniale est illud, quod singulis annis vel necessitatis tempore, ipsis rebus, vel possessionibus indicitur, lege, vel Principe statuente; Aliud verò munus, quod indicitur personis pro rebus, vt per eum ibi, numero 15. ita describitur; Quod est illud quòd ordinariè lege statuente, uel extraordinariè necessitatis tempore, personis pro rebus indicitur, & ibi ipse omnia uerba dictarum descriptionum, seu diffinitionum decla-
13 rat. Sed si concedatur immunitas † generalis ab oneribus, uel muneribus, solum à personalibus, non etiam à realibus concessa uidetur, l.tertia, C.de muner. patrimonialibus, libro 10. Bart. in l.uacuatis, C.de Decur. & eorum fil. eod.lib. Antibol. d.tract. 3.parte, num. 18.& Alciat.d.l.munus tribus modis. Et in dubio quòd immunitas concessa sit personalis, & non realis, plerique uoluerunt, ut per Alex.in l.quia tale, ff.solut.matr.in cons. 86.In causa dationum, & in consilio 101. Visis instrumentis, ante finem, primo uolum. quod admittit Ias. in consilio 217.post princip.2.uolum.ubi tenet, id procedere, nisi sit facta per uiam contractus, licèt Anchar.in consilio 327.Discurrit, 2.col. Dec.cons.262. numero 8.& Bellon.in cons.20.numero 8.aliter sentiāt, in quibus locis ex nōnullis Clau-
14 sulis, quæ in illis casibus aderant, † immunitatem esse realem ostendūt, & maximè si sit dictum, perpetuò, & facta homini existenti in dignitate, & per modum pacti, ut per eos in locis præallegatis; Sed quando exemptio conceditur respectu alicuius determinatæ rei, censetur realis, ut per Alexandrū, in dicto consilio 193.primo dub. 2.uolum. Vt igitur immunitas concessa comprehendat etiam huiusmodi munera realia, necesse est de eis facere expressam mentionem, ut tradit Bart. in dicta l.uacuatis, dum dicit, quod debet dici à muneribus personalibus, & realibus, ordinarijs, & extraordinarijs, & idem dicit Abbas, in capitulo secundo, ad finem, de immun. Eccles. & Steph. Aufer. in addit. ad quęstiones. Capellæ Tholos. super q. 348. in 5. conclusione, & latius docuit Cepol. in Cautela prædicta 63.quem sequitur Paris. in cap. accedentes, numero 7.de præscript. ut priuilegium exemptionis omnia includat, sic esse scribendum, Ab omnibus & singulis muneribus, & oneribus, realibus, & personalibus, & mistis, ordinarijs, & extraordinarijs, & ab illis etiam, quæ imponerentur ratione guerræ, & de omnibus alijs cuiuscumque generis, quomodocumque, & qualitercumque imponerentur, uel indicerentur, in genere, & in specie, non obstante l.uacuatis, C.de decur. Sequitur etiam Pet. de Vbal. in tractatu de Collect. num.22. Exemptio, uel immuni-
15 tas † tamen ab oneribus realibus, & personalibus, non excusat ab oneribus quæ possunt breuiter, & leuiter expediri, l.Decurio fortunam, 2.responso, & ibi Bart. C.de Decur. lib. 10. Mart.de Laude in tractatu, de fisco, quæstio.17.& Roman. Sing. 17. Si alicui.

Personalibus.

SVMMARIA.

1 *Personale munus quid sit.*
2 *Personalium munerum plures sunt species.*
Defensor ciuitatis quis sit.
Ecdicus quis sit.
Sirduomiæ magistratus quinam dicatur.
Calendarium quid.
3 *Bidelli gimnasiorum possunt appellari Episcopi.*
4 *Munus personale nunc dignitati adnectitur, & honor appellatur, nam sordidum est ut calcem coquere,*

coquere, arenam fodere, nunc nec honorificum nec vile aliquid in se habet, vt cum subire curam publicæ pecuniæ aliquis compellitur.

GLOSSA VIII.

PErsonale munus est, quod cũ corporis labore, & solicitudine animi ac vigilantia,
1 †principaliter exiſtit, d.l.1. §.illud, ff.de muner. & honor. vel ſecundum Iureconſultum in d. l.fin.in princ.perſonalia munera ſunt,quæ animi prouiſione, & corporalis laboris intentione,ſine aliquo gerentis detrimento pertra
2 ctãtur,plures ſunt ſpecies†perſonalium munerum enumeratæ in dictis legibus, prima & fin.quas referre ſuperuacaneum viſum eſt ea tantum referre placuit,quæ aliquali declaratione & retentioribus iuuabimus; Primo ad hoc munus pertinet officium defenſoris Ciuitatis,ideſt,ut quis Syndicus fiat,ut in §. primo dicta l.prima,& in §.defenſores,dictâ l.fin.quem locum Bud.ibi. & Alciat.libro 1. Parerg. cap.5.declarant, eſſe reipublicæ, vel Ciuitates defenſorem, Ecdicus uerò ſecũdũ eum eſt, quæ pro Repub.agit, qualis eſt procurator fiſci. Sitochomia,eſt magiſtratus nomen,qui frumenta,& annonam curabat,d.l. 1.vt per Alciat.ita illum tex. interpretantem & reſtituentem,lib.2.Prętermiſſorum,ſuper d.l.1.& in Rubrica.C.ut nemini liceat in emption. Spec.libro 10.licèt Bud.in d.l.fi.Sitoniæ,malit legendum.quod autem ſupra Iureconſultus in d.l.fin.de cura Calendarij loquitur de cura negotiationis nominum faciendorum, gloſ.rectè intellexit. Calendarium autem ab obſeruatione ſingulorum mẽſium dictum extitit, vt per Bud.in l.talis, §.ſocer, de iure dot. de calendario etiam, quod ſit liber rationum, in quo fœneratores nomina deſcribebant,tradit Alciat.lib. Parerg.ſecundo, capitu.23.ſed de productione tyrorum, vel equorum, Bud.in interpretat. dicta l.fin. ſentit hoc onus comprehendere,quaſi recenſionem, ſeu recognitionem & concenturiationem quandam, ſeu ordinationem, & fortè eſt officium ſimile eius quem ſeruientem, ſeu vulgo ſergentem militiæ uocamus,& talem equorum productionem hipparchiam Bud.uocat.Et licet apud Alexandrinos Elęemporia,ideſt olei publici emẽdi cura,& olprioſcia munus comparandorum ligniminum,ut ita declarat Bud.ibi,pro munere patrimoniali habeantur,dicta l.fin.§.patrimoniorum, tamen magis perſonalia ſunt, apud Rom.d.l.fin.in princ. De Epiſcopo qui præeſt pani, & cæteris uenalibus rebus, quod is ſit qui ſummum arbitratum rerum habet, & inſpector uocetur,ut Budeus ibi tradit. Addendus eſt Alciat. Parerg. li.7.c.22. ubi hoc
3 nomine etiam† Bidellos Gymnaſiorum uocari poſſe cenſet. De Maſtigophoris meminit etiã Alciat. Parerg. 1.lib.c.22.Cætera autem uidenda ſunt interpretata per Bud. ut ſuprà,quia hæc pauca pro nunc ſufficere putaui ad materiam noſtram, in qua Doct.in pluribus locis plura ſcribunt, & maximè in d.l. placet, & Antibo. d. tractatu de muner. ubi in 2.parte num.2. dicit, quod munus perſonale merè eſt adminiſtratio Reipublicæ uel priuati hominis in eius creatione auctoritatem habens, ſine ulla patrimonij erogatione. Alciat. uerò in d.l.munus tribus modis, breuius quã cæteri,in d.l.placet, dicit, quod
4 †munus perſonale nũc dignitati adnectitur, & honor appellatur, nunc ſordidum eſt, ut calcem coquere,arenam fodere,nunc nec honorificum, nec uile aliquid in ſe habet, ut cum ſubire curam publicæ pecuniæ aliquis compellitur.

Et Miſtis.

S V M M A R I A.

1 *Munus miſtum participat de reali, & de perſonali.*
2 *Munera mixta quænam antiquitus appellarentur.*
3 *Collectæ numquid inter munera mixta ſint connumerandæ.*
4 *Collectæ imponi nequeunt perſonis non ſubditis, niſi collectæ ſurrogarentur loco muneris ad q̃d teneretur Eccleſia.*
5 *Collectæ ſi ſunt imponendæ perſonis Eccleſiaſticis in caſibus permiſſis hoc fieri debet per Iudicem Eccleſiaſticum non Laicum.*
Licet alicubi aliter ſeruetur.

GLOSSA IX.

MIſtum munus, de patrimoniali & reali participat, quod Iureconſul
1 tus in d.l.1.ſub †ſimplicibus poſuit,ut etiam fecit Paul.Iureconſultus de ſtipulatione miſta,in l.2.in princip. ff.de uerb.oblig.ut per gloſ.& Doct.ibi, differt à prædictis, & tertiam ſpeciẽ conſtituit,
2 d.l.fin.§.miſta, ad hanc†ſpeciem pertinet officium decaprotiæ,& icoſaprotiæ.Sed decẽprimatus, & uigintiprimatus,ex Decurionibus enim decem primi eligebantur, ut poſt Bud.ibi tradit Alcia.in d.l.munus tribus modis, & in l.nec protoſtaſiæ, C.de muner. patrim.lib.10.exactores tributorum,& pro muneribus defunctorum ipſi de ſuo reſarciebãt

fiſcalia

fiscalia detrimenta, & quia hoc officiũ corporale ministerium exigebat, & etiam quandoque onus reale, reficiendo pro alijs cõprehendebat, propterea inter mista munera meruit reponi. Omne igitur onus qđ vltrà personæ officium, vel ministerium exigit etiam impẽsam, mistis muneribus adnumerari potest, d.
3 §. mista. Collectæ verò † quæ non habent certam & determinatam formam, sed imponuntur ſm indigentiam, & necessitatem temporum, ſm plures Doct. mistum munus sunt, ut per Bar. in d. l. placet, vbi alij, licet Antibo. in d. 2. par. num. 15. onus reale malit esse, & Alciat. in d. l. placet, personale. Bal. uerò in d. cõsil. 408. in 5. distinguit: qđ si imponitur principaliter, & concernit certi loci facultates, hoc casu est munus reale, licèt imponatur p̃sonæ pro rebus: si respicit facultates in genere, tunc est munus mistum, si verò non imponitur principaliter, sed surrogatur loco alterius muneris, tunc est tale munus, quale est illud, cuius loco surrogatur, in cons. verò 112. in 2. uol. supra allegato, num. 6. dicit esse munus mistũ, & in dubio ita tenẽt, ut per Doct. in l. 4. §. actor, ubi Ripa, nu. 32. qui d. §. legit cum prin. illius l. ff. de re iudic. & ad istas collectas, cum personis pro rebus imponantur
4 non tenentur, nec grauari † possunt personæ nõ subditæ, prout de Ecclesijs & de Ecclesiasticis personis habet latè in d. l. placet; Canonistæ in c. 1. de immun. Eccles. in 6. in c. non minus, eod. tit. Calcan. cons. 7. col. 5. Castro, cons. 433. nu. 4. 2. par. Io. de Amic. cons. 146. Bertran. cons. 160. nu. 4. 1. vol. nouissimorũ. & Guido Pap. quæst. 382. & alibi Doct. quod procedit, nisi collecta surrogaretur loco muneris, ad qđ teneretur Ecclesia, ut per Ripam in c. 20. & c. 22. 2. lib. Respons. Ad quod ẽt faciunt tradita per Io. de Amic. in consil. 18. & idem tenuit etiam Ripa, in d. l. 4. num. 31. Est
5 bene verum, † & hoc benè notandum est, q̃a in hoc vidi quãdoque magnos viros errare, quod hoc casu, & omnibus alijs casibus, quibus Ecclesia potest cogi ad huiusmodi munera, quod tunc id fieri debet per iudicẽ Ecclesiasticum, non per Laicum, ut tradit Anchar. & Abb. in d. c. non minus, Bald. Paul. Are. & Alciat. in l. ad instructiones, C. de sacrosanc. Eccles. Bal. cons. 280. Præmisso statuto, in 2. vol. & 246. Antiqua, in 3. vol. Corn. cons. 72. col. fin. 4. vol. Bertrand. cons. 123. in fine, 1. p. priorum, & cons. prędicto 160. nu. 5. & Ripa in tractatu de peste, in tit. de pręseruat. reme. contra pestem, in §. deuenio nunc ad modũ, num. 236. licèt Bald. in dicto cons. 280. 1. col. dicat in multis locis seruari, quod Laici accipiunt fructus bonorum dictorum clericorũ, tam ipsis dominis, quam eorum colonis.

Tam Ordinarijs.

S V M M A R I A.

1 Munerum alia ordinaria alia extraordinaria.
Munera ordinaria quænam sint.
A muneribus ordinarijs nemo nec Ecclesia quidem excusatur.
2 Immunitas à muneribus ordinarijs in dubio censetur concessa, non ab extraordinarijs.
Sunt tamen expreßè nominanda ipsa ordinaria munera in priuilegio.
3 Immunitas concessa per verba generalia, specialia, vel singularia, comprehendit munera ordinaria.

GLOSSA X.

1 MVnerum alia fit diuisio. Quædam enim sunt ordinaria, quædam extraordinaria, ordinaria † sunt illa, quæ à lege, vel à supremo Principe imponuntur, & habent certam formam, l. 1. C. de vacat. public. muner. lib. 10. tradit Bar. in d. l. 2. de iure immun. in l. 1. nu. 40. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. tradunt Doctor. in d. l. placet, ubi Ias. in repet. col. 3. & fi. & Alciat. super verb. canonicam illationem, & idem Alciat. in d. l. munus tribus modis, Abb. in d. cap. non minus, de immun. Eccles. Bald. d. cons. 112. nu. 6. 2. vol. & ab istis non excusatur etiam Ecclesia, quia transeunt prædia affecta ad quemcumque, cum suo onere, ut per Doctor. in dictis locis; Et dicit etiam Bal. quod munera merè & uerè realia, prout sunt tributa, sunt ea, quæ pro numero iugerum, & mensura possessoribus imponuntur, puta, pro sextario terræ quinque nummi anno quolibet, vel qualibet lagena uini talium possessionum, soluatur tantum, ut per eum in d. cons. & latius in cons. supra allegato 408.
2 Et in dubio † non censetur concessa immunitas ab istis muneribus ordinarijs, sed solum ab extraordinarijs, l. 1. C. de indiction. li. 10. l. in honoribus, §. qui muneris, ff. de uacat. & excu. muner. Bart. Bald. & alij, in d. l. uacuatis, Aret. in l. si ex toto, 1. col. de legat. 1. idem
1 Socin. nu. 5. ibi, Cepol. d. Cautela 63. Ias. cõsil. 83. vol. 3. & Ripa in l. si ex toto, nume. 14 de leg. 1. & Amic. cons. 18. nu. 6. Alciat. d. l. munus tribus modis, & Steph. Aufrer. in d. add. quinta Conclusione, docentes expressè esse faciendam mentionem de huiusmodi ordinarijs muneribus in contractu, uel priuilegio, quod etiam admittit Alex. d. cons. 30. 6. dub. licèt etiam si sit concessa immunitas
3 † per uerba generalia, specialia, vel singularia, comprehendantur dicta munera ordinaria, ut in casu ipsius Alexandri. in d. 6. dub. dicti consilij.

Quàm

Quàm extraordinarijs.

SVMMARIA.

1 Munus extraordinarium quidnam dicatur.

2 Collecta est munus extraordinarium nisi sit subrogata loco muneris patrimonialis.

Disentiunt tamen aliqui.

3 Angariæ, & Perangariæ extraordinarijs muneribus adnumerantur.

4 Immunitas concessa ab angarijs, & perangarijs importat ut quis grauari non possit in persona, neq; in palustris, neq; in cæteris similibus.

5 Munus extraordinarium comprehendit casum belli.

GLOSSA XI.

Extraordinaria verò sunt secũdum Doctor. in locis præallegatis, quę non habent certam, & perpe-
1 tuam † prętationem, uel formam, & non sunt imposita ab Imperatore, in nu-
2 mero quorum Collecta † compræhenditur, de qua suprà dictum fuit, nisi surrogata sit loco muneris patrimonialis, & ordinarij ut suprà: licèt etiam Ripa in d. Responso 20. num. 11. velit Collectam à Communitate impositam esse munus ordinarium, quod repugnat prædictis, ut suprà, & in istis etiam extraordi-
3 narijs venirent † angariæ, & perangarię, quę non habent certam, & determinatam formam, de quibus scribit Bald. in d. cons. 112. 1. vol. nu. 3. quod Clausula immunitatis ab
4 huiusmodi angarijs, † & perangarijs, importat, ut quis non possit grauari in persona, neque in plaustris, uel eorum sumptibus, nec in Collectis, quæ imponerentur loco operarum. Et si concedatur priuilegium ab huiusmodi Collectis, & oneribus, debet dici non ob. l. vacuatis, C. de decur. lib. 10. ut per Bar. & cæteros ibi, & Cepol. d. Cautela, & alios in locis suprà allegatis, & Ripa, d. Responso 20. nu. 13. & quando expresè fit mentio de
5 extraordinarijs, † comprehenditur casus belli. Paris. d. cons. 68. nu. 13. quod uoluit Alex. in l. si ex toto, in princ. num. 6. de leg. 1. & ibi Ripa, num. 15.

Tam solitis, quàm insolitis.

SVMMARIA.

1 Solitum quid dicatur, & in quot vicibus verificetur, & quid de consueto.

2 Solitus aliquid facere vt quis dicatur, plures actus exiguntur, nec vnus sufficit.

Mercator aut mercari solutus non dicitur ex vno actu tantùm.

Fœnerari solitus non dicitur qui semel ad vsuram dedit.

Delinquere solitus dicitur, qui bis vel ter deliquit.

Immunitas concessa ab oneribus non comprehendit, onera insolita, quæ propter insolitam, atq; improuisam necessitatem augerentur.

Nisi adsit uerbum generale quibuscumq; secundum Rub.

3 Casus insolitus quis dicatur.

4 Casus omnes fortuitos in se suscipiens, non tenetur de casu insolito.

GLOSSA XII.

Solitum dicitur id, quòd semel accidit, vel factum fuit, licèt consue-
1 tum verificetur in pluribus † uicibus, vt dixi suprà, in Clausula apponi solitis. Bartolus, in l. mella, per illum text. in uers. sed alimenta, ff. de alim. & cibar. leg. & in l. 2. vers. secundo quęro, C. quomodo, & quando, vbi Paul. dicit, hoc dictum Bartol. communiter teneri, & quod solitum possit verificari in una uice, tradit etiam Alexand. cons. 5. Si uera sunt, col. vlt. lib. 5. Aret. in §. ex non scripto, Instit. de iure natur. Cor. cons. 28. in fine, lib. 3. vel saltem in duabus, secundum Afflict. decis. Neapol. 305. nu. 11. & tradit Roch. de Curte, in Rubrica, de consuet. 5. quæst. nu. 43. & sequent. & ista opinio uidetur cõmunior, ut per Cagnol. in l. diem functo, nu. 97. & sequent. de offic. assessor. Io. de Amic. cons. 42. nu. 9. & Capic. decis. 163. vbi in fine dicit, ita fuisse iudicatum. Licèt Dec. eam impugnauerit in pluribus locis, in Rubrica de consuet. num. 4. in l. certi condictio, §. si nummos, nume. 5. & 6. ff. si cert. pet. & in l. ut liberis, C. de collat. num. 11. Et licèt prædicta uera sint, tamen ad hoc ut quis
2 dicatur solitus † aliqua facere, exiguntur plures actus, nec sufficit unus, ut de mercatore, quod non fiat, nec dicatur mercator, uel solitus mercari ex uno actu tantùm, habetur per glos. in l. 1. in uerb. omnes, ubi Bart. & Bald. ff. de tribut. Felin. in procem. Greg. numero 45. 4. limitatione, & Dec. in locis præallegatis. latè Benuen. Stracha, in tract. de Mercator. part. prima, numero 6. & sequent. Sic etiã, is non dicitur solitus fœnerari, qui semel ad usuram dedit, ut declarat Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & uendit. numero 57. & solitus uel consuetus delinquere, dicitur, qui bis, uel ter deliquit, ut per Gramma. decisione 12. & decisio. 48. nu. 3. Et ista Clausula apposita in hoc contractu, nõ est modicę importantię, quia licèt quis habeat cõmunitatẽ ab oneribus, tamen non habet ab oneribus insolitis, quę propter insolitam improuisamque necessitatem augerentur, siue belli, siue alia

alia ex causa, ut per Ripam in l. si ex toto, in
princ. nu. 16. ff. de leg. 1. nam ista expressio
etiam ad ea extenditur, secundum Paris. in
cons. 68. nu. 21. 1. vol. licèt Rub. Alex. in con
sil. 135. propter illa verba generalia, quibus-
cumque, velit etiam casus insolitos compre-
3 hendi. Casus autem insolitus † est, qui com-
muniter, & frequenter euenire non solet, ita
vt multi dixere, quòd talis casus semel in mil
le annis euenire non solet, ut Bart. tradit in l.
Seio, §. medico, nu. 4. de annuis legat. Corn.
cons. 12. 2. col. 4. vol. & Ias. sequitur cõs. 107.
3. col. 1. vol. & Dec. cons. 7. pen. col. sed ta-
men Bartol. ibi loquitur exemplificatiuè, ut
Alex. tradit in cons. 107. col. fin. 3. vol. & Ias.
in l. 3. §. quæsitum, col. pen. ff. si quis caut. alij
vt Socin. consil. 124. in 4. quod sufficit quod
rarissimè euenire soleat, uel à longissimo tem
pore citra, & tandem concludendum uide-
tur pro veritate, cum Ripa, in tractatu de pe-
ste, 2. parte, de priuil. contractuum, nu. 104.
quod hoc arbitrio iudicis remittatur, utrum
sit uerisimile quod partes cogitauerint de
isto casu in genere, quod, & tenet Alciatus,
in l. sub pretextu specierum, in fine, C. de
transact. & etiam quod sequitur Cagnol. alia
allegans, in l. vnica, C. de sent. quæ pro eo
quod interest profert. nu. 207. Illud tamen
4 certum uidetur, quod licèt quis † suscipiat su-
per se omnes casus fortuitos, tamen non te-
netur de casu insolito, per text. in d. l. Seio, §.
medico, & in l. fistulas, §. frumenta, de contra
hen. empt. ita Bar. in d. §. quęsitum, ad finem,
cum quo Ias. ibi post plures concordat, &
idem Alex. in cons. 28. 1. vol. duplicato cons.
31. 2. vol. & tit. l. 107. cons. finali 3. vol. sequi
tur Euerard. in sua Topica, in loco, ab exce-
ptione ad regulam, col. 3. licèt ipsemet Ale-
xander, in d. §. quæsitum, contrarium tenue-
rit, & opinionem etiam contrariam tenue-
rit Ias. in d. cons. 107. nam cum Bart. uidetur
communior, et verior sententia Doct. ut per
Alexandrum, Ripam, & Cagno. in locis prę
allegatis, quam etiam tenet in Rubrica, ff. si
quis ius dicen. non obtempe. nu. 18. & quam
etiam tenet Crauetta, in cons. 95. nu. 2. in qui
bus locis alios hanc opinionem tenentes al-
legant, cum quibus uidetur etiam concorda
re Alciat. d. l. sub prætextu, in fine.

Et tam cogitatis, quàm incogitatis, seu excogitabilibus, & quæ excogitari possent.

SVMMARIA.

1 *Clausula; Et tam cogitatis quàm incogitatis etc. quam habeat virtutem, & quid operetur, & num. 5.*

2 *Liberatio generalis extenditur ad omnia si dicatur, quod ad incognita debeat extendi.*

3 *Transactio ad incognita extenditur quando est dictum.*

4 *Fideicommisso ad hoc vt renunciatum intelligatur per diuisionem quibus verbis vti debeamus.*

GLOSSA XIII.

Clausula ista est maximę importan
tiæ, quia comprehendit casus, qui
1 in generali sermone † non com-
prehenderentur, cum partes de
eis non censerentur cogitasse, & non potest
restringi quin ad omnes extendatur, ut uide
tur de mente Castr. & Socin. in d. l. si ex to-
to, in princ. & in terminis istis latè per Paris.
d. cons. 68. num. 21. & sequent. in princ. hinc
2 est, quod generalis † liberatio extenditur ad
omnia, si dicatur quod ad incognita debeat
extendi, ut hodie notarij communiter di-
cunt in instrumentis, secundum Bart. quem
omnes sequuntur, in l. si de certa, nu. 5. C. de
3 transact. nam etiam transactio † extenditur
ad incognita, quando est dictum, Alexand.
consil. 42. super præmisso themate, colum.
4. ver. quinto põdero, primo uol. & consi. 11.
Viso, ac ut oportet, colum. 3. versic. rursus, se
cundo uolum. & non est dubium partes ita
posse conuenire. Alciat. in l. sub prætextu spe
cierum, ad finem, C. de transact. & Bertrand.
cons. 172. nu. 7. 3. uol. posteriorum, & Ruin.
cons. 33. nu. 9. & 117. nu. 10. 2. uol. Confert
etiam decisio Ioan. Andr. in add. Spec. in tit.
de testam. §. inprimis, uersi. item quid si duo
bus, circa medium addit. incipit. §. fin. quod
4 si fratres † diuidentes faciunt, sibi inuicem
quietationẽ generalem, quod de rebus diui-
sis unus ab altero, & è contra, non petet ali-
qua ratione, uel iure, uel causa, quæ dici, uel
excogitari posset de iure, uel de facto, cense-
tur remissum inter eos fideicõmissum, quod
post Alex. tenet Crot. in l. qui Romæ, §. duo
fratres, nu. 45. uers. limitatur tamen, licèt Ri
pa ibi reclamet, nu. 48. ff. de uerbor. oblig. cu
ius Ioan. Andr. opinio communiter recepta
uidetur, ut per Curt. iun. cons. 49. nu. 12. Est
uerum, quod Roman. in cons. 403. Pro deci-
sione, in 3. dub. declarat prædicta procedere,
& locum sibi uendicare, quando requiritur
specifica notitia, ut in casu l. de his, ff. de tran
sact. quod etiam uidetur de mente Io. Andr.
& aliorum prædictorum, dum ponunt q. da-
ta scientia fideicommissi. Comprehendetur
5 † itaq; etiam casus belli, pestis, & similes, qui
excogitari potuerunt, ut per Paris. d. consil.
nec potest restringi, ut uoluit Paris. in cons.
20. num. 83. 1. uol. quia ultra quod loquitur
in diuer-

in diuerso casu, & allegat Corn. & Dec. qui non loquuntur quando aderat ista Clausula, eius opinio per prædicta non uidetur posse sustineri. & uide Socin. consi. 190. col. 4. & 5. 2. uol. & Ruin. consi. 25. nu. 9. & 21. 1. uol. licèt Bald. in cons. 406. Lata fuit sententia, 5. vol. in casu cuius fuerunt apposita hæc uerba, responderit exemptum teneri pro necessitate victualium Ciuitatis, vel classium, non autem ad stipendia armigerorum: sed illud fuit, quia exemptio non fuit in illo casu simpliciter concessa in casibus etiam incogitatis, sed fuit expresè declaratum immunitatē non competere tempore guerrę, iuxta l. vnic. cum glos. C. ut nemin. lice. in empt. spec. se excusare, lib. 10. vt in principio dicti cōsilij.

Cuiuscumque speciei, qualitatis, & quantitatis.

SVMMARIA.

1 *Species quid sit.*
2 *Indiuiduum quid sit.*
3 *Ens legale quid sit.*
4 *Species quandoq; pro qualitate accipitur.*
5 *Qualitas quid sit apud legistas.*
6 *Delictorum qualitates quaenam sint.*
7 *Qualitas secundum legistas non inuenitur in suo proprio prædicamento.*
8 *Idem dicitur illud, cuius vna est substantia. Similia dicuntur quorum vna est qualitas. Dissimilia dicuntur diuersa quæ non conueniunt nec in substantia nec in qualitate.*
9 *Quantitas quotuplex sit.*
10 *Verba sine operandi effectu esse non debent. Immunitas plenissima vt concedatur quibus verbis vti debeamus.*

GLOSSA XIIII.

1 Species, est quæ prædicatur de pluribus differentibus numero, ut hominum alius Titius, alius † Seius, licèt genus prædicetur de pluribus differentibus numero, ut per glos. species; in §. plebiscitum, Insti. de iure nat. gent. & ciuil. idem tradit Bart. in l. quæsitum, §. fi. nu. 8. & 9. ff. de fund. instr. & instr. leg. & sequitur Curt. iunior. cons. 109. num. 3. & Cagnol. in l. in toto, & pars, nu. 6. ff. de reg. iur.
2 Indiuiduum † verò est, quod de se solo prædicatur, ut per eos ibi, licèt quandoque species non accipiatur secundū Dialecticos, sed pro unoquoque indiuiduo, l. 2. §. mutui datio, vbi Bart. nu. 3. & Bald. 1. col. & etiam alij, ff. si cert. petat. & Port. in §. huius studij, Instit. de iustit. & iure, & de significatione huius vocabuli (species) ponit Albert. in eod. verbo, in suo Dictionario, & plura de specie scribit Cagnol. in d. l. in toto, & pars, & in l. in toto iure, & in l. omnis diffinitio; ff. eod. tit. Et licèt aliquid differat iure, non tamen differt specie, ut latè comprobat Grammat. in tractatu de extension. nu. 212. & sequent. & ibi, num.
3 116. dicit, quod quando ens † legale habet quoddam peculiare, & proprium, ipsum secernens ab alijs, & sine quo amitteret principale nomen, id dicitur habere speciem propriam, ut est emptio, locatio, &c. cū uerò habet aliquam qualitatem, sine qua etiam retinet nomen, tunc non mutat speciem, sed accidenti diuersificatur tantum ab alijs, quæ sunt
4 eiusdem speciei, & licèt species † quandoque pro qualitate accipiatur, tamen id est impropriè, ut per eū ibi. Cagnol. tamen in l. 2. ff. de orig. iur. nu. 140. & in Rubrica, C. de senten. quę pro eo qđ inter. profer. nu. 16. post Dec. & Curt. quos allegat, inqt, qđ apud legistas ex leui & modica dn̄a species constituitur.

Qualitas, secundum Bal. in repet. l. de quibus, nu. 38. ff. de legib. apud Legistas est, quic
5 quid inducit † alterationem subiecti, et siue locus, siue tempus, siue quodcumque accidēs, l. aut facta, §. qualitate, ff. de pœn. alibi idem Bald. loquendo de qualitate delicti, dicit, qđ est quoddam adiunctum simplici maleficio.
6 concomitātiæ † sunt locus, & tempus, & sunt etiam qualitas maleficij, d. §. qualitate, ut per eum in l. vnica, col. 10. vers. vnde aduerte, C. de confes. sed in l. ea quidem, 7. q. C. de con-
7 dict. indebit. dicit, quod qualitas † secundum Legistas non inuenitur in suo proprio Prędicamento, sed in Prædicamento Qualitatis, allegat d. §. qualitate, & hanc materiam prosequitur ibi in pluribus alijs Prædicamentis, et differt à Substantia s̄m eundem, in l. si vnus, §. pactus ne peteret, 2. lectu. nu. 5. ff. de pact.
8 allegando Aristot. quia illa dicuntur † eadē, quorum vna est substantia, illa dicuntur similia, quorum vna est qualitas, illa verò dicuntur dissimilia diuersa, quæ non conueniunt nec in substantia, nec in qualitate.

Quantitas, uerò est duplex, s̄m eundem Bald. in l. data opera, nu. 33. C. qui accus. non
9 † poss. scilicèt, coniuncta, et communis, seu discreta, vel continua, ut per eum ibi, nu. præcedenti, aliàs est materialis, & continua, ut idē Bal. dicit, in l. unica, C. de sentent. quę pro eo quod interest profert. nu. 16. quem ibi alij sequuntur, & ibi Rebuff. in glos. quantitatem, nu. 19. Communis siue discreta, siue materialis, est aggregatio unitatum, quæ terminantur ad unum terminum; ut decem: si enim ad diuersos numeros determinantur, sunt diuersi numeri, & diuersæ quantitates, ut quinque, & quinque. Coniūcta, seu continua est, quando sunt plures partes formaliter tendētes ad unum, & eundem numerum, ut glebę

ad fundum, membra ad hominem d. si seruus, §. boue, de condict. furtiua.

Immunitas itaque in casu isto omnem casum comprehendet, quæ sub his verbis com
10 plecti potest: non enim hæc verba † debent esse sine effectu operandi, l. si quando, de legat. 1. cum alijs quæ adducuntur per Grauet. cons. 135. nu. 24. & per Paris. ad propositum in d. cons. 68. nu. 17. Faciunt quæ scribit Cepol. dicta allegata Cautela 63. in fine, ubi dando formam conficiendi priuilegium, plenissimam exemptionem comprehendens, addit, Clausulam similis effectus, quod scilicet dicatur, ab omnibus oneribus, &c. cuiuscumque generis, uel quę inducerentur in genere, & in specie, ut ibi per eum.

Et quibuscumque nominibus nuncupentur.

S V M M A R I A.

1 *Immunitas ab oneribus omnibus concessa quibuscumq; nominibus nuncupentur numquid extendatur ad casum belli.*

2 *Legatum generale de bonis mobilibus, & de omnibus quæ appellatione mobilium continentur sub quouis nomine, & vocabulo nuncupentur comprehendit etiam animalia se mouentia.*

3 *Emphyteutica bona veniunt in donatione facta de bonis allodialibus, & feudalibus, ex quo additum fuit cum omnibus suis iuribus, &c. & quibus nominibus nuncupentur.*

4 *Immunitas an extendatur ad acquirenda.*

GLOSSA XV.

De ista Clausula meminit etiam Paris. in d. consil. 68. nu. 17. per eam
1 concludens immunitatem † ad casum belli extendendam esse, ipsumque casum comprehendere per eam etiam respondit Ruin. cons. 32. 2. col. 2. vol.
2 quod legatum † generale de bonis mobilibus, & de omnibus, quæ appellatione mobilium continentur, quouis nomine, & vocabulo nuncupentur, comprehendebat etiam animalia se mouentia, licèt suprà esset facta enumeratio plurium specierum, massaritiarum, pannorum, &c. quæ uidebatur restringere generalitatẽ legati. Curt. etiam iunior, d. cons. 109. 2. col. propter dictam clausulam
3 consuluit † in donatione facta de bonis allodialibus, & feudalibus, uenire bona emphyteutica, ex quo additum fuerat, cũ omnibus suis iuribus, & pertinentis, cuiusuis generis, & materiei existant, &c. & quibus nominibus nuncupentur. Est verum, quod Ias. in cons. 83. Per Imperialem maiestatem, in 3. vol. in casu cuius fuerat concessum priuilegium amplum immunitatis, & addita fuerat
4 hæc Clausula, concludit immunitatem † concessam pro predijs acquisitis, & acquirendis, non comprehendere bona allibrata, & affecta per æstimum pro supportandis oneribus ordinarijs vel extraordinarijs, & collectis, quia talis concessio posset intelligi de predijs acquirendis, quæ erant libera tempore acquisitionis, de qua quæst. an scilicet exemptio, vel immunitas ad acquirenda extendatur, dicetur latius inferius.

Quouis modo, ratione, vel causa, ac quouis tempore, tam belli, quàm pestis, & famis, impositis, vel imponendis in futurum.

S V M M A R I A.

1 *Quouis modo verba comprehendunt omnem descriptionis formam, & quemcumq; modum, & formam excogitabilem.*

Et idem est de verbis quauis causa vel ratione.

Quomodocumq; et quouis modo idem important.

2 *Immunitatis priuilegium numquid extendatur ad casum belli, famis, vel pestis, sunt diuersæ opiniones quas vide hic.*

Priuilegia belli, & pestis tempore silere debere quomodo intelligendum.

Immunitas generalis non excusat à munere hospitandi milites.

3 *Immunitas concessa ab omnibus oneribus preterquàm ab vno, respicit tantùm, & comprehendit similia excepto non autem diuersa.*

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.

GLOSSA XVI.

1 Verba, quouis † modo, ex eorum significato comprehendunt omnem descriptionis formam, & quemcumque modum, & formã excogitabilem, ut per Ang. cons. 288. Viso Themate, col. 3. & idem est dicendum de uerbis, quauis causa, uel ratione; nam comprehendunt omnes aliàs causas, & rationes similes, & dissimiles, ac maiores, ut per Cepol. cons. 14. Pro declaratione, 3. col. & Calcan. cons. 51. col. pen. refert Mars. in cons. 80. nu. 37. alia ad propositum adducens, & sequitur Benuen. Strach. in tractatu de mercat. 1. parte, nu. 83. Et de Clausula, Quomodocumq; quæ idem est cum dicta, Quouis modo, quod importat omnem modum tradit Crauet. cons. 88. nu. 10. & de istis uerbis generalibus, & geminatis, plura tradit Marsil. in l. vnius, §. cognitarum, nu. 23. & sequent. ff. de q. & in istis terminis scribit Alex. d. cons. 30. 6. dub.

6. dub. 5. vol. ponit Cepol. d. Cautela in fine, & latius Parif. d. consil. 68. nu. 23. de quo etiam per Alex. in conf. 118. In casu de quo, 2. col. 5. vol. & Crauet. consil. 227. nu. 13. & Dec. post Felin. in c. sedes, nu. 8. versi. prædicta conclusio, de Rescriptis.

Sed quia non est leuis controuersia inter Doctor. nũquid immunitatis priuilegiũ alicui concessum extendi debeat ad casum belli, famis, vel † pestis, de quo aliquid ẽt suprà diximus: Et quod nõ extẽdatur, tenuit Din. in l. si ex toto, in prin. ff. de leg. 1. quã opinionem sequutus fuit Io. Andr. in addit. Spec. in tit. de censf. §. 2. versi. sciẽdũ, Anton. de Butr. in c. peruenit, de immunit. eccles. Flor. in l. si seruit. in prin. ff. de seruit. vrban. prædior. Alber. Salic. Alex. & Ias. in d. l. si ex toto, col. fi. vbi dicit, quod ista est magis cõis opinio, & Felin. in c. cãm quę, nu. 17. de Rescript. Alex. d. conf. 216. col. 6. 2. vol. & Parif. cõsi. 25. nu. 113. 1. vol. quæ opinio duobus maximè casibus procedit, quibus cõtrariam opinionem quã tenuit Ruin. Paul. de Cast. in vna lectura, Imola, Aret. & Ripa, post Socin. in d. l. si ex toto, & Parif. sibi cõtrarius, in c. accedentes, nu. 8. de prescript. & Alex. d. cõs. 30. licèt Parif. ibi videaẽ corruptus, limitãt Aret. Socin. Ruin. et Ripa, in d. l. 1. nisi cõcedẽtes exẽptionem, & immunitatem, mutassent conditionem, ita, ut non possent sibi soluere hmõi onera, p̱p casum prædictũ imminẽtia, & solui necessaria, vel alij subditi dictũ onus portare nõ possent, quo casu etiam exempti tenerentur, ut tradit ẽt Curt. iunior, qui ferè in eodem casu consuluisse vr̃ in quo consuluit Parif. d. conf. 25. in consi. 61. nu. 14. Et idẽ & secũdo qñ est casus insolitus, qui numq̃ uel raro accidere solet, ut per Aret. Alex. Socin. & Ripã ac Curt. in dictis locis. Propterea ad euadendũ hmõi difficultates, expresè fuit addita hac Clausula, de bello, fame, & peste mentionem faciente, vt ẽt docet Cepol. d. Cautela 63. licèt per Clausulam, Ab omnibus oneribus, videantur fuisse comprehensa omnia onera quę dinumerari possẽt, ut Bal. tradit in consi. 112. Quæritur qui intelligantur, nu. 3. 1. uol. & per alias Clausulas, & uerba generalia, & vniuersalia, & geminata, casus belli censetur comprehensus, ut suprà deductũ fuit, & maximè tradit Alex. d. cõs. 30. in 6. dub. & sequitur Ripa, in l. 1. nu. 51. ff. de vulg. & pupil. & latè Parif. d. cõsi. 68. Et hoc casu nõ habebit locum id, quod tradit Ripa, in tractatu de peste, vltima parte, de remed. præseruat. contra pestem, c. 1. nu. 184. ubi dicit, quod t̄pe famis, & guerræ, priuilegia silere debẽt, l. 1. C. ut nemini liceat in empt. specierum se excus. lib. 11. quam allegant tenentes opinionem Dini ut supra; & in c. 20. nu. 10. & c. 26. nu. 25. lib. respõsorum, ubi dicit, neminem à munere hospitandi milites excusari generali priuilegio, sed speciali opus esse, l. 3. C. de muner. patri. lib. 10. cũ alijs per eum ibi allegatis.

Sciendum tamen est, quod si immunitas
3 †concessa sit ab omnibus oneribus, præterquam ab vno, huiusmodi immunitas respicit tantum, & comprehẽdit similia excepto, non autẽ diuersa, ut Bald. tradit in conf. 407. Super facto, nu. 2. vol. 5. & exceptio firmat regulã in cæteris, ut tradit Alexand. loquens in exceptione facta à reuocatione immunitatis facta per Pontificẽ, in d. consil. 216. 7. col.

Verba ista (Vel imponendis in futurum) tollunt dubium, an immunitas censeretur concessa pro oneribus præsentibus, & quæ solui debeant tempore concessionis tantum, quo casu cum sit expresè facta mentio de futuris, cessat difficultas. Alex. d. consi. 193. 3. dub. 2. uol. & Parif. consi. 69. nu. 4. 1. volum.

Etiam per Principem vel de commissione Principis.

SVMMARIA.

1 *Etiam dictio quid importet, & quotupliciter accipiatur.*

2 *Imperator proprie dicitur Princeps.*

Princeps dicitur quasi primum locum capiens.

Papa etiam dicitur Princeps.

Iurãs per salutem Principis dicitur iurare per salutẽ Imperatoris vel Papæ, et sic Monarchæ.

Principes impropriè & abusiuè dicuntur omnes præter Papam, & Imperatorem.

Dux Ferrariæ non recognoscit superiorem.

Sicut nec Dux Mantuæ.

3 *Immunitas non videtur se extendere ad ea onera quæ Princeps imponit.*

Princeps potest ex causa Immunitates reuocare, & suspendere.

4 *Immunes & exempti non comprehenduntur in generali banno vel commißione Principis.*

5 *Immunes qui precio, & per viam contractus immunitatem acquisiuerunt intelliguntur excepti, etiam si de exemptis simpliciter mentio facta esset.*

GLOSSA XVII.

1 DIctio etiã, hoc casu † implicat identitatẽ, ut in Rubrica, & nigro C. etiam per procur. cau. resti. in integ. agi posse, & in Rubrica C. etiam ab chirograph. pecun. & l. etiam, & l. fin. C. si tut. uel cur. interuen. & potest etiam stare ampliatiuè, ut accipitur in capitulo de illis,

illis, §. 1. vbi Archid. de præbẽd. lib. 6. de qua
dictione latè Alber. in Dictionario suo, su-
per ea dictione, & de qua latius in cap. rati
habitionis, in verbo, etiam dictum fuit, ubi
videndum est.

Princeps propriè est Imperator, Instit. in
procem. in princ. vbi glos. & Ang. in §. sed et
2 quod † Principi, Instit. de iure nat. gent. & ci-
uil. & in Rubrica, & l. 1. ff. de constit. princ.
& c. ad Apostolicæ, in prin. de re iud. in 6. &
dr̄ Princeps quasi primum locum capiens,
glo. in verbo, Princeps, in c. fundamenta, §.
proinde, de elec. in 6. et in Clem. 1. in verbo,
Regũ, de baptis. latè tradit Restaur. Castal.
in tractatu de Imperat. 2. quæst. Papa ẽt qui
tenet primũ locũ, & gradum, & nõ recogno
scit superiorem, dr̄ Princeps, de consecrat. di
stinct. 1. c. corpora, & tradit gl. in d. Clem. 1.
abusiuè aũt, & impropriè alij principes dñr,
vt in d. gl. & Restaur. d. 2. quæst. Hinc Bal. in
l. si quis maior, C. de transact. in vlt. not. dis
positionem illius l. loquẽtis de ijs qui iurant
per salutem principum, non hr̄e locum nisi
in iurãte per salutem Imperatoris, vel Papę,
& sic Monarcæ censuit, quem fuit sequutus
Curt. iunior, cons. 178. nu. 30. & cõs. vlt. nu.
7. largo tñ modo in casu nr̄o cõprehendetur
Princeps, licèt nõ sit Imperator, uel Põtifex,
& maximè Serenissimus Dñs Dux noster,
qui in terris suis nõ recognoscit superiorem,
sed hẽt iura Imperialia, Dei & Apostolicæ
Sedis, ac Imperij gr̄a, vt dicit Felin. in c. cũ a
nobis, n. 3. de testib. & de Serenissimo Duce
Mantuæ, tradit Paris. in d. consi. 69.

3 Verùm, quia † immunitas, & exẽptio con
cessa, nõ vr̄ se extẽdere ad ea onera, quę Prin
ceps imponit, cũ persona Principis semper
censeatur excepta, Bald. d. consil. 112. nu. 3.
1. uol. Qui quidem Princeps, videtur posse
exemptiones, & immunitates hmõi saltem
ex causa reuocare, vel suspendere, ut latè pro
sequitur Alex. d. cons. 216. 2. vol. quod latius
inferius examinabitur idcirco ad euadẽdam
huiusmodi difficultatem, addita sunt hæc
verba, propter quæ exemptionem conce-
dens, & immunitatem, seu rem taliter immu
nem alienans, tenebitur pro facto Principis,
prout teneretur Communitas, vel alius con
cedens, ut per Paris. plura allegantem, in d.
consi. 68. col. fin. & Menoch. consil. 156. nu.
30. & sequent. Est tamen sciendum, quod in
generali banno Principis, uel generali eius
commissione, non comprehendentur exem-
pti, & immunes, ut tradit not. Paul. de Cast.
in consil. 317. Viso & examinato. 1. dub. 1.
4 vol. † & consi. 187. Notandum est, 2. dub. 2.
vol. Vincentius de Paleot. inter consi. Alex.
4. uol. consi. 50. Viso, 5. col. uersi. non cõstat.
Felin. in c. Rodulphus, nu. 18. de rescript. &
sequitur Curt. iunior, consil. 106. num. 13. &
Ruin. consi. 219. nu. 5. 1. uol. Et quatenus de
5 exemptis † mentio habetur, non comprehen
duntur exempti, qui precio uel per uiam cõ-
tractus priuilegium acquisiuerunt, ut per
Paul. d. consil. 317. 2. dub. & Alex. d. consil.
30. 1. col. 5. uol. ubi idem dicit de exemplari-
bus cõfirmatis per sn̄iam. & Bos. in suis uar.
tracta. in tit. de princ. & priuil. eius, nu. 151.

Tam ipsi possessioni, vel super ea, seu pro ea.

GLOSSA XVIII.

ONus reale imponitur rei, uel super re, ut suprà, super uerbo (Realibus) mistum verò pro re, ut quando personæ pro re imponitur, ut in exemplo Collectæ, & aliorum munerum mistorum, de quibus suprà dictum fuit in uerbo, Mistis.

Aut eius parte aliqua.

SVMMARIA.

1 *Rei appellatione simpliciter facta tota res continetur.*
Fundi appellatione venit totus fundus.
Fũdus totus si grauari nequit, ita nec eius pars.
Argumentum de toto ad partem optimè procedit existente maximè eadem ratione.
2 *Partis appellatione regulariter venit dimidia.*
Nisi sit adiecta dictio aliqua qua etiam minima pars continetur.

GLOSSA XIX.

LIcèt immunitas concessa possessio
ni, censeatur etiam concessa cuili
1 bet eius parti, quia † rei appellatio
ne simpliciter facta, tota res com
prehenditur, ut per Alex. consi. 195. in princ.
6. vol. cũ alijs ad ductis per Dec. in l. id quod
nostrum, nu. 5. ff. de reg. iur. & Felin. in c. si-
gnificantibus, nu. 7. de libel. obl. Alciat. in l.
appellatione rei, ff. de uer. signifi. sicut appel
latione fundi uenit totus fundus, l. si quis cũ
totum, ubi Socin. nu. 2. ff. de except. rei iud.
& sicut tota res non põt grauari, ita nec pars
eius, cũ argm̄ de toto ad partem optime pro
cedat, existente maximè eadẽ ratione, l. quæ
de tota, ff. de rei uend. tamen ad abundantio
rem declarationem, & cautelam, quæ num-
quam obesse potest, ut dictum fuit supra, in
Clausula rati, in uerbo oĩum, et singulorũ, in
fine, addita est hæc Clausula, Et licèt partis
appellatione, dimidia pars contineatur regu
2 lariter, l. nomẽ filiarũ, §. portionis, † ff. de uer.
signifi. in l. ẽt, de usufruc. & in l. planè, in fine,
de leg. 1. glos. & Dom. in c. 2. §. 1. de decim.

6. in

in 6. glos. & ibi Barto. in l. si in rem, ff. de rei uend. Felin. in d. c. significantibus, nu. 8. & alibi Doctor. tamen propter dictum uerbum (Aliqua) uenit quælibet alia pars infra dimidiam, glossa. in uerbo, Aut earum parte, in Clem. 1. de foro compet. Felin. in d. c. Socin. consi. 215. 2. col. & Corset. in sing. suo, in uerbo, Pars, ubi latè etiã minima, Dec. in c. quoniam, nu. 2. de testib. & in c. 1. 4. not. nu. 4. de fide instrum. de quo etiam inferius dicemus, de quo etiã per Tiraq. in l. si umquam, in uerbo, Omnia, uel partem aliquam, nu. 13. & sequen. C. de reuoc. donat.

Quam Colonis, & laboratoribus ipsius.

SVMMARIA.

1 *Laboratores quinam dicantur.*

Laboratorum priuilegium durat donec laborãt.

2 *Immunitatis priuilegium an extendatur ad laboratores vide hic.*

Colonus ecclesiæ tenetur soluere gabellas de parte sua fructuum, & alia onera quæ imponuntur per Dominos temporales.

3 *Immunitas si est realis trahitur ad Colonos qui debent propterea gaudere tali immunitate, & exemptione.*

GLOSSA XX.

QVi sint coloni latè dictum fuit supra, in glos. saluo iure coloni; Laboratores † modo hoc casu non sunt accipiendi pro ijs qui dietim laborarent, & operas diurnas locarent ad laborandum in dicta possessione, sed qui habitarent in ea, & saltem ad annum conducerent eam ad laborãdum, ut Bald. tradit in d. consi. 112. in princ. in 1. & priuilegium eorum durat, donec laborant in ea, ut per eum ibi. Et idem esset, si priuilegium immunitatis esset concessum, bona, seu possessionem prædictam tenentibus, quia comprehenderentur laboratores, ut per Bertrand. consilio 264. nu. 5. 2. part. priorum, ubi tamen loquitur, quando etiam aderãt uerba pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscumq; Regulariter † tamen, licèt dominus sit exẽptus & immunis, tam respectu personæ, quàm rerum suarum, prout est Ecclesia, de qua suprà dictum fuit, coloni tamen siue partiarij, siue qui numis colunt, nullam immunitatem habere censentur, ut de utroq; tradit Feder. de Sen. in consi. 111. Quæstio talis est, col. 5. nu. 10. Vbi tenet, colonos Ecclesię teneri soluere gabellas de parte sua fructuum, & alia onera, quæ imponuntur per dominos temporales. sequitur Dom. in c. quàmq̃, in fine princ. de Censib. lib. 6. ubi Franc. nu. 3. limitando ut ibi per eum, & Aret. in d. l. placet, nu. 5. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 99. de constit. Ias. in l. 1. 2. col. nu. 11. C. de indic. uiduit. tollẽd. & Bertach. in tract. de Gabell. 7. par. principali quæst. 7. col. 2. & 3. nu. 15. & sequent. & de colonis qui nummis colunt, seu conductoribus, tenet Spec. in tit. de immuni. eccles. in fine, ubi loquitur etiam in emptoribus reddituum Regis. Imola in Clement. præsenti de Censib. & Dom. d. c. quãquam, & probatur in l. licitatio, §. mercatores, ff. de publi. & uectig. ubi Din. Bart. Paul. & Rom. Card. consil. 12. col. 2. Abb. in c. ex parte, il 1. de Decim. Ferrar. in sua practica in forma libel. super solut. pedag. in glos. cæciderunt in commissum, nu. 7. Guid. Papa, consi. 151. nu. 3. Ioan. de Amic. in consil. 18. per totum, & Ias. in consil. 20. nu. 2. 1. uol. & admittit Dec. consf. 48. in princ. & Tiraquel. latè plures allegans, in d. tractatu, §. 1. glos. 13. num. 12. Ægid. Thomat. in tract. de Collect. pag. 87. nu. 1. & pag. 204. in fine. Est bene uerum, quod quãdo priuilegium † immunitatis est reale, & concessum rei, quod etiam coloni gaudent exemptione, & immunitate, & ad onera quæ pro dicta re eis imponerentur, non tenentur, cum ipsa res grauari non possit, ut per Abb. in d. c. ex parte, 2. col. & in cons. 9. Si cadunt, 2. dub. 1. uol. & idem tradit Ruin. in consi. 157. nu. 9. 3. uol. & Paris. d. consi. 69. nu. 6. in princ. & Io. de Platea, in l. qui immunitatem, nu. 2. C. de muner. patri. lib. decimo.

Qui frui, & gaudere possint, & debeant supradictis, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus.

SVMMARIA.

1 *Immunitatis priuilegio non vtentes, an & quãdo censeantur ipsi renunciasse, vide hic opinionem distinguentem.*

Priuilegiatus non vtens priuilegio per spatium triginta annorum amittit priuilegium.

Priuilegium latum habens si eo strictè vtatur, sibi præiudicat.

Priuilegiatus quando subit onera ad quæ tenetur debet protestari, quòd non intendit sibi præiudicare.

Protestatio iuuat protestantem etiam in omni casu in quo per vnicum actum conuentionis vel non vsus amittitur priuilegium.

2 *Priuilegio renunciare non censetur, qui coactus soluit.*

Laboratorum solutio non affert præiudicium Domino ignoranti.

Canonici non possunt ex facto eorum præiudicare Ecclesiæ priuilegiatæ.

3 *Immunis si describatur pro re immuni, et exempta ad æstimum infrà decem dies à die scientiæ debet appellare à tali descriptione.*

4 *Priuilegium unde, & cur si dictum.*

Priuilegium, & beneficium quomodo differant.

GLOSSA XXI.

CVm suprà dictum fuit priuilegiũ huius immunitatis comprehendere etiam onera personalia quæ rei venditæ non conueniunt, & propter rem non possent se excusare, ut per Pet. Artibo.d.tractatu, §.4.nu.138.& hic dicatur, quod supradictis immunitatibus, & exemptionibus frui possint coloni, proculdubio ipsi etiam respectu onerũ personalium censebuntur immunes, & exempti. sed ponamus, quod huiusmodi coloni, vel domini habentes talem immunitatem, non vsi fuerunt suo priuilegio, sed quoties fuerunt indicta o-
1 nera, ea † subiuerunt, numquid cẽseantur priuilegio suo renunciasse, ita ut amplius eo uti nequeant? Et quia est quæstio alta, quę habet plura capita, solum tangam quæ punctum nostrum decidunt; Et concludo, quod quando priuilegium continet immunitatem à pluribus oneribus, & priuilegiatus non vtitur priuilegio respectu aliquorũ, quæ subijt, certum est, quòd respectu aliorum munerum nullum sibi preiudiciũ infert, ut Bald. nu.21. Abb.nu.8.Felin.nu.29.& Dec.nu.17.col.3. concludunt, in c.cum accessissent, de constit. Alex.consi.33.Ponderatis, 3.col.5.vol. Respectu uerò onerum supportatorum, & eius quod soluit, sibi præiudicat pro illis vicibus, quibus non vtitur priuilegio suo, tamen non obligatur in futurum ad eadem munera subeunda, si ad ea iterum vocaretur, l.2. ubi Bart.de priuil.veteran.glo.3.in l.2.C.de his qui spontè mune. publ. sub libr.10.Alex.d. consi.2.col.Abb.Dec. & alij, in d.c.cum accessissent, Ias.in l.fin.col. antepen.de constitut. princip. Ripa in c.25.num.24.lib.2.Ressponsor. & Ruin.consi.219.nu.8.1.vol.Quòd procedit, nisi per 30. annos priuilegiatus dicta munera subiret, quia tunc per talem temporis lapsum, priuilegium suum amitteret, ut per Alexandrum d.cons.33.& consi.193. col.pen.2.vol.& consi.108.Visis literis, col. pen.3.volu. quod etiam tenet Alex. Loseus, in addit. ad Bart. in l.1. C. de his qui sponte mune.publ.sub. & Balb.in tractatu pręscrip. 4.parte 5.partis principalis, 4.quęstione, nu. 7.& Pet. Antib.in tractatu de muner.3.parte, nu.36.& Ripa c.21.nu.11.1.lib. Responsorum. Et hoc modo intelligendus est Bertrand.in consil.264.in secũdo quæsito suprà allegato, 2.parte, & Alex.consi.136. In causa, & lite, col.4.vol.2.& Ruin.consi.125.nu. 7.& in 4.simpliciter loquentes, qui aliàs male dicerent, & ita etiam hoc sensu debet intelligi quod tradit Bart. in l.usum aquæ, nu. 2.per illum text. C. de aquæduct. lib.11.dicens, quod habens priuilegium latum, si eo strictè vtatur, sibi præiudicat, & ita declarat expressè Alex.d.consi.33.3.col.Est bene vtile ad cautelam, quãdo priuilegiatus subit onera, ad quę non tenetur, protestari, quod nõ intendit sibi præiudicare in priuilegio suo, & illud sibi facere in cathastro, uel libro, in quo describitur talis solutio. ut Bart. dicit fecisse in facto proprio, cum soluisset præstantiam, ad cuius solutionem non tenebatur, in d.l. 1. quæ protestatio iuuat protestantem, etiam in omni casu, in quo per unicum actũ conuentionis, vel non vsus amittitur priuilegium, ut in casu d.l.1.in munere officij Decurionatus, quod est uniuersale, de quo etiam in l.2.§. fina.ff. de Decur.& ita etiam tradit Roma. in cons.252. Pro decisione, ad finem Alex.dictis consilijs 108.col.pen. & 33.col. 2.Ias.d.l.fin.col.pen.Ripa, d.c.25.nu.24.Bertrand.consi.228.par.3. priorum. Antibo.loco præallegato, nu.37.& Hieron. Gigas, in tractatu de pension.eccles.61. quæst. & post Abb.& Felin.declarat Dec.in d.c.cum accessissent, nu.17.uersi.tertio limitatur, illud ta-
2 men in confesso est, quod † soluens coactus, non censetur suo priuilegio renunciare, ut per Rom.d.consi.252.ult.dub.& Alexan.d. consi.34.col.3.Nec solutio laboratorum affert præiudicium domino ignoranti, sicut dicitur de Canonicis quod non possint ex facto eorum præiudicare Ecclesiæ priuilegiatæ, in d.c.cum accessissent, & in d.l.fin.Est tamen benè notandum, quod si priuilegiatus describitur in Æstimo Communis, pro re immuni, & exempta, seu ipsá res describatur in Æstimo tanquam nõ exempta, & immunis, debet priuilegiatus infrà decẽ dies postquã de hoc habuit scientiam, appellare à tali descriptione, ut est text.quem multum not. An-
3 gel.in l.1.§.si quis † tutor, ff.quando appellã. sit, & ibi sequitur Aret. & idem tenet Alex. in d.consi.101.col.6. in princ. & 136.col.4. in 2. uol. cum quibus transit Felin.in d.c.cũ accessissent, nu.28. & Dec.nu.17.5.conclusione Bertran.consil. prædicto 264.2.parte, & 227.nu.20.3.parte priorum, & 181.num. 16.3.uol.posteriorum, & Ruin.consilio prædicto 125.num.7.in quarto. Et licèt Ias.in d. l.fin.col.fin.de constit.princ.contrarium teneat, tamen reprehenditur ibi per Claud.

Aquens.

Aquens. & per Bald. in tractatu præscript. prædicto 4. parte quartæ partis principalis, quæst. 30. nu. 6. & sequent. contra quem etiā tenet Paris. dicto consilio 25. nu. 114. quod mandandum est memoriæ, quia in actu practico posset inseruire.

4 Priuilegium † dicitur priuata lex, ex eo dictum, quod in priuato feratur, c. priuilegia, 3. distinct. & c. Abbate Sancti Syluani, post med. de verb. signific. & regulariter est contra ius commune, licèt beneficium sit secundum, aut præter ius commune. ideò in eo fit stricta interpretatio, sed in beneficio lata, ut per Ias. in d. l. fin. col. 6. de constit. princ. ubi alij, de quo etiam aliqua inferius dicentur. Ripa verò in Rubrica de Rescriptis nu. 19. sequendo Hostiens. dicit, quod priuilegium est ius singulare, & priuatum contra ius commune indultum, & inferius nume. 24. dicit, quod beneficium dicitur gratia à Principe concessa præter ius.

Et in ominibus, & per omnia.

SVMMARIA.

1 Per omnia, Clausula hæc quid operetur.

GLOSSA XXII.

1 Clausula, per omnia, habet magnā efficaciam, & operatur ut exequata, vnam, & eandem habeant † naturam. Instit. de donat. §. 1. versic. per omnia ferè, & l. 1. vbi concordantia iura allegantur, ff. de leg. 1. & tanto magis operantur, cum sunt geminata in omnibus, et per omnia, l. 2. §. furiosus, ff. de iure codic. & Clementina Exiui, §. circa. de uerbo. signifi. Important etiam perfectionem, & integritatem dispositionis, Instit. quibus mod. ius pat. potest. soluit. §. pari ratione, uersi. per omnia pristinum statum recipiunt. c. cum inter, ad finem, de re iudic. & uniuersalitatem, l. ius ciuile, ff. de iustit. & iure, et l. si seruus, ff. de seruit. urban. prædior. cum alijs traditis per Modern. ubi Ripa, 1. col. in d. l. 1. ubi Doctor. hanc Clausulam inducunt ad plures quæstiones, & dicit Corset. in tractatu de uerb. gemin. versi. 72. nu. 30. quod ista uerba operantur actum uerum, & non fictum.

Prout & quemadmodum fruuntur & gaudent coloni, & laboratores possessionum Serenissimi D. Nostri Ducis.

SVMMARIA.

1 Quemadmodum, dictio, quid importet.
2 Coloni prædiorum fiscalium an differant à Colonis prædiorum patrimonialium Principis.
3 Id est dictio est declaratiua, & restrictiua.
4 Coloni prædiorum patrimonialium Principis à munerib. ciuilib. vel municipalib. liberantur. Nec ad tutelam coguntur.
5 Scholares si debent tractari pro ciuibus nō amittunt priuilegium ante eis tamquam Scholaribus concessum.
6 Concessio inducta ad augumentum non debet operari diminutionem.

GLOSSA XXIII.

1 Dictio, Quemadmodum, licet pluribus modis accipi possit, ut per Alber. in Dictionario suo, in † eo uerbo, & per Modern. post Bart. in Rubrica, ff. sol. matr. in quæ ponitur huiusmodi dictio, ubi Ripa 9. quæst. nu. 39. tamen in proposito videtur importare similitudinē, l. 3. §. si quis duobus, ubi glos. ff. de adim. legat. l. quemadmodum, C. de agric. & cens. lib. 11. & l. quemadmodum, ff. de acquir. possess. & Bart. in d. Rubrica, nu. 13. uel similitudinem facti tantum, l. si familia, vbi Ias. ff. de iurisdom. iud. & Ripa d. num. 39. de hac immunitate videatur Syluan. consi. 66. nu. 2. & seq. & consi. 73. num. 5. & 7. & Alciat. consi. 14. nu. 3. lib. 4. Sciendum tamen est, colonos prædiorum fiscalium differre à colonis prædiorum patrimonialium Principis, respectu

2 † immunitatis, primi enim funguntur muneribus sine damno fisci, & id debet excutere præses adhibito procuratore fiscali, l. fi. §. 1. ad municipal. immò, indistinctè videntur teneri ad omnia munera, vt glos. ubiq; tenuit, in l. 1. C. quibus mune. excusent. ij qui post imple. mili. lib. 10. in l. coloni, per illum text. C. de excus. tutor. ubi idem tenet Bar. in summario, & in l. finali, C. qui dare tutor. pos. & Mart. de Laud. in tract. de priuil. fisci, quæst. 189. licèt mihi videatur, illum text. d. l. coloni, non loqui in colonis partiarijs, sed in ijs qui nummis colunt, quos lex cōductores appellat, Instit. de locat. & cond. in princ. ubi Angel. nu. 2. post glos. in verbo merces, quæ dicit, colonum partiarium impropriè dici conductorem, & tamen text. in d. l. coloni, dicit, coloni, idest conductores prædiorum ad fiscum pertinentium: nam illa dictio, idest,

3 † est declaratiua, & restrictiua, l. 1. in princip. vbi Bart. ff. ad l. Aquil. & sic dictæ ll. vidētur intelligendæ in casibus, in quibus loquūtur, prima, in colono partiario, ut ita demum teneatur muneribus facta excussione, ut in d. §. 1. secunda in conductore, qui indistinctè te-

4 neatur. Coloni verò prædiorum † patrimonialium principis à muneribus ciuilibus, uel municipalibus liberantur, ut idoneiores prędijs fiscalibus habeantur, ut dicit text. in l. semper, §. coloni, ff. de iure immun. sic etiam ad tu-

ad tutelam cogi non possunt, d.l. fin. C. qui tutor. dare poss. & hoc casu uerbum (fiscalibus) positũ in d. §. coloni, stabit impropriè, & interpretabitur pro patrimonialibus: nã licèt omnia sint Principis, & patrimonialia, & fiscalia, l. bene à Zenone, post princ. C. de quadrien. præscript. tamen nõnumquam inter ea bona, iura distinctionem, & differentiam induxerunt, ut in d. l. bene à Zenone, & l. 2. eod. tit. habent tamen tam conductores, quàm coloni, possessionum priuatarum Principis, immunitatem à superindictionibus, & muneribus extraordinarijs, ut est text. in l. 1. C. de priui. domus August. lib. 11. & tradit Io. de Amic. d. consi. 18. nu. 7. Si tamen de cõsuetudine coloni, & laboratores dicti Serenissimi Principis alia priuilegia, vel immunitates haberet, quæ in Clausulis prædictæ immunitatis non comprehenderentur, propter verba prædicta, quæ adęquant, & similes faciunt eos dictis laboratoribus dictę possessionis uenditæ, ut suprà illis gaudere possent, si verò minoribus priuilegijs, & exemptionibus fruerentur, secùs esset: quia attenderentur priuilegia, & immunitates suprà concessa, & specificata, per ea quę tradunt post Alexand. Moderníor. in d. l. 1. decidentes, quod
5 si † scholares debent tractari pro ciuibus, nõ amittunt priuilegia ante eis tamquam scholaribus concessa, cum hac concessio † indu-
6 cta ad augumentum, non debeat operari diminutionem, l. legata inutiliter, ff. de leg. 1. ut per eos ibi, & Ripa post alios, nu. 7. & ad propositum tradit Bart. in cons. 59. Commune Spoleti, nu. 2. Benè verum esset, quod status, pręsens, non futurus esset attendendus, propter illa uerba temporis pręsentis, fruuntur, & gaudet, adeo, quòd siue diminuentur, siue augerentur priuilegia colonorum Principis, tñ nihil obesset uel ꝓdesset dictis laboratoribus dictę possessionis, ut in d. l. 1. ponũt Doct. & tradit Rip. in c. 6. nu. 6. lib. 2. Respõ.

A quo dicta possessio vt supra, vendita cum dictis immunitatibus, & exemptionibus acquisita fuit per dictos venditores.

SVMMARIA.

1 *Immunitas non conceditur ementi à fisco vel Ecclesia.*
Priuilegium fisci non transit in emptorem, vel singularem successorem.
Immunitas an & quando intelligatur transire ad singularem successorem.
2 *Immunitas per Principem vel per Communitatem aut vniuersitatem numquid concedi possit in præiudicium aliorum.*
Dux Ferrariæ habet iura Imperialia, & non recognouit superiorem.
Ruinus damnatus.
Principi dici non potest cur ita facis.
De Principis potestate disputare est crimen Sacrilegij.
3 *Princeps nũquid possit priuilegiũ suũ reuocare.*
Immunitatis concessio, est donatio.
Immunitas ꝑ feloniã, & rebellionẽ amittitur.
Immunitas suspenditur in casu arduæ necessitatis belli, & simil.
Princeps priuilegium quod transiuit in contractum reuocare nequit.
Declara tamen ut hic.
4 *Immunitas numquid & quomodo per Vniuersitatem vel Communitatem concedi possit.*
5 *Immunitas per Vniuersitatem concessa à Principe confirmata, vel quæ transiuit in contractum reuocari non potest.*
6 *Priuilegium concessum per Principem non censetur reuocare per generalem priuilegiorum reuocationem si tale priuilegium fuit insertum in volumine statutorum mandante Principe.*
7 *Immunitatis causa cessante, cessat ipsa immunitas.*

GLOSSA XXIIII.

1 EMens à Principe, Fisco, uel Ecclesia, rẽ aliquam, nõ gaudet aliqua immunitate uel exẽptione, ut ꝓbatur in d. l. locatio, §. fi. de publi. & expresè tradit Bald. in consi. 31. Statuto Ciuitatis Astens. 1. uol. & consil. 322. In primis considerandum est, col. 2. nu. 2. 4. uol. & Io. de Amic. sequitur d. consi. 18. n. 9. & Fab. in tract. prædicto 2. quæst. 9. mẽbro ult. quarto. quia emptor ubi plura iura allegat. & Tiraquell. d. glos. 13. nu. 12. idem de priuilegio fisci, quod non transeat in emptorem, uel singularem successorem tradit, plures allegans Capic. Decisione 127. nu. 4. & Cæphal. cõs. 58. nu. 74. Fortius uoluit Curt. iunior, in cõs. 60. nu. 10. quod si Princeps uendit rem cum suis immunitatibus, & exemptionibus, quibus ipse uti consueuerat, emptori recipienti pro se, & suis hæredibus, huiusmodi exẽptio non trãsit ad singularem successorem, ut ibi per eum, secùs erit si immunitas non personæ sed rei cõcessa esset, l. forma, §. quamquã, ff. de censib. tradunt Moder. in l. in omnibus causis id obseruatur, ff. de reg. iuris. de quo ẽt dictũ fuit suprà, in uerbo, Realibus, de his uide Sylua. consilijs 66. & seq. & 73. nu. 5.

Sed numquid immunitas, & exẽptio per Principem seu per Communitatem, uel per
2 Vniuersitatem concessa, ualeat † in præiudicium aliorum? & in hoc distinguendum est, quod solus Princeps scilicèt Imperator, uel Summus Pontifex, in terris suis, exemptionem

nem concedere possunt, ut per Petr. Antibo. plura adducentem, in tractatu de muner. §.4.nu.96.ubi dicit, quod nec etiã Rex Franciæ potest eam concedere, sed tamen mihi non placet sua decisio, quinimò etiam quælibet Ciuitas non recognoscens superiorem, potest eam concedere, Bart. in l.1.C. de decre. Decur. lib.10. sicut Imperator, ut per Io. And. & Abb. nu.21. in c.2. de immu. eccl. & idem est in cæteris Regibus, & Principibus habentibus iura Imperatoris. Abb. in c. accedentes, ubi etiam Paris. nu.21.4. conclusione de præscript. Aufr. in addit. ad quęst. Tholos. 348. 4. Conclus. uersi. an autẽ ciuitas. Castr. loquens in Serenissimo Dominio Venetorũ in allegato consi.134. Notandum, in fine, in antiq. s aliàs 187. uol.2. in nouis. & Alex. loquens in supremo Principe nõ recognoscente superiorẽ, saltem de facto, ut in Duce Mediolani, in d. consi.30.2.col. in 5. & in quodã Marchione Pallauicino tradit Bellon⁹, Cõs. 37.nu.5. & est cõis opinio, ut dicit Cagnol. loquens in habentibus iura Imperialia, ut in Duce Sabaudiæ, Mediolani, & Marchione Montisferrati, in l.2.n.226. C. de pact. inter empt. & uendit. & Curt. iunior, post dictum consilium Castr. in consi. aliàs allegato 106. nu.12. Vbi dicit taliter exẽptum per Ducem Mediolani non posse per cõitatem subditam collectari. Sed tñ interest inter immunitatẽ concessam à Principe maiore habente iura Imperatoris, & à minore recognoscẽte superiorem, nã primo casu pręiudicat Cõitati, & cæteris non exemptis, ita ut totum onus ad nõ exemptos pertineat ẽt pro aliquo onere persoluendo Principi eximenti, nisi grauamen sit immoderatum, quia tunc uniuersitas reclamare põt, & quærelare ad Principem: quia hoc casu dẽt occurrere, & ꝓuidere magnæ læsioni nõ exemptorum, licèt nõ possit appellare ſm magis cõem opinionem Doct. infrà allegandorũ, aliàs si modicè læditur, ęquanimiter debet tolerare, & exemptionem seruare, dummodò sit motu proprio Principis, uel ex certa scientia, & non obst. d.l. uacuatis, C. de Decur. cõcessa, ut per Io. Andr. & Abb. 4. conclusione nu.17. in d.c.2. Aufr. d. add.4. Conclusione. Felin. in d.c. accedentes, 1. & 9. conclus. & Paris. nu.18. & Bertrã. loquens in exemptione facta à Delphyno, in cõsi.181.2.dub. nu.7.3. uol. posteriorũ. Si uerò immunitas concedatur per inferiorem à Principe, tunc Vniuersitati uel non exemptis, nõ põt præiudicare, sed tñ sibi ipsi, ut si aliquid sibi per uniuersitatem sit soluẽdum, debeat detrahi pars tangens exemptum, & tantum minus sit soluendum eximenti quanta est pars, ad quam exemptis teneretur, & ita est intelligenda opinio Bart. & Baldi qui indistinctè locuti fuere, in l. ab omnibus, in princip. ff. de legat.1. & ita declarat Spec. in tit. de cens. §.1. uersi. quid si Vniuersitas, Io. Andr. & Abb. d.c.2. Aufrer. in d. addit.4. cõclusione Alex. consil.136. In causa & lite, col.5. uersic. immò fortius, & consil.177. In occurenti casu, col. pen. 2. uol. & ante eum Anchar. consil.260. In quæstione quæ uertitur, col.2. Bald. in l. si unus, §. sed si generaliter, ad finem, ff. de pact. Paul. de Cast. in d.l. ab omnibus, in princip. & in l. auus, ubi latè Ias.3.col. ff. de pact. Bertrand. d. consil.181. col. fin.3. dub. Abb. nu.7. Felin. nu.7.1. conclusione, & Paris. nu.23.5. conclusione, ubi dicit esse communem opinionem, in d.c. accedentes, licèt ibi Paris. uelit etiam in Principe superiore idem seruari, quod in inferiore, respectu eius, quod eidem Principi eximenti debet solui per Vniuersitatem, quod est contra alios distinguentes, ut suprà communiter, & ita in specie hanc opinionem reprobat Cagnol. in d.l.2.nu.226. dicens communem esse opinionem in contrarium; Hãc etiam distinctionem sequitur Alexan. in l.4. in princ. nu.20. & ibi Ripa, nu.37. de re iud. Pet. Antib. in d. tractatu, 3. parte principali, num.22. & 32. Petr. de Vbald. in tractatu de Collect.12. quæst. num.25. & Ripa, in c.20. nu.12. & nu.16.2. lib. Responsorũ, et Ruin. in d. consil.125.nu.4. qui tamen malè loquitur in quantum tenet exemptionem factam per fęlicis recordationis Serenissimum Ducem Alfonsum nostri præsentis Serenissimi Ducis genitorem, illis de Rondinellis de Lugo, tamquam factam per inferiorem, non ualere, nisi in sui præiudicium, cum immò ipse Serenissimus Dux ut suprà dictũ fuit, ex Felino, in c. cũ à nobis, de testib. nu.3. haberet iura Imperialia, & non recognosceret superiorẽ; & de Duce nostro Ferrariæ tradit Alciat. in consi.5.nu.26.4. lib. Socin. iun. consi. 76. in princ.98. in princ. & 126.nu.11.3. uol. & cum ipse Ruin. esset subditus suę Serenitatis originarius (erat enim Regiẽs.) nullo modo auctoritatem sui Principis debebat in dubium reuocare, nõ enim Principi dici potest cur ita facis, nam est crimẽ sacrilegij, de eius potestate disputare, ut ad propositum tradit Cagnol. d. nu.228. & plura adducit Crauetta consi.241.1.col.

An autem Princeps suum priuilegium reuocare possit, est alta quæstio: quam ponunt
2 †Doctor. in cap. nouit, de iudic. & in alijs locis, & uidetur concludendum regulariter, quod sic, ut per Dec. post alios, in dicto cap. numero 15. uersiculo secunda conclusio. & c. quæ in eccles. col.11. ad fin. nu.26. de constit. Ber-

stit. Bertrand. d. consil. 361. num. 19. Ripa in cap. 6. nu. 12. lib. 2. Responsorum, & ibi col. fin. dicit, generalem reuocationem sufficere latè Restaur. Castal. in tractatu de Imperatore quæst. 55. nam immunitatis concessio est donatio, Antibo. d. §. 4. nu. 242. licèt secundum eum inferius nu. 245. raro concedatur liberaliter à Baronibus, & Nobilibus, licèt semper habeant inde precium, seu meritum, quod maximè procedit, quãdo obest tertio, vt in casibus prædictis, & latè Alex. consil. 101. 1. vol. per totum, quod tantò magis procedit, si exemptus committit aliquam causam in gratitudinis erga Principem. Bald. in l. 2. in fine, C. de libert. & eor. libe. idẽ tradit Ias. loquens de reuocatione propter feloniã, & rebellionem, in d. consi. 223. col. 6. versic. septimo facit, 2. uol. Martin. de Laude, in tractatu de priuilegio, & Rescripto, quęst. 48. & in tractatu de fisco, quęst. 140. Paris. d. cõs. 25. nu. 115. in prin. & in Restaur. d. quęst. 55. nu. 13. Vel si Princeps ex causa, & propter publicam vtilitatem huiusmodi reuocationem facit, vt per Abb. Card. & alios, in d. c. accedentes, Alex. d. cons. 101. & cons. 216. 2. uol. per totum. Bertrand. d. consi. 181. nu. 9. Ias. cons. 228. col. 11. versic. 14. 2. vol. Socin. in d. l. si ex toto, 5. conclusione, nu. 8. Calcan. cons. 51. col. pen. Afflict. decisione 361. n. 6. Mars. latè in Sing. 531. Vtilitas publica, Restaur. d. quæst. 55. num. 6. & Bellonus, d. consil. 37. num. 5. & Cagnol. d. l. 2. d. nu. 226. vbi dicit, quod suspenduntur exemptiones in casu arduæ necessitatis belli, & Collectarum exempti. Et in locis prædictis plures ex suprà allegatis loquuntur, etiam in priuilegio concesso non subdito, vel quod transiuit in contractum, quod difficilius reuocari potest: nam propter vtilitatem publicam reuocari potest, vt per eos in dictis locis. Sed quod indistinctè Princeps nõ possit priuilegium quod transiuit in contractum, & maximè si aliquid ex eo lucratus fuit, reuocare, tradit Baldus in l. qui se patris, col. 7. versic. hoc scias, numero 12. C. Vnde liber. Castr. dicto consil. 307. secundo dub. 1. vol. Calcan. d. consil. 51. col. pen. Vincent. de Paleot. inter consi. Alex. 4. vol. consil. 50. col. 6. & in eod. vol. ac etiam in eadem causa, Barbat. consilio vlt. 8. col. Roman. consil. 436. Quia indultum, 4. col. Ias. consil. 56. numero secundo, & 105. num. 3. 1. vol. & consilio 227. col. 1. secundo vol. Dec. consil. 292. numero 7. Iafred. Balb. decisione 125. Marsil. Singul. 333. Pactum. Bellon. dicto consilio 36. ad finẽ. Ripa Responso. 19. numero 20. 23. & sequent. secundo libro Responsorum. Restaur. dicta quæst. 55. num. 9. & quæst. 114. num. 11. Grammat. decis. 65. nu. 25. & sequent. & latissimè Crauet. d. consilio 241. nu. 10. 12. & sequent. & idem est, si ex causa remunerationis sit concessum, quia etiam propter ingratitudinem reuocari non potest. Dec. dicto c. nouit, nu. decimoquarto, quarta Fallent. Marsi. & Restaur. locis proximè allegatis, adde Syluan. consilio 98. nume. decimosexto, & num. 20. Illud etiam non est omittendum, prædicta sibi locum vendicare, quando obligatio Vniuersitatis orta fuit post exemptionem concessam, secùs si ante, vt not. Bald. in l. etiam, col. fin. nu. 29. C. de execut. rei iudic. sequitur Vbald. d. tractatu de collect. 16. quęst. nu. 18. & Ripa, d. l. 4. in princ. nu. 36. de re iud. plures verò casus, ad quos regulariter inextẽdẽtur immunitas à Principe cõcessa, ponit Antibol. d. tractatu. §. 4. nume. 105. & sequent. quos ne nimis hoc capitulum onerem, prætermitto.

Nunc de immunitate per Vniuersitatem, vel communitatem concessa videndum est.

4 Et in primis sciendum est, † Vniuersitatem, vel Communitatẽ, gratis, & sine causa iusta & rationabili, vel quæ concernat utilitatem publicam, vel singulorum, non posse alicui immunitatem concedere, ut si concederetur venienti de nouo ad habitandum in loco subiecto Doctori medico bene merito, & similibus alijs casibus enumeratis per Doct. in locis inferius allegandis, vt tradit Bart. in l. 2. de iure immunit. & in d. l. vacuatis. Alex. d. consi. 101. Curt. iunior, d. consi. 60. nu. 12. & in dubio præsumitur interuenisse solemnitatem necessariam. Rom. d. consi. 252. 3. dubio. & Bellon. consi. 37. numero primo, & consil. 39. nu. 6. & in casibus in quibus valet immunitas per eam concessa, non potest præiudicare Principi, uel Fisco, sed sibi tantum, glo. & Bart. in d. l. vacuatis, Abb. d. c. secundo, 4. conclusione, de iure immunit. Aufr. d. 4. conclusione, Ias. d. l. auus, 3. col. Abb. Felin. et Paris. in d. c. accedentes. Alex. consil. 148. nu. 9. 6. uol. Rom. consi. 252. Pro decisione, 1. dub. Ias. d. consi. 101. secunda col. 4. uol. & ibi col. 4. n. 4. loquitur etiam in casu, in quo extabat statutum, quod per Consilium uel Vniuersitatem non posset dari alicui de hauere, & bonis Communis, quia hoc casu statuti uerba locum sibi non vendicant. Ripa, d. l. 4. num. 37. Ruin. dicto consilio 125. col. fin. in quarto. Paris. d. consilio 68. numero quarto, & sequent. 1. uol. & Bellonus, d. consil. 37. nu. 14 & consilio 38. per totum, nec etiam releuaret, si esset facta propter merita alicuius, nisi de meritis probaretur, ut per Alex. d. consil. 101. 4. col. Si tamen esset facta sine causa, & sic esset nulla, & cõfirmaretur per Principẽ.

Alex.

Alex.d.conf.30.3.dubio Iaf.d.conf.101.col. 2.Dec.conf.262. col.fin. & Bellon. d.consil. 37. numero quinto, & confirmatio ex certa scientia esset facienda & simpliciter. Ripa, se cundo libro capitulo 24. qua confirmatione facta non potest reuocari per Ciuitatem con

5 cedentem, vt per eos ibi, sicut etiam † non potest reuocari si transiuit in contractũ Bartolus, in l.quod semel, ff.de decret. ab ord.faciend. & in dicta l. secunda, Alexander, & Bellonus, dictis proximis consilijs, & Bellonus, etiam consilio 38.& 39. Paleot. Barb. dictis consilijs, primus quinta, alter septima columna, Ioan. Andr. & Abb. dicto capitulo secundo, & Aufrer. dicta additione, quinta cõclusione. Roman. dicto consilio 252. 2.dub. & Iaf. dicto consilio 101. Ruin. consilio 105. numero tertio, quinto volumine, & Pet. de Vbald. dicto tract. de Collect. 12. quæstio. numero 24. Veruntamen si princeps consentiat exemptioni factæ per cõmunitatem, sibi praeiudicat, vt tradit Ang. cõsilio 227. Punctus, in fin. & Felin. in dicto capitulo, accedentes, columna fin. octaua conclusione. Vt tamen priuilegium concessum à principe non censeatur reuocatum per generalem reuocatio-

6 nem † priuilegiorum factam per Principem, cautela est, vt inseratur in volumine Statutorum, sic mandante Principe, ita docet Paul. de Cast. in Auth. Qua in prouincia, per glos. ibi, col. fin. C. vbi de crimine agi oportet, & Cepol. cautela 47. Domini, & Parisius sequitur in dicto capitulo accedentes, numero 9. Illud etiam sciendum est, quod immunitate ob certam causam concessa, cessante illa cau

7 sa, cessat, l.semper. §. † negociatores, ff. de iure immunit. Tiraquel. in tract. cessante causa. prima parte, numero 113. versiculo immunitatis, Vnde si sit concessa propter paupertatem, cessat adauctis facultatibus, l.non tantũ §.eos qui, ff. de excusat. tutor. cum alijs adductis per Tiraquel.d. 1.par. num.193. in vers. paupertate, & idem in priuilegio tradit Felin. in d.c.cum accessissent, num.24. vers. 1. regula, de constit. & latius Tiraquel.d. parte, in verbo, priuilegij, nu.203. & Dec. in l.in omnibus causis id obseruatur, nu.18. de reg.iur.

Ementes & recipientes pro se, & suis hæredibus, & successoribus quibuscumque, & ab eis causam habentibus.

SVMMARIA.

1 Successionis appellatione in dubio vniuersalis non singularis comprehendetur.

2 Immunitas transit in singularem successorem si sit concessa pro hæredibus & successoribus. Quod intellige & declara vt nu. 2.

3 Successor singularis in dispositione comprehẽsus intelligitur si dictum sit de ijs qui ab eo causam habent, vel quibus dederit.

GLOSSA XXV.

Licèt appellatione successoris in dubio vniuersalis non singularis cõprehendatur, l.quædam, §.nihil,

1 & ibi † not. ff. de eden. & l. dabimusque, §.siquis cum tutor, vbi Ripa, nu.2. ff. de priuileg. credit. & tradit Felin. per illum text. in c.quia Gui. de iudic. nu.5. tamen si in priuilegio seu concessione immunitatis sit dictum, pro hæredibus & successioribus, tunc comprehenditur successor etiam singularis, vt etiam tactum fuit suprà, in isto capitulo, super verbo, ab omnibus, & quibuscumque, ut in his terminis concludit Alex. d. conf. 193. 2.col.2.vol. cum quo transit Dec. in consilio 171.nu.5. & defendit Alciat. in l.hæredis appellatione, la 2.ff. de verb.signif. & secũdum istam sententiam vidi consultum per famosissimum aduocatum. Verum contrarium licèt in alijs terminis tenent idem Alexan. & Iaf. in d.§.nihil, & Ripa in d.§.si quis cum tutor, ubi nu.3. dicit, hoc casu verbum (Hæredibus,) debere intelligi de succedentibus de iu

2 re ciuili, & verbum, (Successoribus,) de † succedentibus de iure Prætorio, contrariumque tenet Bertrand. in conf. 157.nu.2.par.3. priorum. & Iaf. loquens in his terminis, in consi. 89.3.uol. ubi repræhendit Alex. tum inconstantem, tum etiam cõsulentem contra communem opinionem, & in terminis etiam cõtrarium tenet Ripa in 2.lib. Responsorum c. 26. nu. 17. & difficile forte foret in practica obtinere pro opinione Alex. nisi versaremur in beneficio Principis, vt per Sylua. in conf. 98.nu.14. & Alciat. in conf. 13. nu. 18. & 19. lib.5. vers. & ita vidi iudiciatum: ideo addita est illa vox (Quibuscumque,) quę operatur ut ueniat singularis successor, ut per Alexan. & Iaf. in d.§.nihil, Felin. d.c.quia Gu.nu.5. Iaf. d.conf.89.3.col. latè Ripa, in d.§.si quis cum tutor, nu.5. & Alciat. d.l.hęredis, & Bertran. in aliàs allegato conf.264.2.par. sic etiam ad didi clausulam sequentem, (Et ab eis causam

3 habentibus) quę † comprehendit singularem successorem, ex quacumque causa, vt de ea scribit Ripa, in c.1.nu.31. & sequent. 1.li. Responsorum. ęquipollet enim Clausulę (Et q. bus dederit) vt per eumdem ibi, de qua in c. 1. de feud. non haben. propriam natu. feudi, de qua per Iaf. post Alberic. in l.fin.col.3. C. de iure emphyt. Curt. seniorem conf.64. nu. 66. Socin. conf.3.nu.18. in 3.vol. Dec. consi. 171.&

171.& 164.ver.2.Curt.iunior.cons.4.nu.3.& 110.nu.27.Paris.cons.71.num.44.in 3.& 85.nu.14.& sequent.in 4.vol. & alibi Doct. in alijs locis,& de ista Clausula (Vel habentibus causam ab eis) quomodo sit intelligenda,& an secundum dictum primum cap.scribit Ruin.cons.39.nu.5.& num.11.1.vol.& idem est causam ab aliquo habere, qui habet ex titulo ab aliquo concesso, vt tradit Alex. cons.198.nu.6.vol.7.& Crauet. cons.92.nu.6.& 7.Socin.iun.cons.70.nu.9.3.vol. Immunitas igitur isto casu erit realis, & ad quemcumque transibit, nec finietur cum persona, propter dictas clausulas d.l.forma, §.quamquam, de censib. Alex.dicto cons.101.2.col. in primo,de quo etiam dictum fuit suprà, in verbo,Realibus.

Prout apparere dixerunt ex publico instrumẽto rogato per olim ser Ioannem Cagnacinum Notarium publicum Ferrariæ stipulato tempore quo in eo, &c.

SVMMARIA.

1 *Venditor numquid teneatur manu tenere rem immunem quam pro tali vendidit habita relatione ad instrumentum quod non reperitur.*
Dictio relatiua aliquando stat causatiuè.
Priuilegio referenti quando & quomodò sit standum, etiam si de relato non appareat.
2 *Relatum si differat à referente attenditur relatum & non referens.*
Vide tamen hic.
3 *Venditor bonæ fidei commodorum spem augere, nec incommodorum cognitionem obscurare debet.*
Venditor tenetur si expreßit rem immunem esse quæ non est.

GLOSSA XXVI.

SEd quid si instrumentum hic citatum nõ reperiretur, numquid propterea deperiret probatio exemptionis mentionatæ, & venditores nõ tenerentur eam esse talem manutenere, ex quo de instrumento relato non cõstat, Auth. Si quis in aliquo, C.de edend.& certè tenendum est, nihil minus emptoribus officere, quę uera est & communiter recepta sententia, quod siue in contractu, siue in priuilegio, de aliqua immunitate, exemptione, vel aliqua alia qualitate exprimatur per dictiones relatiua (prout) (iuxta) (secundum) & similes si in contractu, vel priuilegio enunciatur eo modo, vt tenor enunciati & relati, certus & clarus habeatur, ita, vt nulla supersit ambiguitas, censetur pars, vel cõcedens, qui habet potestatem disponendi, concedere, & dare, tunc nulla est opus exhibitione scripturæ relatæ; sed hoc casu dictio huiusmodi relatiua, stabit causatiuè, quia sic apparet, ut
1 †est tex.in c.Abbate sancti, de verb.sig.vers. contra quod, & in l.cum qui, §.Iulianus,& ibi not.Bart.ff.de constit. pecun. tradit idem Bart.in Extrauagan.ad reprimend. in verbo prout,& in l.admonendi, post glos.primam quem ibi sequuntur omnes,ff.de iureiur. Aretin.in cons.75.Diligenter visis,3.dub.Rom. in cons.21.Ita de iure,& cons.336.Circa p̃positam,circa med. Felin.nu.10.& Dec.nu.5.in c.2.de rescript.& Dec.cons.169.col.fin. vt etiam dictum fuit suprà, in capitulo, Procuratoris vendẽtis, in Clausula (Prout de suo speciali) nec hoc casu habet locum dicta Authen. Si quis in aliquo, vt per omnes ibi, per l.optimam, C.de contrahen.& committenda stipul. de qua etiam fuit dictum suprà, in c.venditorum, in verbo ciues, quod tamẽ dictum est de priuilegio aliud referente vel cõfirmante, ut ei sit standum, etiam quod de relato non apparet, dupliciter intelligendũ est; Primo, quando ex certa scientia,& de plenitudine potestatis princeps confirmat, nõ autem in forma communi, ut tradit Bertrand. in cons.181.in primo dubio,3.uolumine posteriorum.

Secundò, quando Princeps motu proprio confirmat vel refert, inserendo tenorem saltem effectualiter relati priuilegij, secùs si ad sugestionem, vel supplicationem partis, tunc enim relatum est probandum, ut not. declarat Ripa, in d.6.cap.2.lib. Responsorum,& in d.l.admonendi.num.36.& nouissimè consuluit Bellonus, cons.36.per totum,& maximè col.fin.ubi ita distinguit.

Quid modo si relatum appareat, & aliter in eo constet, quàm in referente contractu,
2 vel dispositione †relatum fuerit? & in hoc Alex.in cons.90. Dec.in cons.63.& alij, quos adduxi in dicta Clausula, Prout de suo. et Bellonus, in cons.23.num.3.tenent relatum esse attendendum, cum censeatur referens errasse, & ità etiam declarant Dec. in d.Auth. Si quis in aliquo, nu.34.procedere dispositionẽ d.l.optimam, quod tamen posset procedere in casu, in quo partes non exprimerent certũ & specificatum tenorem priuilegij relati, secùs si citrà vllam ambiguitatẽ relationis factum affirmatum fuerit, vt hic factum fuit, et ità etiam declarat Alciat. in d. Auth. Si quis in aliquo, 3.pagina, in fine prin. & istud mihi magis placet: quia aliàs esset in potestatę venditoris exprimendo certam immunitatẽ rei, et refe-

& referēdo se ad aliquod priuilegium, quod minorē contineret, defraudare emptorē, qui aliter non fuisset empturus, nisi sibi fuisset expressum talem immunitatem rem habere: nā ut dicit Cagnolus in l.2. §. iuris ciuilis, ante
3 fin. nu. 468. ff. de orig. iur. venditor † bonę fidei commodorum spem augere, nec incommodorū cognitionē obscurare debet. Est bene uerum, quod etiam secūdum opinionem contrariam, quando venditor dolosè expressisset immunitatem, & induceret emptorem propterea ad emendum, non haberet locum relatum, sed esset attendendus tenor referentis, l. iuris gentium, §. Prætor ait, ff. de pact. et ita tradit Dec. in d.c.2. nu. 5. vers. & prædicta limitatio, & diceretur in dolo, si sciens rem non habere eandem immunitatem, illam expressit, l.1.§.1. & l. quæro, ff. de actio. empt. et ad hoc faciunt tradita per Alex. in consi. 63. in 6. et Corn. cons. 12. col. pen. 3. uolu. quæ supra adducta fuere super Clausula (Respectu uerò infrapositæ possessionis) & in Clausula. (Quarum altera est aratoria) ubi fuit dictum, uenditorem teneri de qualitate rei expressa non existente; Ad effigiendum tamen omnem difficultatem, additur infraposita Clausula, proximę sequens;

Et ita dictam possessionem liberam immunem & exemptam vt supra.

SVMMARIA.

1 *Vt suprà, dictio repetit omnes qualitates, & facit relationē oīum, quæ dicta superius fuerunt.*

GLOSSA XXVII.

1 Dictio ista † (Vt supra) repetit omnes qualitates dictæ immunitatis supra expressas, & facit relationē omnium quę dicta superius sunt, l.1.§. deinde, & ibi Bart. in §. ex hoc edicto, ff. de postulan. & tradit Dec. in cons. 182. nu. 3. & 227. nu. 3. Paris. cons. 48. nu. 14. 2. uol. & Crauet. cons. 88. nu. 3.

Dicti venditores vt supra agentes, & obligantes promiserunt & conuenerunt dictis emptoribus & mihi notario infrascripto vt supra recipientibus, & infra stipulantibus manutenere defendere & conseruare.

SVMMARIA.

1 *Venditor an possit vendere rem tamquam immunem & liberam ab oneribus, & an valeat talis alienatio.*

GLOSSA XXVIII.

1 Licèt venditor vēdat rem liberam, & immunem ab oneribus vt suprà, tamen dubium videtur † an valeat talis alienatio etiam respectu vendentis, l.2. vbi Bald. & l. fin. & ibi gl. C. sine censu vel reliquis, glos. & Paul. de Castro, in l. inter debitorem, ff. de pactis, qui videtur velle, non obligari vendentē: quia uendens non potest facere rem immunem vel exemptam, quæ non est, licèt Cagnol. teneat contrarium, in l.2. num. 227. C. de pact. inter empt. & vend. cui assentior per ea quę supra etiam proximè dixi; Sed si fiat pactū expressum inter partes, quod vēditor teneatur rem manutenere exemptam, & soluere pro emptore, valet pactum respectu partium, non respectu fisci, d. l. inter debitorem, & l. epistola, §. pactum, ff. de pact. & ita tradūt Bald. Cast. & Cagnol. in locis præallegatis, ubi Cagno. docet, hoc modo construenda esse uerba pacti, ut tollatur omnis scrupulus, quod casu quo cōtingeret emptorem uel habituros causam ab eodem, molestari & arctari ad contribuendum in aliquibus oneribus, seu ad solutionem aliquorum onerum impositorū, aut imponendorum, prætextu dictæ rei uenditę, promittit uenditor emptorem indemnem conseruare, & promptè soluere, propter quā cautelam subijciuntur et uerba infraposita.

Et ab omnibus solutionibus per ipsos emptores aut eorum hæredes, & successores, & habentes causam ab eis dicta de causa faciendis, & oneribus quibuscumque subeundis, in futurum eos indemnes & penitus sine damno conseruare.

SVMMARIA.

1 *Promissio de conseruando indemnem emptorem ratione exemptionis promissæ, ac venditæ valet.*
2 *Promittens conseruare indemnem tenetur iudicium in se suscipere & reum defendere et tenetur ad sortem & vsuras, damna & interesse.*
3 *Penitus, dictio, idem importat quod prorsus, ex toto, & omnino.*

GLOSSA XXIX.

1 Non est dubiū hoc casu ualere † promissionem factam de conseruando indemnem emptorem, uel cōtrahentem, ut ultra Cagnol. in loco proximè allegato ad propositū tradit Angel. in

2 gel. in allegato cons.227. Qui uerò †promittit aliquem indemnem conseruare, tenetur etiam si uexatur, uel contra eum agatur iudicium in se suscipere, & eũ defendere, ut not. Bart. per illum tex. in l. pater, nu.2.ff. de dote prælegata, & tenetur etiam ad sortem & usuras, ut per illum text. tradit Bart. & alij in l. quæro in princ. ff. loca. Dec. in cons.551.nu. 7.& utrumque dictum sequitur Rui. in cons. 187.nu.3.in 1.uol. ubi dicit quod sequuta sẽtentia condemnatoria debet promittens soluere sortem, & usuras, quia aliter non conseruaretur sine dãno stipulator; Idem etiam in utroque dicto firmat Paris. comprobans promittentes teneri ad omnia damna & interesse stipulatoris in cons.109.nu.37.& sequent. 1.uol.& cons.16.nu.124. & sequen.2.uol. ubi plura allegantur, & Socin. iunor. cons.44. nu.16.in 3.uol. Quod tanto clarius procedit
3 cum sit addita dictio, penitus, †quæ idem importat quod prorsus, ex toto, & omnino, c.1. de supplen. negli. prelato. cum alijs adductis per Albe. in suo Dictio. in ea dictione. Ruin. cons.117. nu.10. 3.uol.& propius ad terminos nostros in conseruatione indemnitatis Paris. in cons.58.nu.11. 1.uol.

CLAVSVLA XXII.

Omni iuris & facti exceptione remota.

SVMMARIA.

1 *Clausula, omni iuris, & facti exceptione remota, quid importet.*
Exceptio iusta, & efficax opponi potest, licet qs promiserit nullam exceptionem opponere.
2 *Priuilegium concessum à Principe defuncto, nũquid sit confirmandum à successore, ne ipsum priuilegium annulletur.*
Immunitas concessa intelligitur perpetua.
3 *Immunitas alicui conċessa pro persona & rebus in forma valida, an & quando extendatur ad bona etiam acquirenda.*
4 *Immunitas concessa alicui & suis posteris numquid porrigatur ad descendentes ex fœminis.*
Et quid si est concessa pro hæredibus an intelligatur de masculis.
5 *Immunitas concessa à collectis quo tempore acquiratur vt censeatur præscriptum huiusmodi obligationi.*
6 *Immunitas alicui tam pro persona quàm pro bonis suis concessa numquid extendatur ità vt illa gaudere possint fratres ipsius immunis socij omnium bonorum.*
Immunis non facit gaudere non immunem socium priuilegijs immunitatis.
Socius non gaudet priuilegio consocij in materia diuidua.

GLOSSA PRIMA.

HAnc Clausulam ponit Spec. in tit. de emptio. & venditio. §. 1. colu. 3. ubi dicit inferre, quod promittens aliquam defensionem nõ opponet, l. secundam, in princip. ff. de except. & dicit Bald. in addit. ibi post princip. quod ista uerba (Sine aliqua exceptione) omnem exceptionem et defensionem excludunt, l. Thais, §. Stichus seruus, ff. de fideicommis. libert. sequitur Socin. in consilio 288. dubitatione quinta colum. antepenul. secundo uolum. ubi dicit, quod ista uerba non important aliud, nisi quod nõ possit promittens aliquid in facto uel in iure allegare, quibus mediantibus excusaretur: quia dicta uerba tollũt omnem exceptionem & defensionem; de qua Clausula etiam nõnulla dicta fuere suprà in
1 † Clausula, Rati, super uerbo omnibus iuris & facti, &c. censeo tamen hoc intelligendum, nisi opponeretur exceptio, uel defensio iusta: quia solum iniustam dicta Clausula excludere uidetur & malitiosam, ut in proposito dicit Specul. in titul. de obligat. & solut. col.4. uerbo, nullam aliam contrariam exceptionem, & ibi Bald. in addit. in princ. dicit, quod qui promittit non opponere exceptionem intelligitur nõ ire per ambages, & si uadit, incidit in pœnam: efficacẽ tñ exceptionẽ benè potest opponere. Idem tenet Felin. in c. causam quę, nu.21. de Rescript. & Antõ. de Caua. in tractatu de excut. instr. 1. quęstione.

Nonnullæ etiam quæstiones in hac materia immunitatum intactas non relinquere cẽsui, quæ etsi extra nostram propositam materiam esse uideantur, tñ non pigebit eas uidisse, prima est, numquid defuncto Principe priuilegium concedente, opus sit noua cõfirmatione, ne priuilegiũ annulletur, quod aliàs in causa propria fuit mihi reuocatũ in dubium.
2 Et licèt †Bal. in d. cõs.112. nu.7. dub.6.1.uol. deciderit trãsire ad successorem in dominio, seu officio concedentis, quod sub noĩe appellatiuo cõcessum fuit, consuluit tñ, qđ per singulos successores immunitas renouetur, quã gratia est si eis conceditur, & iniuria si eis denegatur, dicens, quod hoc residet finaliter in pectore dominorum, qui sunt deuotionibus & meritis prouocandi, nõ pollicitationibus astringendi. Et sic Bal. sentit dubium esse, an ualeat sine cõfirmatione, & in cons.355. Præmittendum est, nu.6. eo. 1. vol. dicit, quod dominus tenetur renouare, aliàs facit iniuriam,
1 tamen quod priuilegium transeat ad successores concedentis, haud dubiè tenẽdum est, ut late tradit Crauet. d. cõs.241. nu.17. & Restaur. Castal. d. tract. de Imperat. quæst. 111. ante finem, & propterea superuacua est confirmatio,

firmatio, l. priuilegia, ubi Cin. & Pau. de Castro, cum quibus etiam trāsit Alciat. C. de sacrosanc. eccle. & in terminis in priuilegio immunitatis, firmat Alex. in d. allegato cōs. 33. col. fi. vers. & non est curandū, 5. uol. & sequitur Betrand. in cons. 108. in princ. 3. vol. p. primæ, & s͠m hanc partem fuisse decisum refert Afflict. decisione 128. nu. 12. & ita etiā obtinui in facto proprio; & ad hoc ēt facit qđ tradit Alber. in l. antepenul. in fine, ff. de annuis leg. & refert ac sequitur Tiraquel. in l. boues, §. hoc sermone, 8. limitatione, nu. 4. quod immunitas cōcessa, sēper intelligitur perpetua.

Secundò cōcessa emptione alicui pro persona, & rebus, in forma ualida, nunquid ex-
3 tendatur ad bona postea † acquirenda? est quęstio profunda, ab antiq̃s & Modernis examinata, in qua uariæ fuere opiniones, & eā mouet Pet. Antib. in d. tract. 3. p. §. 4. nu. 55. sed non benè se resoluit, & infrà, nu. 140. arguit pro & cōtra, & finaliter uidetur distinguere: aut fuit concessa precio, ut regulariter fit, aut gratis, primo casu extendatur ad futura, secūdò verò non, sed suprà in tertia parte principali, in immunitate per Mutinenses concessa Castro Balzani, quod non extendatur ad futuras Villas, simpliciter, & indistinctè tenere uidetur. Bal. uerò in d. cons. 112. in 2. nu. 4. tenet, non extendi nisi ad surrogata bona loco priorum exemptorum, sed in cons. 407. super facto, 2. dub. 5. uol. tenet indistinctè exēptionem extendendam esse ad bona futura; q̄ñ priuilegium non est finibus coarctatum, idē uoluit Bart. in cons. 59. Commune Spoleti, 2. dub. nu. 4. ubi uoluit, immunitatem concessam pro iuribus, & rebus, extendi ad bona futura: & idem si sit dictum, pro se, & hæredibus in futurum. Ias. uerò in d. consil. 25. in 3. uol. exigit, ut de futuris expressa mentio fiat; Sed tamen opinionem Bart. & Baldi uidetur sequi Aret. in d. l. si ex toto, in princ. 2. col. & expresè Alex. in cons. præallegato, 178. & cons. 193. 2. dub. 2. uol. & dicit Paris. d. cons. 68. nu. 9. & sequent. 1. uol. quod magis communis opinio est, quod extendatur ad futura. Quam opinionem tenet Nata, consilijs 160. nu. 23. & 26. & 340. nu. 12. & 15. & Decis. Pedemont. 136. quam opinionem etiam adiuuat decis. Guid. Pap. quæst. 489. decidentis, quod si sit concessa nonnullis hominibus immunitas à pædagijs per Principem in tota terra sua, extenditur etiam ad terras, & ciuitates alias per Principem acquisitas; Et ista Conclusio uidetur indubitata, quando sumus in beneficijs Principis, non in priuilegijs: cum primo casu quo de interesse tantum concedentis tractatur, latissima sit facienda interpraetatio: secundo uerò casu, cum tractatur de interesse tertij, strictè priuilegium est interpretandum, ut per Bald. in d. Cons. 112. nu. 7. Alex. d. cons. 178. 5. col. & latè Brun. in tractatu de augumento 9. Conclusione 1. limitatione, & tradunt Moder. in d. l. fi. de constit. Princ. Alex. in d. l. quædam, §. nihil, 2. Limitatione ubi etiam uidetur sequi Ias. & idē Ias. d. cons. 89. 3. vol. plures autem remissiones in ista quæstio. ponit Cagnolus, in d. l. in omnibus causis id obseruatur, num. 10. & in omnibus ponderandus est tenor priuilegij, qui dat legem priuilegio, c. porro, & c. accepimus, de priuil. & ad propositum tradit Bald. in cons. præallegato, 355. in princ. Bertrand. d. cons. 181. in princ. 3. vol. & Ripa, d. cap. 6. nu. 42. lib. Responsorum.

Tertiò, si concessa est immunitas alicui, & suis posteris, non ueniunt descendentes ex fę-
4 minis, l. 1. §. 1. † ff. de iure immunit. nam in hoc est casus specialis, quando tractatur de interesse alterius, qui propter priuilegium immunis & exempti, grauius grauatur, & tenet Dec. in Clem. Nouit, 6. notab. & defendit in cons. 223. & sequitur Cagnolus, in d. l. in omnibus, alia adducens, nu. 9. & idem firmat Antibol. in immunitate concessa pro hęredibus, ut tantum ueniant hæredes masculi, in d. §. 4. nu. 137. tenet etiam Gozad. cons. 20. nu. 8. sequitur Ias. in l. 1. col. pen. ff. de constit. princ. & Claud. in l. fin. nu. 201. eod. tit. Paris. cons. 88. nu. 12. in 2. vol. & abundè Tiraquel. in tract. de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 9. nu. 238. & seqq. & in tract. de Legibus Connub. in 1. lege, 1. glos. nu. 38.

Quartò uidendū est; quo tempore acquiratur immunitas à collectis, & hm̄oi oneribus
5 subeundis, ut censeatur præscriptum † hm̄oi obligationi, & Bar. in d. cons. 59. nu. 3. tenet, quod si quis credens se exemptum per 40. annos non subeat munera, præscribit aduersus Ciuitatem, uel Communitatē, per text. in l. fin. C. de fund. patrim. lib. 11. per quem text. ita etiam consuluit Roman. in d. cons. 252. 4. dub. quod etiam tenet Alex. d. cons. 30. 3. & 5. dub. Corn. cons. 44. 2. & pen. col. 2. vol. 22. col. 6. in 3. & 268. col. 9. & 10. 4. vol. quod etiam admittit Curt. iunior. cons. 60. præallegato nu. 16. & tenet Ias. d. cons. 101. in fine, 4. uol. Paris. d. cons. 69. nu. 7. 1. vol. & Bellon. dictis consilijs 37. nu. 6. & 39. nu. 4. sed Alex. in d. cons. 136. col. 6. 2. vol. ad hoc vt opinio prædictorum procedat, exigit quattuor esse probanda ad victoriam præscribentis, quæ si copulatiuè non concurrant, eā pręscriptionē non procedere sentit. primo, qđ præscribens fuerit requisitus soluere, & recusauerit, scđo qđ allegēt bona fides, tertiò, qđ titulus aliq̃s allegetur, & quarto, qđ scientia, & patientia

hominũ Ciuitatis, uel Communitatis deducatur, & probetur, quæ non exigunt alij supra allegati. Et idem uidetur tenere Ripa, in d.c.26.nu.11.2.lib.Responsorum, & Curt. sequitur d.cons.60.nu.17. Hanc tamen opinionem Alex. posteriorem fædere distinctionis opinionem concilians Balbus in tractatu pręscript. in 2. p. 5. partis principalis, q.7.nu.3. declarat procedere, quoties non interuenit titulus coloratus, ut concessio immunitatis, licèt inualida, quo casu probanda sunt dicta quatuor requisita, at si interuenit, sufficit lapsus temporis 40. annorum à tempore impositæ Collectæ, licèt nulla interuenerit interpellatio præscribentis, & hoc casu procedit opinio prædicta, quæ est communis, ut supra, & hanc distinctionem approbat Ripa, in d.c.4. nu.13.2.lib.Responsorum, & sequitur Paris. d.cons.25.nu.109. in 1.uol. & licèt Cur. loco pręallegato uoluerit hoc procedere, quando quis habet exemptionem à Principe, licèt nulliter, non autem à Ciuitate, tamen dicit contra opinionem communem prædictorũ, qui loquuntur etiam in immunitate à Ciuitate uel Communitate concessa licèt nulliter, ut per eos in dictis locis ad hãc quęstionẽ Ad de Nicol. Festas. in tract. de Collect. 4.p.q.7.

Quintò quæritur, si immunitas sit concessa alicui tam pro persona, q̃ pro bonis suis, nũ 6 quid huiusmodi† immunitate gaudebunt ẽt fratres ipsius immunis socij omnium bonorũ? et glos. in uerbo, fratribus, in l.fi. C. de muner. & honor. non continuand. lib.10. tenuit quod sic, quã sequutus fuit Alex. in cõs. 120. Viso pũcto, col.4. uers. ad hoc ẽt facit, 4. uol. & Barb. in l.2. in princ. col. 12. ff. de uerbor. oblig. & in l.4.§.Cato, col.29. ff. eod. tit. Ias. in l.1. col.1. C. de transact. in l. si emancipati, col.4. in princ. uers. addo tertio, C. de collat. quos refert Tiraquel. in tractatu de retract. tit.1.§.26. glos.1.nu.32. & Felin. in c.1.nu.6. uers. & dicit glos. de pręscript. idem etiam cõsulendo tenuit Barb. in cons.44. col. pen. 2. uol. Georg. Nat. in c. quamuis, fol.15. col. 4. de pact. lib.6. & Pet. Rebuff. in tractatu de priuil. schol.31. priuileg. licèt ibi dicat, qđ hoc nõ seruatur in Regno, & ſm istã opin. consuluit Ludou. de Lodouic. Archid. Bonon. cui cons. plures Doct. subscripserunt, ut refert, & sequitur Mars. plura ad propositũ adducens. in Sing. 180. Plura, circa medium. & in l. de minore, §. tormenta, nu.11. & 12. ff. de quæstion. & cons.83.nu.35. & in Singulari 501.

Contrariam tamen sentẽtiam tenet Spec. in titu. de cleric. coniug. uers. quid si clericus, & ibi sequitur Bald. in addit. decidens, quod licèt clericus sit exemptus, & immunis, tam pro persona, quàm pro rebus, (pręterquam à muneribus patrimonialibus, ut sunt tributa, & similia, ut dictum fuit suprà super verbo, Et mixtis, & in uerbo sequenti) tamen si habet bona communia cum fratribus, fratres socij pro eorũ parte non gaudebunt eius immunitate. Quam decisionem refert, & sequitur Felin. in d.c.1.nu.6.2.col. vers. primo qđ non habent, ꝑꝑ quam dubitat de ueritate decisionis glos. in d.l.fin. contra quam glos. tenent Bart. & Ioan. de Platea, ibi, cum quibus uidetur transire Tiraquel. d. nu. 32. & decis. Spec. sequitur Dec. in d.l. si emancipati, nu.5. & Ruin. in l. Imperium, col.3. ff. de iuris. omn. iud. quam etiam tenet Cagnol. in d.l. si emancipati, nu.105. vbi dicit se uidisse ita seruari in practica, & ibi Rimin. iunior. nu.167. Pro qua facit ad propositũ decisio Boer. 300. vbi disputat, numquid habens rẽ mobilem communem cũ exempto à gabellis, uel uectigalibus, & eã conducens per loca ubi debentur gabellæ, possit gaudere immunitate cõsocij: & finaliter tenet, quod non, dicens ita fuisse decisum. Et in indiuiduo, quod opinio Mars. sit falsa, tradit optimè defendens hanc contrariam Didac. Hispan. in suis pract. quæst. c.34.nu.2. & tenet Bertrand. cons.51. col. fi. 1. vol. posteriorum. Et hanc secundam partem puto veriorem, quia in materia diuidua pro ut hæc est, socius non gaudet priuilegio consocij, ut per Socin. in consil. 12. col.6.1. vol. & tradit etiam Curt. iunior, num. 14. & Cagnol. in d.l. si emancipati, & glos. communiter recepta, in l. vnic. C. si in com. eademq; causa in integ. restit. postul. & ita iudicatum fuisse refert Afflict. decisione 213. quam decisionem refert, & sequitur Paris. d.c.1.nu.14. de præscript. & Marantha in tractatu de ord. iud. 4. parte principali 11. distinct. nu.24. qua ratione stante, non videtur posse sustineri cõcordia Felini quam ponit in d.c.1. vbi uidetur uelle intelligere decisionem Spec. in exemptione personali, secùs si sit concessa exemptio realis, quia eadem est ratio, quando sumus in re diuidua, vt suprà.

CLAVSVLA XXIII.

Ita tamen, quod per dictam possessionem debeatur seruitus viæ petiæ terræ dictorum venditorum.

SVMMARIA.

1 Ita tamen, dictio est modificatiua, restrictiua, & limitatiua præcedentium.

Et est etiam declaratiua, & conseruatiua iuris alterius.

2 Seruitus personalis, quæ sit, & quæ nam realis,

3 Ven-

3 *Vendens rem aliquam tenetur eam tradere liberam ab omni seruitute.*
Nisi facta sit reseruatio, quod licèt.
4 *Socij diuidentes res communes, curare debènt ut sibi reseruent ius eundi ad eas res per partem Consocij, quia aliàs non possent vti via qua utebantur tempore Communionis.*
Seruitus non debetur nisi conuentum sit ab initio vt vna res alteri seruiat.
Seruitus viæ habet causam discontinuam, & ideò non censetur reseruata.
Venditor specificè, & clarè debet reseruare seruitutem alij rei suæ, & verba corripere, vt reseruatio respiciat tempus futurum non præsens.
Viæ latitudo quænam sit vel esse debeat in materia seruitutis.
5 *Pes ex quot digitis constet an ex quinq; an uerò ex sexdecim loquendo de mensura.*
Viæ seruitus quomodo ab itinere, & actu differat.
6 *Viæ seruitutem habens debet ea ciuiliter, uti, & cum minori fundi seruitutis detrimento, quàm sit possibile non autem ire per sata, uel per medias uineas.*
7 *Viæ seruitutem debens eam potest cooperire.*
Via vrbana non requirit altitudinem, sicut rustica.
8 *Viæ seruitutem habens quid agere possit remissiuè.*

GLOSSA PRIMA.

HIc esset tractanda materia seruitutum, sed quia est campus latus nimis, & de eis extat specialis tractatus Bartol. Veronens. vulgo Cepol. vbi hæc materia videri potest, solum aliquas quæstiones tangam ad nostrum tractatum optimè pertinentes, in cæteris sat erit remissio ad d. tractatum, & ad alia loca, ubi huiusmodi materiæ discutiuntur. Tractabimus itaque in hac materia de tribus, primò, quando venditor sibi reseruat aliquam seruitutem, secundò, quando seruitus debetur à re uendita alteri extraneo, tertio, quando à re tertij ipsi rei venditæ seruitus debetur.

Dictio ista (ita tamen) est modificatiua, restrictiua, & limitatiua præcedentium, l. ubi
1 †ad huc, uerbo, ita tamen, ubi Salic. C. de iure dot. & tradit Alberic. in Dictionario suo, super eodem uerbo, Crot. in Repet. l. si constante, in princ. 2. lectura, nu. 10. ff. sol. matr. & in l. 1. §. fin. 1. lectura, nu. 7. de verb. oblig. & Crauet. cons. 25. nu. 26. & latè Paris. cons. 17. nu. 19. 1. vol. & etiam est declaratiua, & conseruatiua iuris alterius, l. fin. & ibi Aret. declarat, in fine illius l. quam legit cum præcedenti, C. de iur. omn. iud. & hoc modo accipitur hic. Seruitus uerò est constitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra na-
2 turam † subijcitur, l. 4. §. 1. ff. de statu homin. & hæc respicit personam, non rem, & est seruitus personalis. Cepol. tract. de seruit. ca. 1. de seruit. person. in princ. aliter autem diffinitur seruitus realis, quæ secundum Odofred. est quoddam onus à prædio debitum, uel à re rei legitimè constitutum; Vel est ius quoddam introductũ, quo prædium prędio seruit. Vel s'm Bal. in Authen. Ei qui, col. 8. vers. debes enim scire, nu. 55. C. de bon. auth. iud. possid. Seruitus est accidentalis habitudo, & extrinseca qualitas prędij, l. quid aliud, ff. de uerb. signific. Bart. autem subtilius diffiniuit. Seruitus est quoddam ius prædio inhærens, quod eius utilitatẽ respicit, uicini diminuit, vt per eum in l. 1. ff. de seruit. sequitur Cepol. d. tractatu, c. 2. de seruit. reali, 1. col. & Alcia. in d. l. quid aliud. Et inprimis sciendum est, quod uendens rem aliquam, tenetur eam tradere liberam ab omni seruitute, glo. in l. cum uenderes, ita illum text. intelligens, ff. de con-
3 trahen. empt. & hẽtur † in l. in uenditione, ff. de act. empt. tradit Bald. in cons. 367. Venerabilis in Christo, nu. 2. uol. 3. & Cepol. in c. 1. de seruit. itiner. in tractatu de seruit. rustic. prædior. col. 4. post medium, & Alciat. in l. si cum fundum, in princ. ff. de uerbor. signif. & Fab. d. 6. q. 2. membro, nu. 7. & Tiraquel. in tracta. de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 9. num. 56. ideò ante traditionem rei emptori factam, et in contractu uenditionis, debet uenditor sibi reseruare seruitutem, si intendit rem uenditã alteri eius rei seruire debere, nam etsi illa seruitus non sit ei tunc utilis, sed possit esse utilis in futurum, potest tamen eam sibi reseruare, vel rei uenditæ imponere, l. ei fundo, ff. de seruit. secundum glos. in l. quæstiones, eod. tit. & Bart. ibi, licèt aliter Castr. intelligat, & debet fieri in traditione rei, l. & qui duas, ff. de seruit. urb. prædior. licèt si in uenditione fuerit imposita, uel reseruata seruitus, non autem in traditione, actio competeret uenditori, ut seruitus posset imponi, l. si binarum, eo. tit. & tenetur pati emptor, quod seruitus imponatur, si fundus traditus fuit liber, qui debebat tradi seruus, l. si tibi liberum, ff. de action. empt. Cepol. d. c. 1. col. 5. Et quod possit imponi seruitus, habetur etiam in l. duorum prædiorum, ff. com. prædior. in l. si quis duas, in principio quæ loquitur tam in prædio rustico, quàm in urbano, eodem titulo, & idem est si uenditur pars rei pro diuiso, §. si quis partem, eadẽ & l. de reseruatione tradunt Bald. dicto consilio, & Corne. consilio 146. 2. colum. 4. uolum. Sic etiam socij diuidentes res communes, debent cauere, ut sibi
4 reseruent ius eundi ad suas res per † partem con-

consocij, quia non poterunt vti via, prout poterant durante communione; nam possunt conuenire ut una res alteri seruiat, l. cum essent, ff. de seruit. rustic. prædior. aliter enim seruitus non debetur. Bart. Bald. & alij, in l. uia constitui, §. fin. ff. eod. Cepol. in tract. de seruit. rustic. prędior. c. 34. de seruit. itiner. seu actus, 1. & 2. col. Ias. in l. seruum filij, §. fin. 2. col. de legat. 1. Fab. de Sancto Sauino, in d. tract. de empt. & uend. q. 6. memb. 17. nu. 73. & Socin. consil. 139. 2. col. 1. uol. & Pet. de Vbal. tract. Societ. 11. p. q. 8. Dec. in l. 2. nu. 34. ff. de iurisd. omn. iudic. & Io. de Amic. in cons. 81. nu. 4. & respectu seruitutis uię, nulla uidetur difficultas, ex quo habet causam discontinuam, quod non censetur reseruata, secùs si haberet causam cõtinuam, ut in onere ferẽdo, de quo latius dicetur infrà, ut per Capic. decisione 187. per totam, Et cauẽdum est etiam, ut venditor specificè, & clarè reseruet seruitutem alij suæ rei, & uerba concipiat, vt reseruatio respiciat tempus futurum non pręsens, cum eo tempore nulla seruitus competeret, ut tradit Corn. in d. cons. 146. per totũ, Præterea, si intendit reseruare plures seruitutes, etiam habentes causam continuam, & existentes apparenter in re uẽdita, debet eas expresè, & specificè reseruare: quia per reseruationem aliquarum, cęteris renunciasse censeretur, maximè, quando apponuntur Clausulę in instrumento, quod promittit uenditor rem liberã, & expeditam tradere, ut ex facto fuisse decisum firmat Afflict. decisione 298. Viæ verò pro seruitute reseruatæ, uel concessæ, latitudo erit angustior, uel latior, prout partes conueniunt, & cõcordant, modo ꝑ eã uehiculum ire possit, l. uia constitui, ff. de seruit. rustic. prędior. Si uerò nihil sit conuentũ, tũc ex l. 12. tab. debet esse octo pedũ in porrectũ, seu directũ, in anfractũ, uel ubi flexũ est sexdecim, l. uię latitudo, ff. eo. tit. Cepol. in c. 3. de seruit. viæ, 2. q. in d. tractatu, de seruit. rustic. pręd. ubi ex Isidor. dicit, pédem esse mensuram quinque digitorum, quod Alciat. non
5 admittit, in l. mille passus, †de verb. signif. immò sexdecim digitos conficere censet, ubi de alijs mensuris disserit, cui in hoc assentior. Differt autem seruitus huiusmodi vię à seruitute itineris, uel actus, quia hæc est maior, & vtrumq; ipsorum compræhendit, si quidem, iter est ius hominis eundi, ambulandi, non etiam iumentum agendi, vel vehiculum, actus ius agendi, uel iumentũ, uel vehiculum, uia est ius eundi, & agendi, & ambulandi, & actũ in se continet, l. 1. in prin. ff. de seruit. rustic. prædior. & declarat Cepol. in tribus primis capitulis dicti tractatus, de seruit. rustic. præd. in princ. ubi plures quæstiones soluit; habens tamen seruitutem uiæ, debet ea uti ciuiliter, & cum minori fundi seruientis detri-
6 mento quàm sit possibile, †non autem ire per sata, uel per medias uineas, l. si cui simplici, ff. de seruit. l. si mihi concesseris, cum l. sequẽti, ff. de seruit. rust. prædior. de quo per Socin. in cõs. 141. col. pen. 1. uol. ubi decidit plures quęstiones ad propositum, & maximè, quod
7 debens †seruitutem uiæ, potest eam cooperire, & aliud est in uia rustica, aliud in anditu, seu itinere seruitutis urbanę, quia hoc secũdo casu nõ requiritur altitudo prout in rustica; quod etiam consuluit idem Socin. cons. 105. eo. uol. cui subscripsit Alex. in cons. 230. uol. 6. quod etiam est impressum post dictũ Consilium Socin. ſm quod dicit fuisse iudicatum Socin. ipse, in d. cons. 105. 2. col. & quomodo
8 possit †uti habens seruitutem, an per totũ fundum, uel aliquã eius partem, & an possit morari per aliquod notabile spatium in uia, et in ea exonerare salmas, vel eas aptare & accommodare, apponere dolia, & vasa uinaria, uẽdere uinum, & similia, & per anditum domus transire de nocte, ad qđ est reccurendũ, quia est pulcherimũ cõsilium in hac materia.

Cohærenti dictæ possessioni.

S V M M A R I A.

1 Seruitus realis ad hoc vt constituatur nullum alienum prædium debet esse intermedium.

GLOSSA II.

AD hoc, ut seruitus realis prædio constitui possit, prædium nullum alienum debet esse intermedium,
1 quia aliàs impediret †seruitutem, l. qui sella, §. 1. vbi Doct. ff. de seruit. rust. prędior. nisi esset locus publicus, per quem transiri posset, uel priuati consentientis, iuxta not. per Bart. in l. si prius, ff. de aqua pluu. arcend. & in l. non solum, in princ. ff. de noui. oper. nunciat. & de hoc articulo an, & quando prædium medium impediat seruitutem, uidendum est per Cepol. in d. tract. de seruit. vrb. prędior. c. 18. quę impediunt seruitutem constituendam.

Quam seruitutem dicti venditores sibi, & dictæ suæ petiæ terræ ex pacto inter eas partes solemniter apposito, reseruauerunt.

S V M M A R I A.

1 Seruitus realis ad hoc ut reseruetur, cautus esse debet contrahens, aliquando enim putant reseruatum fuisse ius reale, & factum est pactum personale.

Serui-

Seruitus realis quando censeatur inducta, & quando personalis, emissiuè.

Pactum personale per promissorem, & successores uniuersales est seruandum, non autem per successores singulares.

2 *Vicinus si promisit per se uel alium non facere fenestram in muro domus suæ, & domum uendidit, & emptor velit facere fenestram poterit.*

3 *Seruitus inducitur stipulationibus, & pactionibus.*

4 *Venditores retroementes possessionem seruitutem debentem, extinguunt seruitutem, ita ut si alteri uendunt noua sit opus reseruatione seruitutis.*

Declara vt hic.

5 *Vendens rem quæ sibi debebat decimam, censetur vendere liberam, nisi expressè reseruet ipsam.*

GLOSSA III.

AD maiorem declarationem reseruationis huiusmodi seruitutis addita sunt hæc uerba, & ad effugiẽdas omnes difficultates, nam ut docet Paul. de Cast. in l. pen. ff. de seruit. rustic. prædior. debet esse cautus contrahens in concipiendis uerbis pactionis, ut seruitus ad successorem transeat: Si quidem sæpè fiunt pacta, & conuentiones, quæ non inducunt seruitutem realem, sed tantum pactum
1 personale, ut in d. l. pen. † & ibi omnes, quã l. & reposuit, & explicauit Alciat. in c. 7. 2. lib. Dispunction. quam materiam habemus latè discussam per Cepol. in c. 2. de seruit. reali, 2. col. & pluribus sequent. in tractatu de seruit. urban. prędior. ubi latè declarat, quando censeat inducta seruitus realis, uel ius reale, seu personale; & licèt pactum personale sit seruãdum per promissorem, & suos successores uniuersales, l. uenditor, in princ. ff. com. prædior. tamen in successore singulari aliud est, ut per Doctor. ibi; & ad propositum plura adducunt Rom. Sing. 69. Concedo tibi. Ioan. Fab. & Ias. 3. col. in §. æquè si agat, Instit. de act. & Spec. in d. §. 1. col. 9. ponens quæst. de eo qui promisit uicino suo sub certa pœna, non habere, uel facere, per se, uel alium, fenestram in muro domus suæ, & domum uendidit, emptor uerò uult facere fenestram, numquid possit? & refert Alber. Pap. obtinuisse
2 quod possit, ex quo non cẽsetur † imposita seruitus rei, sed fuit personalis obligatio, quæ personam non excedit, quam decisio sequitur Castr. in d. l. pen. Cepol. d. c. 2. & in d. tractatu c. 62. De fenestra. pen. col. & idem tenent alij, quos allegat Ripa, in l. 1. §. si hęres, nu. 4. ff. ad Trebel. & latè Mars. dicens fuisse tunc in facto, in Sing. 334. Pendet. Illud tamen
3 indubitatũ est, pactionibus, † & stipulationibus seruitutem induci posse, §. fin. Instit. de seruit. rustic. prædior. & urban. Quomodo autem pactum dicatur solemniter appositum, latius inferius suo loco dicetur, sed
4 si dicti † uenditores retroemerent dictam possessionem seruitutem debentem, extingueretur seruitus, ita, quod si alteri postea uendiderint, opus esset noua reseruatione, l. si quis ædes, in princ. ff. de seruit. urban. prædior. tradit Ioan. de Amic. in d. cons. 81. nu. 2. quod uenit declarandum, si acquisitio dominij sit irreuocabilis, secùs si reuocabilis, l. legatarius, §. 1. ubi omnes, ff. de leg. 1. cum alijs fusius traditis per Tiraquel. in tractatu de retractu tit. 1. §. 1. glos. 7. nu. 71. & tit. 2. §. 2. glossa unica, numer. 10. & idem est in uendente
5 † rem, quę sibi debebat decimam, quia debet emptor excipere, aliàs res libera tradita censetur, ut per Cepol. Caut. 92. Si aliquis, & maximè apposita Clausula, Cum introitibus, de qua infrà suo loco dicetur.

CLAVSVLA XXIIII.

Et quæ domus vt suprà, vendita, habet seruitutem.

SVMMARIA.

1 *Venditor an, & quando, & quatenus teneatur, si uendiderit rem pro libera, quæ in effectu erat seruituti subiecta.*

2 *Emptor præsumitur ignorare, venditor verò secus.*

Verba contrà venditorem sunt interpretanda.

Emptoris iuramento statur ad probandum quanto minoris fuisset empturus rem, si eius qualitates, & onera sciuisset.

Venditor tenetur exprimere seruitutem rei uenditæ.

3 *Venditor qui sciebat in Consilio de proximo faciendum decretum, quod corbes frumenti deberet uendi decem, & ante factum decretum uendidit magnam quantitatem frumenti maiori precio, reticendo de huiusmodi futuro decreto, tenetur ad interesse emptoris.*

4 *Equus si uenditus sit per venditorem protestantem se nolle teneri de aliquo uitio, quia ipsum uendit pro cæco, lunatico &c. & pleno schinellis, & magagnis, venditor non liberatur si scit vitium equi, uel morbum quem sub uerborum inuolucro expreßit.*

5 *Equus si uenditus sit pro sano, si morbus est patens, venditor non tenetur, quia intelligitur vendi sanus quo ad cæteras corporis partes occultas.*

Venditor non tenetur pro commendatione generali rei venditæ.

GLOSSA I.

Debet venditor esse cautus, ut exprimat seruitutes, & alia onera rei vendite, ut etiam in simili dictum fuit super Clausula, Iure proprio, in vers. quantum sit, &c. quia cum teneatur fundum venditum liberum tradere, ut suprà dictum fuit, si habeat aliquam seruitutẽ, quã sciens celauerit, uenditor tenetur actione ex empto, emptori ad omne eius interesse: si autem fuerit ignorans, tenetur quanto minoris emptor empturus fuisset, si huiusmodi serui-
1 tutis, vel oneris scientiam habuisset, ut † probatur in l. Iulianus, in prin. ff. de actio. empt. in l. quoties, l'ultima, ff. de ædil. edic. & declarat glos. & Fulgos. in l. pen. ff. de euict. glos. in l. qui uti optimæ, ff. de verb. signifi. & in d. l. quoties, & Paul. de Cast. in l. 1. §. 1. ff. de actio n. empt. Fab. d. 6. q. 2. membro, & 13. mẽbro. Cepol. in d. c. 1. de seruit. rustic. prædior. col. 5. Alex. cons. 95. Diligenter, 2. col. 5. vol. duplicato, cons. 63. vol. 6. et ante eos Spec. in d. §. 1. col. 10. & Curt. iun. cons. 177. nu. 5. & Dec cons. 483. nu. 16. & Cagnol. in l. 2. num. 173. C. de rescind. vendit. Sed si emptor etiã ignorans fundum uendidit cum Clausula illa (uti optimus maximusque est) tenetur etiã ad interesse emptoris, ut per glos. & Fulg. in d. l. pen. & glos. & Alciat. in d. l. qui optimè, Cast. d. §. 1. fortius uoluit Alcia. in d. l. qui uti optimæ, quod possit agi ad rescissionem contractus, ex quo venditor conuenta pro parte sua non impleuit, & etiam de euictione, si vicinus seruitutem obtineat, quod uidetur probari ex dicta l. penult. quæ procedunt emptore etiam ignorãte, secùs uerò si ipse sciret huiusmodi seruitutẽ, uel onus rei annexũ, quia certiorari non debuit, qui non ignorauit, d. l. 1. in fine, ff. de actio. empt. & tradũt Doct. in locis præallegatis; sed si uenditor fuit sciens, non releuaret ẽt ipsum protestatio facta, qđ nõ teneretur de aliqua seruitute, quam deberet res uendita, ut est tex. in d. l. 1. §. 1. ubi omnes, & in l. quæro, ff. eod. tit. ubi Cast. facit l. quæritur, §. si uenditor, ff. de ædilit. edic. & l. qui libertatis, §. pen. ff. de euict. Idẽ probatur in d. l. Iulianus, §. idem Iulianus, & in l. in vẽditione, ff. de action. empt. Alex. in d. cons. & in cons. 14. Viso processu, col. fin. 5. vol. Cor. cons. 12. & 81. 3. vol. sequitur Paris. cons. 78. nu. 23. vol. 3. non præsumitur tamen scientia in emptore, sed potius ignorantia, ut per Ale
2 xand. d. cons. 63. † nu. 9. in 6. In uenditore uerò uoluit Corn. in d. cons. 81. 2. col. præsumi scientiam uitij suæ rei, post Bald. quem allegat, pro quo facit qđ uoluit idẽ Bald. in cons. 413. Verba dicũt, aliàs allegato, nu. 3. prædicto uol. 5. quod uerba sint interprætanda cõtra uenditorem, ex quo ipse tanquam melius sciens, debet specificare cõfinia, seruitute rei, & similia, l. Labeo, cum l. sequenti, de contrahen. empt. sed cũ in casu isto leges prędictę, et Doctores suprà allegati, loquantur in uendente rem suã, & si sit ignorans, teneatur tñ quanto minoris esset empturus, non uidetur quod sit pręsumendã scientia, quia semper teneretur ad interesse, & extra rẽ, quod potest ualde plus importare, ut in d. l. Iulianus, in princ. nisi ipse de eius ignorantia doceret, uel aliter de ea præsumeretur, ut in casu l. si sterilis, §. 1. de action. empt. Et tanto magis in casu isto procedit, in quo resultaret dolus uendentis. p p quem tenetur ad interesse, ut suprà in d. §. 1. d. l. 1. ubi Bart. docet formam libellandi, & in alijs legibus suprà allegatis, quo 3
casu, scientia non pręsumitur, ut per Salic. in l. quisquis, ad fin. C. de rescind. uendit. Aret. in §. in fraudem, 2. col. nu. 2. in fi. Inst. qui, & ex quib. cau. manu. nõ poss. Cin. Rich. Raph. Salic. & Cor. in Authen. Sed cum testator, C. ad l. Falcid. ubi Corn. 3. colum. dicit esse communem opinionem, & ita secundum hanc opinionem quod non pręsumatur scientia uenditoris, aliàs iudicaui, & fuit confirmata mea sententia in appellatione. De illis modo actionibus quanto minoris, ciuili, uel quanto minoris res est, prætoria, & actione ex empto, in quo differant, & quibus casibus competant, habetur per glos. & 4
Doct. in d. l. Iulianus, in principio, in l. si minor. C. de action. empt. & in l. 2. C. de edil. action. & latè Bap. de Sancto Blasio, in tract. de actio. & eius natura, 21. actione, & dicit Paul. de Cast. in d. l. Iulianus, in princ. 2. col. qđ statur iuramento emptoris, ad probandũ quãto minoris fuisset empturus rẽ, si eius qualitates, et onera sciuisset, et Bap. de Sãcto Blasio, d. 21. actione, & sequitur Bertrãd. in cons. 30. nu. 6. 3. p. priorũ, & qđ uenditor teneatur exprimere seruitutẽ rei uẽditę, tradit ẽt Paris de Put. in tractatu de Sindi. in uerbo, salarii, §. facta, nu. 4. ubi tenet, qđ potestas non tenetur soluere capsoldũ de suo salario, prout est consuetum fieri, nisi ab initio per Ciuitatem conducentem fuerit certificatus, & tenetur dissimulans huiusmodi onus crimine stellionatus, & pœna arbitraria, sed si asserit liberam, pœna falsi. Plot. in l. si quando, C. Vnde ui, nume. 667. & sequent. & ad propositum Cast. 317. Visis, in antiquis. Et ad prædicta etiam facit consilium Aretini 105. In causa Magnifici 3. dubio, ubi uoluit uenditorem teneri emptori quanto minoris, ex quo non asseruit rem uenditam esse obligatam pro oneribus Communis. Facit etiam exemplum adductum per Cagnol. in l. 2. §. iuris ciuilis, nu. 468.

nu. 468. ff. de orig. iur. de Titio qui uendidit domum Calphurnio, nec indicauit, edicto Sacerdotum fuisse prius statutum, ut demoliri deberet, quem Cato damnauit, subiungẽs Cagnol. summa quidem ęquitate id effectum fuisse, quia bonę fidei venditorem, nec commodorum spem augere, nec incommodorũ cognitionem obscurare oportet; His etiam addi potest quæstio, quam ponunt post Gui. Bart. & Paul. de Cast. in l. contra, ff. de legib. de magnate, qui sciebat in Consilio esse de proximo faciendum decretum, quod corbes frumenti deberet uendi decem, & ante factũ decretum uendidit magnam quãtitatem frumenti maiori precio, reticendo de hmõi futuro decreto, quod tenetur ad interesse emptoris,

3 & † idẽ tenet idem Bart. in d. l. quæro. Bal. in l. 2. C. de peric. & commod. rei vend. Ang. & Paul. de Cast. in d. l. 1. §. 1. de action. empt. & Rom. Sing. 282. Numquid, & sequitur Afflict. decisione 399. nu. 9. Mars. in Rubrica, de fideiuss. nu. 88. & in l. statu liber, nu. 16. ff. de quæstion. & Cagnol. in l. singularia, nu. 190. ff. si cert. pet. & Calcan. cons. 13. col. pen. & Benuen. Stracha, in tractatu de sponsion. in q. incip. Item quero, Vinc. nu. 2. fol. 120. licèt dissentiat Fulgos. in d. l. quæro quẽ reprobat Cepol. in l. queritur §. fin. nu. 11. & seq. ff. de ædil. edic. Huc etiã pertinet q. decisa per Doctor. de equo uendito per uenditorem protestãtẽ se nolle teneri de aliquo uicio,

4 † uel morbo, cum ipsum uendat pro cæco, lunatico, retrogrado, dolente ante, & retro, & pleno schinellis, & magagnis, quod non liberatur uenditor, si scit uitium equi, uel morbum, quẽ expressit sub inuolucro uerborũ, censetur enim in dolo, specificè non asserente dictum uitiũ, uel morbum, ut per Specul. in d. tit. de empt. & uendit. §. nunc dicendum, il 2. vers. quid si uenditor, & ibi Ioan. Andr. & in vers. quid si uendo. sequitur Din. in reg. Eum qui certus, & in add. de reg. iur. in 6. Bald. & Salic. post Cin. in l. 1. C. de ędilit. actio. Bald. in d. l. 1. §. 1. ff. de action. empt. in addit. Angel. Paul. & Ias. in l. pacisci, ff. de pac. Alex. post alios in l. si quis cum aliter, col. fin. de uerbor. obligat. Aret. in §. Prætorum, Instit. de iure nat. gent. & ciuil. & in §. in duplum, nu. 8. col. pen. & fin. Instit. de action. Corn. d. cons. 81. Alex. dictis consilijs 14. & 95. Fab. d. 13. membro, & Mars. in Rubrica, ff. ad l. Corn. de Sicar. nu. 13. & cons. 71. num. 21. & Ruin. cons. 53.

5 num. 11. 1. uol. licèt quando † morbus est patens, non teneatur uenditor, etiam si sanum conueniat, quia intelligitur de cæteris partibus corporis occultis, l. ea quæ commendandi, ff. de contrahen. empt. vbi etiam dicitur, quod commendatio generalis non obliget.

Oneris ferendi, & sustinendi tigna.

SVMMARIA.

1 *Seruitus oneris ferendi, et sustinendi tigna, quid importet.*

2 *Seruitus oneris ferendi differt à seruitute tigni iniuncti.*

3 *Aedes si duæ sint unica contignatione constructæ & dominus alteram leget vel uendat, censetur imponere seruitutem tigni iniuncti.*

GLOSSA II.

De ista seruitute habetur in l. eũ debere columnam, ff. de seruit. vrb. prædior. in l. & si fortè, §. etiam,

1 ff. si † seruit. uendic. per Cor. inter cons. Socin. 1. uol. cons. 138. 2. col. & in subscriptionibus subsequent. & latè per Cepol. d. tractatu de seruit. urban. prædior. c. 37. de seruitut. oner. ferẽd. & c. 58. de oner. iniunct. & qui debet istã seruitutẽ, tenetur non solum pati ꝑpetuò, ut onus parietis, uel tigni uicini, super suo resideat, sed debet ẽt reficere parietẽ suũ, si collapsus sit, ut onus sustineat, d. §.

2 ẽt, ubi not. & Cepol. d. cap. col. 2. Differt † tñ seruitus oneris ferendi, à seruitute tigni iniuncti, ut in l. sicuti, §. competit, ff. si seruit. uẽdic. ut per Cepol. in d. c. 37. et habẽt de tigno iniuncto per eum in c. 30. de seruit. tigni immitten. & c. 57. de tigno iniuncto. In casu tamen isto, ista censetur unica tãtùm seruitus, scilicet oneris ferendi, quę in consequẽtia habet immissionem tignorum, ut per eundem Cepol. d. c. 37. col. penult. estque sciendum,

3 quod si duæ † ædes unica contignatione sint constructæ, & dominus alteram leget, uel vendat, censetur inter partes actum, ut contignationes stent, uti stant, l. binas qui ædes, cum l. sequen. ff. de seruit. urb. pędior. & propterea censetur seruitus imposita, ut tenent Bart. & Paul. de Cast. in d. l. binas qui ædes, Bart. in l. 1. de seruit. lega. distinguendo inter seruitutes habentes causam continuam, ut huiusmodi, & habentes causam discontinuam, ut in uia seu itinere, de qua inferius dicetur, & in l. quicquid, com. prædior. & licèt aliter uideatur uoluisse idem Bar. & sequitur Angel. in l. quid conclaue, ff. de dam. infec. & Ang. in l. binas, ædes, aliàs incipit, l. Scaurus, ff. de seruit. urb. prædior. ubi dicit se uidisse propterea multas lites fieri, & admonet venditorem, ut caueat sibi expresè seruitutem huiusmodi oneris, & contignationis duraturæ; Et hanc opinionem simpliciter fuit sequutus Cepol. in dicto capitulo 57. de tigno iniuncto, tamen communis opinio est in contrarium, quicquid adducant pro con-

cordiæ Bartol. concordantes, in d. l. quod conclaue, quod censeatur seruitus imposita, uel reseruata tam uendenti, quam vicino, ut per Paul. de Cast. in d. l. quod conclaue, Cepol. d. cap. 37. in fine, & c. sequenti, de seruit. itin. seu actus, ubi latius examinat. sequitur Capic. dicta decisione 187. nu. 4. & num. 12. Fab. d. tractatu, 6. q. d. 17. memb. & Boer. Decis. 322. nu. 5. Ad tollendas igitur omnes difficultates, quas omni casu debent effugere contrahentes, ut per consequens etiam litigia effugiant, fuit hic addita huiusmodi reseruatio.

Domus prædicti domini Fabiani Nigrisoli.

SVMMARIA.

1 *Seruitutis reseruatio an sufficiat si generaliter sit concepta, an verò certa, & specifica esse debeat.*

2 *Seruitutis reseruatio facta à Venditore timente ne seruitus debcretur Vicino, non autem quòd sciret re vera deberi non præiudicat emptori.*

GLOSSA III.

1 Debet, ut suprà etiam dictum fuit, exprimi † certa seruitus in reseruatione, l. in tradendis, ff. com. prędior. in princ. licèt etiam ualeat generalis reseruatio, ut etiam noua possit imponi seruitus, l. si in uenditione, ff. eod. distinguendo ut in ea, & intelligendo, modo fiat per uerba importantia tempus futurum, ut tradunt Bart. & Bald. in l. quicquid, eod. tit. Alex cons. 28. Visis, & acuratè, 2. col. 1. vol. duplicato cons. 31. in 2. uol. & admittit Cor. d. cons. 156. 2. col. & consilium illud Alex. refert, & commendat Felin. in c. inter monasterium, num. 3. de re iud. Benè uerũ est, quod
2 † si istam reseruationem faceret uenditor, timens, ne seruitus huic uicino debeatur, non autem ut omnino eam haberet, & sibi constitueretur, non teneretur in aliquo emptor, ut d. l. si in uenditione, in fine.

Vicini ipsius domus.

SVMMARIA.

1 *Vicinus qui dicatur maximè in materia seruitutum.*

2 *Seruitus Vrbana non exigit vicinitatem immediatam sicut rustica.*

GLOSSA IIII.

Vicinus diuersimodè accipitur, tamen propriè is compræhenditur, qui no
1 mine clamantis audiri potest, † l. 1. §. eodem autem tecto, ff. ad Sillan. ut tradit Bart. quem cæteri sequuntur, in l. si tertius, in princip. ff. de aqua pluu. arcend. vbi infert ad statutum, & Ias. in l. non solum, in prin. ff. de noui oper. nunc. Tiraquel. in tractatu de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 9. nu. 21. & licèt hoc casu accipiatur pro uicino, immediato, prout dictum fuit supra, in capitulo rei, in uerbo, iuxta il. 1. tamen quo ad constitutionem, uel
2 reseruationem seruitutis, non est necesse † q͠d domus vicini, uel prædium urbanum ad unguem cohæreat, prout exigitur in prædio rustico, ut supra dictum fuit super uerbo, cohærenti, l. in tradendis, §. interpositis, ff. comm. prædior. l. loci corpus, §. fin. cum l. sequenti, ff. si seruit. uendic. & tradit. Cepol. d. cap. 18. ubi tamen nullam uidetur constituere differentiam inter huiusmodi predia, quo ad hoc, ut etiam seruitus non habenti contiguum prædium constitui possit, modo predium medium non impediat, ut ibi per eum.

CLAVSVLA XXV.

Ipsi vero domui venditæ vt suprà, debetur seruitus.

SVMMARIA.

1 *Seruitus fundo imposita venit cum re absque, quod exprimatur.*

2 *Venditor tenetur exprimere non solùm seruitutes quas res vendita debet, sed & quæ rei venditæ debentur.*

3 *Pactum personale non transit in singularem successorem nisi sit facta cessio.*

4 *Seruitutem emere bonum, est una cum emptione fundi, quia venditor tenetur de euictione, & potest cogi ad rescissionem contractus.*

5 *Venditor qui non expreßit aliquam deberi seruitutem rei venditæ, ad nihilum tenetur.*

6 *Vendens fundum non tenetur dare uiam ad fundum ipsum etiam per aliam suam terram per quam habetur acceßus ad viam.*

Nisi sit apposita Clausula cum introitibus, & exitibus suis.

7 *Prato vendito non censetur venditus aquæductus quo erat solitus vendens pratum ipsum irrigare.*

8 *Precium rei venditæ augetur si seruitus rei debitæ detecta sit, quæ ignorabatur tempore venditionis.*

GLOSSA I.

Licèt quando seruitus est imposita fundo, ueniat cum re absque eo quod exprimatur l. cum fundus, ff. com.

1 ff.com.†prædior.l.via constitui,§.si fundus,
ff.de seruit.rustic.prædior.& l.si aquęductus,
cum sequent.ff.de contrahen.emptio.& Spe
cul.dicto §.primo colum.9.Cepol. dicto ca-
pitulo primo, de seruit.rustic.prædior.col.4.
2 & Fab.dicto 17.membro,tamen†tenetur vē
ditor etiam exprimere huiusmodi seruitutes
rei debitas,vt possit eis vti, ita,quod si sciens
non certiorauerit emptorem ignorantem, te
netur eidem ad interesse,ut probatur in dicta
l.prima, §.primo, secundum vnam lectur.ff.
de action.emptio. & in dicta l.in vendendo,
§.primo, ff.de contrahen.empt.vbi dicitur,
quod si emptor non fuit vsus seruitute, & eā
amisit, quod tenetur venditor, qui non pro-
palauit: sed quando non est cōstituta seruitus
3 realis,sed est factum personale,†pactum,vel
obligatio cum aliquo, & is vendat rem, hu-
iusmodi pactum non transit in singularē suc
cessorem, & sic in emptorem, vt etiam supra
dictum fuit, & est text. in l.si sub vna, §.pri-
mo,de verbor.obligat. Vnde necesse esse isto
casu facere expressam mentionem de hoc pa
cto, & debet venditor cedere sua iura empto
ri,ut possit agere ad pœnam si contrafiat per
promissorem, vt per Paul.de Castro in dicto
§.primo, & declarat idem Paul.in l.cum fun
do,ff.de seruit.rustic.prædior. & hoc casu ha
bet locum id quod docet Spec.in dicto §.pri
mo colum. 10. huiusmodi ius esse exprimen-
dum, in instrumento, & faciendam esse ces-
sionem,prout etiam dat formam cessionis &
uenditionis seruitutis, in eod.§.col.20. vers.
4 hoc quoque & prodest†etiam expresse eme-
re seruitutem quia tenetur de euictione uēdi-
tor, l.fundum, §.1.de euict.licèt aliàs tenea-
tur ad interesse tantùm, secundum Fulgo.in
d.l.penult.de euict. licèt mihi magis placeat
opinio Alciati in d.l.qui uti optime,de verb.
sign. ut etiam hoc casu teneatur venditor de
euictione, & etiam possit agi ad rescissionem
contractus,ex quo venditor non obseruat cō
uenta per eum: nam propter accessiones ple-
rumque res eruitur,l.si in emptione, in prin.
ff.de contrahend. empt. & tenetur venditor
manutenere ita oīa esse, prout asseruit. Cra-
uet.alios allegans,in con.145.nu.22.de quo
5 etiam supra dictum fuit, si tamen†venditor
nullam expresserit rei uenditę seruitutem de
beri, ad nihilum tenetur, etiam si uendiderit
rem iure proprio, & in perpetuū, ut super ea
Clausula dictum fuit,uel,uti optimus, maxi
musque est, quæ videtur eiusdem effectus, d.
l.penult. & d.l.qui uti optimæ, & l.non tm̄,
eo.titulo,de uerb.signif.& not.tradit Cepol.
d.col.4.& Fab.d.17.membro,hinc est,quod
6 vendens fundum, †nō tenetur dare uiam ad
fundum ipsum, etiam per aliam suam terrā,
per quā habetur accessus ad viam, d.l.in uen
dendo, de contrahen.empt.quicquid uolue-
rit ibi Salic. & propterea notarij inuenerunt
illam Clausulam cum introitibus et exitibus
suis,&c. de qua inferius dicetur,cuius uirtu-
te tenetur uenditor dare uiam rei uenditæ,li-
cèt aliud sit in ultima uoluntate, & aliud sit
in seruitute habente causam cōtinuam, ut o-
neris ferendi, & contignationis, ut supra di-
ctum fuit, ut per Bart.in d.l.1.de seruit.lega.
Cepol.Fab.Bart.& alios, in hac materia su-
prà allegatos,& Dec.in d.l.2.de iur.om.iud.
nu.33.Ad propositum etiam facit Cōsilium
7 Nico.Bello.27.quod in uenditione†facta de
prato,non censetur uenditus aquæductus uē
ditoris, quo erat solitus irrigare dictum pra-
tum nisi sit expressum,uoluit tamen Cagno.
in d.l.2.C.de rescind.uendit.nu.173.quod li
cèt seruitus debita rei transeat cum re,tamen
8 si de ea†non habebatur notitia tempore con
tractus, uel appareret, sed ex post facto, de-
beat augeri precium quanto maioris uerisi-
militer fuisset emptor empturus,si de ea sciē-
tiam habuisset,arguendo à natura contrario
rum, seu correlatiuorum, quia uersa uice (ut
suprà dictum fuit) tenetur uenditor emptori,
si detegitur seruitus aliqua debita per rem
uenditam,si eam ignorauit, quanto minoris
fuisset empturus.

Quod domus prædicti Fabiani altius eleuari non possit, & ne eius luminibus officiatur.

SVMMARIA.

1 *Domum tollere vsque ad cœlū vnicuique licet, quod tamen limitatur vt hic.*
2 *Seruitus ne prospectui, & seruitus ne luminibus officiatur, differūt, & quomodo, uide hic exemplis declaratum.*

GLOSSA SECVNDA.

LIcet cuicumque regulariter domū
suam tollere usque ad cęlum etiā
si luminibus uicinorū officiat,l.al
tius,cum l.sequenti, C.de serui.et
l.pen.de seruit.urb. prædiorum alijs traditis
1 per Cepol.in d.tract.de seruit.†urban.præd.
c.27.de serui.altius nō tollend.2.col.& pro-
pterea sępè inter uicinos huiusmodi seruitu-
tes inducūtur,licet si legata sit alicui domus,
non possit hæres eam penitus obscurare ele-
uando cæteras domos hæreditarias, sed tm̄
moderate,l.binas ædes,ff.de seruit.urban.p̄-
dior.& est aduertendum, quod quando quis
debet seruitutem altius non tollendi,non im
peditur arbores plantare, & hortos habere,
nisi

[illegible]

...nus Dominus semper [illegible]

S. Jean de L[illegible]

nisi etiã sit imposita seruitus, ne prospectui, vel luminibus officiatur, l. ædificia, & ibi
2 Castr. de seruit. vrb. prædior. licèt intersit † ēt inter has seruitutes, ne prospectui officiatur, & ne luminibus officiatur, l. inter seruitutes, cum duabus sequentibus, ff. eod. tit. sed quando istæ duę seruitutes copulatiuè iunguntur, vt in præscripta forma, & tunc licèt vicinus non contrafaciat primæ seruituti altius non tollendi per plantationem arborũ, vel appositionem viridariorum, tamen dicetur cõtrafacere secundæ, ne luminibus officiatur, & posset prohiberi, secùs si copulatiuè non iungerentur, sed accessoriè sine copula. ita declarat notabiliter Castr. in d. l. ædificia, & mandat not. Cepol. ut sciat caute quisque dictare instrumẽtũ seruitutis, in d. c. 27. Cętera ad huiusmodi seruitutẽ facientia videto apud eundem in d. c. & in c. præcedenti, & in c. 33. ne prospectui officiatur, cum tribus capitulis sequent. Et hæc satis erunt, quo ad attinet ad nostrum tractatum.

CLAVSVLA XXVI.

Cum introitibus & exitibus suis.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Cum introitibus & exitibus suis, alijs verbis describi potest.*
2 *Clausula, Cum introitibus &c. quid operetur.*
3 *Clausula hæc exigit saltem duos accessus, nisi habeat plures, vel vnum tantùm.*
4 *Pluralitas resoluitur in singularitatem quando non potest remanere in propria significatione.*
5 *Venditor si iure facultatis sibi per vicinum concessæ, vel propter familiaritatem ibat per fundum vicini, non propterea aliquod ius sibi, vel prædio vendito acquisiuit.*

GLOSSA PRIMA.

Doct. de hac Clausula tractantes, eam describũt sub alijs verbis, vt Spec. in d. §. 1. col. 7. & col. 9. de
1 empt. & † vendit. post Roland. in sua Sũma, videlicèt accessibus, & egressibus suis, vsque ad uiam publicam; & de Clausula hoc modo loquente, tradit Bart. & alij, in l. binas, la prima supra allegata, ff. de seruit. vrb. prædior. & alij infra allegandi, sed nihil refert quibus verbis describatur, cum habeãt eundem sensum. Et de hac, Cũ introitibus, loquitur Bald. in d. l. binas, & de utraque Cepol. in d. c. 38. de seruitu. itiner. siue actus, columna secunda Boer. dicta quæst. 322. numero sexto. & Crauet. consilio 105. num. 12. & operatur ista Clausula, quod licèt uenditor non teneatur dare uiam emptori ad rem uenditam, ut suprà dictum fuit in Clausula seruitutum, in verbo, ita tamen, &c. tamen addita ista Clausula, si res vendita habet speciales & priuatos accessus & egressus, siue per prędium vicini, siue per priuatum callem, seu semitam, illi cedẽt emptori, etiam si emptor per alium suum fundum esset solitus egredi & exire in uiam publicam, & hoc casu censetur inducta seruitus alteri fundo Spec. d. §. 1. col. 9. Bart. Bald. Castr. & alij, in d. l. binas,
2 Fab. d. tract. † 6. quæst. 3. membro. Pet. de Vbald. d. tractatu societ. 9. par. 8. quæst. nu. 25. Capic. d. decis. 187. nu. 16. Corn. latè, consil. 154. 2. uol. Boer. d. decis. nu. 6. Cepol. d. c. 38. & Crauet. d. cons. 105. nu. 12. & dicit Corn.
3 in d. cõs. littera E. quod ista † Clausula exigit saltẽ duos accessus, ex quo in numero plurali dr̃ cum accessibus, nisi hẽat plures, q̃a tunc ẽt veniũt alij plures, qđ ego intelligo, nisi res vẽdita vnũ tm̃ accessum hẽret solitũ, q̃a non teneretur venditor ad plures, stante maximè dictione (suis) quæ restringit verba præcedẽtia quia nõ esset suus accessus, qui numquam fuit solitus vel frequentatus, & pluralitas in
4 singularitatem † resoluitur, quando non potest remanere in propria significatione, quia sequeretur iniquum, uel inconueniens. Insti. de iure person. in princ. ubi Doct. tradit Euerard. in sua Topica legali, in loco à numero, 3. pagina. & sequent. dicunt tamen plerique ex suprà allegatis, cautius esse, si expressim uenditor constitueret seruitutem uiæ, in alio suo fundo; & notanda sunt prædicta, quia qñque fit uenditio alicuius rei nullo celebrato instrumento: nam cum hæc solita Clausula non sit addita, non debetur etiam uia dictæ rei uenditæ, ut suprà, illa uerò uerba (usq; ad uiam publicam) quæ addunt cõiter Doct. licèt stilus notariorum Ferrariensium non apponat, possunt importare, ut uenditor teneatur etiam dare exitum in uiam publicam, tametsi nullum habeat prædium cohærens, uel nulla debeatur seruitus rei venditæ per aliud prædium uicini, uiæ publicæ cohærenti: quia
5 si uenditor † ibat per fundũ uicini, iure facultatis sibi per uicinum concessæ, uel familiaritatis, iuxta not. in l. qui iure familiaritatis, de acquir. poss. & Cepol. in d. tract. de seruit. rustic. prædior. c. 1. col. 9. uers. tertio principaliter requiritur, nullum ius propterea sibi, uel prædio uendito competebat, & pariter non potuit plus iuris in emptorem transferre quã ipse haberet, l. nemo plus, ff. de reg. iuris.

Suisque certis iustis finibus.

SVMMARIA.

1 *In uenditione ueniunt omnia quæ intrà confines expressos extant, quando res venditur cum confi-*

confinibus suis licet specialis expressio non fiat.
Quod & procedit in legato, num. 2.
3 *Finium dominus præsumitur etiam dominus omnium existentium intrà fines.*
Distinguendo tamen inter fines priuatorum, & fines communitatum remissiuè.
4 *Fundo vendito cum suis finibus venit etiam domus intrà dictos fines constructa.*
5 *Venditor tenetur sua instrumenta emptori exhibere, si de confinibus disputetur.*

GLOSSA SECVNDA.

Veniunt in venditione omnia, quæ intra confines expressos extant, quando res venditur cum confinibus suis, l. æde sacra, §. 1. ff. †de
1 contrahen. emptio. l. si fines, vbi Bald. & Angel. C. de euict. Bal. in c. 1. col. 3. vers. 8. nu. 3. de Capitaneo qui Curiam vend. & Fab. d. 6. quæst. 3. membro, in fine. Hier. de Monte, in tract. de finib. c. 88. quod procedit etiam, si aliquid reperiatur vltra cõfines expressos, modo sit vẽditoris, & extet illa Clausula de qua supra, vel iuxta alios suos plures, vel veriores confines, vt videntur velle Bald. & Ang. in d. l. si fines, & suprà dictum fuit super dicta Clausula, & propterea apparet non esse necessariam Clausulam, quam Specul. in loco præallegato, & alij practici addunt (cum omnibus & singulis, quæ infra prædictos continentur confines) quia omninò veniunt, vt suprà, etsi specialiter non exprimatur, quod tenet etiam Ang. consilio quarto. Visis omnibus. Rom. consilio quinto. Viso puncto Aretin. in consi. 63. in præsenti, ad finem ubi extendit hoc procedere, etiam si pro modico precio sit facta venditio, Fab. d. tractatu 29. 7. membro, num. 33. Dec. cons. 146. num. 14. & 347. 2. colum. Paris. consilio 4. in princ. 4. volum. & Crauet. cons. 105. num. 1. sic etiam
2 †in legato veniunt omnia compræhensa in finibus, si sunt in dominio testatoris. Alex. consilio 54. Ponderatis, 4. uol. Rube. Alex. cons. 95. nu. 11. Crauet. cons. prædicto, nu. 1.
3 nam omnia †existentia intra fines præsumũtur eius cuius sunt fines, ut arguit Bal. in Rubrica, C. de contrahen. emptio. 22. quæst. Socin. cons. 86. 2. col. 1. uol. duplicato cons. 166. eod. uol. & Paris. cons. 104. nu. 33. 1. uol. distinguendo tamen inter fines priuatorum, & fines Communitatum, uel castrorum, ut per Socin. cons. 181. 3. col. duplicato cons. 127. d. 1. uolum. & Corn. cons. 247. col. 4. & fi. 2. uolum. & Cagnol. in l. 2. C. de rescind. uendit. 33. quæst. num. 184. uers. tertio pro limitatione de quo ultimo per eundem Socin. & alios, in l. 1. in princ. ff. de acquir. possess. & Cur. iun. cons. 184. 2. 3. colum. per Abba. Felin. & Paris. in cap. si diligenti, de præscrip. Antibol. in tractatu de muner. §. 4. nu. 195. Ruin. cons. 39. nu. 14. uol. 1. & cõs. 40. nu. 14. eod. Ioan. de Amic. cons. 25. num. 28. & 149. num. 7. Dec. cons. 520. num. 2. Socin. 166. colum. 3. & 181. 3. col. Cagn. in procem. Digestorum num. 27. Ber. cons. 39. & 207. & 238. 2. par. priorum, 1. & 3. nu. 9. in 3. & 241. nu. 6. 1. uol. posteriorum, & tãto magis compræhenduntur omnia intra fines existentia, si sit addita Clausula, Cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis, de qua inferius dicetur. Baldus, d. c. 1. uers. 8. & Paris. cons. 27. nu. 14. 1.
4 uol. Comprætenderetur † itaque etiam domus, quæ esset intra fines uenditi fundi ædificata, cum censeatur accedere fundo, l. fundi, ff. quibus mod. ususfru. amit. & ædificium solo cedit, §. cum in suo, Instit. de rerum diuis. Et cum oportet disputare super confinibus
5 ut †de eorum certitudine appareat, tenetur uenditor sua instrumenta emptori exhibere, & ei copiam facere, licèt non tradere originalia, l. Titius hæres, ubi Bart. & alij, ff. de action. empt. Bald. cons. 52. Obligatio, in fi. 3. uol. Rom. cons. 163. Constitutio, col. fin. & Boer. cons. 52. nu. 2.

Et cohærentijs.

SVMMARIA.

1 *Cohærentiarum appellatione quid veniat.*
2 *Aedificiũ dicitur solo cohærere non in eo existẽs.*
3 *Seruitus videtur de cohærentijs rei.*
4 *Cohærentiæ veniunt appellatione principalis, & idem de cohærentijs quod & de principali iudicatur.*
5 *Vendens rem simpliciter censetur vendere cum suis cohærentijs.*

GLOSSA III.

Cohærentiarum appellatione secũdum Angel. in l. qui tabulas, ff. de fur. & Fab. d. 3. memb. nu. 11. ue-
1 niunt omnia †quę rebus principaliter uenditis adhærent, siue cohærent corpori, siue iuribus incorporalibus, unde ædificiũ
2 †solo cohærere dicitur, nõ aceruus in eo existens, l. quia aceruus, ff. quod ui, aut clam. Sic
3 etiam †seruitus uidetur de cohęrentijs rei, ut per Fab. loco præallegato, nu. 9. & Alex. qui dicit quod adhærent rebus immobilibus in cons. 211. nu. 5. uol. 6. dicens ita de huiusmo-
4 di †adhærentibus iudicandum esse, sicut de principali, & uenire eius appellatione. sequitur Tiraquel. in tractatu de retract. tit. 1. §. 1. glos. 5. nu. 2. & licèt non fuerit expressum huiusmodi uerbum, sicut in sua forma non exprimit

5 primit Spec. nec Roland. tamen † simpliciter vendens, vel concedens rem, censetur vendere cum cohærentijs suis, ut dicit Fab. d. 3. membro, nu. 9. vbi plura iura allegat. quod vr etiã probari ex verbis Pau. de Cast. in l. Iulianus, §. si. ff. de actio. empt. vbi dicit venire in uẽditione simpliciter facta, quæ cohærent solo, vel parietibus & quæ sũt præparata propter cohærentiam, vt ibi per eum.

Et cum omnibus & singulis quæ ipsæ res vt supra venditæ habent in se.

SVMMARIA.

1 *Cum, dictio, aliquando accessoriè copulat.*
2 *Habere, verbum, est generale.*
3 *Habere, verbum, comprehendit tam dominium quàm possessionem, & de facto detentionem.*
4 *In, dictio, diuersimodè accepta in iure.*

GLOSSA IIII.

DIctio (cum) hoc casu copulat accessoriè iuxta ea quæ habentur in l.
1 1. & 2. vbi Bart. ff. de pecul. † leg. & Ruin. cons. 45. in princ. 1. vol. De illa verò Clausula (omnibus & singulis) suprà dictum fuit in Clausula (Ratihabitionis) in verbo, omnium & singulorum. Et ulträ ea addo Cur. iun. cons. 74. nu. 3. Verbum,
2 habere, est † generale, & comprehendit tã do
3 minium, quàm possessionem, & de facto † detentionem, l. stipulatio ista, §. hi qui, & ibi not. ff. de verb. oblig. & l. habere duobus modis, & ibi not. Alciat. ff. de uerb. sign. & de dictione (in) quod diuersimodè accipiatur, ponunt Alber. in Dictionario suo, in eo. verbo.
4 Bart. & alij, in l. † Gallus, §. ille casus, ff. de liber. & posth. & latè plures de ea tractãtes adducit Tiraquel. in tract. prædicto, §. 1. gl. 11. nu. 74. ubi quod idem importat quod dictio (intra) de qua statim dicetur, & intrinsecitatem denotat, quod etiam tradit Socin. cons. 211. 2. col. 2. uol. & tradit latè Bal. & alij post eum, in Rubrica, ff. sol. matr. ubi Ripa, nu. 2. & in casu nostro uidetur, quod eo sensu sit accipienda ex quo iniungitur loco, ut per Doc. in locis præallegatis, sed quando iungitur accusatiuo casui, accipitur pro usque, ut per Alciat. in l. notionem, ad fin. & in l. si quis dixerit, 2. pagina, ff. de uerb. signif. quandoq; exponitur idest nomine, ut per Curt. iun. cons. 45. num. 4. & alij in alijs locis de ea scribunt, quos non est opus referre.

Super supra.

SVMMARIA.

1 *Super, & suprà, dictiones sunt sinonimæ, tàm apud Latinos quàm apud Legistas. Licèt Valla contrarium senserit & male. Super & suprà, dictiones quid importent.*
2 *De, dictio, significat decisionem.*
Super, significat accessionem, & ipsam rei quæ geritur substantiam.
3 *Super, dictio, aliquando importat rei obligationem ut hic exemplificatur.*

GLOSSA V.

IStæ dictiones uidentur synonimæ, & eiusdem significationis tam apud Latinos, quã apud Legistas.
1 † licèt Lauren. Val. lib. 2. elegant. c. 91. relatus à Ias. in Auth. Sacramẽta puberum, col. 6. uers. contarium dicitur. C. si aduer. uend. velit eas differre, quia dictio, super contiguitatem, seu contingentiam aliquam importat, suprà uerò, interuallum, & distantiam, ut sedeo super lapidem, auis, uel nebula est suprà nos. licèt Ambr. Calep. hanc differentiam non admittat in suo Dictionario, super eo uerbo, super, nec Doctor. nostri pariter concordant cum eo, immo hæc differẽtia uidetur confundi ex textu in l. 3. §. item uideamus si proiectũ, & in §. sed si supra eas ædes, ff. uti possid. & in l. quemadmodum, §. 1. ff. ad l. Aquil. ubi dictio, supra, stat cõtiguè, & denotat contiguitatem, & non interuallum, & se habet tanquam superficiem ad aream, & uidetur idem probari in l. peregrè, in princ. de acquir. poss. & hoc casu stat propriè, secundum Alber. in dictione, supra, & Ruin. ita promiscuè de dictionibus istis uerba facientem. in cons. 94. nu. 2. & sequent. 4. uol. & de istis dictionibus, quod sint eiusdẽ significationis, latè tradit Tiraq. in loco præallegato, nu. 77. & 78. & de dicta dictione, super, quod non denotet contingentiam tẽporis, ut si exigatur iuramentum super contractu, quod antè, uel post prestari possit, tradit omnes post glos. in d. Auth. Sacramenta puberum, & de ea etiam habetur per Bald. post Iac. Butr. in l. 1. C. com. de leg. ubi est plena appostil. Barb. & dicit idem Bald. in l. liberti liberteque, col. antepen. nu. 28. vers. si autem
2 testator, quod dictio † (de) significat decisionem, & dictio (super) accessionem. & in cõs. 182. Casus talis est. 2. col. n. 2. 5. uol. uer. sed quia in concessione, dicit, quod dictio, super, denotat ipsam substantiam rei, quæ geritur, & inter alia significata, huiusmodi dictionis, de quibus per Alber. in Dictionario suo, in ipsis verbis, & Tiraquel. in loco preallegato,
3 notandum est † illud, quod importat rei obligationem, & suppositionem, ut si testator legat super eius predio aureos aliquot, nam cẽsetur predium obligationi supponere; & idẽ erit in promissione in contractu facta, ut per Bart.

Bart.in l.fundus quem,de annu.legat.& probatur in l.codicillis, §.instituto, de leg.2. tenet Bald.in d.conf.Alex.in l.rescriptum, §.si pacto,ad fi.ff.de pact.& in l.ad diem,in princip.de verb.oblig.& Hier. Gigas.in tractatu de pensio.Eccles.quæst.51.

Intra seu infra se.

SVMMARIA.

1 *Intrà, & infrà, dictiones numquid sint eiusdē an diversæ significationis, & quid importent.*
Intrà, dictioni apponitur dictio extrà, infrà dictio suprà.
2 *In venditione veniunt plantata sata, & ædificata.*
3 *Terminus duplex est, terminatus & terminās.*
4 *Termini censentur comprehensi in uenditione, si venditor vendidit quidquid habet intra tales terminos.*
5 *Vsq; dictio, in venditione comprehendit terminum terminatum.*
Declara tamen ut hic.
6 *Vendens quidquid possidet intrà tales confines, si sciebat partem aliquam nō possidere, & ignorantem emptorem non admonuit, eidem tenetur propter dolum.*
7 *Seu, dictio, aliquando stat ampliatiuè.*

GLOSSA VI.

Licèt huiusmodi dictiones diversimodè accipi soleant, & diversas habeāt significationes, vt latè per
1 †Alber.in Dictionario suo, super ipsis verbis. Oldr.cons.49.Alberic.in tracta. de pręposit.nu.26 &.27.Dec.in Rubrica,C. qui ad mit.num.8.post Ias. col.3.vbi ponunt differentiam inter has dictiones,ut intra, referatur ad tempus,infra ad locum. Tiraquel. d.glo.11.nu.71.& nu.77.tamen videtur, qđ hoc loco accipiendæ sint pro denotantibus intrinsecitatem,& inclusionem quandam,& comprehendant omnia, quæ sunt intra terminos rerum vēditarum, & terminos ipsos, d.l.æde sacra, §.1.de contrahen.empt.l.fundi,in princ.& l.quæro, ff.de action.empt.l.si quis sic dixerit, ff.de verbor.obliga.& tradit Alex.in cons.8.aliàs allegato,col.2.4.uol.& consilio 211.colum.2.6.volum. & de istis dictionibus, quod includantur habetur etiam per Doctor.in l.non omnis,in princ.ff.si cer. pet.per Nell.in tract. Bannit.in 2.parte secūdi temporis,quæst.ultima colum.penult.dictioni intra,opponitur dictio extra, & infra, dictio supra, ut per Tiraq.loco præallegato. & de dictione,supra, & infra,habetur in d.l. peregrè,in princ.& quandoque una ponitur pro altera,ut l.in venditione, & ibi glo.ff.de actio.empt.& propter supradictas dictiones & Clausulam hanc,dicit Spec. in d.§.1.col.
2 9.quod compræhenduntur † in uenditione, plantata,sata, & ædificata, quæ solo cedunt, & pertinent ad emptorem,ut per eum, quod latius in fine huius Clausulæ sum explicaturus. Et ad propositum sciendum est,quod du-
3 plex † est terminus, secundum Bald. in d.l.si fines,& in consi.412. Verba dicunt,2.col.5. uolum. scilicet terminus terminatus, & terminus terminans : terminus terminatus est, quicquid intra fines compræhenditur : terminus terminans est, quicquid extra terminos extenditur, & vendens quicquid habet
4 intra tales terminos, †compræhenduntur etiam termini: quia illa dictio, intra, includit sua extrema, puta, si dicatur,uendo fundum inter murum,& arborem,nam compræhenditur & murus & arbor, ut per Fab.d.6.quæstio.6. memb. in fi. & idem est dicendum de
5 dictione usque † quia compręhendit. terminum terminatum, ut si sit uēditum prędium usque ad domum,uenit et domus,si sit de dominio uenditoris,ut per Baldum, dicto consilio, & in l. à caligato, C. de nupti.secùs, si non sit in dominio uenditoris,uel est uia publica:quia tunc acciperetur pro termino terminante,& idem,si ex quantitate precij non correspondentis valori rei,aliud deberet censeri,secundum Bart.in l.semper in stipulationibus, ff.de reg. iur. & ibi latius Cagnol. & Bertand.conf.241.ad finem, 1.parte priorū:
6 Vendens uerò quicquid possidet†intra confines expressos,si sciebat partem aliquam nō possidere, et ignorantem emptorem non admonuit,tenetur eidē propter dolum,d.l.quęro, quod procedit secundū Paul.de Cast.ibi, nisi uendidisset conditionaliter, si possideo, uel quatenus possideo: quia eo casu est imputandum emptori, qui se non informauit an
7 possideret,et quid possideret. et dictio†(seu) hoc casu stat ampliatiuè, l.si quis ita, in fine, de auro et argen.leg.de qua per Doct. in l.2. C.de uerb. signif. et alibi in alijs locis.

Integrè.

SVMMARIA.

1 *Integrè aduerbium quid importet.*
Restitutio integrè fieri dicitur, quando fit vsque ad vnum quadrantem.
Trebellianicæ detractio censetur prohibita quādo testator disposuit totam atq; integram eius hæreditatem restituendam esse.
2 *Fundo uendito cum omnibus & singulis quæ habet in se, super, suprà, intrà, seu infrà se, integrè, numquid veniant adiacentia mobilia, & alia*

alia quæ veniunt ad instructionem prædij.
Donatio Principis, cum verbis, integro statu, importat ac si dictum sit cum adiacentibus, mancipijs, pecoribus, & fructibus, et omni iure suo.
3 *Fundo vendito cum clausula, integro statu, comprehenduntur etiam instrumenta tàm fundi quàm patrisfam. quibus vtebatur in fundo.*
4 *Fundo vendito cum clausula, integro statu, vel cumplenitudine iuris, includuntur etiam decimæ, & similia.*
5 *Integrè, & integro statu numquid idem importent & nu. 7. & 9.*
6 *Restitutus cum clausula, integro statu, intelligitur restitutus esse ad bona amissa propter delictum.*
8 *Instructus fundi quid sit.*
10 *Fundus non censetur venditus instructus in dubio, nisi expressè dictum sit, vel per verba id importantia.*

GLOSSA VII.

IN integrum (vt Roland. & Spec. ac plerique alij malunt) huiusmodi dictio non est modicæ † importantiæ, cum rem perfectam significet, vt tradit Spec. in tit. de hæred. §. 1. in fine, per text. in c. fi. in fine, 2. quæst. 3. sequitur Io. de Amic. in cons. 12. nu. 31. & Ioan. le Cirier in tractatu de primogen. 1. lib. quæst. 17. nu. 2. & idem importat quod sine diminutione, l. 2. §. ad filiorum, C. quando, & quibus quarta pars debe. lib. 10. exponẽdo ibi Copulam pro expositiua, idest, & plura ad propositum adducit Alex. in cons. 141. Viso testamẽto, ad finem, 2. uol. sequitur Afflic. decis. 258. nu. 3. & Corset. in tractatu de Trebellia. §. 2. nu. 4. & idem importat quod plenariè, Bald. in c. accedens, il 1. 2. col. vers. ibi in integrũ, ut lite non contest. & dicitur integrè fieri restitutio vsque ad unum quadrantem. Bald. in c. cõquerente, nu. 1. de restit. spoliat. sequitur alia adducẽs Corset. in loco prę allegato; Ad quod faciunt tradita per Modern. post Bart. in l. Centurio, de vulg. & pupil. & per Ruin. cons. 25. nu. 7. 1. vol. quod testator disponendo totam & integram eius hęreditatem restituendam esse, censetur detractionem Trebellianicę prohibere, de quo ẽt per Corset. loco
2 præallegato. Sed dubium est, † numquid pp huiusmodi Clausulam comprehendantur adiacentia, mobilia, & alia quę veniunt ad instructionem prædij, de quibus in l. instrumẽta, cũ pluribus sequent. ll. ff. de fund. instruc. & in l. 2. ubi Doct. plura enumerãt, C. de verbor. signif. & pro parte affirmatiua vr̃ text. in l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. ubi habetur, qđ si sit dictum in donatione Principis (integro statu) importat, ac si sit dictum, cum adiacẽtibus mancipijs, pecoribus, & fructibus, & oĩ iure suo, & ut ea, quæ ad instructũ possessionis uel domus pertinẽt, tradẽda sunt. Et hoc sensit ibi glos. adiacentibus, dicens, quod hęc verba, uel similia, apponuntur in instrumẽtis uẽditionum, & quod si dicta Clausula apponatur in instrumento, uel contractu, seu in ultima uolũtate, idem importaret ac si fundus instructus esset uẽditus, uel legatus, licèt plenius accipiatur in concessione Principis, firmat Bart. ibi nu. 5. & tamen in legato uel uẽditione non ueniunt, l. Lucius, §. pen. de leg. 3. l. 2. §. dotes, et ibi Bar. de fund. instruc. Bar. Cast. Corn. & Ias. in l. 2. C. de uerbor. signif. nisi s̃m Bart. ibi extet consuetudo, prout erat in illa Ciuitate, quod instrumenta ad culturam fundi ueniant in uenditione fundi. & dictam decisionem Bart. de dicta Clausula (integro statu) quod importet & compræhen-
3 dat etiam instrumenta tam fundi, † quàm patrisfam. quibus vtebatur in fundo, ut in d. l. 2. & in alijs locis prædictis, tenent etiam Baldus & Ias. in d. l. 2. C. de uerbor. signif. Paul. in d. l. Iulianus, §. fin. de act. empt. & uidetur sequi Dec. in cons. 516. nu. 25. & Ioan. le Cirier, loco pręallegato. & Paris. cons. 20. num. 73. 1. uol. illam etiam l. 2. C. de bon. uacant. dicit singularem Bald. in c. quanto, nu. 8. de
4 iudic. dicens, quod si sit addita † dicta Clausula, (integro statu) uel (cum plenitudine iuris) includuntur etiam spiritualia, ut decimæ, & similia, quæ in generali concessione uel s̃nia non uenirent, & sic Baldi decis. uidetur probare, quod sat sit apponere tm̃ hoc uerbũ, in-
5 tegrè, † quod plenitudinem iuris, & integritatem importat, ut supra dictum est. idem sentit Corset. loco præallegato, adducendo, dictã legem secundam, ad probãdum, quod dictio, integrè, importat idem quod plenariè; & huius mentis uidetur etiam Bal. in d. c. accedens, dum ad expositionem dicti uerbi, in integrum, adducit gl. in d. l. 2. & idem Io. de Amic. d. cons. allegando d. l. 2. ad comprobãdum consultationem suam, quod ille censeatur integrè restitutus, qui nullo diminuto restituitur, & huiusmodi restitutio etiam extẽ-
6 deretur † ad bona amissa propter delictum, eam etiam tenet Alb. in Dictionario suo, in uerbo, integro statu, declarans procedere, in his, quæ ibi sunt gratia perpetui usus, & aliàs non. Dicit etiam Oldrad. in consil. 121. ad primã quæst. 2. col. uers. sexto uidetur, quod adiacentia non ueniunt nisi sit dictum integro statu, uel cum omni iure suo, &c. ut in di-
7 cta l. secunda, sed tamen † quod huiusmodi duæ Clausulæ idem importent iure non probatur, immo prima plus importat, ut supra, quàm secunda de qua dicetur infra, super sequentibus

quentibus

quentibus verbis, sed clarius cæteris hoc declarat Fab. d. 6. quæst. 3. membro, per dictum text. vbi dicit, quod veniunt adiacẽtia, quod verbum importat, ac si diceret fundum instructum, l. Seiæ, §. fin. & l. prædia, ff. de fund.
8 instruc. instructus autem fundi, † est apparatus rerum diutius mansurarum, sine quibus possessio exerceri nequit, d. l. quæsitum, in princ. ff. de fund. instruct. Item instructus prędij est illud quod ad aliud non est deputatũ, licèt alijs quandoque deseruire solitum sit, d. l. quæsitum, §. idem respondit domo, & vt ibi per eum, qui declarat etiam quæ sint coherẽtiæ, de quibus suprà dictum fuit, & quæ sint pertinentiæ, de quibus infra dicetur. Cõtrariam tamen sententiam quod in contractu oneroso & priuati, non veniunt huiusmodi adiacentia, & supellectilia, quæ aliàs venirent, si fundus instructus, vel prædium instructum, vel vti est, venderetur, vel legaretur, tenet Ias. sibi contrarius, in l. penult. quæ pro l. finali ab omnibus allegatur, col. 1. & 2. post Alb. & Ang. ibi. ff. de constit. prin. sed priorem opinionem quando expresè est addita dicta Clausula, (integro statu) crederem omninò seruandam esse in practica, propter text. in dicta l. secunda, & auctoritates prædi-
9 ctas. † sed si tantum sit dictum (integrè) vel (in integrum) prout communiter dicitur in omnibus instrumentis, uix crederem posse obtineri, vt venirent in venditione omnia, quæ veniũt fundo instructo alienato, & quo-
10 tidie videmus obseruari, quod † uenditores possessionum, boues quos habebant in rebus uenditis ad culturam fundorum, & pecora, quæ ibi tenebant causa stercorandi agros, & alia quæ ueniunt fundi instructi, uel instrumenti appellatione, d. l. instrumenta, & in alijs ll. sequent. abducunt & asportant, nec tradũt emptoribus, & propter istas clausulas, quas nec partes, nec notarij, ut plurimũ intelligunt, ut in simili dicit Ripa, in d. l. Centurio, nu. 131. periculosum esset iudicare pro ista opinione, quæ fortè in puncto iuris defendi posset, per prædicta, & per alia quæ possem in medium adducere.

Omnique iure.

SVMMARIA.

1 *Ius quot modis accipiatur.*
2 *Clausula, cum omnibus iuribus suis, debet restringi ad ea quæ sunt de natura contractus.*
3 *Fundo vendito cum instrumentis, & omni iure suo, comprehenduntur etiam artifices in ipso existentes.*
4 *Vendens an præsumatur dumtaxat ius, quod habet in re, vendere.*
5 *Vendens vel concedens quidquid iuris habet in tali re nihil concessisse videtur.*
Titulus ratione incertitudinis viciatur.
6 *Vendens ius quod habet in domo non censetur uẽdidisse domum, neque tenetur de euictione.*
Declara vt hic.

GLOSSA VIII.

IVs diuersos habet significatus, ut latè prosequitur Ioan. Andr. in Nouel. in Rubrica, de reg. iur. in
1 6. col. 2. ubi † ponit quinque carmina huiusmodi significatus continentia, quæ etiam ponit Alberic. in Dictionario suo, in uerbo, ius, ubi de hoc uerbo, & eius significatu multa scribit: Verum hoc casu uidetur, quod debeat accipi, prout accipitur in l. quæsitum, §. idem respondit domo, il 2. de fundo instruc. ibi, (cum omni iure suo) idest, cũ omnibus quæ pertinent ad domum, & comprænhenduntur in legato de ea facto, & etiã prout accipitur in princ. Instit. de action. ibi, ius persequendi in iudicio, &c. & in §. æquè. eo. tit. in pluribus locis illius §. scilicet, pro potestate, & facultate agendi & persequendi, ut ipsum tex. in d. princ. exponit Gomes. ibi, nu. 29. licèt posset etiam accipi pro commoditate & seruitutibus competentibus rei, uel uenditori, iuxta d. l. quid aliud, & ibi Alciat. ff.
2 de uerbor. signifi. Ista tamen Clausula, † (Cũ omnibus iuribus suis) licèt sit composita per terminum uniuersalem omnibus, seu omni, tamen debet restringi ad ea, quæ sunt de natura contractus, & rei uenditæ, unde non uenirent spiritualia, quorum laicus est incapax, ut per Innoc. in cap. ex litteris, de iure patro. & Bald. allegantem ad hoc l. si stipulatus, ff. de usur. in l. à procuratore, 2. colu. C. mand. sequitur Roman. in cons. 444. An dictum castrum, 2. colum. & Socin. cons. 47. 3. colu. 1. uolum. hinc dicit Bal. ibi, quod uenditis possessionibus quas quis habet in aliquo territorio, cum omnibus iuribus suis, non uenit pædagium quod exigitur in domibus, quas ibi habebat, licèt illæ domus sint uenditoris. sequitur Alex. in l. 3. in princ. nu. 24. ff. de acqu. poss. Bertach. in tracta. de gabell. 1. parte 13. quæst. & Fab. d. 3. membro, nu. 10. Roman. dicto cons. & Socin. cons. 211. 2. colum. 2. uolum. & cons. 66. nu. 12. 3. uol. sed si sit dictum
3 † cum instrumentis, & omni iure suo, ut in dicto, §. idem respondit domo, compræhendũtur etiam artifices in fundo existentes, qui eius causa parati essent. Fab. per illum tex. in dicto 3. membro, nu. 24. & in dubio uidetur uenire omne ius, quod quis habet in re tempore uenditionis, l. Rutilia Polla, & l. in lege, ff. de contrahend. emptio. & l. 2. §. 1. ff. de

hæred.

hære.uel actio.uendit. & ibi per Fab. & tradit idem Fab. in 7.membro, nu.35.ubi alias ll.allegat; & cenſetur translata in emptorē, ſicut erat apud uenditorem, niſi aliud ſit ſpecificatum, l.alienatio, de contrahen.empt. & l.ſi creditor, §.fin.ff.de action.empt.Fab.ibi,
4 nu.33.quandoque†tamen quis cenſetur tantum vendere ius quod habet in re, & non totam rem ipſam, vt in caſu l.qui tabernas, de contrahen.empt. quando quis vendit tabernam quam habet in ſolo publico, quia non venit ſolum, nec enim præſumitur quis velle vendere alienum, ſed proprium, ſicut nec de alieno ſed de proprio teſtari. Bald. in l.in teſtamento, C.ad l. Falcid. hinc eſt quod vendens rem communem, ſolum partem ſuam vendere videtur, non conſocij.Bald.per text. in d.l.qui tabernas, in l.1.nu.5. C.qui teſta. fac. poſſ. quod tamen declaratur procedere in emptore ſciente qualitatem rei venditæ, vel qui habet præſumptionem ſcientiæ contra ſe, ut in d.l.qui tabernas, aliàs tenetur vēditor de euictione, ut declarat Bald.in dictis locis, & ſcientia, vel ignorantia, colligitur ex quantitate precij, quod pro re uendita ſoluitur, an correſpondeat toti rei, uel parti, ſeu iuribus tantum, quæ in ea habet uenditor. Sequitur Fab.d.7. membro, nu.34.& in 3.mēbro, num.14. Sed ſi quis†vendat, uel concedat quicquid iuris habet in tali re, & non cōſtet quæ iura in ea habuerit, nihil conceſſiſſe uidetur, uel tradidiſſe, uel titulus acquirenti prodeſt, l.quid ſi in uenditione, & l.quid ſi ſit ff. de hæred. uel actio. uend. & uiciatur titulus ratione incertitudinis, l.locus, de acquir. poſſ. ita Oldrad. conſilio 164. Viſo priuilegio.Baldus, & omnes poſt Dyn.in l.ſi ſic, §. 1.ff.de leg.1.ubi Paul.de Caſt.dicit ſe habuiſſe de facto, dicens titulum ad præſcribēdum non prodeſſe, ſed exigi longiſſimi temporis poſſeſſionem, ut poſſeſſor præſcribat, similiter dicens, quod hoc caſu cenſetur dubius euentus uenditus, uel conceſſus, l.ſi iactum, de contrahen. emption. & propterea admonet aduocatos, ut ſint cauti in inſpiciendis inſtrumentis, quia hoc de facto quotidie accidit, cum notarij per imperitiam ignorantes uim uerborum, dicunt, quod talis uendit om
6 ne ius†quod habet in domo, unde non cenſetur uendita domus: uel uenditor tenetur de euictione, & ſibi imputet, qui ſic emit, ſubdens, quod hoc faciet ſibi honorem. quam concluſionem tenent etiam Ang.& Alex.in dicta l.locus, & Alex.in conſ.28. Viſis accuratè, col.3.1.uol.duplicato conſil.31. in 2.& conſ.14. Viſo & conſiderato, 2.colum.& cōſilio 187.In hac cauſa, 2.colum.ad finem, 2. volum. Felin.in capitulo, de quarta, 8.columna, numero 26. de præſcript. Bertr. conſilio primo num.107.2.parte, priorum, & admittit Ruin. conſ.212. nu.9. in prin. & ſequitur Balb.in tracta. de præſcript. 1.parte 3. partis principalis, quæſt.6.& latè comprobat Fab. d.6.quæſt.memb.6.& idem eſt ſi dictum ſit, concedo res, quas iuſtè poſſideo in tali loco, quia de poſſeſſione inprimus cōſtare debet, ſecus ſi exprimātur res, etiam ſi addatur illa Clauſula. Grammat. allegans Aret. in deciſione 59.nu.39. & Laur.Silua.in tract. de feud.recog.quæſt.36.& Dec.conſil.226.nu.4. ubi, quod hoc caſu poſſeſſio per conſtitutionem, non transfertur, cum res ſit incerta; qđ autem dicitur de pręſcriptione, quæ non procedit virtute talis tituli, procedit, niſi uenditor, uel concedens, tradat totam rem, ut declarat Bart.in l.emptor, ff.pro empt.& ſequūtur Ale.in d.l.locus, & Fab.& Balb.in dictis locis; & ſimiliter id quod dicitur, quod uēditor non tenetur de euictione, procedit, niſi uenditor eſſet ſciens quod nullum ius haberet, l.hoc autem, ff.de hære.uel actio.uendit. & ita tenet Alex.in d.l.locus, & ſeqtur Balb. ac declarat etiam Fab.in d.6.membro. Facit text.in l.quæro, ff.de action. cum alijs ſupra adductis in Clauſula, ſeruitutum, ſuper uerbo(& quæ domus)&c.

Et actione.

S V M M A R I A.

1 Actio quid ſit, & quotupliciter ſumatur.
2 Vendere rem cum omni iure, & actione quid importet.
3 Speculator corruptus.

GLOSSA IX.

ADdunt Specul. & alij practici(uſu ſeu requiſitione)ſed uidetur qđ ſine eis ueniant etiam omnia in uēditione, quę ſunt ad uſum rei uenditæ, ut per Rom.d.conſ.5.& Crauet. d.cōſ. 105. nu.8. & quod ueniāt deſtinata ad uſum rei, fuit dictum ſuprà in Clauſula prædij ur-
1 bani ſuꝑ uerbo, horto. Actio†modo(pro inſtructione iuuenum)nihil aliud eſt, quam ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, Inſtit.de action.in princ.& eſt uerbū generale, et ſpeciale, quia omnis actio dicitur, ſiue in perſonam, ſiue in rem ſit petitio, ſed plerumque actiones perſonales ſolemus dicere: petitionis autem uerbo in rem actionem ſignificari uidentur, l.pecuniæ uerbum, §.actionis, et ibi latè declarat Alciat.de actionibus antiquis, et earum formulis et origine, plenè diſſerens; et de origine ipſarum habetur in l.ſecunda, §.deinde ex his legibus, et ibi declarant

rant scribentes, ff. de orig. iur. & tradunt omnes in d. princ. Azo verò in eius Summa, in tit. de eden. C. 1. col. dicit, qđ olim actio dicebatur conceptio verborum formata à magistratibus, vnde, & dicebatur formata actio: hodie aũt sine impetratione, & conceptione verborum solennium dr̃ actio Ius Ciuile, vel Prætorium, quo debitum in iudicio à te exigere possum, uel petere rẽ mihi restitui, vbi alia ad propositum adducit: Dicit tñ Spec. in d. §. 1. col. 9. super ista Clausula (omniq; iure & actione) quod ista Clausula generalis ap-
2 ponitur, † vt non tm̃ ipsa res cum his quæ ibi enumerat, sed ẽt cum omni iure ad ipsam siue ad ipsum venditorem pro ipsa re spectante, perueniat in emptorem, subdens, põt. n. esse, qđ per hęc verba, actiones, quæ ipsius rei noĩe cæperant ante venditionẽ competere, vt l. Aquil. dam. infecti, & aquę plu. arcen. & similes, acquiruntur emptori, quia has oẽs tenetur venditor cedere, & dare emptori, l. Iulianus, §. sed & si quid, ff. de action. empt. & expositionẽ huius Clausulæ Spec. vr̃ sequi, referendo Fab. d. 3. memb. nu. 14. Pro ista decisione Spec. optimè facit decisio Curtij iunioris in cõsi. 177. nu. 4. & nu. 6. ubi propter istam Clausulam consuluit uenditorem censeri cum re alienasse ẽt ius sibi competens decimandi illam rem, cum sibi illud ius competeret pro dicta re, de quo dicetur in sequenti
3 Clausula paulo infra. Ego † tñ dubito, ne aut littera sit corrupta, aut male dixerit Spec. ipse. n. fundat se in eo, qđ venditor tenetur cedere actiones emptori, per text. in d. §. sed & si quid, qui tñ loquitur, qñ hmõi actiones uẽditori fuerunt quæsitæ post uenditionem, & ante traditionem, secùs si ante uenditionem, & pro damno de præteritio, non pro futuro, l. is qui in puteum, §. si postea, ff. quod ui aut clam, l. fin. ff. arbor. furt. cæs. l. 1. §. si fundum, ff. de aqua quot. & æstiua, & quod teneatur cedere actiones sibi quæsitas post venditionem, ante traditionem, hr̃ ẽt in l. quod sæpè, §. 1. de cõrahen. empt. & in l. si ea res, in princip. ff. de action. empt. nõ aũt tenetur cedere quæsitas ante uenditionem nisi pro damno futuro, quod procedit in actione personali, non in rem scripta, l. si tertius, §. si quis prius, & ibi declarando distinguit Bart. & sequuntur alij, ff. de aqua pluu. arcenda, & probatur ex textu qui de hmõi actionibus cedendis loquitur, in l. Iulianus, §. si ex fructibus, & ibi declarat Castr. ff. de action. empt. licèt indistinctè ẽt loquutus fuerit. Azo. de hmõi cessione in Summa, in tit. de peric. cõmodo rei uend. col. fin. Intelligendo itaq; decisionem Spec. secundum l. quam allegat, iuxta glos. & Bart. in l. non solum, §. si liberationis, nu. 7. ff. de lib. leg. certè debemus intelligere de actionibus ortis post uenditionem, scilicèt ante traditionem, quas tenetur cedere uenditor, non aũt de habentibus ortum ante uenditionem, & pro damno præterito, quia eas nõ tenetur cedere, ut supra, & hoc modo littera Spe. posset esse corrupta, quia deberet dicere ante traditionem, nõ aũt ante uenditionem, aliàs rõ Spec. in qua se fundat, quia tenetur cedere, esset falsa, iuxta not. per Bart. quem omnes sequuntur, in d. §. si quis prius, sed an huiusmodi decisio per alias rationes defendi possit, inferius tangam.

Sibi ex ipsis rebus, vel pro ipsis rebus.

SVMMARIA.

1 *Ex, dictio, causam proximam, & immediatam importat, sicut propter, & ob, remotam.*

2 *Pro, dictio, importat causam immediatam, & proximam.*

Pro, dictio, aliquando significat nomine vel occasione.

De, dictio, importat causam immediatam.

3 *Verba rebus sunt adaptanda, & non semper est recurrendum ad proprias & præcisas significationes.*

4 *Decimandi ius an veniat in fundi venditione.*

GLOSSA X.

Dictio (ex) regulariter causam proximam, & immediatã importat,
1 sicut (propter) & (ob) causam † remotam, l. eo tempore, §. fin. & ibi Bart. & omnes, ff. de pecul. l. 1. & ibi etiam omnes not. C. si ser. exter. l. non dubium, & ibi omnes, ubi Ias. 9. notab. C. de legi. & habetur in l. 4. in princ. de alim. & cibar. leg. per Doctor. in Rubrica C. qui admit. & est tex. in l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. rui. naufrag. cum alijs adductis per Tiraquel. in tract. cessante causa, Limitatione 20. nu. 29. cum sequent. de qua dictione, quod habeat alios significatus, ultrà Alber. in eius Dictionar. & in tractatu, de præposit. super eo uerbo, & Bald. in l. ex annali. C. de action. empt. tradit ẽt Tiraquel. in tractatu de retrac. tit. 1. §. 1. glos. 11. nu. 54. Dictio modo (pro) ẽt importat causam immediatam, & proximam,
2 ut per Bald. in d. l. ex annali, † & in d. l. 1. ad finẽ, nu. 23. & qđ denotat causam, hr̃ per Bar. in l. Lucius, §. à te, ff. de legat. 2. Ruin. consil. 124. num. 8. uol. 2. & quidem finalem, ut per eundem Ruin. consilio 23. num. 19. dicto 2. uol. & latissimè Tiraquel. d. limitatione 20. num. 28. licèt etiam quandoque dictio, pro, importet idem quod nomine, uel occa-

sione. Ruin.consil.62.nu.3. vol.4.& eodem modo accipitur dictio(de) vt per Doctor.in locis pręallegatis,vt importet causam immediatam, licèt quādoq; huiusmodi dictiones improprientur ob subiectam materiam, ut per Tiraq.post alios, dicta limitatione num. 30.& nu.34.& per Bald.in d.l.ex annali in fi
3 ne,vbi dicit aptanda † esse verba rebus,& nō semper esse recurrendum ad proprias & pręcisas significationes; sed cū uerba in suo proprio significatu in materia stricta, prout est obligatio,& contractus, l.quicquid astringēdę,ff.de verbor.oblig.l.ueteribus,ff.de pact. debeant accipi,l.cum lege,ubi Aret.ff.de testam.l.nō aliter, de leg.3. c.ex parte,il 3.ubi Abb.de decim.Dec.in l.semper in obscuris, num.5. & ibi latius Cagnolus, nu.8.de reg. iur.& alibi Doctor.accipiendo dictas dictiones(ex & pro) secundum earum propriā naturam,certum uidetur, quod per istam Clausulam actiones competentes ante venditionem venditori pro damno præterito non futuro non compræhenduntur,vel ueniunt in venditione, quia non competūt uel pertinēt ex rebus, vel pro rebus uenditis immediatè, sed ex damno per alium illato vel facto alterius, licèt in re vendita, & sic decisio Spec. non videtur procedere, sed debet restringi iuxta l.quam allegat, ad actiones competentes venditori post venditionem, & ante traditionem, quas cedere tenetur, ut suprà: & tanto magis, quia ista Clausula generalis, (Cum omnibus iuribus suis, &c.)debet intelligi, & interprætari secundum naturam contractus, ut suprà,super verba(omniq; iure)dictum fuit,aliàs sequeretur,quod omnes actiones competentes venditori contra conductorem rei vēditæ pro fructibus perceptis ante venditionem, venirent etiam in uenditione,quod non est uerum, ut inferius differemus. Nec pro ista parte Spec. facit decis. Curt. iunioris supra allegata, quia termini sunt dispares, & ex diuersis non infertur, l. fin.de calum.l. Papinianus exuli, de minor. nam in uenditione uenitius decimandi fundum competens uenditori,cum teneatur da-
4 re fundum liberū, ut † suprà in Clausula seruitutum,in uerbo ita tamen,&c.& prosequitur Curt.d.consi.177.nu.3. & nu.4.quod in terminis tenuerūt Iac. de Aret. & Bened. de Plumbino in l. si is cui, in fine,de statu.libe. per illum text. licèt Alber. uoluerit contrarium,in l.Seiæ,§.Tyrādæ,ff.de fund.inst.ita ēt tenet contra Alber.Cępol.Cautela 92.Si aliquis emit,per tex.in l.si quis ędes,in prin. ff.de ser.urb. prædior. de quo text.supra fuit habita mentio in d.Clausula seruitutum,super uerbo, quam seruitutē, ubi allegata fuit etiā dicta Cautela Cepol. & sic consultatio Curt.propter primum fundamentū per eum constructum, procedere pōt,quod tn̄ dubiū ur̄,ex traditis per Innoc.Bertr.& Card.in c. ex literis,de iure patr. Card. & Abb.in c.ad quæstiones, de rerum permut.& idem ur̄ ēt fatendum propter secundum fundamētum factū in hac Clausula,cū pro re uēdita immediatè competat actio habenti ius decimādi, & ipsa res sit causa proxima huius obligationis,& actionis,loquendo de decimis prædialibus,de quibus habetur in c.ad Apostolicę, de decim, nam hoc est onus rei quod transit ad quemcumque possessiorem. Abb.in c. pastoralis, 2. notab.nu.3.per illum text.de decim: secùs verò in casibus de quibus per Spec.suprà deductis.

Aut ipsis rebus, vt supra venditis.

SVMMARIA.

1 *Vt suprà, dictio, quid importet.*

GLOSSA XI.

IVs,uel actio ptinet ad rē pro seruitute reali sibi debita siue urbana siue rustica,l.unus ex socijs,ff.de seruit. rustic. prædior. cum alijs traditis per Cepol. in tractatu de seruit. urban.prædior.c.2. de seruitute reali,in princ. Clausula uerò(ut suprà)est relatiua præcedētium, & eorum quæ superius dicta sunt,l.1.
1 §.hoc dicto, † vbi Bar.ff.de postul.l.item quęritur,§.item Iulianus,ff.locati;& censetur facta relatio cum suis qualitatibus,ut per Dec. consi.182.nu.3.& 227. nu.3.Paris.cons.48. nu.14. in 2. & 71. nu.7. in 3.uol.& in pluribus alijs consilijs,& alij in alijs locis.

Modo aliquo.

SVMMARIA.

1 *Aliquid dictio verificatur, in minimo.*
Sicut,& dictio quid.
Intellige tamen ut hic.
2 *Aliquo modo, clausula, idem importat quod quomodocumq;.*

GLOSSA XII.

1 DIctio,aliquid, † uerificatur in minimo, l. si seruum,§. Prætor ait, & ibi Bart.qui tamen loquitur in dictione(quid) & est glos. not.in Clem.1.in uerbo,aut eorū parte,de foro cōpet.tradit Ias.in l.eū qui,2. col.uer. tertio pōdera,ff.de iurisd.om.iud.Corse.in Sing.suo, in uerbo,pars. Ruin. cons.60. nu.11.3.uol. Dec.in c.1.nu.4. & nu.9.de fide instr.quę ēt addu-

adduximus supra in Clausula exemptionis, in verbo, aut eius parte aliqua, & dicit Bald. in c.quoniam, nu.3. de testib. quod per hanc dictionem modicè conferentia dicerentur ad rem pertinere, quod intelligendum est, nisi materia subiecta repugnet, quia tūc dictio aliqua, uel, aliquid, nō verificaretur in minimo, vt exēplificat Dec. in restitutione in integrum, quę pro minima lęsione denegatur, ut per eundem in d.c. quoniam, nu.2. & de
2 ista Clausula† (aliquo modo) quod idem importet, quod, quomodocumq;, & sit generalis, & prægnans, ac operetur ut ueniant ea, quæ aliàs in uenditione non compræhenderentur, in terminis istis trad. Curt. iunior, d. consi. 177. nu. 6. & 7. & faciunt quę diximus suprà, in Clausula, immunitatum, super uerbo, quouis modo.

Spectantibus, & pertinentibus.

SVMMARIA.

1 *Spectare, & pertinere verba eiusdem sunt significationis.*

Pertinere verbum latißimam habet significationem vt hic examinatur.

Pertinere numquid comprehendat dominium absq; alia expreßione.

2 *Vendere rem cum pertinentijs an idem sit ac si diceretur cum spectantibus, & pertinentibus.*

Pertinentiarum appellatione quid includatur.

3 *Castro vendito vel conceßo venit iurisdictio & merum imperium tamquàm adiacens, & cohærens.*

Castro in feudum conceßo veniunt munitiones quæ sunt ad defensam Castri ibi positæ vt trabachi, manganollæ, balistæ, machinæ bellicæ, bombardæ, & sim.

Palatio vendito in quo est ius patronatus numquid in venditione censeatur comprehensum ipsum iuspatronatus.

Aliquid esse de pertinentijs non præsumitur nisi probetur.

4 *Fundus quid sit, quidque eius appellatione veniat.*

5 *Fundo vendito veniūnt uiæ publicæ, limites, & luci, seu nemora quæ fundum tangunt, ripa fluminis, fouea, foßata, aquæductus.*

6 *Fundo vendito sterquilinium seu fimus, siue letamen venit, si comparatum sit stercorandi agri causa, secus si vendendi.*

Fundo vendito ueniunt etiam stramenta seu stramen.

Stramen quid sit, & quid stramenta.

Pali exempti ex vinea, & monte vt iterum collocentur sunt fundi, & in venditione veniūt, sed qui parati sunt vt collocentur non veniunt.

Pali non continentur appellatione lignorum sed materiæ, & aliter appellantur pedamenta.

7 *Fructus extantes siue maturi, siue non, veniunt in venditione.*

8 *Fundo locato vendito an pensiones debeantur emptori vide hic, & nu. seq.*

9 *Fructus ciuiles vt pensiones domorum, nauium & similium cui debeantur vendita naue, vel domo, venditori an emptori, vide hic distinguentem Auctorem.*

Venditor si exigit pensionem pro fructibus pendentibus debet eam emptori præstare.

Fructuum appellatione quid veniat.

10 *Fundo vendito non veniunt blada seu segetes incisæ, vel alia à solo separata.*

11 *Arbores incisæ vel deiectæ non veniunt in venditione fundi vel Siluæ.*

Glans quæ ceciderat vendita Silua non venit in venditione nisi omnes fructus Siluæ essent venditi.

Fundo vendito si venditor reseruauit sibi omnes fructus, comprehenditur etiam arundo, & Silua cædua.

12 *Fundo vendito non veniunt vasa vinaria, dolia, & torcularia, etiam si ædificio cohæreant.*

Venit tamen Caldarium aptum ad coquendum vinum si sit muratum.

Sed declara, & intellige vt hic.

13 *Fundo vendito non veniunt boues, asini, pecudes, pulli, vel alia animalia in fundo existentia.*

14 *Columbi, & animalia perpetuò mansura vt Cuniculi veniunt in venditione fundi.*

15 *Pisces an & quando veniant in fundi venditione.*

16 *Vinum, & fructus percepti non veniant in fundi venditione.*

17 *Ligna non veniunt vendito fundo, quæ erant parata ad fundum.*

18 *Domo vendita veniunt plura quam in venditione rustici fundi.*

Labrum quid sit contrà Azon. & Glo.

Salientes quæ nam dicantur contrà eosdem.

Domo vendita veniunt etiam salientes seu fistulæ quamuis longè excurrant extrà ædificium.

Fistulæ quænam sint, & quotuplices.

Canales quinam dicantur, & quotuplex eorum species.

19 *Domo vendita veniunt seræ, claues, et claustra Domus per quæ clauditur domus, vel aliqua eius pars.*

Claues dant ingreſſum ad poßidendum.

20 *Domo vendita veniunt tabulæ pictæ, quæ pro te ctorio includuntur, & cruſtæ marmoreæ.*

Tectorium quid ſit contrà Glo.

21 *Domo vendita veniunt etiam Caſtella plombea.*

Caſtellum quid & quotuplex ſit, & quænam ſit eius vtilitas.

22 *Domo vendita veniunt etiam Epiſtomia licet non affixa.*

23 *Epiſtomia quænam appellentur contrà Glo. & quid ſint quæ à nobis appellantur Spinæ.*

24 *Domo vendita veniunt ſigilla, columnæ, & perſonæ, & quarum roſtris aqua ſalire ſolet.*

25 *Sigilla quænam ſint contra Glo.*

26 *Domo vendita an veniat bibliotheca ſeu armarium parietibus inhærens.*

27 *Domo vendita an & quando veniant dolia, fictilia, & plombea, quibus terra aggeſta eſt, & in ipſis viridaria poſita.*

28 *Domo vendita numquid veniant ſpecularia.*

29 *Specularia quænam appellentur, & ſint, contrà Glo. & Cepol.*

30 *Domo vendita veniunt etiam pegmata, & ſtructura loci ex tabulis facta quæ æſtate tolluntur, & hieme ponuntur.*

Pegmata quæ ſint.

31 *Domo vendita veniut tellaria, & vinaria quæ in feneſtris ponuntur.*

32 *Domo vendita venit prothyron.*

33 *Prothyron quid ſit ſecundum Bud. & Alciatum.*

34 *Domo vendita venit etiam Pilla.*

Pilla quid ſit.

35 *Domo vendita generaliter veniunt omnia affixa, & defixa ædibus, & poſita in domo perpetui vſus cauſa.*

Venditio generalis comprehendit omnia, quæ vendi conſueuerunt.

36 *Venditor debet dare omnia acceſſoria rei venditæ integra, & ſana.*

Fallit tamen vt hic.

37 *Domo vendita non veniunt vela cilicia.*

Vela cilicia quæ ſint.

38 *Domo vendita non veniunt reticuli circa colũnas, nec plutei circa parietes.*

Reticuli qui nam ſint.

Plutei qui nam ſint.

39 *Domo vendita non veniunt granaria, & domus exemptibilis ſolo non affixa, & fundi Inſtrumenta.*

40 *Domo vendita non veniunt ſtatuæ baſibus ſtructilibus affixæ, nec tabulæ catenis religatæ.*

Baſes quænam dicantur.

41 *Domo vendita non veniunt cancelli, authomata, & canthari.*

42 *Cancelli quinam dicantur.*

43 *Authomata quænam ſint.*

44 *Canthares quinam appellentur.*

45 *Domo vendita non venit id quod domus cauſa paratum eſt, ſi nõdum perfectum eſt, quamuis poſitum ſit in ædificio.*

Secus in his quæ detracta ſunt vt reponantur.

46 *Domo vendita non venit pecunia abſconſa, niſi eſſet theſaurus cuius memoria non haberetur.*

47 *Domo vendita ruta, & cæſa non veniunt.*

48 *Ruta & cæſa quæ ſint.*

49 *Domo vendita non venit opus inteſtinum.*

50 *Opus inteſtinum quodnam dicatur, & quid veniat eius appellatione.*

51 *Domo vendita non veniunt Corniſoti ſi ſint faciles ad amouendum, & remouendum.*

52 *Equo vẽdito an veniant ſella, frænum, & alia ornamenta quæ hãbebat tempore venditionis, vel per duos dies antè.*

53 *Vacca vendita an debeatur vitulus.*

Equa vendita an debeatur pullus.

54 *Seruo vendito non venit peculium.*

Annulus qui eſt in corpore galli vel alterius animalis venditi non venit in venditione.

55 *Sepulchro vendito veniunt loca pura adiacentia intra maceriem niſi ſint reſeruata.*

56 *Domo vel fundo venditis non veniunt Inſtrumenta emptionalia venditoris, vel ſimilia.*

57 *Venditor tenetur Inſtrumẽta rei venditæ oſtendere, ſed non tradere.*

GLOSSA XIII.

1 Verba iſta ſpectare, & pertinere, videntur eſſe eiuſdem ſignificationis, & de eis promiſcuè † loquuntur Doctor. de uerbo, ſpectare habetur in c. cum ad ſedem, de reſtit. ſpol. & in c. cum ueniſſent, de inſtit. & per Alb. in Dictionario ſuo ſuper eodem uerbo; de uerbo uerò, pertinere, eſt tex. in l. uerbum illud pertinere, ff. de ver. ſignif. ubi dicit Iuriſcõſultus quod latiſſimè patet, ut comprehendat tam ea quæ ſunt in dominio noſtro; quam quæ poſſidemus, ſed quæ noſtra eſſe poſſunt, & ſecundum gloſ. & Alciat. ibi, ueniũt, & comprehenduntur etiam ea, quæ nobis actione perſonali debentur, & de utroque uerbo icribit Pract. Papienſ. in forma libelli, in action. real. declarat. in gloſſa ſpectat, & pertinet. Et quod uerbum, pertinere, comprænhendat & poſſeſſionem, & dominium, & latiſſimè ſit accipiendum, eſt gloſ. in c. inter dilectos, in uerbo, pertinere, & ibi Felin. ſecunda col. numero ſecundo, de fide inſtrum. Alex. cõl. 42. Viſis, 1. col. in 4. & conſi. 98. Viſis his, 1. col. in

col.in 5.uol. Corn. consil. 188. littera G. 4. uol.Felin. in Rubrica de Rescript.3. col.nu. 7.Aret.col.pen.& Ripa,nu. 189.in l.Centurio,ubi dicit post Aret.consi.6. in 2.dub.cōprehendere ius reale, & personale, & etiam ius luendi,ff.de vulg.& pupil.& idem Ripa, in c.cum Ecclesia, nu.132. de causa poss. & propr. sed & compræhendit etiam id, quod ad aliquem pertinet ex præscriptione. Abb. in c.cum contingat,nu.2.de decim.& sequitur Felin.in d.c.inter dilectos; & qđ sit uerbum latissimæ significationis, tradit etiam Ias.in §.itē Seruiana, n.88. Instit.de action. & in l.licet,3.col.ult.not.& ibi Dec.in 7. n. 9.qui post Ant.de Butr. quē allegat,dicit respicere non solum causam proximam,sed remotā.C.de pact.Et idem tenet Marian. Socin.in cōsi.8.col.2.uol.1. ubi allegādo Bart. consi.154. Videtur dicendum dictos accusatos,quod tamen non potui in impressis, nec etiam in manu scriptis inuenire, consuluit, non ualere inquisitionem formatam contra furem, in qua simpliciter sit dictum, rem ad talem pertinere,nisi sit additum, iure dominij,vel quasi,quod consilium refert Dec.d.l. licèt,vt Ripa,in dicto c.cum Ecclesia,et hoc consilium,& decisionem Socin. sequitur,& commendat Marsil.in sua Practica Crimin. in §.constante, num.78. & in Sing.suo 275. Statui, & secundum ipsam consuluit in cōsi. 26.num.13.consil.40.nu.25.& 59.nu.8.pro quo facit, quod tradit Bald.in d.l.1.in fi. C. de verbor.signifi.Et licèt dicta decisio videatur dubitabilis, per not.per Bart.Castr.& alios, in l.si quis intentione ambigua, ff. de iud.vbi volūt procedere libellum, in quo dicitur, rem ad auctorem pertinere, cum censeatur deductum in iudicium quodcumque ius sibi competens, vt per Ias. alia adducentem in dicta l.licet, & in prosecutione causæ potest actor deducere omne ius suum sibi magis competens,vt per Ripā, dicto c.cum ecclesia,nu.132.& quod valeat inquisitio,videtur expresè firmare Aret.in tractatu malefic.in verbo,& vestem celestē abstulit, col. 15.versi. et aduertas bene;& in terminis reprobat dictum Consilium Socini Alciat.in d.l.verbum illud pertinere, ad fin.tamen ad euitandas difficultates notādum est. Ad propositum etiam refert Socin.in l.1.3.not.nu. 7.de rebus dubijs, consuluisse in venditione fundi uenire usum nemoris,quo utebatur uēdens incidendo ligna pro usu fundi uenditi, per iura per eum ibi adducta, & præsertim stante ista Clausula in uenditione apposita, cum iuribus,& pertinentijs, & sequitur Alciatus,in dicta l.uerbum illud pertinere, secunda pagina licèt decisionem Socini ualidissimis rationibus impugnet Ludo. Tessira Lusitanus eius discipulus,homo bonarum literarum, in dicta l.prima, 2.not.respondendo alijs adductis per eum ibi, licèt propter ista uerba dicit dubitare, & cogitandum esse.

Sed quid si in Instrumēto sit dictum,cum pertinentijs suis)quę Clausula uidetur idem
2 †importare,quod Clausula,præsens, secundum plures promiscuè de his Clausulis loquentes,ex supra & infra allegatis, & maximè Ias.in l.3.ad finē, ff. de acquir. poss. licèt Paris.in d.cōs.20. n.71.aliud uideatur uelle) quæ ueniūt appellatione pertinētiarū? Card. in cons.47. Reuerende,num.7.dicit contineri ea,quæ pertinent pleno iure ad concedentem, & appellatione pertinentiarū Ecclesiæ uenire curam populi dixit Cald.cōs.6.in tit. de uerb.signific.sed Innoc.in c.cum ad sedē, nu.1.& nu.2.de restit.spoliat. quē cōi calculo cæteri sequuntur,dicit appellatione pertinentiarū uenire ea,quæ principaliter, uel accessoriè ad rem pertinent, & eo nomine cōpræhenduntur,quę statuto,ucl cōsuetudine, uel lege,deputata sunt,ut accedant:& ibi ponit nonnulla exempla;quam decisionem sequitur ibi Abb. n.11. Spec.in tit.de religios. dom.col.2.Oldr.cons.10. Venditum.Pract. Pap.in d.for.libelli,in glos.cum pertinentijs suis,& in forma libel.ad dot.& usumfruc.in glos.cum omnibus suis iuribus. Bald.in cōs. 420.uerba Principis,nu.5.1.uol.& cōs.468. nu.3.uol.3.duplicato cons.445. in 5.uol. Castr.in cons.143.Visis & ponderatis,ad fin.1. part.ult.impressorum. Aret. dicens accessorium importare,in l.3.in princ.col.antepen. ff.de acquir.pos.Alex.cōs.43. De celerrima, 1.col.1.uol.23.Viso processu,2.col.in 5.uol. 105. in 6.& 14. nu.4. & 5.in 7.uol.Socin.in d.l.1.nu.7. & in consil.47. col.3. 1.uol.& in Reg.295. Pertinētiarum,ubi adducit plures fallentias, Dec. etiam sequitur in c.cum uenerabilis,2.not.nu.3.de excep.& in cōs.516. nu.23.& Alciat.in d.l. uerbum illud pertinere,& Paris.consi.3.nu.10. 4.uol. Et dicit Tiraquel. in tractatu de retractu, tit.1.§.36.gl. 3.nu.4. quod pertinentiæ dignoscūtur ex destinatione,& usu patrisfamilias.Dicit ēt Paris.in consi.9. nu.20.1. uol.quod si sit concessum Oppidum,& Villa,uel locus, cum pertinentijs,uenit territorium & iurisdictio, ut ibi per eum.Ista tamen Clausula, Cum pertinentijs,debet intelligi secundum naturam contractus,& dispositionis, ut per Socin.d. consi.47.& Alex.consil.14.num.4.quod est subscriptum ad dictum consilium Soci.in 7. & Paris.d.cons.20. nu.72.in prin.& dictum uerbum(pertinentijs)recipit declarationem

ab alijs verbis contractus, & ex eis restringitur, vt per Socin. & Alex. in dictis consilijs. Quid mõ si vendatur uel concedatur Castrũ cum pertinentijs, numquid veniant possessiones, & molendina, quæ uendens habebat in territorio dicti castri? & non venire, voluit Imola, in d.l.3. in prin. de acquir. pos. cũ eas, & ea, hẽat ibi vt dñs particularis, & iure priuato, et sequit ibi Alex. nu.23. & in cõs. suprà allegato, 14. nu.5. in 7. vol. & Ias. in l. fi. ff. de cõstit. prin. sed Aret. declarat in d.l.3. in prin. in antepen. col. procedere, nisi dñs vendens vel concedens eo iure dominis hẽat agros, & molendina, quo habebat castrũ, & ex precij magnitudine, vel paruitate id deprehẽdi posse fatetur. Contra, ꝙ immò veniant, tenet Ias. ibi contrarius, in d.l.3. in prin. col. pen. et fin. & in l. quo minus, in 20. quæst. post Bart. ff. de flumin. quod tenuit ẽt Bald. cum distinctione, in cap. 1. 2. et 3. col. de Capitaneo qui Cur. vendidit vt si sit concessa iurisdictio nõ veniant molendina, vel prædia hmõi, si castrum cum pertinentijs, secùs: nisi sint priuatorum, vel iure priuato ad concedentem pertineret, sequitur Fab. d. 6. quæst. 3. membro, n.10. latè Corn. cõs. 32. littera M. & sequent. vbi loquitur stante ista Clausula nostra, etiã amplioribus verbis cõstructa, 4. uol. & Dec. in consi. 516. nu.24. & Curt. iun. consi. 158. nu.30. & ita ẽt declarat Ripa opinionẽ Baldi, & sequacium verã esse, cum prędia hmõi, & molendina ad uenditorem ratione castri pertineant; si aũt iure priuato ad eum spectabant, non comprehendantur in uenditione: & hoc posteriore casu procedat opinio Imo. & Alex. in d. l. quo minus nu.130. Quod aũt uendito, uel cõcesso castro ueniat iurisdictio
3 & merum imperium, tãquam adiacens, † & cohærens tradit Bald. post Oldr. in d.c.1.3. col. & omnes post Bart. in d.l.3. in prin. latè Fab. d.3. membro ubi plures concordantes adducit, nu. 12. in quo articulo uidendus est etiam Paris. d. consi. 20. qui nititur contrariũ tueri per aliquot rationes, & fundamenta, quæ militabant in casu suo. Sic etiam concesso castro in feudum, comprehenduntur munitiones quæ sunt ad defensam castri ibi positæ propria destinatione patrisfam. quamquam non sint affixa, ut trabachi, manganellæ, balistæ, & similia. Bald. in cap. si quis de manso, 2. col. in fine, in tit. de controuers. inuest. & idem tenet de huiusmodi munitionibus in d.l. fin. 2. col. prima lectura, de constit. Princ. & sequitur ibi Ias. in 1. col. alia adducens ad propositũ, & in pręlud. feud. col. 19. & Dec. dicto consil. 516. nume. 26. quod ante Bald. uoluit Oldr. in consil. 163. Quod nomina debitorum, sequitur Cagnol. in l. cũ

principalis, numero nono de reg. iur. & ita quod comprehendantur in concessione, seu uenditione huiusmodi machinæ bellicæ, bombardæ, munitiones, & huiusmodi fulcimenta, disputando concludit Tiraquel. in d. tractatu de retractu tit. 1. §. 1. glos. 7. nu. 96. & sequent. & ibi num. 99. concludit in mobilibus computari, cum sint in castro, secùs si amoueantur, & separentur, ut per eum ibi. An autem uendito Palatio in quo est ius patronatus, ad quod non habetur aditus nisi per palatium censeatur etiam ius patronatus compræhensum, quæstionis est? & Imola concludit non uenire, in cap. ex literis, de iure patr. & nonnulli sequuntur, sed uerior uidetur contraria opinio, secundum Boer. plures hoc tenentes citantem, in decisione 322. numero 14. Sciendum tamen est, quod si uendatur castrum, fundus, uel res aliqua cum pertinentijs suis, huiusmodi pertinentiæ verificandæ sunt, quia non præsumitur aliquid esse de pertinentijs, nisi probetur, ut per Alexandrũ consilio pręallegato 43. in 1. in princip. & in dicto consilio 105. in sexto, & Ruin. in consilio 44. in princip. 1. uolum. Quod procedit etiam, & Curt. iuniorem, consilio pręallegato 158. num. 28. & sequen. & faciunt quæ suprà diximus in hac eadem Clausula, super uerbo, omniq; iure. nec hoc casu etiam uideretur tutum, si aliquæ pertinentiæ exprimerentur in genere, ut puta, nemora, ualles, & similia, licèt aliud uoluerit Cur. ipse, in consilio 140. numero 11. & 184. numero nono ut per Crauet. consilio 54. numero nono.

Superest modo pro expeditione huius Clausulæ disserere, quæ ueniant regulariter in uenditione facta simpliciter, tam prædij rustici, quàm urbani, quod erit ualde utile scire, quia plerumque euenire solet, quod neque uenditor, neq; emptor nihil de ea re cogitauerunt, ut dicit text. in l. si uenditor, §. finali, ff. de action. empt. & Doctor. non plenè eam prosequuti fuerunt uel ordinarie, ad quam materiam etiam explicandam opus est habere interpretationes recentiorum, qui ueras significationes uocabulorum attigerunt, quas glos. & alij antiqui Doctor. ignorauerant, iuuabit enim habere materiam in multis locis sparsam, & tactam, in unum collectam, & discussam, & declaratam ad releuandum legentes ab onere omnia perquirendi, & uidendi in locis suis. Primo igitur uideamus de fundo, seu prædio rustico uendito, quid contineat, & comprehendat eius uenditio, & Vlpianus in l. fundi in princ. ff. de action. emption. breuibus se expediuit. fundũ nihil aliud esse, nisi quod intra se tenet,

se tenet, tradens, vel nihil est nisi quod terra tenet secundum aliam literam; & idem dicunt Azo.in Summa, C.de peric.& commodo rei vendit.col.fin.ante finem, & Spec.d. §.1.col.9.sed tamen non est omnibus satisfa ctum, quia multa sunt, quæ intra fines sunt fundi, & non veniunt in venditione, ut infra dicetur, vnde altius agendũ est, quia ille textus patitur exceptiones per alias leges, vel regulas, ut dicit Bar.in §.flumen, nu.5.infra
5 allegando. Veniunt † igitur in venditione ad commodum emptoris viæ publicæ, limites, & luci, seu nemora, quæ fundum tangunt, licèt in mensura non computentur, l.id quod, §.1.ff.de peric.& commo.rei uend.& tradit Azo, in d.col.fin.ad finem, & Bart.in tract. de alluuion.§.flumen, nu.5. & idem est in ripa fluminis, quæ venit in venditione, nec mẽsuranda est nisi prout declarauimus suprà in capitulo, seu Clausula, rustici fundi, super verbo, uno latere flumen Padi; ueniũt etiam foueæ, & fossata, circa rem existentia, quæ tamen non sunt mensuranda, prout diximus suprà in eod.capitulo, super uerbo altero capite Dugale, sic etiam uenit aquæductus, l.si aquæductus, ff.de contrahend.empt.Bart.d. §.flumen, nu.5.Fab.d.7.membro, nu.36.ster
6 quilinium † verò, seu fimus, vel letamen, siue in stabulo iaceat, siue in aceruo, si causa stercorandi agrum comparatum sit, emptorem sequitur, si uendendi, ad uenditorem pertinet, d.l.fundi, §.fundo. Azo, d.col.fin.& Cepol.in tractatu de seruitut.urban. prædior.c. 78.De sterquilinio, in fine, Veniũt etiam stramenta, d.§.fundo, stramen enim id quo solum quiescendi gratia sternitur, comprehendit, cuius nomine stipula uenit, quod substernitur pecori, licèt etiam stramenta accipiantur aliter, in l. quos nos hostes, §. uiuere, ff. de verb.signifi.scilicèt pro omni eo qđ solo causa quiescendi insternitur pro usu hominum ut sunt storeæ, phormiones, paleæ, & mattæ, seu mattaratia, secundum Alciat.ibi; Pali exẽpti ex vinea ea mente ut iterum collocentur, sunt fundi, & in uenditione ueniunt, sed qui parati sunt vt collocẽtur, non ueniunt, d.l.fundi, §. fin.de huiusmodi palis quod non contineantur appellatione lignorum sed materiæ, habetur in l.pali, ff.de uerbor.signifi. & ibi Alciat. de pedamentis, quæ vitium sunt adminicula, disserit, & tradit Azo, in d.col.fin. Rursum, in uenditione
7 fundi ueniunt † fructus extãtes, qui sunt pars rei, d.l. Iulianus, §. si fructibus, ff. de action. empt.siue maturi siue immaturi sint, l.fin.§. pen.ff.de his quæ in fraudem credit.& l.fructus, C.de act.empt.Fab.d.6. quæst.5.membro.Aret.in §.actionum autem, nu.7. Instit. de action. & Io. Pirrhus in d.l. contractus, fol.10.pag.2.quæst.5.cum alijs adductis per Tiraq.in tract.de retract.tit.1.§.1. glo.7.nu.
8 37. Sed maius dubium est, quod si † fundus locatus fuerit ante uenditionem, an pensiones debeantur emptori? & uidetur quod sic, per text.in l.fin.§.si.ff.de iure fisci, & ibi hoc tenet Din. & uidetur in ea opin.esse Angel. in l.diuortio, in princ.col.pen.ff.sol.matrim. quam etiam tenuit Rom. in consil.10. quæstionis propositæ, & Pract.Papien.in forma libel.in causa uendit. in glos. Fructus. nu.2. & Pirrhus d.5. quæst. contrarium probatur ex textu.in d.§.si fructibus, secundum intelligentiam glos.ibi, intelligentis uenditorem teneri cedere iura, pro tempore quo debetur pensio decurso post uenditionem, & ita tenet Bart.distinguendo, in d.§. finali, quod in fundo rustico si pẽsio debetur pro fructibus existentibus in fundo tempore uenditionis, debeatur emptori, si pro perceptis, venditori. In fructibus uerò ciuilibus ut sunt pensiones nauium, domorum, & similium, pensio
9 † debeatur pro rata temporis ante uenditionem, uenditori, post uenditionem emptori, & ita etiam distinguit Castr. in d.§.si fructibus, licèt aliam distinctionem fecerit Fulg. quam Doct.non sequũtur. Aliam distinctionem pleniorem posuit Bald. post Nicol.de Mattar.in l.1.2.col.nu.19. uersi.similis quæstio.C.de usur.& fruct.legat.& ipse Bald.& clarius & latius Salic. in d.l.fructus, non discrepantes a Bart.sed addentes casum, quando ante uenditionem fuerat per uenditorem exacta pensio pro fructibus pendentibus, quod pensio debeatur emptori prout debetur non exacta, & has opiniones cõtra Din. refert & sequitur Fab.d.5.membro, intelligentes illum text.in fine, ponere casum specialem in fisco, cuius emptor tenetur stare colono, de quo etiam per Fab.in d.quæst.7.mẽbro, nu.35. cuius dictum venit intelligendũ secundum distinctionem prædictam. Et hãc distinctionem Bar. & cæterorũ contra Din. tenet Aret.in consi.160. Longa est, in 5.dub. Alex.consi.28. Visis, col.1. 1.uol.duplicato consi.31.in 2.uol. & consil.15. Reuerendissime Domine, & 82. Perspectis, ad finem, 2. vol.duplicato consi.40.in 3. & Socin.consi. 100. col.1. 1.uol. de qua etiam meminit Io. de Amic.in consi.110.ad finem: huiusmodi enim pensiones censentur perceptæ tempore quo recollectus percipitur, pro quo soluũtur, l.defuncta, ff.de usufruct. Alex.in d.l.diuortio, §.non solum, ff.sol.matr. & plures alios adducit Tiraquel.in d.tractatu, de retractu, tit.2.§.5.glos.3.& glos.4. sequenti, nu. 8.quæ autem ueniant fructuum appellatione non

ne non prosequimur, sed videndum est per Bart. in l. ex diuerso, ff. de rei uendic. per Abbat. in c. grauis, de restit. spoliat. per Aret. & alios, in §. si quis à non domino, Instit. de rerũ diuis. & de lapicidinis, aurifodinis, & cretifodinis, quae sunt in fructu, & lapidibus, qui renascuntur in fundo, habetur in d. l. diuortio, §. si vir, vbi Doct. & latius per Boer. decis. 51. per totum, & latissimè de fructibus videnda sunt allegata per Tiraquel. in dicto tract. & titulo, §. 15. glo. 1. nu. 27. Non tamẽ
10 veniunt blada, † seu segetes incisæ, vel sectę, vel alia separata à solo, quia comprehendun tur in rutis cesis, quæ non veniunt in venditione, vt inferius dicetur. Fab. d. 7. membro,
11 in prin. sicut non veniunt etiam † arbores incisæ, vel deiectæ, ut supra diximus in capitulo prædicto, in verbo arborata, quod procedit etiam vendita silua, ut ibi & per Fab. d. 7. membro, in princ. nec uenit glans, quæ ceciderat uendita silua cedua, l. cum manu sata, §. silua cedua, ff. de contrahen. empt. nisi omnes fructus siluę essent uenditi, secũdum Bald. ibi, & Fab. in d. 7. mẽbro, in prin. sed si uenditor sibi fructus reseruauerit rei uenditæ, etiam arũdinem, & siluam ceduam comprehendi certum est, l. qui fundum, §. cum fundum, ff. de contrahen. empt. Non ueniũt
12 etiam in uenditione fundi uasa † uinaria dolia, & torcularia, etiam si ædificio cohæreãt, cum magis ad instrumentum fundi pertineant, d. l. fundi, in princ. & Azo. d. col. fin. quod tamen intelligẽdum est nisi sint defossa, scilicèt infra fossa, seu plantata, uel sepulta, l. dolia, ff. de contrahen. empt. & ibi Bald. dicit etiam uenire caldarium muratum aptum ad coquendum uinum, quod procedit in utroq; fundo seu prædio siue rustico, siue urbano, l. cum fundus, ff. de fund. instruc. l. instrumenta, & ibi expresè glos. §. conseruãdi, ff. eod. tit. licèt ueniant in locatione, cum sit minus pręiudiciale locãti l. sed addes, §. illud, ff. loca. Bart. in l. 2. §. dotes, ff. de fundo instruc. sed si non sint defixa, & sint parata, ut ibi perpetuò stẽt, uel ad perpetuam utilita tem fundi, ueniunt etiam in uenditione, ut uidentur uelle omnes, in d. l. fundi, & proba tur in l. cætera, §. hoc senatus, il 2. & ibi Bal. & Alex. ff. de leg. 1. sequitur Ias. in l. fi. 2. col. ff. de constit. princ. & Tiraquel. d. §. 1. & glo. 7. nu. 114. Est uerum, quod text. in l. Lucius, §. collegio, de leg. 3. uidetur aliter decidere, quod scilicet non ueniant etiam quod defixa sint in legato, in quo text. ueretur Tiraq. in d. glo. 7. nu. 98. esse mendum sed tamen reiecta interpretatione glos. quę intelligit defixa, idest nõ affixa, scilicet quę desierunt, quia etiam tunc uenirent tanquam instrumentũ, cum fundus uti optimus maximusq; est, esset legatus, quo casu etiam instrumentũ fundi legatum esset, l. fundo legato. ff. de fundo instr. & propterea mihi placet solutio Bart. ibi, quod Iureconsultus non censeatur uoluisse uenire in legato, quæ nomine instrumenti non continentur, scilicèt fœnum, paleam, & alia nominata suprà, in textu. Non ueniũt
13 etiam † boues, asini, pecudes, pulli, uel alia animalia existentia in fundo uẽdito, l. funes, uers. pisces, cum l. sequenti, ff. de actio. empt. Azo, & Spec. locis præallegatis. Bald. in d. l. 2. in princ. C. de uer. signif. & Fab. d. 6. quęst. 16. membro, in princ. Alex. in addit. ad Bart. in d. §. fin. d. l. Iulianus, distinguendo, an animalia sint ibi perpetuò mansura, uel ad tem-
14 pus, ut in † columbis, de quibus dictum fuit suprà in capitulo rei rusticæ, super uerbo columbario, & idem dicendum est de cuniculis, qui sunt in garenis (quas ita uocant Gallici,) ut per Tiraquel. in d. glos. 7. nu. 116. De
15 piscibus, † quod non ueniant, habetur in d. l. funes, Azo, & Spec. locis prædictis, de quo dictum fuit suprà in d. c. rei rusticæ, super uerbo, (& piscium) quod procedit, si ibi sint positi causa custodiæ, pro dando, uel comedendo, seu alibi transferendo, secùs si, ut multiplicentur, & crescãt, quia tunc sunt pars fundi, ut per Guid. Pap. quæst. 91. ad finem, qui allegat Bart. in d. l. funes, qui in meo Codice illam l. non legi, & idem tenet Ias. in sua Epithome feud. in 4. parte, nu. 4. & plures allegat Tiraquel. in d. glos. 7. nu. 116. Vinum
16 † uerò, uel fructus percepti non ueniunt, d. l.
17 fundi, in princ. item nec ligna † etiam parata ad fundum, d. §. fundo, & d. l. fundi. In uendi
18 tione modò domus, † seu ædium plura ueniunt quam in uenditione fundi rustici, d. l. fundi, in princ. quorum plura supra enumerauimus in capitulo domus uenditæ, ut de maceria, seu muro, siue cemento, diximus in uerbo (muratam) de tegulis tam lapideis, quã plumbeis, in uerbo, Cuppatam. de Apotheca, an & quando comprehendatur in uerbo (cum apotheca) de Curte, seu curtili, in uerbo (Curte) de stabulo, & pariete, & claustro, seu conclaui, super uerbo (stabulo) de horto in uerbo (horto,) de puteo, cisterna, putealibus, seu puteis, quibus puteus operitur labris, seu crateribus lapideis ad recipiendum aquam aptis, funibus, haustorijs, fistulis, aquæductibus salientibus, rota & situla, diximus super uerbo puteo, & cisterna, & de cõpluribus horum tradit etiam Azo d. col. fin. licèt tam ipse, quam glos. in d. l. funes, & in d. l. fundi, malè intellexerint proprietatem uocabulorum in dictis legibus expressorũ, exponendo labra, de quibus in d. l. funes, pro

imagi-

imaginibus, per quas distillat aqua, cum secũdum Budæum ibi, vt etiam dictum fuit in d. verbo, puteo, & cisterna, sit crater lapideus, seu peluis, in quo vel qua aqua saliens ex siphunculis, seu fistulis, per quas aqua exilit, è fonte, concipitur, & recipitur. Salientes verò quas glos. & Azo intellexit esse aquas, quæ de monte stillando saliunt, sunt capita fistularum, seu aquæductuum, quæ etiam siphunculi dicuntur, quæ salientes seu capita fistularum quamuis longè excurrant extra ædificium veniunt in venditione, d.l. funes, quem text. ibi Alex. in addit. ad Bar. dicit vidisse allegari in quæstione facti, quod ex quo de domo est fistula prætensa extra domum, dominus potest illuc vsq; ædificare, quin illuc vsq;, domus censetur se extendere, allegando etiam text. in l. si autem, de aqua plu. arcend. & de fistulis quod veniant in venditione domus, habetur etiam per Fab. dicto 7. membro, nu. 36. & dicit Cepol. in tractatu de seruit. vrban. prędior. in c. 49. de fistula, canali, seu aquarolo, quod fistulæ sunt vasa plũbea, vel fictilia, aut lignea, per quæ ex castello, vel ex cœlo aqua ducitur, & ibi plures ll. allegat, dicens, quod quandoq; matrices appellantur, l. eos, C. de aquæduct. lib. 11. & regulariter apud nos dicuntur canalia, & possunt consistere ex quacũq; materia, sed sunt diuersæ à canalibus, & omnia veniũt in venditione, l. si aquæductus, cum duabus ll. sequentibus, ff. de contrahend. empt. & d.l. funes, vbi vtraq; tanquam diuersa ponuntur, & idem in l. quæsitum, §. fistulæ, ff. de fund. instr. Canales secundum Grãmaticos sunt, per quos aqua confluit in vijs lapidestratis, & est canalis lignum ad cannæ similitudinẽ cauatũ, à quo aqua deducitur, quos canales nos Zurnos materna lingua solemus dicere. Canales structiles sunt ij, qui ex lapidibus constructi sunt, quales hodie Romæ semidiruti visuntur, vt tradit Bud. in annotat. suis super l. sicuti, ff. si seruit. vendic. de quibus ẽt meminit in d.l. fundi annota. in §. castella. Istę tamen fistulę temporis causa in ædificio non vt sint ibi perpetuò appositæ, non censentur pars domus, d.l. fundi, §. Labeo; si tamen sunt perpetui vsus gratia, etiam si sunt sub terram, & aquam in equũ, seu (vt mauult ibi Bud.) in specum mittãt, veniunt in venditione domus, d.l. si venditor, §. fin. de actio. empt. sic etiam fistulæ applumbatæ, aut quæ terra continentur, quamuis non sint affixæ, ædium, esse constat, d.l. fundi, §. castella; sunt autem fistulæ applumbatæ, vt idem Bud. in d. §. castella, declarat, quæ eliquato plumbo in lapidum cauis ferraminatæ sunt, quæ interdum extra parietes prominent, interdum introrsus latent eminente tantum mamma ęrea, quæ mastos, verbo Græco dicitur. Ve-
19 niunt etiam in venditione domus seræ, † claues, & claustra domus per quæ clauditur domus, uel aliqua eius pars, d.l. fundi, in princ. quæ licèt non cohereãt domui, sunt tamen pręparata propter cohærentiam, vt dicit ibi Castr. & est text. in d.l. quæsitum, §. fistulę, & ibi Bart. in fine princ. & de clauibus tradit etiam Bald. in d.l. 2. C. de verbor. signifi. dicens, quod per claues intratur ad possidendum, & Fab. d. 16. membro, in princ. Veniũt
20 etiam in uẽditione pictę † tabulę, quę pro tectorio includuntur, item & crustę marmoreę, d.l. fundi, §. quę pictę, & de tabulis, marmoribus, & columnis, habetur in l. cętera, §. hoc senatusconsultum, il 2. in fine, de leg. 1. tectorium autem quid sit, non intellexit glo. ibi, exponens pro tectorio idest sub eod. tecto, sed secundum Alciat. in l. in rutis, ff. de uerbor. signifi. est incrustatio, siue expolitio parietũ pluribus inductis ex arenato corijs, totidemq; ex marmorato, huiusmodi enim tabulę licèt si sint religatę cathenis, aut affixę parietibus, aut cohęrentes tignis, nõ sunt ędium, cũ ornatus causa parentur, non quo ędes perficiantur, l. pen. ff. de uerbor. signifi. secùs tamen est, in his, quę in opere tectorio loco crustarum marmorearum inde exemptarum appositę sint, quia tunc ędium partes sunt, cum uideantur perfectioni ipsius tectorij accedere, & idẽ de crustis marmoreis dicendum est, cum parum intersit ex marmore, uel tabulis pictis, quod deest tectorio suppletur, ita Alciat. in d. l. penu. Castella
21 † plumbea insuper ueniũt in uenditione, d.l. fundi, §. castella, l. fistulas, in princ. ff. de contrahen. empt. & uidetur etiam probari in d. l. si uenditor, §. fin. ff. de act. empt. & in d. §. hoc senatusconsultũ. Est autem Castellum locus unde prouenit aqua, secundum glos. in d. §. Castella, sed Vlpianus in l. prima, §. hoc interdictũ, exponit esse receptaculum, quod aquam publicam recipit, & idem tradit Cepol. in d.c. 48. dicens ita dici propter locum circundatum ad modum castelli, ubi congregatur, unde dicitur aqua. Sed de isto castello publico, publicamq; aquam recipiẽte, non loquitur Vlpianus in d. §. castella, sed de priuato, ut animaduertit Bud. ibi, qui latius rem explicat, dicens castella in aquęductibus duplicem usum præbere, sunt autem deriuacula quędã laxiora certis spatijs emodulata, ex quibus aqua per fistulas, in uaria loca distribuitur, idest in Villas, & prętoria nobilium indultę Principis (& de his non intellexit Iureconsultus in d. §. castella, sed de priuatis castellis hoc est quibusdam conceptaculis,

ptaculis,atq; immissarijs aquæ,vel tubis de-
riuatæ, vel haustæ machinis, quæ cum vsus
venit,per emissarium,vel per salientes emit-
titur ad eum locum quo emitti opus est) al-
tera est castellorum vtilitas, quod aqua per
canalium, aut tubularum angustias magno
spiritus impetu elisa,cum in Castellorum la-
xitatem inciderit, impetum illum à spiritu
elidente per angustias conceptum amittit,
qui alioquin aquæductibus propter rapidi-
tates noxius esse posset, propterea crebra in
aquæductibus erant Castella certis spatijs
astructa,& plura alia ad hanc materiam no-
22 strã ex Vitruuio ibi adducit. Epistomia † ẽt
non affixa in venditione veniunt,d.§.Castel
la,sed quid vocabulum hoc importaret Glo.
minimè percepit,cum epistomia pro his quę
in superiori parte posita sunt, ab, epi,quod
est supra,interpretata sit.sed Bud.ibi in anno
tationibus,& Alciat.in c.20.1. libr. Parerg.
iur.& c.3.lib.7.optimè declarant:sunt enim
23 †epistomia æramenta, ex quibus ora salien-
tium,seu fistularum obturantur,& laxantur,
cum opus est, dũ manu ducitur vertibulum
illud pertusũ: quod admittit vel arcet aquã,
prout hoc aut illo modo versatur, Græca.n.
voce epistomion quasi oris obturaculum im
portat,hæc vulgo secundum Alciat.ibi, spi-
nas vocamus. Sic & sigilla,columnæ quoq;,
& personæ, è quarum rostris aqua salire so-
let,ædium sunt,d.§.castella. Idem de sigillis
24 †habetur in dicto §.hoc Senatusconsultum,
in fine,quod procedit,si sint affixa domui,se-
cùs si non sunt affixa,d.l.quæsitum, §. Papi-
nianus quoq;,ff.de fundo instruc.Sigilla mo
do interpretata fuit glo.in d.§.hoc Senatus-
consultum, pro annulis ferreis in muro posi
tis,quod quantum à veritate deuiauerit,ostẽ
dit annotatio Budæi in d.§.castella,dicentis
25 sigilla,†parua signa,idest simulachra esse in
suis ædiculis collocata,quasi parietum hone
stamenta, vel etiam simulachra columnarũ
abacis insidentia. Insuper, & bibliotheca,
26 †seu armarium parietibus inhærens in ven-
ditione comprehenditur,secùs si non sit affi-
xum,vel inhereat,d.§.hoc Senatusconsultũ,
cum glos. & l.librorum, §. carthis,de leg.3.
27 Dolia † modo fictilia, & plumbea, quibus
terra aggesta est, & in his viridaria posita
sunt, si ita alligata sint ædibus, ut ibi perpe-
tuo posita sint, ædiũ sunt, l.dolia,ff.de fund.
28 instruc. De specularibus † quæstio fuit inter
antiquos Iureconsultos,& non venire in uẽ-
ditione domus censerũt Pegasus,& Cassius,
ut in d.l. quęsitum, §. si domus, cum magis
ad ornatum ędificij, & voluptatem pertine-
rent. Sed pręualuit sententia Papiniani,vt ẽt
venirent, siue in ędificio sint posita, siue ad
tempus detracta, ut in §.Papinianus quoq;,
ea. l.& ita tradit Alciat.in l.malum, §.fin.ff.
de verb. signific.quę autem sint specularia,
29 †glos.in l.sed & si quid, in §.proprietatis do
minus, ubi de huiusmodi verbo mentio ha-
betur,dixit esse Instrumenta domus ab inspi
ciendo fortè dicta: & idem in l.nam & si nũ-
mos,in princip. iuim uocabuli non intellexis
se videtur,dum dicit specularium, aliàs spe-
culum. Cepol.autem in d.tractatu de seruit.
vrb.prędio.c.63.de specularibus, interpreta
tur specularia ea esse instrumenta lignea cla-
stiris, cancellisue spessioribus distincta quę
fenestris opponuntur,ne virgines,vel mulie
res à prætereuntibus conspici possint,quæ
vulgus Zelosias appellat, vbi in venditione
domus venire affirmat; sed & ipse scopũ nõ
attigit,si quidem (secundum Bud.in l.ex sil-
ua, ff.de vsufructu, & Alciat.in d.l. malum,
§.fin.) conficiebantur ex speculari lapide in
tenuissimas crustas secto, & pellucido, qui-
bus fenestrarum hiatus obstruebantur ad
transmittendum lucem, quorum loco nunc
vitro vtimur,hyeme vsui erant,ęstate exime
bantur, inde specularij eorum artifices dice
bantur,de quibus meminit Alciat.in l.lecti-
30 carij,de excusat.artific.lib.10. Pegmata sẽt,
scilicet machinæ ligneæ, in quibus statuæ
collocantur,& quasi figuntur,pariter in ven
ditione domus veniunt,d.§.Papinianus.Sic
et structurã loci alicuius ex tabulis factã,quę
æstate tolleretur,& hyeme poneretur,quo-
niam perpetuo vsui parata est, ędium esse cõ
stat,d.l.malum,§.fin.& ibi Alciat. de quo ẽt
tradit Tiraquel.in d.glos.7.n.114.& eadem
31 natione in†tellarijs,& vitrarijs,quibus in fe
nestris utimur.arguit Alciat.in d.§.fin.Et li
32 cèt prothyron, † quod glos.in l.pen.de uer.
signific.ingenue fatetur nescire quid sit,uel
est secundum eam id, quod procul trahitur,
ut aqua,uel aliud, exemplificando in cirella
putei,& in d.§. Papinianus, exponit pro ia-
nua,ueniat appellatione instrumẽti,d.§.Pa-
pinianns,tamen uenit etiam,& comprehen-
ditur in uenditione domus,ut est text.in d.l.
33 pen.ubi Bude.& Alciat.declarãt esse,†quic-
quid pro obice ductili, aut uersatili, idest re-
pagulo, è materia compacto ante ianuam,
uel ostium sit, quod & uehicula, & equos à
uestibulo ędium arcet,qualis est in ianuis po
sterula lignea,& in ostijs buxula,licèt secun-
dum proprietatem uocabuli,uestibulum do
mus,scilicèt locum relictum ante domũ im-
34 portet. Pilla †etiam ante domum mari iun-
ctam molibus iactis constituta, uendita do-
mo uenit in uenditione, l.creditor, §. fin.de
action.empt.Pilla autem hoc loco accipitur
pro opere informi ad tuendas à fluctibus na
ues in-

ues inter portus, & naualia, vt ad dictũ §. an
35 notatum est. Præterea, generaliter † ueniunt in vẽditione omnia affixa, & defixa ædibus, d.l. Iulianus, §. fin. & d.l. fundi, & ibi omnes. Bald. in d.l. 2. C. de verbor. signifi. Fab. d. 16. membro, in princ. & Tiraquel. d. glos. 7. nu. 114. sicut etiam ueniunt posita in domo vel fundo perpetui vsus causas, d.l. fundi, §. Labeo. & d. §. hoc Senatusconsultũ, et ibi Bald. Alex. & Ias. in fine, & latius Tiraquel. d. nu. 114. sic vendita domo, vel alia re, censetur venditor dare, quæ annexa sunt illi rei. Archid. in c. fin. 12. quæst. 2. sequitur Ias. in d.l. fin. 2. col. de constit. princ. de quo suprà dictũ fuit in d. verbo, horto, ante finem. Facit etiã, quod tradit Fab. d. 7. membro, nu. 33. quod in generali venditione ueniũt omnia ea, quę uendi consueuerunt: quia non debet eadem res diuerso iure censeri, l. eum qui ædes, ff. de usucap. Et sciendum est, quod omnia acces-
36 soria † rei uenditæ debent tradi integra, & sana, l. quicquid, ff. de action. empt. l. proinde Pomponius, ff. de ædil. edic. tradit Fab. d. 7. membro, in fine, quod debet intelligi, nisi emptor ad certa accessoria se retulit, quia tunc debent dari talia qualia sint, si ultra numerum expressum ibi non reperiantur, l. penult. §. fin. & ibi Alber. ff. de action. empt. & declarat etiam Paul. in d.l. quicquid.

Non ueniũt modo in uenditione domus
37 uela † cilicia, d.l. fundi, §. quæ pictæ, quę secũdum Latinos fiunt ex pilis hircorum, & caprarum, & ponuntur causâ arcendi uentos, uel pluuiam, ueniuntq; appellatione instrumenti, d.l. quæsitum, §. si domus, & legari possunt, cum non sint pars domus, d. §. hoc Senatusconsultum, de quibus ẽt aliqua dicta fuere, supra in dicto capitulo, rei urbanæ, in
38 uerbo, cuppatam. Sic etiam non ueniunt † reticuli circa columnas, nec plutei circa parietes, d. §. quæ pictæ; Reticuli ſm glos. ibi, sunt instrumẽta, quibus solet suspendi amphora, ut l. si uerò, §. pen. de his qui deiec. uel effud. licèt secundum unam lecturam dicat resticulo, quod idem importat quod funiculo; plutei uerò circa parietem, ſm glos. Azon. ibi, sunt instrumẽta quibus scribitur, quæ uulgo scanella dicuntur, quæ solent poni iuxta parietem in sustentaculo quodam, tametsi Latini ipsum uocabulũ accipiant pro omnibus tabulis, quibus aliquid præsepiretur, & pro repositorio librorum, & tabularum, quę ultima expositio parum ab expositione glos. di-
39 stat. Præterea, † granaria quæ ex tabulis fieri solent, quorum stipites in terram defossi non sunt, l. granaria, ff. de actio. empt. de quo etiam tactum fuit in d.c. supra, in uerbo, solarata, & de domo exemptibili, quæ solo nõ sit affixa, habetur etiam in l. Titius, ff. de acquir. rerum domin. & per Tiraquel. in d. glo. 7. nu. 117. de instrumentis fundi, quod non ueniant, fuit supra dictum, super uerbo, inte-
40 grè, in hac eadem Clausula; Statuæ † modo basibus structilibus affixæ, pariter non ueniunt in uenditione domus, d.l. penult. ff. de uerb. signifi. sicut non ueniunt tabulæ religatæ catenis, quæ sunt ad ornatum domus, ut supra dictum fuit, licèt glos. in d.l. penult. parum intellexerit quæ essent bases, dicendo, quod sunt lapides lati sub ostio, qui ultra ostium quandoque extenduntur, & ibi statuæ superponuntur, ut in foribus Ecclesiæ beati Petri sunt Leones: nam secundum Bud. ibi, in annotat. Bases structiles, sunt ueluti sedimenta columnarum non solido lapide cæsa, sed opere cementitio lateritiouè coagmentata, quibus columnæ, solido lapide constantes nituntur, & secundum Alciat. ibi, est sedes, & pedamentum cuicumq; rei sustinendæ. Et quod huiusmodi statuæ non affixæ, nõ ueniant, est text. in d. §. Papinianus, & in
41 d. §. hoc Senatusconsultum; Cãcelli † quoq; automata, & canthari, per quos aquæ saliũt, in uẽditione non uenire, cum possint legari, & per consequens pars ædium non sint, probatur in d. §. hoc Senatusconsultum, Cancel
42 li † ſm Isidor. dicũtur immunitates murorũ, & uulgo dñr merli, sed accipitur hic alio sensu, ut pro ostio ex diuersis lignis fenestrato facto, ita glo. in d.l. nam & si ramos, in prin. ubi hoc eodem sensu accipitur. Automata
43 † modo secũdum Alciat. in d.c. 20. 1. lib. Parerg. dñr à mechanicis ea opera, quæ spontè
44 sua mouẽtur, ut horologia. Cantharos † modo ibi accipit pro uasis aquarum, quibus epistomia seu spinæ adduntur, unde aqua exit, ideoq; saliẽtes dicti, uel legendũ catarrhi, ut generaliter sic intelligamus omne instrm unde aqua defluit. Vnde & medicis catarrhi, cũ humor à capite in pectus distillat. Non ue-
45 nit etiam in uenditione id † quod domus causa paratum est, si nondum perfectum est, quãuis positum in ædificio sit, d.l. fundi, §. quæ pictæ, uersi. item quod insulæ, & Azo, d. col. fin. secùs in his quæ detracta sunt, ut reponãtur, d.l. §. fin. destinatio enim hoc casu non operatur, ut comprehenditur, ut per Alciat. in d. §. malum. Præterea, non venit in uendi-
46 tione domus, uel fundi, pecunia † absconsa in domo, uel in fundo, nisi esset thesaurus, cuius memoria non haberetur, l. numquam §. thesaurus, ff. de acquir. rerum domin. casus est not. in l. à tutore, & ibi omnes, ff. de rei uend. tradunt Fab. in d. 7. membro, nu. 34. & Aret. dicens se eo anno habuisse de facto, in §. Thesauros, 2. col. Instit. de rerum diuis.

& Ca-

& Cagnol.in l.2.30.quæst.nu.172.C.de rescind.vendit. Rursus excipiuntur vt non ve-
47 niant in venditione† ruta, & cęsa, d.l.fundi, §.si ruta, & cęsa, l.in vendendo, §.fin.ff.de cõ
48 trahend. empt. ea autem placuit esse † ruta, quæ eruta sunt, vt arena, creta, & similia, cęsa esse, vt arbores cęsas, carbones, & his simi lia. d.§. si ruta, & cęsa, in rutisq; & cęsis ea sunt, quæ terra non tenentur, queq; opere structili, tectoriouè non continentur, l.in rutis, ff.de verbor.signific. opus autem structile secundum Alciat.ibi, dicitur, quod ex lapide quadrato aut laterculis, calceq; constructum est, quod partem esse ædificij certũ est, vt per Budęum latè de eo differentem, in l.si cuti, ff.si seruit.uendi. In quibus rutis & cæsis opus intestinum continetur, quod nõ ue-
49 nit † in venditione; opus autem intestinum
50 † est Instrumẽtum domus, vt scamna, sedes, grabati, subsellia, armaria, scrinia, mensæ, tripodes, & plura alia quę materia constãt, quę enumerant Bud.in d.§.si ruta, & cæsa, & Alciat.in d.l.in rutis. & idem quod huiusmodi instrumenta, vel supellectilia non comprehendantur, tenet pract. Papiens. in d.for.libel.in causa vend. in glos.fructus. in fine, &
51 de cornisotis † videndum est plenum consilium Cæph.92. ubi tenet, nõ uenire nisi sint affixi clauis, secùs si faciles ad mouendum, & remouendum. Sciendum est etiam, quòd
52 vendito† equo veniunt sella, frenum, & alia ornamenta, quæ habebat tempore venditionis, l.ædiles aiunt, in princ. & ibi Bald.ff.de ædil. edic.not. Bart. & Ang.in l.eum qui, §. non solum, ff. de furt. Guil. Bart. & alij, in l. si vt certo, §.vsq; adeo, ff.commod.Fab.d.7. membro, post princ. Bald.in l.2. nu.4.C.de ædil.actio. Aret.in §.in duplum, n.7.in fine, Instit.de actio.Ias.in Repet.l.de quibus, col. antepen.ff. de legib. & idem Ias. post Ioan. de Plata, & Ioan. Fab.& glos.in §.actionũ, nu.58.Instit.de action. & ibi Gom.nu.12.latè differit, & Roch. de Curte, in tract.seu c. fin.de consuet.7.principali quæst.nu.630.& 631.imò tenetur uẽditor tradere ea ornamẽta quæ erant in equo per duos dies ante uenditionem causa uendendi, text.est in d.l.ædiles aiunt, §.uendendi causa, & tradunt Aret. & Ias.in locis prædictis, ubi etiam tangunt, per text.in d.l.ædiles, in princ.quod propter accessorium põt redhiberi principalis. dicit tñ Guil.in d.§.usq; adeo, ꝙ non ueniunt ornamenta habentia arma, seu insignia dñi, cũ non sit verisimile ea uoluisse ad aliũ trãsferre, & Curt.d.nu.631. Sed nõ putarim id posse obtineri, licèt forte de consuetudine non procederet dispositio d.§. vendẽdi causa, cũ semper videamus ea ornamẽta dari cũ equo, quæ tpe venditionis cum equo ostensa sunt, & in isto casu attenditur consuetudo, ut Bal. & Ias.tradunt in d.l. de quibus, & Alber.in d.§.vsq; adeo, & non videtur cogitatum de alijs ornamentis quę non fuerunt ostensa, ut dicit Paul. de Castro in d.§. Sed an uendita
53 † vacca, vel equa, ueniat uitulus, vel pullus natus: nam de existenti in utero non est dubium, l.vaccæ emptor, ubi glos. de euict.& Guil.& alij post eũ, in d.§.usq; adeò, vñr cõcludere quod sic, per illum text.sed ipse ibi, & post eum Alber.distinguunt, an pullus nõ possit esse sine ea, & nõ põt ab ea separari, & sic uenit iu uenditione, aut possit esse sine ea, & separari, & non uenit, & idem vult Ang. in d.§.non solum, quod si sine periculo interitus possit separari, non ueniũt: in quo dicit ẽt considerandam esse quantitatem precij, ut possit dignosci an censeantur contrahentes utrumq; comprehendisse.& sequitur Fab.d. 5.membro, nu.27. Vndè ad euictandas difficultates, debet emptor expresè etiã de pullo emptionem facere, & ipsum in contractu
54 deducere. Vendito tamen seruo † non uenit peculium etiam si non excipiatur, l.quoties, ubi Bald.ff.de contrahenda empt.& Azo.d. col.fin.in fine, sicut uendito gallo, uel alio animali, non censetur uenditus annulus quẽ habet in corpore, ut per Fab. post Ang.quẽ allegat in d.7. membro, nu.34. Veniunt ta-
55 men in uenditione† sepulchri loca pura adiacentia intra maceriem nisi sint reseruata, l. æde sacra, §.1.ff.de contrahen.empt.& Fab.
56 d.7.membro, nu.33.instrumẽta† aũt emptionalia, aut similia uenditoris, non ueniunt in
57 uenditione, cum† ad eorum tantum ostentionem teneatur uenditor, ut supra diximus in hac eadem Clausula, in uerbo, suisq; certis iustis finibus, in fine.quæ alia ueniant uel nõ ueniant in uenditione, poterit diligenti studio studiosus quispiam inuestigare, nobis dicta sat erunt ad expeditionem huius glossæ.

CLAVSVLA XXVII.

Insuper dicti venditores vt supra agentes, & obligantes &c.

SVMMARIA.

1 Auctor contrà Auctorem suum prius agere non potest nisi eo condemnato.

Emptor numquid posit notificare euictionem auctori auctoris, & contrà eum agere dimisso venditore vel auctore.

Vendita re vel legata non videntur iura cessa.

2 Colonus non tenetur stare emptori, & colere ac obserua-

obseruare iuxta conuentionem cum uenditore initam, nisi emptor habeat iura cessa à venditore.

3 *Clausula, cedens omne ius, &c. quid operetur quando creditor vendit pignus.*

Creditor pignus vendens ius cedere debet, & possessionem tradere.

4 *Cessione iurium non transfertur dominium.*

Emptor dominio non translato virtute cessionis iurium poterit agere rei vindicatione.

5 *Insuper, dictio, quid importet.*

6 *Vt supra dictio quid operetur.*

7 *Procurator habens speciale mandatum potest iura cedere.*

8 *Minor iura cum tutoris vel curatoris auctoritate cedere potest.*

GLOSSA I.

Antiqui practici vt Rolandus, & Spec. & alij ante eos, non solebant hanc sequētem Clausulam cessionis, & constitutionis procuratoris in rem suam, in Instrumentis venditionum apponere, vt in eorum formularijs, & tractatibus inspicere licet, & etiam apud multos tabelliones in plerisq; locis temporibus nostris non solet apponi; verum, cū successiuis temporibus fuerit cognitum, quantæ esset vtilitatis, communiter periti, & practici tabelliones, eam inserebāt in suis instrumentis, prout in pluribus locis infra allegandis referunt Bart. & alij post eum. Ista igitur Clausula, inter cætera quatuor notabiles effectus operatur; primus est, quod cū emptor suo auctori in casu motæ litis teneatur iudicium motum euictionis denunciare, & uenditor pariter suo auctori, nec vnus agere possit nisi contra immediatum suum auctorem, & sic plures exiguntur notificationes processus, & sententiæ, cum auctor contra auctorē suum prius non possit agere, nisi eo condemnato, vt habetur per glos. & Bart. in l. si pro re, §. si pro euictione, ff. de euict. & in l. Iulianus, §. 1. ff. de verbor. oblig. per Alex. consil. 67. Viso themate, 2. vol. Marantha, in tract. de ord. iudic. 6. parte, 5. membro, nu. 5. & Aret. in §. actionum autem, nu. 18. in fine, Instit. de action. dicens ità in facto accidisse, & Caballinus in tract. de euict. §. 3. quæstione 11. nu. 11. de quo latius infrà dicetur in Clausula, Promissionis euictionis, tamen addita ista Clausula, poterit emptor, eius vigore, notificare auctori auctoris, & contra eū agere dimisso primo venditore, † vel auctore, per text. not. in l. si res, ff. de euict. quam legē dicit Bald. vnicam in iure, in l. 1. col. 2. nu. 7. C. de rerum permutat. ita declarat notab. Bart. in d. §. si pro euictione, & in d. l. si res, vbi dicit Bald. quod uendita, uel legata re, nō uidetur omnia iura cedi, nisi dicatur: & ideò non frustra in contractu emptionum apponūtur illa uerba, dedit, cessit, & cōcessit, &c. & ibi idem tenet quod Bart. cum quo etiam dicit transeundum esse Fulgos. ibi. idem tenent Bart. Paul. & magis communiter alij, in d. l. Iulianus, §. 1. Bald. in l. 1. in fine, C. de iure dotium, & in l. cum successores, ubi dicit notādum, quia uidit multos errare, C. de euiction. sequitur Fab. d. tractatu, in 5. quæst. ante materiā subhastationum, n. 82. & Cels. Vgo, in tractatu Claus. in Claus. cōtractuū, nu. 273. & Tiraquel. in d. tractatu, tit. 1. in fine, quæst. 30. nu. 117. & Dec. consi. 24. nu. 2. immò non sufficit solus consensus, qui non habetur pro cessione, l. eius, & ibi Bal. & Salic. C. de compensa. Tind. in tracta. de compensa. art. 7. nu. 3. Secūdus est effectus, quòd si venditor ante venditionem rem colēdam alicui colono locauerit, sicut nō tenetur emptor stare colono, l. emptorem, C. locati, de quo abundè diximus suprà in Clausula, Saluo iure coloni, ita colonus non tenetur stare emptori, & colere, ac obseruare, iuxta con-

2 uentionem cum † venditore initam, text. est in l. qui fundum, ff. locati, at addita ista Clausula, cum emptor habeat iura cessa à venditore, poterit iure medio compellere colonū ad obseruandum conuenta venditori, prout not. tradit Bart. & communiter cæteri, in d. l. qui fundum, & Curt. iunior, consil. 45. per

3 totum. Operatur † & tertio, ista Clausula, q̄d facta venditione pignoris per creditorem, qui tenetur ius cedere, & possessionem tradere, l. pen. ff. de distr. pignor. & l. in creditore, & ibi Bart. ff. de euict. facta huiusmodi cessione, licèt actio hypothecaria extinguat̄, quia res sua non potest emptori sibi esse obligata, tamen potest emptor rem uenditam retinere loco pignoris, ita Bar. in d. l. pen. nu. 1. quam legit cum l. fina. eiusdem tit. ubi dicit, quod propter hoc in quolibet contractu uenditionis apponitur hodie quod uēditor cedat omne ius, omnemq; actionem, quod, uel quam

4 habet in illa re, uel pro illa re. † Quarto, & ultimo, licèt ex iurium, & actionum cessione non transferatur dominium in emptorem, cum traditione opus sit, l. traditionibus, C. de pact. & latius dicetur inferius in uerbo, Reales, tamen uirtute huiusmodi Clausulæ cessionis, etiam dominio non translato, poterit emptor agere rei uendicatione, ut not. declarat Bartol. in l. si ager, ff. de rei uendic. & sequitur Cels. dicto tractatu Claus. numero 263.

Dictio modo (Insuper) idē importat quod

5 ultrà, uel † ulterius, l. Seiæ in princ. uersi. Seię insuper,

insuper,& ibi glos.ff.de fund.instruc.& c.statutũ,§.insuper,de rescript.in 6.in l.1.in prin. C.com.de leg.cum alijs adductis per Alber. in Dictionario suo super eod.verbo.

Dictio verò (vt suprà) repetit,& refert om
6 nia † precedentia cum suis qualitatibus, vt in precedenti Clausula dictum fuit suprà, super eod.verbo,& si sic venditores,& nominibus proprijs,& alienis,& per modum,& formã quibus suprà, vendiderunt, censentur etiam iura cedere; & idem erit in alijs Clausulis inferius describẽdis, vbi pariter agẽt vt supra. Et licèt apud antiquos fuerit quæstio, numquid procurator etiam habens speciale mandatum,ut hic, posset iura cedere, tamen hoc nunc videtur expeditũ, vt tenet Iac.de Are.
7 in tract.infra † allegando, in Rubrica quis cedere pos.iura,& action.nu.33.& Spec.& ibi Io.Andr.in addit.in §.1.col.8. versi.itẽ queritur an procurator, de cession.action.in quibus locis etiam decidunt,quod in alijs personis cedentibus,vt ibi per eos,& in procuratore idem firmat Pract. Papiens.in glos.Ces
8 sit,infra alleganda in fine,in † minore,quod possit cedere cum auctoritate tutoris vel curatoris; Habetur etiam per Spec. in tit. de procur.§. fin.2. col.quod autem tutor possit cum decreto Iudicis tradit Rom.in consilio 386. In consultatione, & idem de minore trad.Papiens.in Pract.in glo.1.in verbo cessit, num.9.

Titulo,& ex causa præsentis venditionis.

SVMMARIA.

1 Titulus quot modis accipiatur in iure.

2 Cesio numquid valeat non addito titulo in principio ipsius cessionis.

Cesio facta coniuncto etiam sine causa, valet.

3 Cesio facta præsente debitore, valet, licet causa non sit expressa, si ipse præsens consentiat.

4 Cesio actionum regulariter præsumitur valida,& non facta in fraudem.

Cesio ex pluribus simulata præsumitur odio redemptorum litium.

Cesio non præsumitur simulata quando fit pro defensione rerum venditarum.

Cesio quando est accessoria alterius contractus valet etiam sine causæ expresione.

5 Cesio non valet non secuta causa, sed vitiatur & potest agere cedens pristina actione, recuperareq́; tradita Instrumenta à Cessionario.

Cesio regulatur,& limitatur à sua causa,& limitata cesionis causa, limitata censetur ipsa cessio.

GLOSSA II.

1 Titulus multis modis in iure accipitur, vt habetur per Alberic.in Dictionario suo super eo.uerbo † & glos.1.in l.non est, C.fam.ercisc. & in alijs locis adductis p Balb.in suo tract. præscript.3. parte principali, 1.parte ipsius part.2.quæst.sed in proposito nostro titulus est omnis acquirendi dominij causa, idest ex qua nostrum fiat, quod non erat nostrum, ut tradit Rog.antiquus Doctor. in tractatu de præscript. c.2. num.2. & secundum Bald.in loco præallegato, est causa habilis ad dominij trãslationem: sed latius explicauit Ioan. Oldendorpius in tractatu de vsucap.& præscript.in prin.nu.13.dicens, quod titulus est, per quem indicatur nobis aliqua possidendi legitima causa sufficiens ad dominiũ acquirendum, vel directò, & immediatẽ, vel saltem mediãte vsucapione, & dicitur titulus à tuendo quod factum auctoris tueatur, indicans veritatem cuiuslibet rei, de quo latius per eum ibi, tituli verò vel causæ dominij, vel possessionis sunt emptio, donatio, permutatio, dos, legatum, & similes, §.nãq; si cui, Instit. de action. Non ab re autem videntur tabelliones in cessione addere Clausulã hic descriptã, si quidẽ multi fuerũt istius sententiæ, cessionem non valere, nisi addito titulo
2 ipsius,& quidem in frontispicio, seu in principio contractus ipsius cessionis, ut per glos. fin.in fine, in l.1. C.ne lice.poten.& uidetur sequi Spec. in §.1.col.9.versic.sed numquid ratione consanguinitatis, in tit.de cession.action.& ibi Io.Andr. in addit.qui tamẽ post Innoc.in c.2. de alien. iud. mutan.cau.tact. dicit nihil referre an titulus, in princ.uel in medio, seu fine ponatur.& cum Innoc.transeunt communiter omnes ibi, ut per Abb.in d.c.2.nu.7. licet ipse aliter referat tenere Innoc.scilicet, immò titulum in principio instrumẽti addendum esse, cũ ipse aliter dicat. idem tenet Vital. Cab.tract.Claus.in Rubr. quando ces.dica.simul.col.2. Hanc opinionem etiam tenet Alex.alios adducens, in cõsilio 137. In causa, & lite, col.pen.2.vol.& Ruin.consi.72.nu.2.1.uol.& ante eos Bald. in l.si actor, 2.lectura, ff.de procurat. Aret.in §.preterea, nu.34.super glo.de vsucap.& except. Sed quod pro cessionis validitate nõ sit opus expresse, & specificè addere titulum aliquem, sed satis sit quod ex tenore, & uerbis instrumenti constet de causa, propter quam cessio fit, tenuit Iac. de Aret. seu quisquis alius ille fuerit, qui illum tractatum edidit, quem Bar.in l.per diuersas, C.mand.nu.12. negat fuisse opus Iacobi de Aret. dicens auctorem 3

ctorem dicti tractatus fuisse quendam Lombardum, & sequitur Io. de Gras. in tractatu infrà allegando, §.3.nu.4. & dicit Raph. Fulgos. in d.l. per diuersas, ac refert Corn. consi. 230. Videtur 1. facie, 2. col. 2. vol. quod Doctor ille vocabatur Dominus Vgolinus de Fontana, Doctor Parmensis, licèt Io. Andr. in add. Spec. super Rubrica affirmet fuisse dicti Iacobi de Aret. in tract. de cession. action. nu.13. & sequent. & idē tenet Ioan. de Gras. qui similem tract. de cessio. iur. & action. qui vr̄ à primo parū distare edidit, & etiā in multis locis in verbismet cum eo concordat, in §.1.nu.6. & Bart. in d.l. per diuersas, nu.3. & num.8. qui tandem cum hac 2. opinione pertransit, licèt in d.nu.3. referendo priorem dicat, quod ideo isti qui faciunt contractum dicunt, talis titulo venditionis dedit, cessit, & transtulit, &c. & semper apponunt titulum venditionis, vel donationis, vel alium, licèt idē Bart. in l.1.2. lectura, C. de action. & oblig. col. pen. in fine, nu.23. uideatur priori sētētiæ accedere, nisi in contractu inominato: quia tūc sufficit dicere ex causa infrascripta, & hanc secundam opinionem tenent etiam Bald. nu.6. & Salic. in 10. quæst. & Paul. de Castr. in pen. col. in d.l. per diuersas, Pract. Pap. in forma libel. in causa uend. in glos. cessit, & mandauit, nu.6. & Ruinus consil. 126. nu.16. & sequent. 3. uol. ubi tn̄ limitat ēt ualere cessionem factā sine causa, si sit facta coniuncto, quia tunc præsumitur facta causa donationis, cuius contrarium uoluit in d.cons. 72. & idem uoluit etiam Ioan. de Amic. cōs. 24. nu.8. & plures allegat Tiraquel. in dicto tract. quos sequitur in præfatione nu.54. aliter etiam limitauit Marsi. hanc communem opinionem Doctor. quod in cessione exigatur causa; quam ipse etiam fuit sequutus in
3 l.1.§. præterea, nu.70. de † quæst. in Sing.45. Tu scis, ut non procedat si sit facta cessio præsente debitore, quia tunc ipse non poterit opponere de inualiditate cessionis tanquam simulatę, ut tradit Bald. in l. cum essent, §.1. ff. de seruit. rustic. prædior. quod est intelligendum, si ipse præsens consentiat, & ita loquitur Bal. aliàs non; per not. per Bart. & alios, in l. Caius, ff. de pignor. action. per Negus. in tractatu de pignor. 6. par. 3. memb. 7. ampliat. nu.22. & nu.28. 1. fallent. & Tiraquel. in tract. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 9. nu.115. & nu.146. & sequent. limitat & tertio Bald. in consil.461. Inter Ioannem, nu.7. 1. uol. in cessione necessaria, quæ fit mandato legis, l. Papinianus, ff. mand. & l. Modestinus, ff. de solut. Sed licèt prædicta procedant in cessione actionum, quæ licèt regulariter præsuma
4 tur ualida, & nō facta in † fraudē, ut per Pet. & Ruin. & Alex. in princ. in l. qui stipendia, C. de procur. & latè Paris. in cons. 19. nu.54. in 3. uol. & Socin. in Reg. 67. Cessio, ubi ponit fallentias, tamē ex pluribus simulata præsumitur odio redemptorum litium, ut in d.l. per diuersas, & l. fin. & ibi Doctor. C. mād. per Iac. de Aret. & Io. Gras. in dictis tract. de cessio. actio. Spec. in d. tit. de cession. action. Papien. in d. gl. Cessit, nu.5. & Doct. in alijs locis, tn̄ non procedūt in casu nostro, in quo est facta uenditio rerū, & pro defensione ipsarum rerum fit hmōi cessio actionum, & iurium per venditores, hoc enim casu non procedit dispositio dictarum legum, uel iurium prohibētium cessionem, uel eam simulatam præsumentium, ut declarat Bar. in d.l. per diuersas, nu.21. dicens, quod quādocūq; uendo tibi rem aliquam à me possessam, ego possem tibi cedere omnem meam actionem personalem, competentē pro tuitione ipsius rei. Et ideo hodie in omnibus contractibus uenditionis apponūtur talia uerba, quod qui talem rem uendidit, tradidit omne ius & omnem actionem realem, & personalē, sibi cōpetentē in dicta re, & eius occasione, faciens eum procuratorem in rē suā; &c. quæ cessio ualet, ut ibi, & in d.l. si res, ff. de euict. idē ēt tenet ibi Bal. 2. col. 3. quęst. & Salic. 8. quęst. & idem qn̄ cessio est accessoria alterius cōtractus, qđ non sit opus expressione causæ, tradit ēt Io. de Amic. d. cons. nu.7. Sciendum tn̄ est, quod in casibus, in quibus cessio nō ualet sinæ causæ expressione, quod nō sequuta causa, cessio non sortitur effectū, & pōt agere cedès pristina actione, recuperatq; instrumenta à cessionario, ut tradit Bald. quem cæteri
5 † sequuntur, in l. pacto successorum, in fine, C. de pact. quod admittit Ruin. consi.101. nu. 1.5. uol. & sequitur Dec. in consi.464. nu.4. ubi ex falsa causa ēt uitiari cessionem tradidit. & Iafre. Balb. decis.176. Si cessionarius, ubi, quod pōt reuocare cessionē, causa.n. regulat cessionem ipsam, & eam limitat, vnde limitata causa cessionis, limitata ēt censetur ipsa cessio. Bertrād. cōs. 1. nu.105.2. par. priorū, & Tiraquel. in tract. cessante causa, 1. par. nu.142. col.3. Cauti tn̄ tabelliones ad euitandas omnes Syrtes ultra Clausulā, & uerba prædicta etiam hæc infrascripta alia sequentia uerba adijciunt.

Et sub precio infrascripto.

SVMMARIA.

1 *Cessio facta sine titulo valet, si precij mentio facta sit.*

Venditio semper facta præsumitur quoties mentio precij facta est.

Statu-

Statutum loquens de emptione, & venditione habet locum etiam in contractu cessionis sub certo precio facta.
Cessio quocumq; titulo vero ex quo dominium transfertur fieri potest.
Cessio ex quibus præsumatur simulata remissiuè.
2 *Cessio non valet si pro parte vendatur, & pro parte donetur.*
Cessio non valet si post donationem factam, vel cessionem titulo donationis aliquid detur.
3 *Cessio cum sit titulo venditionis actionum opus est vt appareat de actuali precij solutione, nec sufficit confessio cedentis.*
Quod declara, & intellige vt hic.

GLOSSA III.

QVorum verborum uirtute dicunt Doct. tenētes titulum necessario in cessione non esse exprimendũ, quos supra recensuimus omnino cessionem valere, quãdoquidẽ quoties men-
1 tio precij facta est, venditio † facta censetur, & contractus emptionis, & uenditionis introductus, l.fi. ubi glos. C. de prędijs Decur. lib. 10. & ita in terminis tenet ibi Io. de Platea, & uidetur in effectu in ista opinione resi dere Rota decisione 177. Cessio, in addit. 2. col. in nouis. & sequitur Paris. consi. 83. num. 20. uol. 3. quod ẽt tenet Aret. post alios, in l. 2. C. ne lice. poten. & in d. consi. Paris. Statutum de emptione, & uenditione, loquens ẽt in contractu cessionis sub certo precio factæ locum habere respondit. Nihil tamen refert an preciũ soluatur in pecunia numerata, an detur in alia re, ut per Iac. de Aret. d. tractatu nu. 21. & plures alios ex supra allegatis. Cessio autem quocumq; titulo uero, ex quo dominium trãsfertur fieri potest, ut in d. tract. nu. 3. & latius per Ioan. de Gras. in princ. nu. 2. ubi numerantur qui non possunt iura cedere, in §. 1. & Iac. nu. 23. de quo per Spec. in d. §. 1. Papiens. in d. glos. cessit pen. & fin. col. & Doct. in d. l. ꝑ diuersas, & Vital. loco præ allegato per totam dictam Rubricam in quibus locis etiã declarant, ex quibus præsumatur simulata, quod consulto omitto, cum ibi uideri possit, & ad nostrum tractatum parũ attineat; Illud tantum adnotandum esse censuerim, quod ipsi tradunt, quod licèt ualeat cessio titulo uenditionis, uel titulo donationis facta, de quo ultimo habetur per Ro. cõs.
2 518. In casu proposito: tamen † non ualet si pro parte uendatur, & pro parte donetur, d. l. per diuersas, & ibi omnes, & idem si clam aliquid detur post donationem factam, seu cessionem titulo donationis, ut ibi tradunt Doct. & Socin. cõsi. 135. 1. col. 1. uol. In alio etiam uolo tabelliones admonere, ne sequẽdo formam sui Rolandi, quam etiam fuit secutus Spec. in d. §. 2. ponendo formam cessionis, errent, nam cum sit cessio titulo uenditionis actionum in casibus in quibus loquuntur dd. ll. per diuersas, & ab Anastasio, C. mand. uel est suspecta contra se, opus est ut appareat de actuali solutione precij: nec sufficit confessio cedentis sibi fuisse satisfa-
3 ctum, quamuis Nic. † de Mattar. & Bald. in d. l. per diuersas, aliter uoluerint, ubi dicit Bald. ita seruari de consuetudine, & idẽ Bal. in d. l. 2. col. 2. C. ne lice. potent. licèt distinguat in l. Deo nobis, col. 3. nu. 4. C. de Episc. & cleric. nisi sit corruptus, ut hęc opinio procedat, si non appareat aliquam partem fuisse solutam, sed in totum confessatam; & idem uidetur uoluisse Bal. in c. quia uerisimile, nu. 2. de præsumpt. nam contraria opinio, & uerior, & communior est, secundum quam cõsuluit Bart. ut ipse fatetur in d. l. per diuersas, nu. 12. & ibi Ang. Salic. in 5. quæst. & Paul. col. fi. ubi dicit, pluries fuisse iudicatum pro opinione Bart. secundum quam etiam dicit fuisse iudicatum Bald. in d. l. 2. & quã opinionem etiam tenent Salic. & Aret. in d. l. 2. & Rota in d. decis. 177. in addit. Vital. Camb. in tract. Claus. in Rubrica, qñ cessio dicatur simulata in princ. & col. 2. sed 3. col. dicit cõtrariam opinionem ueriorem, sed Perusij secundum consil. Bart. fuisse iudicatum. Io. de Gras. in d. tractatu §. 3. nu. 4. Pract. Papiens. in d. glos. Cessit, nu. 7. & Cor. qui dicit hanc communiorem, & ueriorem, in consi. 202. uol. Soc. d. reg. 47. 6. Fallen. & Maria pater. & consi. 18. col. 4. 1. uol. et plures alios hanc partem tenentes adducit Tiraquel. in tract. prędicto de retract. §. 1. glos. 18. nu. 79. & nu. 85. ubi adducit etiam Bald. qui sibi contrarius bis secundum eam consuluit, ut in consi. 285. Casus, col. ult. 2. uol. & cõsi. 438. an possessio, col. 2. in 5. quod intelligendum est respectu tertij, non respectu cedentis, quia sua confessio sibi præiudicat, Bart. in d. l. per diuersas, quem alij sequuntur.

Dederunt, cesserunt, transtulerunt, atque mandauerunt.

SVMMARIA.

1 *Dederunt verbum quid importet.*
2 *Cedere verbum quam habeat significationẽ, & cuius sit virtutis, & efficaciæ.*
Cessio quid sit.
Corporalia transferuntur per traditionem incorporalia per cessionem.
Cedere verbum differt à verbo mãdare, & plus importat cedere, quàm mandare.

Cedere,

Cedere, & concedere differunt.
Mandare, & concedere eiusdem sunt significationis.
Concedere tamen habet aliquando maiorem, & ampliorem significationem.
Mandare aliquando capitur pro cedere.
2 *Transtulit uerbum idē importet quod mādauit.*
Cedere, & renunciare differunt.
Assignare uerbum idem est quod cedere.
3 *Cessio actionum est alienatio.*
Filiusfamilias sine consensu patris non potest cessionem actionum facere.
Cessio nominis est uenditio.
4 *Cessio actionum aliquando fit tacitè, & non expressis verbis, per solam instrumentorum crediti factam traditionem.*

GLOSSA IIII.

De verbo dederunt, quod & propriè, & impropriè accipi possit, satis suprà super eo verbo diximus,
1 quibus † addēdum est, quod istud uerbum operatur, & importat idem, quod cedo, cum sit uerbum translatiuum, ut tradit Bald. in l. fin. C. quando fis. vel priuat. & in l. 1. nu. 18. C. de act. & oblig. 4. quæst. Super sequentibus modo uerbis sermo habendus est, & primò sciendum est, verbum, cedere, pluribus modis in iure nostro, & quidem diuersis accipi posse, uariosque habere significatus, ut fusissimè ponit Alber. in Dictionario suo super eo. verbo, at in proposito nostro uerbum,
2 † cedere, nihil aliud importat, quàm à se abdicare, ut dicit Bart. in l. 1. 2. lectura, col. pen. ad finē, C. de action. & oblig. et dicit Bald. in l. ex legato, nu. 2. C. de legat. quod non poterat aptius uocabulum à iure inueniri, cum cedere sit quasi discedere, et alium loco sui ponere, undè cedere, est ius aliquod incorporale in alium transferre, ut colligitur ex glos. et traditis per Doctor. in d. l. 1. et expresè tradit Pract. Papien. in d. glo. Cessit, in princip. hinc Roland. super Instr. cessio. iurium, et actio. ex causa vendit. factæ, dixit, quod cessio est iuris et actionis translatio, scilicet utilis, quæ descendit à uerbo cedo, cedis, quia tu te remoues à iure tuo, et das alteri, ut ibi per eum. Alciat. verò seu quisquis ille fuerit, qui praxim illam utriusque iuris sub nomine Alciati edidit, quam ipse suum opus esse negabat, in uerbo actionis cessio, ubi hanc materiam cessionum compendiosè explicat, definit actionis cessionem, esse proprij iuris in alterum factam translationem, seu collationem, sicut enim ad transferendum dominium rerum corporalium opus est traditione, l. traditionibus, ff. de pact. ita est opus cessione ad translationem iurium incorporalium, et ita operatur cessio in incorporalibus, quod traditio in corporalibus, glos. et Doctor. in l. fin. C. quando fiscus, uel priuat. tradunt omnes, in d. l. 1. et in d. l. per diuersas, ubi Paul. col. pen. et in l. fin. in princip. ff. de donat. Papiens. in d. uerbo cessit, in princip. Dec. cons. 446. num. 5. Ruin. cons. 197. nu. 4. 1. vol. et Tiraquel. d. tractatu, §. 1. glos. 7. num. 12. differunt tamen inter se cedere, et mandare, cum uerbum cedere, plus, uerbum uerò mandare minus importet, respectu enim personæ cedentis et mandantis nulla est differentia, respectu uerò cessionarij, et mandatarij secus, primo casu penes cedentem, et mandantem remanent directæ actiones, de quibus latè infra dicemus, secundo casu in cessionarium transferuntur utiles, quas suo nomine exercere potest, et nomine cedentis directas, in mandatarium uerò nullæ, sed tantum censetur mandatum exercitium directarum penes mandantem existentium nomine mandantis. Ita distinguendo declarat glos. in verbo, mandatum, in d. l. 1. C. de action. & oblig. quæ fuit opinio Azon. quam etiam posuit in eius summa, C. eo. tit. & sequitur Iac. de Aret. in dicto tractatu, in princ. nu. 1. & Bart. in d. l. 1. 1. lectura, nu. 7. & nu. 10. vbi dicit, qđ notarij in instrumentis cessionum apponunt omnia ista uerba, dedit, cessit, & concessit, transtulit, atque mandauit, ut competāt actiones utiles, & directæ, & cum d. glos. transit ibi Bald. in fi. & sequitur Salic. in 2. col. & Pract. Pap. in d. uerbo cessit, in princ. & eadē differentia est inter cedere, & concedere, ut uidetur uelle glos. & ibi tenent Bart. & Paul. de Castr. in l. fin. in prin. ff. de donat. vbi Bart. & Paul. de Cast. in l. creditor, §. pen. de act. empt. & in l. si pater, C. mand. & eiusdem mētis est Bal. in l. 3. nu. 2. C. de noua. & Paul. in l. 3. C. mād. & Alex. in l. ex asse, nu. 6. ff. ad Treb. & meminit de omnib. istis uerbis, quę simul in instrumento cessionis apponunt notarij, & uidetur sequi Cor. remittendo se ad d. glos. in d. l. fi. in cōs. 106. littera L. 1. vol. & in l. ex legato, C. de legatis, & hanc ēt differentiam inter cedere, & mandare, sequitur Aret. in cons. 125. Eximij Dñe Collateralis, uidi replicationes, colum. 2. & quod uerbum, cōcedere, & uerbum mādare, sint eiusdem significationis, tradit Bar. in d. l. 1. 2. lectura, nu. 23. licèt verbum, concedere, quandoque latius accipiatur, & maiorem ac ampliorem significationem secundum subiectam materiam habeat, ut per eundem Bart. ibi, & in l. vxori suę, §. fin. de leg. 3. & not. in d. l. fin. in princ. et per Abbat. et ibi. in addit. ad eum, in c. cum uenerabilis, nu. 11. de except. et idem tenet etiam Pap. in d. uerbo, cessit, licèt etiam qñque uerbū, mandare, pro

pro cedere accipiatur, l. qui stipendia, & ibi Cast. col. 1. C. de procur. licèt alij eum aliter intelligant, & in l. 3. vbi glos. C. de nouat. & in l. fin. ff. de transact. Verbum uerò transtulit, idem importat quod mandauit, ut probatur in l. 2. C. de donat. & ita tradit Bart. in d. l. 1. 2. lectura, in fine, sic etiam aliud est cedere, aliud renunciare, secundum Bald. in cons. 403. Punctus talis est, nu. 3. 1. volumn. Verbum modo assignare, importat etiã id quod cedere, l. arbiter, ff. de distr. pignor. & tradit Barb. seu alius quisquis fuerit, in addit. Bald. in c. 1. in princ. quid sit inuest. licèt nonnulli Allegent eum pro Baldo, in d. c. sed & huiusmodi cessio actionum, alienatio est, in tantum,
3 quod eam filiusfami. sine consensu† patris facere non potest, ut consultus Respondit Din. cons. 21. & sequitur Ioan. And. in addi. Spec. in d. §. 1. col. 8. in addi. incip. §. 1. & 3. & Socin. cons. 37. nu. 22. 4. vol. et etiam ibi dicit Spec. quod cessio nominis est uenditio l. cum is, ff. de fideius. Sciendum est etiam, quod cessio actionum quandoque fit tacitè, & non expressis uerbis per traditionem Instrumentorũ crediti factam causa habili præcedente, ut l. Męuia, in prin. & ibi Alex. ff. sol. mat. trad. Bal. in d. l. fi. C. quando fisc. vel priuat. & Ruin. cons. 44. nu. 1. & sequent. 1. vol. & cons. 162. nu. 11. vol. 5. & faciunt tradita per Didac. Hispan. 3. libro resolut. suarum c. 16. num. 12.

Dictis emptoribus præsentibus, & vt suprà recipientibus.

S V M M A R I A.

1 Cessio absenti facta quãdo ualeat, uel nõ ualeat.
Cessio vtilium actionum absenti fieri nequit.
2 Cedere obligatus iura infrà certum tempus, excusatur licèt non cedat si absit is cui fieri debet cessio.
Notarius tamen poterit recipere pro absente.
Et iuramentum supplet præsentiam partis.
3 Cessio pluribus fieri potest simul tamquam procuratoribus in rem suam factis in solidum.

GLOSSA V.

Licèt glos. in l. in causę, §. fin. ff. de procur. quam sequitur Io. de Gra. d. tract. §. 3. nu. 2. voluerit ualere cessionem absenti factam, tamen illa procedit, quando mandentur tantum a-
1 ctiones† directæ, non utiles, ut quia quis constituitur procurator etiam in rem suam, quia sicut potest fieri mandatum simplex, ità etiam directarum, ut suprà ita Bald. in d. §. fi. & in l. quę omnia, §. fin. ff. eod. secùs, si ceduntur utiles actiones quia, cum requiratur causa, & contractus inter absentes fieri nequeat, exigitur præsentia cessionarij, seu nuncius, uel epistola, pro eo, ut per Bart. & Paul. in d.
2 §. fin. & propterea excusabitur † ille qui sub pœna infrà certum tempus teneretur alicui cedere iura, si is cui cessio est facienda absit, ut per Bald. in c. 1. de benef. fratrum, in fine, sed tali casu poterit fieri notario recipienti pro absente, ut per eum ibi, et in d. l. per diuersas, 14. q. nu. 18. & hanc q. disputauit Pet. de Ceruitis, ut refert Io. Andr. in addit. Spec. in §. 2. d. tit. de cession. action. in princ. & tenuit contra dictam glos. & hanc opinionem dicit communem. Rom. cons. 86. Viso quæstionis themate, col. fin. & eam etiam tenet Bald. in l. ex legato, ad finem, C. de legat. & Salic. in d. l. 1. 20. quæst. C. de act. & oblig. quam tenent Ruin. cons. 209. num. 2. 1. vol. & Paris. cons. 17. nu. 49. & sequent. 3. vol. ubi eam limitant procedere, nisi interuenisset iuramentum, quod supplet præsentiam partis, ut per
3 eos ibi. Cessio † autem potest fieri pluribus simul, tanquam procuratoribus in rem suam factis, scilicet in solidum, secundum Salic. in d. l. 1. quæstio. 19.

Omnia, & singula sua iura omnesque actiones.

S V M M A R I A.

1 Actiones omnes largè sumpto vocabulo cedi possunt.
Limita tamen in pluribus casibus remissiuè.
Cedere ius bonum, cedere ius melius, & cedere ius optimum, differunt, ut hic explicatur.
2 Actionum sex sunt diuisiones totidem effectus seu fines respicientes.
Actiones, & iura in substantia sunt quid incorporale, inuisibile, & impalpabile.
Actiones non comprehenduntur in obligatione seu dispositione aliqua mobilium uel immobilium.
3 Actionem habens ad rem recuperandam, an intelligatur rem ipsam habere.
Actiones sunt in bonis nostris.
Actionem habere minus est secundum ueritatem, quàm rem ipsam habere.
4 Cessio facta de actionibus pro minori summa quàm debeatur pro ipsis actionibus ualet.
5 Cessio actionum præsumitur simulata si fiat pro eodem precio, ad quid competit actio ipsa.

GLOSSA VI.

De iuribus, seu Iure satis dictum fuit supra in Clausula præcedenti, in uerbo (omnique iure,) & aliqua de actione ibi, super uerbo sequenti (& actione) etiam diximus, sed super hac

hac Clausula valdè plura sunt dicenda pro eius declaratione, Et inprimis sciendum est, regulariter omnes actiones largo sumpto uocabulo cedi posse, ut in titulo de hæred. vel
1 action. †vend. vt tradit Iac. de Are. in d. tract. in Rubrica, quæ action. cedi poss. in prin. nu. 54. & Io. de Gras. in simili tractatu, §. 3. & Tiraquel. in tractatu prædicto de retractu, §. 26. glos. 3. nu. 2. in qua glos. enumerat septem, & quadraginta casus, in quibus cessio procedit, quorũ aliquot ẽt prosequitur Crauetta, cons. 191. 2. col. sed tamen à dicta regula plures casus excipiuntur, quos usque ad 39. diligenter cõgessit, idem Tiraquel. copiosè in hac materia scribens, in d. §. in glos. 1. ad quẽ recurrendum est, si libet ea uidere quorum aliqua ẽt inferius suo loco tangemus. Est etiam sciendum, quod q̃nque quis promittit ius cedere bonum, q̃nque melius, q̃nque optimũ, & pro interpretatione horũ uerborũ habemus glos. not. & ibi Bart. & Ang. mandantes notari in l. 1. C. q̃n & quibus quarta pars debet lib. 10. & Alex. Loseus in addit. Bart. nã qui promittit bonũ ius facere, uel cedere, liberatur transferendo tale ius, ex quo competat exceptio, si melius tenetur transferre ius, ex quo teneatur aduersarius Iudicis officio, & officium Iudicis cessionario competat, si optimum, non liberatur, nisi cedat actionẽ efficacẽ. sequitur Rom. Sing. 16. Solitũ, & Gomes. alios adducens, in §. oĩum, nu. 14. Inst. de action. Actiones autẽ in sex partes, seu diuisiones partitus
2 est Iustinianus in tit. de actio. Inst. prima † .n. diuisio respicit cãm materialem, quia aliquæ sunt in rẽ, aliquæ in personam, & hęc est summa idest præcipua, & potior diuisio, ut in §. oĩum, eiusdẽ tituli, secunda respicit cãm efficientẽ, sunt enim aut ciuiles, aut prætorię, ut in §. sed istæ, tertia considerat cãm finalem, quia, aliquæ sunt rei persecutoriæ, alię pœnales, aliæ mixtę, ut in §. sequẽs, quarta respicit cãm formalem, quia aliquæ dãtur in simplũ, aliæ in duplum, nonnullæ in triplũ, & aliquę in quadruplum, §. oẽs, eo. tit. quinta attendit causam substãtificam, seu intrinsecas earum qualitates, quę simul cum actione producuntur, & ita aliquę sunt bonę fidei, aliquæ stricti iuris, ut in §. actionum, Vlt. diuisio fit quo ad effectum persecutionis, aliquæ enim persequuntur solidum, aliquę non, ut in §. sunt pręterea, eod. tit. & ita hãc diuisionem declarat Ias. in princ. dicti tituli, de action. nu. 1. Alij de actionibus tractantes alijs modis in frusta eas diuiserunt, & de eis suo arbitrio disseruerunt, ut apud eos uidere licet, sed & actiones, & iura esse in substantia quid incorporale, inuisibile, & impalpabile, nemo ambigit, §. 1. Institut. de rebus corpor. & incorpor. de quo per Tiraquel. in d. tractatu, §. 1. glos. 7. nu. 11. quod procedit, etiam si debeatur ad corporalia, & propterea nõ comprehenduntur in obligatione aliqua uel dispositione mobiliũ, uel immobiliũ, ut per eum ibi in pluribus num. sequent. de quo diximus suprà in Clausula obligationis bonorũ, super uerbo, & oĩa, et singula, licèt hmõi verbũ (actiones) alijs modis accipiatur quàm in §. 1. Instit. de action. ut per glos. ibi, in uerbo actio. et Moder. ibi, et Alberic. in Dictionario suo, in eo. uerbo, Est et illud ad propositum notandum, quod licèt qui actionem habet ad rem recuperandam rem ipsam habere uideatur, l. qui
3 actionem, ff. de† reg. iur. nam censetur esse in bonis nostris, l. bonorum appellatio, §. fi. de uerb. signif. l. rem in bonis, ff. de acquir. rerũ domin. et est text. in d. l. id apud se, de uerb. signifi. tamen illud procedit ex interpretatione legis, non propriè, et uerè: nam secundum ueritatem, minus est habere actionem quam rem, l. minus, ff. de reg. iur. maximè propter litium anfractus, frustrationes, et exequutionem facti, ac dubius euẽtus, ac commodum possessionis, ut per Dec. et Cagnol. in d. l. qui actionem, et Alciat. in d. l. id apud se, et in l. Labeo, et Sabinus, §. fin. ff. eod. hinc dicunt Doctor. in d. l. per diuersas, et in pluribus alijs locis ex suprà allegatis. quod ualet cessio
4 †facta de actionibus pro minori summa, quã debeatur pro dictis actionibus, quod etiam tenet Corn. in cons. 263. littera I. K. 3. uol.
5 immò est †suspicio simulationis, si quis emerit actionem ad centum pro eodem precio, non est enim uerisimile, quod quis dubium litis euentum emere uoluerit, ut arguit Socin. in cons. 143. col. fin. 1. vol. & sequitur Cagnol. in d. l. qui actionem, nu. 13. & latius prosequitur Tiraquel. in tract. de retract. conuentionali, §. 2. glos. vnica, num. 48. & sequent. nam precium iustum actionis debet considerari deductis expensis litis, & laboribus, quę interueniunt ad rei exactionem, ut per Bart. & alios, in d. l. per diuersas, & Tiraquel. in tractatu de retractu lignag. §. 15. glos. 1. nu. 3.

Reales.

S V M M A R I A.

1 *Actio realis quæ sit.*
Actio quomodo à petitione, & persecutione distinguatur.
Actio realis cur sic dicta.
Actio realis quomodo competat in personam.
Actio in rem datur pro quasi dominio.
Actiones reales ceduntur sicut personales.
Actiones omnes dominium rei respicientes transeunt cum re uendita.

Actio Seruiana siue hypothecaria non transit sine cessione.

2 *Cessio actionum realium non transfert dominium sine traditione.*

Vide tamen hic.

Actio hypothecaria est realis licèt quidam dissentiant.

3 *Actio hypothecaria numquid cedi possit sine personali uide hic latè examinatum.*

GLOSSA VII.

1 Actio † realis seu in rem est, per quã rem nostram, quæ ab alio possidetur petimus, & semper aduersus eum est, qui rem possidet, quę dicitur uendicatio, ut dicit tex. in l. actionum genera, in princ. ff. de action. & oblig. & dicit text. in l. actio, in personam, eod. tit. quod actio in personam infertur, petitio in rem, prosequutio in rem, uel in personam rei persequendæ gratia, & quod actio realis dicatur petitio, dicitur etiam in l. pecunia, §. petitionis, ff. de verb. signif. de huiusmodi actione in rem est text. in §. 1. Instit. de action. & ibi not. omnes, ubi Ias. col. 1. nu. 3. dicit reales actiones esse in totũ oppositas personalibus, quia non cohærent inseparabiliter personæ, neque ex parte rei, neque ex parte actionis. Et dicuntur reales, quia non habẽt aliquam personam obligatam (quod tu intelligas secundum Ias. ibi, nu. 10. scilicet principaliter, sed per accidens, & supposititiè, ex quo rem possidet) sed competunt ratione iuris, quod quis habet in re vt ratione directi dominij, si quis sit directo dominus, d. §. 1. & l. in rẽ, in princ. ff. de rei uend. vel ratione utilis dominij, si quis habeat vtile dominium, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager uecti. vel emphy. petat. vel propter ius seruitutis, §. æquè, eod. tit. de action. vel propter ius pignor. vel hypothecæ, quod quis habet in re, §. item Seruiana, eod. tit. & semper competunt aduersus eum qui non possidet, etiam si res per mille manus ambulet, ut in d. l. actionum genera, in princ. & glos. in d. §. 1. in uerbo in rem, uel aduersus eum, qui rem detinet, aut quomodo cumque rem habet, si illius restituendæ habeat facultatem, l. officium, in fine, de rei uendic. & idem est si dolo desijt possidere, l. vnica, C. de alien. iud. mutan. cau. fact. datur etiam actio in rem pro quasi dominio, ut Publiciana, §. sed iste, eod. tit. & Zas. ibi nu. 17. de quo etiam habetur per Nicolaum, de Lescut. in suo compendioso tractat. de action. in princip. vbi ponit plures actionum diuisiones, Et quod actiones reales possint cedi non est ambigendum sicut personales, ut est text. in l. fin. C. de hæred. vel action. vendit. & ibi Bart. & in specie etiam firmat Iac. de Aret. d. tractatu, nu. 57. immò ueniunt, & transeunt cum re uendita omnes actiones dominium rei respicientes, ut per Practic. Papiens. in loco præallegato, in glos. tam reales, quàm personales, per text. in l. dolia, §. fin. ff. de contrahen. empt. licèt actio quasi Seruiana, seu hypothecaria, non transeat sine cessione, l. si cum uenditor, in principio, ff. de euict. Papiens. ibi.

Per cessionem tamen actionum realium dominium rei uenditæ non transfertur sine
2 rei traditione, † glos. in l. planè, ff. fam. ercisc. Din. in c. pro possessore, de reg. iur. in 6. Specul. in d. §. 1. col. 10. vers. item quid si mihi, & ibi Ioan. Andr. in addit. Bart. & Paul. de Castr. in d. l. fin. C. de hæred. vel action. vend. & idem Paul. in l. qui stipendia, ad finẽ, C. de procurat. docens practicam agẽdi, & libellum formandi per cessionarium, hoc casu, ut dicat dominium, vel quasi rei ad cedentem pertinere, & quod actio cessa est cessionario. Eandem conclusionem tenet Bald. in d. l. 1. 2. col. C. de alien. iud. mut. cau. fact. in d. l. per diuersas, 11. quæst. nu. 15. & ibi Salic. quæst. 15. & idem Bald. in consi. 285. Casus coram, num. 3. vol. 2. & Salic. in d. l. prima, quæst. 22. C. de action. & oblig. Papiens. in d. Clausula, tam reales. Ruin. cons. 37. numer. 19. 1. vol. & consil. 75. nume. 7. in quinto uolum. de quo etiam per Tiraquel. d. §. 26. glos. 3. numero 2. licèt Alex. in consilio 103. in 6. propter præsumptam mentem partium uoluerit ex cessione iurium censeri translatum dominium, quod fortè sustineri non posset, per prædicta. Sed maius dubium est, numquid actio hypothecaria, quæ realis est, ut suprà, licèt super hoc nonnulli controuertant, ut per Tiraquel. in dicto tractatu, §. 8. glo. quinta, numero 10. sine personali cedi possit. In quo glos. fuerunt contrariæ: nam
3 in dicta l. fina. C. de hæred. vel action. † uendit. tenuit cedi non posse, at in l. vsucapio, C. de pignor. secùs, et priorem illam opinionem tenuit Iac. de Areti. in dicto tractatu, in Rubrica, quæ action. cedi poss. numer. 58. Din. autem in tractat. de glos. contrarijs in fin. numero 26. et in l. fideiussor. §. primo, de Fideius. eas concordare nixus fuit, ut prior opinio procedat, si fiat extraneo, posterior uero, si possessori rei, cum ex huiusmodi cessione se tutari possit, et cum eo transit, Specul. in dicto §. primo, column. 10. versiculo sed quid si cessi, et uidetur transire Ioan. Andreas ibi, in addit. qui dicit, quod casu quo sit extincta personalis, ut quia sit ei præscriptum, ut in casu l. 2. C. de luitio. pignor. nulla subest difficultas, quin cedi possit, sed

tantum

tantum subest, cum utraque durat, & dicit Salic. in d. l. fin. quod communiter tenetur, ualere, quando fit debitori, vel possessori, tamen in extraneo uidetur distinguere, ut ibi per eum. Bal. etiam in d. l. usucapio, quod ualeat ad defensionem possessoris, admittit, sicut etiam quando res non est perfectè acquisita, sed subiacet restitutioni, respondit valere, in cons. 167. Titius, nu. 2. 1. vol. & huius mentis uidetur Ang. dum è cōtra uoluit dominium non tollere hypothecam, si res perfectè, & plenè non acquiritur, in cons. 208. Andreas, 2. col. cui opinioni assenserunt nonnulli alij, quos citat Tiraquel. in d. §. 26. glos. 1. nu. 71. qui neutri parti adhæsit, sed quæstionem indecisam reliquit, prout etiam dubitauit Angel. in cons. 70. Ioannes, in princ. nil decidēs. Et hanc opinionem quod non possit cedi sine personali, tenet etiam Bald. in cons. 248. Præsupponendum est, in fine, 3. vol. Bart. autem in l. fideiussor obligari, in princ. ff. de fideiuss. et ibi Ang. Imola, et Castr. tenuerūt, vt etiam ualeat cessio extraneo facta, quę hoc casu operatur retentionem, si fiat titulo donationis, uel uenditionis, aut simili, quam opinionem etiam sequitur Paul. in d. l. fin. & in cons. 229. Venditio, nu. 3. 2. parte nouissimorum. Alex. cons. 47. Visis instrumentis, 2. col. 3. volum. Anto. Nicel. in tractatu de concor. glos. concor. 31. num. 192. Neguss. in tractatu de pignor. 3. par. 1. membro, nu. 28. & 5. parte, 3. membro, nu. 74. & Boer. qui dicit hanc partem uideri habere maiorem apparentiam, decisione 335. num. 3.

Et personales.

SVMMARIA.

1 *Personalis actio quæ sit, & aduersus quem competat.*
2 *Personales actiones dicuntur conditiones.*
3 *Personales actiones dicuntur tam ex parte agentis quam ex parte rei conuenti.*
4 *Personalis actio est hominum oßibus affixa, nec potest ab ipsis separari sicut nec anima à corpore.*
5 *Realia iura facilius transeunt quàm personalia.*
6 *Personalis actio non acquiritur nisi per cessionem.*
7 *Personales actiones non sequuntur fundum nec transeunt in singularem successorem.*
8 *Actiones aliquando strictè aliquando largè aliquando latißimè accipiuntur.*
9 *Personales actiones dicuntur aliquando in rem scriptæ.*
10 *Interdicta cur sic appellentur.*
11 *Obligatio est mater actionum personalium.*
12 *Obligatio numquid sit mater realis actionis.*
13 *Actione personali cessa censetur etiam cessa hypothecaria.*

GLOSSA VIII.

Personalis actio est, qua cum eo agimus qui obligatus est nobis ad
1 faciendum aliquid † uel dandum, & semper aduersus eundem locum habet, quæ appellatur condictio, d. l. actionum genera, in princ. de action. & oblig. & actione personali agit uniusquisque cum eo qui ei obligatus est, uel ex contractu, uel ex maleficio, seu ex quasi contractu, uel quasi maleficio, d. §. 1. iunctis ibi not. per Doct.
2 Inst. de action. & quod huiusmodi † actiones personales condictiones dicantur, licèt abusiuè, dicit text. in §. appellamus, eod. tit. Alciat. verò (si is est) in dicta sua praxi utriusque iuris, in uers. Actio, ex qua causa nascatur, dicit actionem personalem esse actionem, quā quis intentat contra alium ad aliquid dandum, uel restituendum, uel faciendum, tanq̃ obligatum ex contractu, uel quasi, uel etiam ex uarijs figuris causarum. Sed hoc ultimū, de quo habetur mentio in l. 1. in princ. ff. de action. & oblig. latius explicant Scribent. in d. §. 1. & ibi Ias. in princip. Gomes. & Zas. dicunt actiones personales dici tam ex parte
3 † rei conuenti, seu debitoris, quam agentis, seu creditoris, cum numquam egrediatur personam obligati, & eum sequatur sicut lepra leprosum, arg. l. 1. §. si hæres, ad Trebel. & l. pen. C. de action. & oblig. inhæreantque inseparabiliter personę creditoris, ut dicit glos. in l. 3. in princ. ff. pro socio, & ossibus homi-
4 num † sunt affixæ, sicut character fidei, & participatio Sacramentorum, & alibi dicit glos. in l. quis ergò, in fine, quod nomina non possunt separari à domino, sicut nec anima à corpore, & dicit glos. in l. si Sticho, eo. tit. quod huiusmodi actiones non facilè transeunt. Fa-
5 cilius igitur transeunt † iura realia, quàm personalia, cum illa ossibus non sint affixa, ut etiam dicit Angel. in consilio 70. Ioannes, in princ. & 161. Viso puncto, col. 3. Neguss. in tract. de pignor. 2. parte, 3. membro, nu. 32. & propterea in eis opus est cessione, glos. in d. l. 3. & probatur in l. possessio quoque, §. 1. ff. de acquir. poss. & ibi Bart. & latius Alex. ubi possessio, & dominium acquiritur per
6 procuratorem, sed actio personalis non † nisi per cessionem, de quo etiam per Gomes. dicto §. primo, numero 3. de istis etiam personalibus actionibus tradit. Nico. Lescut. in d. tractatu, in principio, & quod ius personale sine cessione actionum non transeat in uenditione, tenet etiam Bart. dicens, quod hodie

fiunt huiusmodi cessiones, in l. si ui uel metu, nu. 8. C. quod met. caus. Et quę quidem actio
7 nes† personales non sequuntur fundum, nec transeunt in singularem successorem, l. fin. §. 1. de contrahen. empt. & d. §. si hæres, vbi latè Ripa, multa cumulat ad propositum. Et
8 sciendum est, †quod actiones quandoque strictè, & propriè accipiuntur, quandoque largo modo, quandoque latissimò, quando strictè, tunc compræhenditur tantum actio personalis, l. actio, & ibi glos. ff. de action. & obligat. glos. in l. in actionibus, & ibi Ias. ff. de in litē iur. & in l. si quis maior, in verbo actione, & ibi Parpal. 13. not. dicens esse utile ad statuta de actionibus loquentia, ut tantum personales compræhendant, & ibi sequitur Cagnol. nu. 183. C. de transact. Azo in Summa, C. de eden. 1. col. quando largo modo, compręhēduntur etiam actiones reales, & hoc modo accipitur in d. l. actionum genera, ff. de act. et obligat. & hoc modo accipiuntur in cessione actionum per aliquē facta, ut per Iac. de Are. d. tractatu, nu. 54. & Ioan. de Gras. eo. simili tractatu, §. 3. nu. 1. cum latissimo modo accipiuntur, continentur reales, & personales, directæ, utiles, præiudicia, interdicta, ut in l. actionis uerbo, eod. tit. de action. & oblig. Prę
9 terea, †sunt aliæ personales actiones, quæ dicuntur in rem scriptæ, quæ dantur contra eū qui rem detinet, & concomitantur quemcūque possessorem, ut per glos. in l. 3. §. est autem personalis, ff. ad exhibendum, & per Ias. & omnes Moderniores in d. §. 1. inter quas etiam ponuntur interdicta omnia, quę dicuntur personalia, in rem tamen scripta, l. 1. §. interdicta omnia, ff. de interd. & tradunt Doctor. in d. §. 1. & Alcia. in d. l. pecunię, §. actio
10 nis, pen. pagina, vbi ideo dici †interdicta affirmat, quasi interim dicta: cum enim possessionem respiciant, totam litem non perimūt, quin de dominio quęri possit, quapropter, & pręiudicia quandoque appellantur. Actio
11 num† autem personalium mater est obligatio, l. licèt, §. ea obligatio, ff. de procur. Instit. de uerb. oblig. in prin. tradunt omnes Instit. de oblig. in princ. & in d. §. 1. & in prin. eius
12 dem tituli, & licèt† plerique teneant obligationem non esse matrem actionis realis, sed nasci ex dominio, tamen Zasi. in d. §. 1. nu. 12. contrariū nititur defendere, qđ immò etiam mater eius possit dici suppositiriè, & per accidens, ut suprà. Plures differentias inter huiusmodi actiones, & quæ fortiori iuri innitantur, & plura alia ad materiam facentia tradunt Moder. in d. §. 1. quæ missia faciam, tanquam ad intellectum huius Clausulæ non necessaria. Illud tamen est sciendum etiam,
13 quod cessa actione † personali, censetur etiam cessa hypothecaria, quæ tunc temporis cedenti competebat, l. si in solutum, & ibi Bald. & Salic. C. de action. & oblig. etiam tacita à iure inducta, Negus. d. tractatu 2. parte, 4. membro, nu. 33. cum alijs adductis per Bart. d. decis. 335.

Vtiles, & directas.

SVMMARIA.

1 *Vtilis Actio quadrupliciter dicitur.*
Vtilis Actio qualiter differat à directa.
Directa Actio quotupliciter dicatur.
Vtilis Actio quando competat, & quando directa.
Directa Actio cur sic dicta.
2 *Vtiles Actiones an transferantur sine cessione.*
Vtiles Actiones habens virtute cessionis non potest exercere directas nomine eius penes quem remanserunt.
Vtilis Actio à lege ex interpretatione data eundem habet effectum, quem habet directa.
3 *Directæ Actiones non possunt trāsferri in cessionarium.*
Nisi Cessionarius constituatur procurator in rem suam.
Et hoc casu etiam debet cessionarius intentare illas nomine mandantis.
4 *Vtilis Actio quæ ex cessione proficiscitur, unde oriatur, & an sit datiua, vel natiua, & an sit eadem in substantia cum directa, vide hic remissiuè.*

GLOSSA IX.

PRo declaratione istorum uerborum vidēda est theorica, & notabilis distinctio Bart. à Doctorib. cōmuniter recepta, quam posuit in multis locis, & pręsertim in l. 1. nu. 7. ff. de action. & oblig. in repet. l. 1. nu. 17. C. eo. tit.
1 nam actio †utilis dicitur quadrupliciter. 1. respectu directę competentis, ad idem d. l. 1. C. de action. & oblig. directa enim actio competit cedenti, quę ab eius ossibus per cessionem separari nequit, glos. in d. l. 3. ff. p soc. de quo latius inferius dicetur; utilis verò cessionario, quam suo nomine intentat, & hoc modo accipitur hic. Secundò dicitur utilis respectu directę quę iam competijt, & nunc non competit, ut in utili quæ restituitur minori, uel absenti, C. si aduers. transact. l. 1. & l. in honorarijs, ff. de action. & oblig. in uerbo, sed cum rescissa, de quo etiam per glos. in uerbo rescissa, & ibi Doctor. in §. rursus, Instit. de actionibus. Tertiò, dicitur utilis respectu directæ, quę numquàm competijt, licèt esset possibile competere, l. penult. C. ad exhib. & l. quoties, C. de donation. quæ sub modo. Quarto modo

to modo dicitur utilis, respectu directæ, quæ competit ad aliud, ut in casu l. pen. ff. si quadrup. paup. fecis. dicat. l. curatoris, C. de negot. gest. & l. 1. de pos. bon. petit. & §. cæterum, Instit. ad l. Aquil. Similiter declarantur huiusmodi verba ex alia communi Doctor. Conclusione, post Bar. in d. l. curatoris, C. de negot. gest. quod directa actio dicitur dupliciter. Primo, respectu contrarię actionis, quę competit tutori, gestori negociorum, procuratori, depositario, & similibus, hi enim licèt teneantur pupillo, domino, & deponenti, directa actione, tamen eis aduersus illos cõtraria actio competit, scilicèt è regione eis competens, ut plenè ẽt declarat Ias. in §. præiudiciales, nu. 19. Instit. de action. de quo per omnes, in d. l. curatoris, in hoc dãtes theoricam ad cognoscendum, qñ huiusmodi contraria actio nascatur, & competat, uel directa. Secũdo modo dicitur directa, respectu utilis, quæ competit in quatuor casibus supra expressis; Sed prosequendo tantum quartum modum, de quo suprà, & de quo in d. l. curatoris, ubi latè glos. dicunt directam actionem tunc locum sibi vendicare, quoties ex uerbis, & mẽte legis inducitur, sed si nec verba, nec mens l. conuenit, sed ex Iurescõsultorum interpretatione, lex extenditur ad alium casum non cogitatũ, vt in d. l. pen. ff. si quadr. paup. fecis. dicat. & in alijs locis supra allegatis, & tunc propter vtilitatem datur actio, quæ dicitur vtilis, non directa, licèt glos. ibi, & in alijs locis, voluerit actionem utilem dari, cũ ex mente legis non ex expressis verbis oritur, quod reprobant communiter omnes, per text. in l. nominis, & rei, §. verbum, & ibi etiam declarat Alciat. ff. de verb. signif. quia cũ datur ex mẽte legis, oritur directa, nõ utilis, & in hoc errauit Neguś. qui tenuit aliter in tractatu de pign. 1. p. 8. par. nu. 6. & hoc modo est intelligendus Aret. qui aliàs malè diceret, Instit. si quadrup. paup. fecis. dicat. in princ. & melius ipse declarauit in d. §. cæterum, nu. 2. dicitur autẽ hoc casu actio directa, quia directò procedit à lege, et uelut à fonte erumpit, ut declarat Ias. qui hanc theoricam etiam sequitur, in d. §. præiudiciales, nu. 21. vbi ad probationẽ ipsius adducit pulcherimum text. Inst. in tit. de legi. patro. tut. sequitur etiam Felin. in ca. aduersario, in princ. de except. Steph. de Feder. in tracta. de interpret. iur. 1. parte, nu. 9. & Nico. Lescut, d. tractat. de action. 2. car. in uers. hic accedit alia diuisio. An autem distinctio glos. in d. l. curatoris, distinguentis, quãdo actio uariatur per aduerbia, directò, uel utiliter, an competat directa uel utilis, sit uera, quæ magis communiter uidetur reijci, uidendũ est per Bar. & alios ibi. Vtiles autem actiones plerumque sine cessione transferuntur, ut in sex casibus enumeratis per glos. vbi Bar.
2 & alij, in d. l. 1. † C. de action. & oblig. & in l. ex legato, C. de leg. & per Iac. de Are. d. tractatu nu. 64. & Ioan. de Gras. d. tract. §. 5. nu. 3. quos aliter non prosequar. His tamen casibus, non potest habens utiles, exercere directas, nomine eius, penes quem remanserunt, glos. in l. emptor, C. de hæred. vel action. uendit. & in d. l. ex legato; Sed quando datur actio utilis à lege, ex interpretatione, ut supra dictum fuit, ipsa actio habet eundem effectũ, quem habet directa, & idem consequitur agens ex una, quod cõsequitur ex alia, l. actio, & ibi Doctor. ff. de negot. gest. sed benè utile est habere actiones directas, & utiles, ut in casu isto, iuxta not. per Bald. in d. l. emptor, nu. 5. & ante eum Bartolus in dicta l. prima. ff. de action. & obliblig. numero septimo, & Salicet. in dicta l. prima. C. eod. 7. quæstio. & sequitur Ias. in l. cum fundus, §. seruum tuum, col. pen. ff. si cert. petat. Præterea, sciendum
3 est, quod per cessionem actiones † directæ nõ possunt transferri in cessionarium, cum sint infixæ ossibus cedentis, glos. in d. l. 3. tradit Iac. de Aret. in d. tractat. num. 54. & Ioan. de Gras. in d. §. 3. in princ. Spec. d. §. 1. col. 9. uersic. quod si habens directam. Pract. Papiens. in d. glos. Cessit, nu. 3. vbi dicit, quod ideo opus est, ut constituatur cessionarius procurator in rem suam, de quo tamen inferius dicetur, & plures alios adducit Tiraquel. in d. §. 26. glos. 1. nu. 55. quod tamen declarandum est non transferri, ut cessionarius suo nomine eas intentare possit, sed tantum nomine mandantis, ut tradunt Doctor. in l. qui stipendia, C. de procur. in l. cum fundus, §. seruum, ubi Dec. nu. 22. ff. si cer. pet. tradit Nicol. in tract. de concor. glos. in 58. concor. nu. 379. quod etiam declarant nonnulli ex supra allegatis, & maximè Bald. in 1. q. nu. 10. & Salic. & in 4. q. C. de act. & oblig. Quid autem referat huiusmodi directas actiones penes cedẽtem residere, inferius tangemus. Et quod dictum est de actionibus directis remanentibus penes cedentẽ, procedit etiam in cedẽte qui habet utilẽ actionẽ loco directæ sibi datã uel restitutã, ut in casu d. l. curatoris, & in alijs casibus suprà expressis, cum enim talis actio utilis nil distet à directa, sed eundem effectum habeat, tunc per cessionem factam in aliam utilem scinditur, quæ in cessionariũ transit priori vtili loco directę remanente penes cedẽtem: diuersum tñ est in eo, qui habet tñ utilẽ separatã à directa, ut in cessionario, & similibus, qui eam ẽt alij cedere põt, l. 1. §. de illo, ubi Ripa, nu. 6. ff. ad Trebel. Spec. in d. §. 1. col. 8. vers. sed quid si is cui competit.

& Tiraquel.in d.§.26.glos.3.num.3.nam ea cessa nihil penitus penes eum remanet,ut declarat Bart.in d.l.1.nu.25.de act.& oblig. in l.emptor,C.de hęred.uel act.vend.ubi Cast. & in d.l.curatoris,nu.6.Bald.in d.l.1.nu.16. C.de act.& oblig.2.q.& in d.l.emptor, Bal. in d.l.3. C.de nouat.nu.2.vbi dicit,secùs, si eas tantum mandauit,quę tunc habet locum dispositio illius legis, de quo etiam inferius dicetur, & idem ibi Alber. & Io.de Gras. d. tractatu,§.4.nu.8.& Salic.in d.l.1.11.quęst. Bart.& alij,in l.ex asse,C.ad Trebel.& Ripa, d.nu.6.& Bertr.in cōs.103.nu.6.2.parte priorum. ac Socin.in cons.18.col.6. 1.vol. quod limita,nisi tantū mandauerit directas, ut per

4 Bald.in d.l.3.nu.2. Sed undè† oriatur ista actio utilis, quæ ex cessione nascitur, & an sit datiua,uel natiua, & an sit eadem in substantia cum directa,uel differat specie, uel sit eadem numero,tradit Bart.in d.l.1.ff.de actio. & oblig.& idem Bart.Bald.& Salic.in d.l.1. C. eod. & nonnulla ponit Bald. in d.l.ex legato,ubi uidendum est.Prędicta uerò quę de cessione actionum dicta fuere,procedunt cessione effectualiter facta, secùs verò promissione facta,de cedendo,quia per eā non trāsferuntur iura aliqua,ut per Rom.cons.86.Viso quæstionis themate, col.2.quem sequitur Dec.in d.l.cum fundus, §.seruum tuum, 1. not. & plura ad propositum adducit Tiraquel.in tractatu de retract.conuention. in fine,nu.41.& sequen.vbi refert Dec.& Rom. ut supra, & per Boer. decisione 3. vbi loquitur in promissione de renunciando.

Tacitas, & expressas.

SVMMARIA.

1 *Cessionis Clausula numquid debeat continere tacitas, & expressas actiones, an verò sufficiat dicere, omnes actiones.*

2 *Actiones tacitæ quæ dicantur.*

Medicus habet tacitam locati actionem, qui operas suas erat solitus locare Communitati.

3 *Tacitum dicitur quod colligitur per rationem intellectus.*

4 *Expressum est, quod vere profertur vel scriptum apparet.*

5 *Taciti, & expreßi eadem est virtus.*

6 *Expreßè quid fieri quando dicatur.*

GLOSSA X.

1 ISta uerba † non apponuntur per Roland. nec per Spec. in eorum formis cessionum,sed aliqui moderni apponunt, & uidi eas pluries appositas in instrumentis tabellionum, Ferrariensium,non tamen putarem plus cautionis ea afferre cessionario, cui sunt cessæ omnes actiones, ut suprà, et possent fortè exemplificari in actionibus hypothecarijs,

2 †quæ à iure tacitè inducuntur, ut in dote est text.in l.unica,§.et ut plenius,C. de rei uxo. action.& in §.fuerat, vbi Ias. nu. 7. loquitur de actione ex stipulatu,inducta tacitè à lege, Instit.de action.& in rebus inuectis,& illatis in domum locatoris,habetur in l. item quia, in princ.ff.de pact.in §.item Seruiana,Instit. de action.& in omnibus alijs casibus,in quibus tacita inducitur à l. hypotheca, de quibus latè tradit Negus.in d.tractatu,2. parte, 4.membro,per totum; posset etiam exemplificari in casu,in quo loquitur Socin. in cons. 196.col.2. vol.2. vbi per l.item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, voluit tacitam dari actionem locati medico, qui operas suas esset solitus locare Communitati, cum censeatur relocasse,& Communitatem reconduxisse; Posset fortè etiam dici, quod tacita actio ea censeatur,quæ datur non ex uerbis legis, vel mente, sed ex interpretatione Iurisconsultorum, de quo suprà diximus:nam tacitè dicitur tunc res decisa,ut dicit Alciat.in d.l. nominis,& rei,§.verbum ex legibus,pag.2.Ta

3 citum † autem illud dicitur, quod colligitur per rationem intellectus, seu quod uirtualiter compræhenditur,seu quod uenit in conse

4 quentiam expressi:expressum † uerò quod uoce profertur, uel scriptum apparet. Bald.& Imola,in l.illud,ff.de acquir. hęred. & idem Bald.in l.fin.col.pen. C. de instit. & substit. ubi dicit,illud esse tacitum,quod magis intellectu percipitur, quàm locutione exprimatur,refert Cagnol. in l.expressa,ad fin.ff.de

5 reg.iur.& de tacito † & expresso quod eadem sit virtus, habetur in l.cum quid, vbi Doct.

6 ff.si cert.pet.& quando † quid expresse dicatur fieri,habetur etiam in l.j.ff.de vulg.& pupil.& in alijs locis infrà suo loco allegandis.

Seu mistas.

SVMMARIA.

1 *Mixtæ actiones quæ dicantur, & earum exempla.*

2 *Petitio hæreditatis secundum aliquos est actio mixta.*

3 *Mixtæ actiones an comprehendantur sub simplicibus remißiuè.*

4 *Mixtæ actiones an distent à personalibus in rem scriptis remißiuè.*

GLOSSA XI.

MIstæ actiones sunt, in quibus uterque actor est,ut puta, Finium re

1 gundorum, quæ † competit inter eos,qui confines fundos habent; Familiæ erciscundæ, quæ datur hæredibus pro

pro familia, idest hæreditate diuidenda, herciſco enim idem quod diuido importat, gloſ ſa in Rubrica, ff. familia erciſcunda. Communi. diuiden. quæ datur inter eos, qui ſine ſocietate aliquid commune habent; Et interdictum, Vti poſſidetis, & Vtrobi, prædicta datur, vt poſſidens rem immobilem, non ui, clàm, nec precario, ab altero. Secundum, ut eo modo poſſidens rem mobilẽ, in ſua poſ ſeſſione tueatur, ut in dictis titulis. Et de dictis actionibus, quod ſint miſtæ, ut ſuprà, habetur in l. actionis uerbo, §. miſtę, ff. de actio. & oblig. de dictis tribus primis, quod miſtæ dicantur, cum tam realium, quàm perſonaliũ naturam participent, eſt text. in §. quædam, & ibi latè Doctores ſcribunt, Inſtit. de actio. De huiuſmodi etiam actionibus miſtis habetur etiam per Scribẽtes, in d. §. 1. aliàs §. omnium, eod. tit. & in Rubrica, ff. ſi cert. pet. Et
2 in numero miſtarum † actionum aliqui etiã ponunt petitionem hæreditatis, ut Iaſ. in d. §. omnium, nu. 14. ubi controuertunt, an mi-
3 ſtæ † actiones ſub ſimplicibus comprehendãtur: quæ materia diſputatur in l. 2. in princ. & ibi latè ſcribit Alciat. ff. de uerbo. obligat. ut interim non omittam, quo ad quędam, ple-
4 roſque uelle has actiones miſtas † à perſonalibus in rem ſcriptis non diſtare, quos cumulatos habemus per Tiraquel. in dicto tractatu, de retract. tit. 1. §. 8. gloſ. 5. num. 9. pro quorũ reſolutione ſufficiet remiſsio ad dicta loca;

Aut alias quaſcumque.

SVMMARIA.

1 *Alius, dictio, de ſui natura importat ſimilitudinem.*
Impropriatur tamen aliquando.
Simile nullum eſt idem.
2 *Alius, dictio, iuncta vniuerſali dictione vel generali, an comprehendat maiora expreßis.*
3 *Quaſcumque, dictio, auget diſpoſitionem, & latiſsimam habet ſignificationem.*
4 *Ceſsio non ampliatur per verba generalia, quãdo habent relationem ad aliquas actiones competentes.*

GLOSSA XII.

1 DIctio (Alius) † de ſui natura importat ſimilitudinem, l. 3. C. de ſeruis fugit. & ibi gloſ. in fi. & not. gloſ. & tradunt Doctores, in c. ſedes, de reſcript. licèt quandoque impropríetur, vt habetur Lucæ 23. Ducebãtur aũt & alij duo nequam cũ eo (ſcilicet Chriſto) ut interficerẽtur, & tradit gl. in l. non ſolum, §. quęritur, in verbo creditores, ff. de procur. Affl. deciſione 244. nu. 4. & Marſ. in Rubrica, de probat. nu. 120. licèt includat diuerſa ab expreſſis, quia nullum ſimile eſt idem. Soc. conſ. 300. 2. col. verſ. 3. principaliter, & Pariſ. cõſ. 92. nu. 5. 1.
2 vol. ſed ſi ſit addita † dictio generalis, vel vniuerſalis, vt hic, dubium eſt, an comprehendãtur maiora expreſſis, & auctoritates ſunt pro vtraque parte, ut per Aret. & Iaſ. in l. pen. C. qui admit. qui tenent, non venire, per tex. ibi cum gloſ. vbi Aret. loquitur, etiam ſi adſit copula, cuius contrarium voluit Curt. iunior, conſil. 38. ad finem, & cum Aretin. & Iaſ. tenent Felin. colum. 6. verſ. quarta declaratio. & Dec. 5. num. 8. verſ. ſecundo limitatur, in dicto c. ſedes, ſed Socin. diſtinguit, faciendo plures concluſiones, in l. quidam relegatus, 5. not. ff. de rebus dub. & maximè in 5. & 6. concluſione, diſtinguendo decidit dictam opinionem procedere in odioſis, & pœnalibus, aliam in fauorabilibus. & idem in pęnalibus quod non ex..datur, item, & Clauſula ad maiora, tenet idem Socin. conſ. 285. 2. col. & Ruin. conſ. 10. num. 12. 1. vol. & conſ. 116. nu. 17. 2. uolu. & videtur idem tenere in conſil. allegato. 92. nu. 22. in 3. & Dec. in d. l. quæcumque, aliàs, pen. C. qui admit. num. 1. Sed quod immò operentur verba generalia indiſtinctè, tenet Alex. in conſ. 9. Viſo, ac vt oportet, conſiderato, col. 3. & 4. vol. 2. & conſil. 155. Viſis & accuratè, col. 1. eod. vol. & ſecundum hanc partem dicit fuiſſe deciſum in Rota Vrbis, Gomeſ. in compend. vni. ſigna. in regula de triennali poſſ. in 2. quæſt. num. 5. & 6. vbi alios adducit, & de dicto verbo, Alius, latè Alberic. dicto ſuo Dictionario in eod. verbo, vbi abundè oſtendit, quibus modis accipiatur.

De verbo modo, (Quaſcumque) quod auget diſpoſitionem, & latiſſimam habet ſigni-
3 ficationem, dictum fuit † ſuprà, in Clauſula immunitatis, in verbo (Ab omnibus & quibuſcumque) & in Clauſula, promiſſionis de rato, in verbo (quibuſcumque) ſi tamen hu-
4 iuſmodi † verba, vel ſimilia, haberent relationem ad aliquas actiones competentes occaſione puta dotis ceſsãtis, dẽrent reſtringi ad cauſam ipſam, nec ulterius eſſent extendenda, ut ad propoſitum tradit Bald. in conſ. 37. Quoniam nu. 2. uol. 2.

Quæ & quas ipſi venditores habent, habebant, haberent, vel habere poſ ſent, ſeu in futurum ſperarent.

SVMMARIA.

1 *Cedens ſi nullas habet actiones, & ceßio fiat acceſſoriè ad venditionem rei, tenetur ex vendito ad rei*

ad rei traditionem, uel de euictione si post traditionem fuit euicta.

2 *Cessionarius subit periculum nominis debitoris sibi cessi, si cedens protestatus est illum esse debitorem de iure sine aliqua exceptione, non autē dixit illum esse soluendo & locupletem.*

Si tamen huiusmodi periculum eueniat post cessionem.

Et nisi Cessionarius non posset exigere, quia est exclusus exceptione quæ cedenti obstabat.

3 *Cedens stat in periculo & in damno nominis debitoris cessi, si cessio sit simpliciter facta.*

Cedens si erat debitor cessionarij, & vt ipsi satisfaceret cessit iura contrà suum debitorem, non censetur soluisse, vel satisfecisse.

4 *Cedens nomen debitoris tenetur exhibere sua instrumenta vt ostendat & probet iura sua, quæ habet contrà debitorem.*

5 *Potest, verbum, trahitur ad futurum etiam si sit positum in tempore præsenti.*

Potest, verbum, comprehendit id quod licitè & commodè fieri potest.

Potest, verbū, non comprehendit id quod est contra bonos mores.

Potest, verbum, an importet liberam potestatem vel necessitatem.

Posse aliquis dicitur quinq;, duobus versibus explicatis.

6 *Actiones futuræ, vel competituræ regulariter non veniunt in contractu, nisi dicatur cedi omne ius quod habet vel habere sperat.*

Spes futuræ actionis cedi potest.

7 *Cessio aut remissio omnium iurium, & actionū quæ, & quas quis habet, et habere sperat in futurum in aliqua re intelligitur de iuribus, quæ cedens habere sperat ex causa de præsenti.*

Spes non dicitur illa quæ non est fundata de præsenti.

8 *Spes quid sit.*

9 *Spei futuræ, seu iuribus futuris potest renunciari.*

GLOSSA XIII.

Sed quid si cedens nullas actiones habet, quo casu nihil venit in cessione, l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. & tradit Bald. in terminis cessionis, in cons. 139. Factum tale est, nu. 3. volum. 2. & Simon. de Pret. in tract. de interpretat. vltim. volunt. lib. 4. dubitatione 3. nu. 12. an, & in quo teneatur cessionario. & dicendum est, quod si cessio fiat accessoriè ad venditionem rei, ut hic, tenetur ex vēdito ad rei
2 †traditionē, vel de euictione, si fuerit ei post traditionem euicta, ut inferius suis locis dice-
2 tur; Sed si fiat cessio †actionum personalium quas quis habet contra aliquem suū debitorem, refert, an fiat datio in solutum, uel uēditio nominis cum cessione, uel cessio tantum; primo casu tenetur dans, uel uendens protestari eum esse debitorem de iure, sine aliqua exceptione, non autem non esse soluendo, uel locupletem, l. si nomen, & ibi Bald. ff. de hæred. uel action. uend. Castr. cons. 170. Viso puncto, nu. 2. par. 2. nouissimorum. & hoc procedit quocumque titulo, fiat huiusmodi nominis alienatio, etiam si cederetur solummodo prout cedi potest, l. 3. C. de nouat. cū alijs traditis per Tiraq. d. §. 26. glos. 3. nu. 32. ita Dec. in cons. 102. in prin. num. 1. & Paris. cōs. 88. nu. 13. 1. uol. & hoc casu periculū nominis si post uenditionem, uel dationē huiusmodi fiat inexigibile, pertinet ad ementē & recipientem & liberatur debitor, qui in solutum dedit, l. pupilli, §. soror, ff. de sol. Imola, in l. facta, §. si hæres, ff. ad Trebel. & admittit Socin. cons. 37. nu. 8. & nu. 23. 4. uol. & de nomine dato in solutum pro dote, habetur in l. Mevia, in princ. ff. solut. matr. & per Io. Campeg. in tract. de dote, 2. par. quæst. 79. Si nomen. si tamen non posset emptor, uel acquirens, nomen exigere à debitore, & sit exclusus exceptione, quæ cedenti obstabat, habet regressum contra uenditorem. Dec. d. nu. 1. & de casu d. l. Mevia, uide etiam Boer. quæst.
3 329. col. fin. Secundo casu, quando †est facta solum cessio, periculum non pertinet ad cessionarium, sed ad cedentem, Socin. d. nu. 8. Vnde si cedens erit debitor cessionarij, & ut sibi satisfaceret cessit iura contra suum debitorem, non censetur soluisse, uel satisfecisse, glos. magna, ad fin. in l. legaui, ff. de lib. legat. Alex. cons. 96. In præsenti causa, uol. 3. Dec. in cons. 99. nu. 4. & propterea eidem tenetur aliter satisfacere, ut per eum ibi, & omni ca-
4 su tenetur cedens, uel uēdens, †exhibere sua instrumenta ut ostendat & probet iura sua, quæ habet contra debitorem. Bal. in l. Titius ff. de action. empt. & in d. l. si nomen, & in l. 1. num. 6. C. cred. euict. pignor. non deber. & Roma. cons. 163. Constitutio curię, col. pen. faciunt quæ supra in clausula procuratoris uendentis in uerbo à me notario, &c. dicta fuere de mandato per procuratorem exhibendo.

Verbum, potest, trahitur ad futurum, etiā si sit positum in tempore præsenti, l. si ita qs,
5 ff. de le. 2. Bar. & omnes, †in l. quod Seruius, ad fi. ff. de cond. cau. data, & in l. qui Romę, §. duo fratres, 6. quæst. nu. 19. ubi Crot. num. 60. & Ripa, nu. 76. ff. de uerbor. oblig. Alex. cons. 31. Ponderatis, col. fin. 3. uol. & de isto uerbo quod comprehendat illud quod licitè & commodè fieri potest, est text. in l. nepos Proculo, & ibi Alciat. de uerbor. signific. & idem, quod non comprehendat id, quod est contra

contra bonos mores, in l. culpa caret, & ibi Cagnol.nu.3.de reg.iur. quod pluribus modis accipiatur ponit Alber. in Dictionario, suo, uerbo, posse. & an importet liberam potestatem, uel necessitatem, ponunt Bar. & alij, in l. Gallus, in princ. ff. de lib. & posthum. & in l. sæpe audiui, ff. de offic. præsid. & est glos. in c. scissitatum, de rescript. in uerbo im potentia, quinq; modis aliquem posse declarãs, qui his duobus uersibus cõpræhendunt.

Posse quidem rebus dant ius natura potestas.
Officium meritum sextum diuina voluntas.

Actiones futuræ, uel competituræ regulariter non ueniunt, uel compræhenduntur in contractu, sed tantum presentes, & competẽtes de præsenti, ut in uenditione hæreditatis tradit glos. iuxta text. in l. hæredem, ff. manda. & habetur in l. si stipulatus, §. cum stipulamur, de uerb. oblig. & ibi dicit Bart. in d.l. hæredem, quod propterea in cõtractibus em ptionis & uẽditionis hodie apponitur quod uenditor cedit omne ius, quod habet, & habere sperat uel posset habere, quia propter uerbum, sperat, uidentur cesse actiones, quas posset habere. sequitur Cels. in tract. Clausu.
6 nu.297.† & Boer. d. decisione 335. num.1. & dictam l. heredem, dixit singularem Bald. in d.l. si in solutum, C. de act. & oblig. vbi dicit, actionem hypothecariam tempore cessionis competentem, uenire in cessione, secùs si post cæperat competere, ut etiã dicunt alij allegati suprà, in uerbo, personales, ad finem; Quod autem spes futuræ actionis cedi posit, licèt sit incerta res, ambigendum non est, l. spem, C. de don. sicut etiam uẽdi potest, l. nec emptio, ff. de contrahen. empt. licèt nõ ueniat euictio, secundum Bal. in d.l. spem. & de cessione spei quod fieri posit, tradit Bart. in l. fin. ff. de admin. tutor. & Ruin. consil. 98. nu.15.1.uol. & Tiraquel. d. glos.3.nu.4. si tamen sit facta cessio, aut remissio omnium iurium & actionum, que, & quas, quis habet et habere sperat in futurum, in aliqua re, cẽsentur tantum cessa & remissa iura, quæ cedens habere sperat, ex causa de presenti: quia aliàs spes non dicitur illa quæ non est fundata de
7 præsenti. Bart. in l. post † emancipationem, §. 1. ff. de lib. legat. & Bald. in d.l. spem, ubi An
8 gel. allegando, dicit † quod spes est certa expe ctatio future beatitudinis. quod etiam refert Alb. in Dictionario suo, eod. verbo, spes, & Ripa, in locis infrà allegandis, licèt Grãmat. dicat esse futurorum opinionem. hoc etiam tenet Bart. in l. qui cum tutoribus, in princ. ff. de transact. in l. si vxor, §. diuus, ff. ad l. Iul. de adult. in d.l. quod Seruius, vbi eum sequuntur communiter Doctor. in l.1. C. de pact. ubi Ripa, nu.26. ampliat, & sequitur Alciat. super verbo, iniquum, 2. pag. dicẽs, quod aliàs esset somnium, vel phantasia potius, quàm spes, de quo per eundem, in l. conditionales, ad fin. ff. de verb. signif. Bart. in d. §. duo fratres, 6. quæst. & ibi Crot. nu.61. & Ripa, nu. 11.75. & 77. Felin. in c. si diligenti, pen. col. num.33. versi. decimo fallit, de foro compet. Bald. in l. pactum, 13. quæst. C. de collat. Ruin. d. cons.98. nu.15. & Curt. iunior, consilio
9 101. nu.7. & 8. Est benè verum, † quod etiam spei future, seu iuribus futuris, quę cedẽti uel renuncianti sunt competitura ex causa de futuro, posset quis per pactum renunciare faciendo pactum de non petẽdo, ut docet Bar. in d.l.1. 2. col. ut si dicatur, si quo tẽpore res ad me pertineret, facio tibi pactũ de nõ petẽdo: hoc enim expresè fieri potest, ut Abb. etiam tenet, sequendo Bar. in c. ex multiplici, in fine, de decim. & satis expresè facta censetur renunciatio, seu cessio, si facta sit de iuribus competentibus & competituris. Bald. in l. fin. C. de hæred. uel act. uend. ante finem, post glo. & ibi Salic. 3. quæst. Rom. cons.22. Proposite, 2. col. sequitur Alciat. d.l.1. & Ripa, d. §. duo fratres, nu.11. vel quæ aliquo tẽpore ad me pertinerẽt, ut per Dec. & Alciat. in d.l.1. propter quę videtur reddi dubia conclusio Ruini, in d. cons.98. qui modo actionem, uel ius quod sperabat cesserit, adueniẽte conditione non poterit renunciare, ut Bal. tradit in cons.403. Punctus talis est, nu.4.1. vol. Per istam tamen Clausulam & cessionẽ factam hoc modo, non liberaretur ille qui rẽ uacuam & expeditę tradere promisit, ut consuluit Corn. in cons.106. 1. uolumine.

In dictis rebus vt supra venditis.

SVMMARIA.

1 *In, dictio, quid importet.*

GLOSSA XIIII.

1 Ista dictio (in) de qua suprà latè dictum fuit, in Clausula præcedenti, potest accipi quod † importet etiam idem quod nomine dictarũ rerum, ut Curt. iunior tradidit in ista Clausula, in d. cons.45. nu.4. in quo non erat expressum, quod fuissent cesse actiones personales: tamen propter alia verba ipsius Clausulæ etiam comprehendi debere personales actiones, respondit, ut ibi per eum.

Aut earum occasione.

SVMMARIA.

1 *Occasio, qualiter apud oratores, & qualiter apud Legistas accipiatur.*
2 *Occasio differt à causa.*

GLOSSA

GLOSSA XV.

Licèt, occaſio, ſecundum oratores pro oportunitate temporis accipiatur, undè Cic. dixit, quod occaſio eſt pars temporis
1 † in ſe habens alicuius rei idoneam faciendi oportunitatem, refert Cagnol. in l. capienda occaſio, ff. de reg. iur. tamen apud legiſtas aliter atq; aliter accipitur, ut apud Alber. in Dictionario ſuo, eod. uerbo, & Cagnol. in d. l. & latiſſimè apud Tiraquel. poſt alios, in tractatu Ceſſante cauſa, in 13. limitatione, per totam, ubi
2 nu. 4. & ſequen. differre à cauſa † oſtendit, ſi quidem illa pro finali accipitur, iſta pro impulſiua. & differentiam etiam inter eas facit Bald. in conſ. 119. Statuto cauetur, nu. 7. parte, 2. relatus per Tiraquel. ibi, num. 6. dicens, quod occaſio dicitur omne id, quod ordinatur ad aliud, per ſe, uel per accidens: cauſa uerò id, quod ad aliquid per ſe ordinatur, per l. uerum eſt, ff. de furt. & l. ſi mulier, ff. rerum amot. in propoſito tamen noſtro uidetur accipiendum, ut importet cauſam remotã, prout accipitur in l. fin. §. ſed cum in ſecundam, C. de furt. tradunt Moderni in Rubrica, C. qui admit. ubi Dec. nu. 8. Ang. conſi. 63. Nobilis miles, 2. col. verſ. nec obſtat. Aret. conſ. 163. Verum eſt, col. 8. verſ. pro iſta concluſione, et admittit Corn. conſ. 263. in princ. iuncto verſ. nec obſtat, col. pen. littera M. 4. uol. & conſ. 339. col. 2. littera D. 1. uolum. & alij quos adducit Tiraquel. in loco præallegato, nu. 8. licèt non improbabiliter poſſet dici, etiam comprehendere ea iura & actiones, quę ex euentu accidentaliter, & fortuito eueniũt, quæ non ſunt ordinata ad effectum, quod ẽt dictio huiuſmodi importat, ut per Dec. dicta Rubric. nu. 9. & Tiraquel. dicta limitatione, num. 7. & licèt iſta Clauſula habeat latam ſignificationem, tamen quandoque reſtringitur propter alia uerba poſita in contractu, ut in caſibus dictorum conſiliorum Corn. ac etiam in caſu Ruin. in conſ. 137. nu. 15. uol. 2.

Etiam.

SVMMARIA.

1 *Etiam, dictio, ſtat augumentatiuè.*

GLOSSA XVI.

1 Iſta dictio ſtat † augumentatiuè, prout fuit dictum ſuprà in Clauſula promiſſionis, de rato, ſuper eod. uerbo, quibus additur Ruin. allegans Archid. in conſ. 53. nu. 19. uolum. 2. ubi affirmat eodem ſenſu eſſe hanc dictionem accipiendam.

Contra auctores ſuos.

SVMMARIA.

1 *Auctor, quis dicatur, & quotupliciter ſumatur.*

GLOSSA XVII.

Auctor, hoc caſu accipitur, pro eo à quo quis ius in re comparauit, aut
1 aliàs quæſiuit, & † eſt uerbum iuris, ut tradit Budęus in annot. ſuis in l. Herennius, ff. de euict. & idem tradit Marant. in tracta. prædicto, dicto 5. membro, in princ. ubi dicit, quod auctor is dicitur, à quo quis cauſam habet; quod probatur ex l. non debeo, ff. de reg. iur. in l. Pomponius, §. cum quis, ff. de acquir. poſſ. in l. an uitium, ff. de diuer. & tẽp. præſcript. in l. auctore laudato, et l. ſequenti, C. de euic. aliàs autem auctor alio ſignificatu accipitur, nẽpe, pro eo, qui opus facit, uel qui primus inuentor, perſuaſorque eſt, ut per Alciat. lib. 2. Parergon, cap. 9. ubi pere. C. mauult ſcribendum eſſe, et de auctoritate latè diſſerit, prout etiam Bud. in loco præallegato; de qua abundè ſuprà diximus in Clauſula perſonarum minorum, in uerbo agenſque ipſe Federicus, &c. & alijs etiam modis ex Alberic. in Dictionario, in eod. uerbo accipi conſtat, ut apud eum uidere licet.

Et quamlibet aliam perſonam.

SVMMARIA.

1 *Cedens actiones numquid præſumatur cedere etiam contrà ſe ipſum, ſicut contrà cæteros.*
Generalis ſermo non comprehendit perſonam loquentis.
Ceſſio iurium competentium, & competiturorũ, comprehendit actionem ad rem vendicandam quæ tamen cedenti competere non poterat tempore ceſſionis.
Agens contrà cedentem non poteſt intentare directas nomine ipſius cedentis, ſed utiles nomine ipſius ceſſionarij.
2 *Ceſſio facta contrà principalem debitorem, an etiam facta cenſeatur contrà eius fideiuſſorẽ.*
3 *Ceſſio actionis contrà fideiuſſorem fieri nequit, ſine ceſſione principalis actionis.*
4 *Ceſſione actionis facta uni correo contrà alterum correum, liberatur ceſſionarius & poteſt à correo partem conſequi.*
5 *Ceſſio correo facienda pro qua parte fieri debeat remiſſiuè.*
6 *Ceſſio ſi fiat ipſi debitori numquid valeat, & quid operetur.*
7 *Ceſſionarius debitor uel eius ſucceſſor uigore ceſſionis ſibi factæ poterit uti contra poſteriorem creditorẽ retentione bonorũ, cedenti hypothecatorũ, ſi pro debito bona ſua eſſent hypothecata.*

GLOSSA

GLOSSA XVIII.

Sed numquid etiã contra ipsos venditores cẽseantur cessæ actiones, sicut contra cæteros? & videtur quod non: quia in generali sermo
1 ne non † censetur comprætensa persona loquentis, l. inquisitio, C. de solut. trad. Moder. in l. frater à fratre, vbi Crot. in Repet. 4. notab. nu. 15. ff. de condict. indeb. ponentes quęstionem de eo, qui promisit accõmodare turrim, vel castrum contra quemcumque, vt nõ teneatur contra se ipsum: & videtur probari in l. peculiũ, §. sicut, ff. de pecul. leg. & in terminis tenet glos. fin. in l. emptor, vbi Bald. C. de hęred. vel actio. vend. & idem tenet Bald. in d. l. ex legato, nu. 11. C. de legat. & Bal. & Salic. post Iac. de Aret. in l. 2. C. an seruus ex suo facto, cum quibus videtur transire Aret. in §. præterea, num. 34. 2. col. vers. septimo repellitur, Instit. de except. & Alex. consi. 149. Viso processu, 2. col. 2. vol. Contrarium videtur probari in l. si culpa, vbi Bart. & Bal. ff. de rei vend. & tenent Bart. & alij, in l. 1. §. fin. ff. de noui oper. nunc. & in l. 3. §. si ego, in fine, ff. eod. pro solutione distinguendum est inter cessionem factam, ex causa lucratiua, et factã ex cã onerosa, vt primo casu procedat prior, secundo posterior sententia, vt declarat Socin. cons. 206. vbi distinguit, faciendo plures casus. sequitur Neguſ. in tracta. de pignor. 5. parte, 3. membro nu. 52. & idem tradit Dec. in cons. 104. col. fin. vers. secundo non obstat & ita dictam regulam l. inquisitio, declarat Bart. in l. 1. in fine, ff. de senator. si tamẽ fit cessio iurium competentium & competiturorũ, venit etiam actio ad rem vendicandam, quæ tamen non poterat competere cedenti possessori tempore cessionis, vt per glos. & Doctor. in l. fin. C. de hęred. vel action. vend. sed quando agitur contra cedentem, nõ possunt intentari actiones nomine cedentis, sed vtiles nomine ipsius cessionarij, vt per Bar. & alios, in d. l. si culpa, & in d. l. 1. §. fi. & Soci. d. cons. secundo Casu.

Quid si cessio fiat contra principalem debitorem, an etiam facta cẽseatur contra eius fi
2 deiussorem? † Azo. in Summa, C. de hęre. vel actio. vend. ad fin. tenet, quod sic, Spec. in d. §. 1. col. antepenult. vers. sed numquid cedẽs, distinguit, ut in casibus in quibus de iure trãsit vtilis actio sine cessione, pariter transeat cõtra fideiussorem: vbi autem opus est cessione, non censeantur cessę actiones contra fideiussorem, nisi expresè dicatur. & cũ eo videtur transire Ioan. Andr. ibi, in addit. sed opinionem Azo. tenet Iacobus de Aretino, in d. tractatu de cesion. action. in Rubrica, quę actiones compet. & qui iura &c. col. 2. nu. 67. licèt arguat in contrarium de nonnullis iuribus, ut ibi per eum. Bart. verò in l. si hæres, ff. ad Trebel. tenet cesionem factam extẽdi ad fideiussorem, & pignora indistinctè, præterquã in casu illius l. 2. in l. hæres à debitore, de fideiussoribus, propter rationes quas ibi adducit, & cum eo uidetur transire ibi Paul. de Cast. licèt arguat in contrarium. & idẽ tenet in d. l. hæres à debitore, in princ. ff. de fideiuſ. licèt Paul. ibi dissentiat, dicens aliam opinionem sibi magis placere, allegando Bart. eam tenuisse in l. si filio, sol. matr. quem tamen nõ inuenio ibi ita tenere Bald. in l. qui filij, ff. de hæred. vel act. vend. mouet quæstionẽ hanc, sed tamen non videtur decidere uel exprimere quid sentiat, cũ allegat Iac. de Aretino, & Spec. ex diametro pugnãtes, sed quod cesio comprænendat fideiussorem, tenet expresè in l. 1. in princ. col. 3. num. 9. vers. quæro testator legauit, C. com. de leg. & in l. si uerò, uer. sed si reum, quam legit cum l. dotalẽ, in uers. tertio not. post Iac. de Aret. ff. soluto matr. & ibi Alex. nisi sit corruptus, uidetur huic opinioni inhærere, quamuis Bart. alleget pro cõtrario, qui immò concordat ut suprà; & hanc etiam sententiam sequitur Neguſ. d. tractatu
3 5. parte, 3. membro, nu. 40. Actionem † tamẽ contra fideiussorem sine cesione principalis actionis cedi non posse, tenent Din. & Alb. in l. fideiussor obligari, in princ. de fideiuſ. & in l. fin. C. de hæred. uel act. uend. & Tiraqu.
4 in d. §. 26. glos. 1. in fine, si tamen † fiat cesio, actionis uni correo contra alterum correum liberatur cesionarius, & potest à correo partem consequi, l. qui duos, ubi Bart. Bal. & Ca
5 stro, de leg. 2. & de cesione † faciẽda correo, pro qua parte sit facienda, habetur per Bart. in l. si plures, ff. de admin. tut. & in l. cum pupillus, ff. de tutel. & rat. distrah. & in l. Modestinus, de solut. per Bald. in l. 1. C. de duob. reis, ibi alij, & Guido de Suzar. in tractat. de Guarent. instrumento col. antepen. num. 46.

Sed quid si cesio facta sit ipsimet debitori, numquid ualeat? & uidetur quod nõ, quia
6 non † potest esse sui ipsius debitor & creditor, l. Vrãnius, ff. de fideiuſ. tamen dicendũ est ualere, & operari liberationem à debito, arg. l. si sponsalibus, §. 1. ff. de iure dot. & ita in indiuiduo tradit Bald. in d. l. 1. quęst. 11. nu. 22. & sequitur ibi Salic. quæst. 21. C. de actio. & oblig. & idem tenet Alex. in l. Senatus, §. fin. per illum text. & not. ibi per Doct. ff. de lega. 1. dicens, uidisse consultum in contrariũ per quendam Doct. consulentem non ualere cesionem factam de omnibus suis iuribus per sororem fratri, contra quoscumque suos debitores, ut in eis non comprehenderetur cesionarius,

sionarius, & quod recusauit pro ea parte consulere. Quam sententiam etiam tenuit idem Alex. in cons. 157. nu. 2. vol. 7. & Ruin. in cõsilio 119. nu. 19. in 2. & cons. 17. nu. 8. in 4. & cons. 88. nu. 6. in 5. vol. & d. consil. 92. nu. 22. vol. 3. vbi loquitur in terminis huius Clausulæ, & non solum operatur liberationem à de
7 bito, sed etiam † vigore ipsius cessionis potest cessionarius, vel eius successor contra posteriorem creditorem vti retentione bonorum hypothecatorum cedenti, si pro debito bona sua essent hypothecata, per ea quæ tradit glos. & Bal. in l. vsucapio, C. de pignor. Bart. in l. 1. §. cum prædium, vers. sed quæro quale remedium, & in l. Aristo, 3. quæst. ff. de pign. quod tenet expresè Negus. d. 3. membro, nume. 74. ità aliàs obtinui in contingentia facti in contradictorio cum quodam Excellentissimo Iureconsulto in ardua causa.

Quæ de ipsis rebus vt supra venditis in totum, vel in parte illicitè occupasset.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum remissum non censetur per cessionem factam grauato in diuisione cum verbis hic descriptis.*
Relatiuum, quæ, restringit generalitatem verbi præcedentis si est sine copula.
Alia, verbum importat similitudinem.
2 *Totum quomodo accipiatur in iure, & exempla.*
Totum integrale, totum vniuersale, seu generale, & totum numerale vide hic.
Totum aliquando impropriè accipitur quod non habet partes, sed habet plus & minus.
3 *Pars multipliciter & diuersimodè sumitur.*
Pars integralis, pars subiectiua, seu prædicamẽtalis, & pars numeralis, & alia de parte vide hic, cum suis exemplis.
Argumentum de toto ad partem quando, & qualiter procedat hic multipliciter exemplificatur.
4 *Partis appellatione, quomodo et quando dicatur contineri dimidiam & quando non.*
Dispositio de toto ad partem procedit omnium consensu quando eadem est ratio in toto & in parte.
Partes petens duas vel vnam quo respectu dicatur petere, an ad duodecim partes an verò ad duas, si vnam, vel tres si duas petijt.
Bartolus communiter reprobatus.
Particula, & partiuncula quomodo accipiantur & quid comprehendant, remissiuè.
4 *Illicitè quid fieri dicatur.*
Licere nobis dicitur quod conceditur.
Non omne quod licet considerãdum est, sed quod honestum.
Licita & permissa omnia censentur nisi à iure inueniantur prohibita.
6 *Occupare, verbum, & in bonam, & malam partem accipitur.*
Occupare, & inuadere qualiter differant.
Statuta secundum suum proprium significatum sunt interpretanda.

GLOSSA XIX.

PRopter ista verba, & propter verbum (aliam) subscriptum, consuluit Ruin. d. cons. 92. nu. 22. cessionem factam in diuisione grauato non censeri remissum fideicommissum, quia istud relatiuum (quæ) iunctis verbis sequenti
1 bus † restringunt generalitatem illius verbi (quamlibet) ex quo est sine copula, licèt augeat cum copula, l. ea tamen adiectio, cum l. præcedenti, de lega. 3. tradunt omnes, in l. 1. C. de sũma trin. & fide Cathol. vbi latè Ias. in vtraque lectura, et in l. omnes populi, ff. de iustit. & iure, uerbum uero (aliam) importat similitudinem, ut ibi per eum, & cum in casu Ruini non esset expressum illud uerbum (etiam) quod stat augmentatiuè ut suprà, super eo uerbo dictũ fuit, satis sustineri posset eius consultatio, sed quod attinet ad quæstionem in qua ibi consuluit, & pluries in alijs consilijs, in qua plura dubia inducunt, nonnullæ clausulæ, quas notarij solent apponere in instrumentis diuisionum, et absolutionum, seu quietationum, hic nulla uerba faciam, cũ intendam inferius ipsam quęstionem (Deo dãte) latè discutere, in qua pluries habui cõsulere, & quid sentiã cõmodiori loco explicare.
Modo uidendum est, quomodo in iure accipiatur totum, & pars, & pluribus modis accipi posse plerique tradiderunt nec bene con
2 ueniunt, † sed ex dictis omnium unum totum conficiemus, quandoque igitur & primo totum accipitur pro toto integrali, ut domus quæ consistit ex suis partibus, ut tradit Bart. in l. qui usumfructum, nu. 3. ff. de uerb. oblig. Bald. etiam exemplificat in homine habente membra, & in l. re coniuncti, 4. quæst. uers. secundo modo, nu. 10. ff. de leg. 3. & ibi sequuntur omnes, & ibi Ripa, nu. 34. Bald. con. 335. Quadam mulier, num. 3. 1. uolu. Dec. & Cagnol. num. 6. in l. in toto, ff. de reg. iur. Nicol. Euerard. in sua Topica seu centupli à modo argum. loco 80. à toto ad partem, 4. pagi. & Stephan. de Feder. in tracta. de Interpre. Iur. 1. par. nu. 18. ubi exẽplificat etiam in fundo, qui in proprietatem & usumfructum diuiditur, & in emptione quę consistit in re, consensu, & precio. Secundo modo accipitur totum pro toto uniuersali, ut genus, comprehendés sub se multas species subiectiuè, quæ dicto generi

neri subijciuntur, & prædicantur de genere, vt animal. Bart. & alij, in d. l. qui vsumfructũ, & in d. l. re cõiuncti, & ibi sequuntur alij Scribent. Bald. d. cons. nu. 3. vbi hoc etiam appellat totum generale, & dicit, quod apud Legistas magis dicitur generalis, quàm vniuersalis. Dec. Cagnol. & Euerard. in dictis locis, qui exemplificat in fundo instructo, grege, peculio, hereditate, & similibus. & Steph. Federic. d. nu. 18. in princ. de quo etiam intellexit Bart. in l. 1. §. fin. vbi Aquen. ff. de verbor. oblig. & sequitur Cagnol. in princ. procem. Digestorum num. 15. Tertio accipitur etiam pro toto numerali, cõsistente in numero, uel quantitate, ut in aceruo, & decem quæ constant quinque & quinque, de quo loquitur Bart. in d. §. fin. Bald. d. cons. & idem Bal. addit. & sequitur Ias. col. penul. in d. l. qui usumfructum, sequitur Cagnol. in d. procem. Euerard. loco præallegato, ubi vocat ipsum non numerale, sed in quantitate, & ibi addit alio modo accipi pro toto generali, quod idẽ est quod uniuersali, secundum Bal. in d. cons. ut uestis, ornamentum, & similia. & Steph. loco præallegato, uersic. tertio modo, hoc casu ipsum accipit, prout diuiditur in partes quotas, ueluti si fundus diuidatur in quatuor partes, & ibi quarto modo dicit accipi, prout diuiditur in partes substantiales, & accessorias ut domus diuiditur in partes substantiales tectum, parietes, & aream, & in alias accedentes, hortum, affixa, & similia; quinto modo prout res diuiditur in suos modos essendi, ut tutela alia datur à lege, alia à Iudice, alia in testamento; & sexto prout diuiditur in tempora, & ad ipsum se remittit Monta. in d. l. in toto, col. fin. addit etiam Bal. in d. l. qui usumfructum, & sequitur ibi Ias. col. fi. alio modo accipi totum, licèt impropriè, quia nõ habet partes, sed hẽt plus, & minus, ut uia est plus quàm actus, & actus plus quàm iter, & in dictis locis allegant plura iura, quæ aliter nõ referemus. Pars modo etiam diuersimodè, & multifariam ex suprà allegatis constat: nam
3 quandoque † dicitur integralis, & est illa quæ ad positionẽ totius partis ponitur, ut paries est pars integralis domus, nam posita domo, ponitur paries, licèt posita parte integrali, non sequatur totum, quia posito pariete, non sequitur domus, ita sentit Bart. in d. l. re coniuncti, ubi loquitur in fundo, qui cõtinet partes integrales, usumfructum, & proprietatẽ, & ibi Ripa, nu. 35. & in d. l. qui usumfructũ, & clarius explicat in l. si mater, §. si quis iter, & ibi Castr. in hoc reprehendens glos. ibi, ff. de excep. rei iudic. sequitur Euerard. declarãs quomodo ualeat argumẽtum affirmatiuè nõ negatiuè à toto integrali ad partem integralem, d. 4. pagin. Cagnol. in d. l. in toto, nu. 3. & Alciat. in l. appellatione rei, ante finem, et hanc partem appellat Stephan. d. nu. 18. semper substantialem. Secunda est pars subiectiua, siue prædicamẽtalis, ut homo, bos, equus & similia, quæ prædicantur de illo genere animal, & penitus differt à prima, quia in ista, ad positionem totius nõ sequitur pars, sed ad positionem partis sequitur totum, ut si dicatur homo, uel bos, tunc sequitur totum, scilicet animal, sed posito animali, non sequitur homo, q̃a potest esse equus, uel bos, ita declarant Bart. & Castres. in d. §. si quis iter, & sentiunt Bart. & alij, in d. l. qui usumfructum, & in d. l. re coniuncti, et Euerard. loco præallegato pagina 5. ubi quomodo procedat argumentum à toto uniuersali ad partem subiectiuam, ostendit et Cagnol. in d. l. in toto, nu. 3. qui tamen eam confundit cum parte quotitatiua, quæ tamen ab ea differt, ut per Bar. et alios in d. l. re coniuncti, ubi Ripa, nu. 35. et ẽt alios supra et infra allegatos. Tertio est pars numeralis, de qua meminit Bart. in d. §. fin. licèt eam non declarauerit, et de qua etiam loquuntur Bal. et Ias. in d. l. qui usumfructum, ut tres, est pars nouem, quam partem ponit etiam Alcia. in d. l. appellatione rei, et de hac loquitur etiam Euerard. d. loco, pagina fi. ubi quando ualeat argumentum à toto quantitatis ad istam partem numeralem, ponit: et istam partem numeralem Bart. appellauit integralem, quia ad integrandum numerũ denarium exiguntur partes, scilicet quinque, et quinque, sed rectius appellatur numeralis, ut per Cagnolum in d. l. in toto, nu. 3. quarta est pars quota, seu quotitatiua, ut fundus cõtinet partes quotitatiuas, scilicet partem tertiam quartam, &c. et ista remota nihil minus remanet totum, ut remota quarta adhuc remanet fundus, dempto triente, remanet as, qui in alias quotas diuidetur, et de hac loquitur Bart. in d. l. re coniuncti, et sequitur ibi Ripa, tradit Alciat. in d. l. appellatione rei, et Cagnol. d. nu. 3. qui (ut diximus) eam promiscuã facit cum parte subiectiua, et Steph. d. num. 18. vers. tertio. Addit Cagnol. d. l. in toto, numer. 4. aliam esse partem, quæ non necessaria dici potest, quæ potest sine toto consistere, ut per eum ibi, plura etiam ad propositũ totius et partium habentur in Rubrica, ff. de leg. 1. per Modern. vbi videndum est. Differẽtiam autem inter dictionem, seu adiectiuum, (totum) et dictionem seu adiectiuum (omne) ponit Bar. in procem. prędicto in princ. quod dictio (totum) est integralis, et refertur ad unã rem tantum, (omnis) est uniuersalis, ex pluribus uerificanda. et plura ad hoc allegat Cagnol. ibi, num. 9. et quod in toto partes com-

præhen-

præhendantur, habetur in d. l. in toto, vbi Monta. in princ. dicit, quod totum dicitur qđ ex suis partibus constat, & allegando Euclidem, dicit, totum sua parte maius esse, & naturaliter totum prius esse, quàm partes, teste Philosopho necessarium est, & perempto toto, partes remanere non possunt nisi æquiuocè. Aurel. Dauid. in Rubrica, de verbor. & rerum signif. nu. 17. sed quando valeat argumentum de toto ad partem, & è contra, latè differit Euerard. loco præallegato, Alciat. d. l. appellatione rei, Cagnol. post alios, in d. l. in toto, ad finem, et Neuiz. in Silua nupt. lib. 1. col. antepenult. & sequent. in verbo, de toto ad partem. Et sciendum est, hoc casu partem non esse accipiendam pro dimidia rerũ,
4 & sic †totius, licèt regulariter ità accipiendũ sit, l. nomen filiarum, §. portionis, ff. de verbor. signif. & suprà dictum fuit in Clausula exemptionis, & immunitatis, in verbo, aut eius parte aliqua, sed pro quacumque parte rei etiam minima, prout accipitur in c. auaritiæ, in fine, de elect. lib. 6. nam illud quod dicitur partis appellatione dimidiam contineri, procedit, quoties non est verisimile de minima portiuncula actum esse, vt declarat Alciat. in d. §. portionis, quod tantò magis procedit, cum eadem sit ratio in parte quæ est, in toto, quo casu, omnium consensu procedit dispositio facta de toto ad partem, l. quæ de tota, ff. de rei vendic. cum alijs adductis per Doctor. in locis suprà allegatis. Cæterum illud non esse omittendum putauerim, quod licèt Bart. in l. interdum, §. 1. ff. de hæred. instit. teneat, quod petẽdo vnam vel duas partes rei, censeatur petere quis vnam vel duas partes ex duodecim, prout in tot partes diuiditur hereditas, vt ibi per eum, cum quo transierũt aliqui: tamen contraria opinio videtur receptior, ut per Corset. in suo Singul. in verbo, pars, ubi in fine dicit, quod omnis consuetudo mundi seruat contrarium eius quod uoluit Bart. cui sententiæ etiam inheret Alciat. in d. §. portionis, licèt nõ negauerim optimi esse consilij exprimere, quas vel quotas partes quis petat, duas, tertias, uel quartas partes, ut dicit ibi Bar. ut euitetur omnis difficultas. Cæterum, de toto & parte, plura habentur per Alberic. in Dictionario suo, super eisdẽ verbis, & similibus; De particula, & portiuncula, quomodo accipiantur, & quid compræhendant, ponunt Corset. & Alciat. in locis præallegatis, ibi uidendum est.

Illicitè dicitur fieri, quod à iure prohibitum est, vt probatur in l. fideicommissa, §. si
5 †illicitè, iunctà glos. ff. de leg. 3. & in l. licitatio, §. quod illicitè, ff. de public. & in l. si filiæ, C. de don. ante nupt. licere autem nobis dicitur, quod conceditur, teste Cic. ut refert Monta. in l. semper in conuentionibus, ff. de regulis iuris in princip. non tamen quod semper considerandum est quod licet, sed quod honestum sit, l. semper in cõiunctionibus, ff. de ritu nuptiar. & dicta l. semper in conuentionibus; in dubio autem omnia censentur licita, & permissa, nisi à iure inueniantur prohibita, l. necnon, §. quod eis, & l. statuas, C. de religio. & sumpt. funer.

Verbum modo occupare, tàm in bonam, quàm in malam partem accipi potest, ut not.
6 glos. in cap. †generali, in uerbo occupare, de elect. in 6. & Alber. in Dictionario suo, in eodem uerbo, de primo est exemplum in capit. factus est Cornelius, 7. quæst. in cap. si duo, de procur. in 6. de secundo in dicto cap. generali, & in cap. ut præteritæ, de elect. & in alijs locis, in dicta glos. allegatis, quæ notat differentiam inter uerbum occupare & inuadere, ut primum ad mobilia, sicut etiam uerbũ rapere pertineat, secundum immobilia concernat, licèt quandoque legislatores ea confundant, & eis promiscuè utantur. Sequitur Alber. in d. uerb. occupare, quod notandum est secundum Dom. in d. c. generali, super dicta glos. ad statuta his uerbis utentia, quæ secundum suum proprium significatum sunt interpretenda, l. 1. §. is qui nauem, ff. de exercito. l. quod constitutum, ff. de test. milit. cum similibus.

CLAVSVLA XXVIII.

Et posuerunt dictos emptores vt supra recipientes.

SVMMARIA.

1 *Cessio & mandatum in rem suam numquid differant. & qualiter.*
Mandatum in rem suam quid operetur.
Mandatum extinguitur morte mandantis.
Cessio non extinguitur per mortem cedentis.
Cessio pluribus in solidum fieri non potest.
Mandatum pluribus in solidum fieri potest.
2 *Cessione per hominem facta non autem legis dispositione cessionarius censetur constitutus procurator in rem suam.*
Clausula, mandati in rem suam, quando est apposita clausula cessionis in contractu venditionis uidetur superflua.

GLOSSA PRIMA.

SVnt qui Clausulam istam constitutionis procuratoris in rem suam, separent à præcedenti Clausula, licèt Spec. post Rol. in sua forma, instrumẽti cessionis actionũ, videatur ambas simul ponere, et Bart. in pluribus locis supra

in prīnc.præcedentis Clausulæ allegatis, loquendi de Clausula cessionis,quæ nunc communiter solet apponi in instrumentis, loquitur etiam de ista constitutione procuratoris in rem suam;sed & Fulgos.in l.si procuratorem,§.fi.per illum text.ff.mand.tenet,Clausulam præcedentem ab hac nihil distare,immò nihil aliud esse cessionem,quàm mandatum,in rem suam , licèt Bart. & alij Doctor.
1 putent aliud esse†cessionem, & aliud mandatum in rem suam.Rè tamen uera negari non potest, quin inter istas Clausulas sint aliquæ differentiæ, & una distet ab altera, ut etiam motum fuit suprà in Clausula præcedenti,in verbo cesserunt, transtulerunt, & mandauerunt, Clausula enim cessionis maioris est efficacię,cum per eam transferantur utiles actiones in cessionarium, quas suo nomine intentare potest,& etiam directas, quas potest intentare nomine cedentis, ut etiam suprà dictum fuit in dicta præcedenti Clausula, in uerbo,utiles,& directas.Sed per hanc constitutis procuratoris in rem suam, solum mandantur actiones directæ,quas procurator intentat nomine mandantis, ut per glos. Bart. Bald.& Salic.in d.l.1.C.de action. & oblig. glos.Bart.& Paul.de Cast.in d.l.fin.in princ. ff.de donat.& Aret.in d.cons.125.in princ.licèt Bald.in l.si quidem,2.col.vers.sed contra istud oppono, uoluerit mandatum in rem suam, cessionem includere, quod est falsum, ut suprà, & mortuo mandatore extinguitur mandatum, non autem cessio morte cedentis,d.l.1.& d.l.fi. in princ.intelligendo quod si decedat sine hærede litè non contestata,& in subsidium à iure detur vtilis mandatario, ut in d.l.1.alias etiam differentias tangemus infrà suo loco,de quo per Aret.in dictis consilijs 124. & sequent. & dicetur infrà.Præterea, cessio pluribus in solidum fieri non potest,secùs est in mandato directarum Bartol. &clarius Bald. in l. non quocumque, §. qui Caium,ff.de leg. 1. de quo latius inferius dicemus. Sed tamen,quamuis uerissimum sit, mandatum in rem suam cessionem non com
2 prehendere,ut suprà,secùs est è contra, † facta enim cessione per hominem, non autem legis dispositione,(ut in casibus specialibus, in quibus iura utilia trāseunt sine cessione de quibus supra diximus)cessionarius etiam cēsetur cōstitutus in rem suam procurator, per d.l.si procuratorem,§.fi.& ibi expresè Bal. & hoc tenuit Iac.de Are.d.tractatu,nu.2. & nu.5.Spec.in d.§.2.col.2. vers. & not. quod suprà.Ioan.de Gras.d.eod.tract. §.2. nu. 12. Bald.in d.l.1.q.1.nu.10. C. de act. & oblig. in l.emptor,C.de hęre. vel action.vend.& in d.l.qui stipendia,C.de procur.Aret. d. cons. 125.& in d.l.si procuratorem,§.fin.& in l.1. nu.20. ff. si cert. pet. vbi etiam Bald.& idem Bald.in l.quæ nomina, §.fin.ff.de procur. & Alex.ac Ias.in d.l.qui stipēdia,Dec.in l. pen. vers.placebat 5.fallent.nu.7.ff. si cert. petat. Ex quibus concludendum est, in casu isto Clausulam hanc esse superfluam,non autem necessariam,uel utilem. Verùm, quia Salic. in d.l.1.q.4.tenet,quod etiam hoc casu cessionarius non censeatur factus procurator in rem suam, quæ fuit etiam opinio Io.in glos. mandatam,ibi,propterea cauti notarij ut effugiant difficultates, utramque Clausulam in instrumentis cessionum apponunt, ut dicit Salic.in d.4.q.& in 2. col. eiusdem legis.

In locum,et vniuersum ius suum,&c.

SVMMARIA.

1 *Cessio importatur per verba posuit in locum, & vniuersum ius suum.*
Mandatum in rem suam significatur per verba posuit in locum,& vniuersum ius suum.
Declara tamen vt hic.
Mandatum in rem suam factum non censetur etiam si sit dictum , quòd fuit constitutus ad exigendum fructus constituenti debitos, in proprios vsus conuertendos.
Cedens si posuit cessionarium in locum suum, non poterit agere contrà suum debitorem uigore directarum penes ipsum remanentium.
2 *Vniuersum, dictio, quid importet.*
Hæreditas quid sit.
Vniuersum,& totum an differant.
Clausula, Posuit in uniuersum ius suum, comprehendit etiam actionem personalem, quæ cedenti competebat.

GLOSSA II.

VErba ista (ponens in locum suum) important actionum cessionem, & constitutionem procuratoris, in rem suam, l.planè.ff.fam.ercis. & l.qui quadringenta, ff. ad Trebel. ubi hæc uerba habentur in textu, & ibi Ang. notat, ea ad communem morem notariorum apponentium huiusmodi uerba in cessionibus; &
1 quod ista uerba importent † cessionem tenet Bart.in d.l.planè,Bart.& Ange.immò Paul, Alex.& Ias.in d.l.qui quadringenta, & in §. 2.illius l.ad finem.idem Bart.& Alex.in l. in prouinciali,§.si ego,nu.7.vers. quinto fallit, ff.de noui oper. nunc.Bald.in dicta l.3. C.de nouat.nu.6.idem Ang.in cons.258.quędam Domina Antonia, col. fina. Pract. Papiens. in dicta forma libelli, in causa uend. in glos. ponens ipsum Ioannem in locum suum.

Aret.in §.præterea,nu. 35. Instit. de except. nec ab ista opinione recedit Rom. cons. 86. Visa quæstione,col.2. licèt idem Roman. in d.§.si ego, teneat contrarium,uolens per dicta uerba, quod quis censeatur tantum constitutus procurator cũ libera: sed opinio præcedens est communis,ut dicit Alex.ibi,nu.7. quæ tamen procedit secũdum subiectam materiam,quia si apponuntur in contractu uenditoris ut hic,uel donationis,aut simili,tunc importabunt cõstitutionem procuratoris in rem suam,secùs si in constitutione procuratoris apponantur: quia tunc qualitas actus repugnat, & propterea importabunt solum liberã administrationem, s̃m opinionẽ Rom. & ita etiam tenet Paris.in cons.107.nu.34.et sequẽt.3.vol.& in cons.8.nu.9.vol.4. vbi voluit, nõ censeri factũ mandatum procuratori in rem suam, etiamsi sit dictum,quod fuit cõstitutus ad exigendum fructus constituẽti debitos in proprios usus conuertendos, ut ibi per eum. Et prędictam Conclusionem tenẽt etiam Aret.in d.§.præterea,nu.36.vers. quęro quotidie in instrumentis,& Bertrand.cõs. 116.num.14.par.2.priorum. Fortius uoluit Angel.in l.si cum emptore, ff. de pact. quod si cedens in locum suum cessionarium ponit, non possit agere contra suum debitorem uigore directarum penes ipsum remanẽtium, etiam si aliquid ex tribus positis in l.3. C.de nouat.non interueniant, de quibus infrà dicetur, & dicit consulendo se ita obtinuisse, per d.l.qui quadringenta, sed meritò reprobatur per Castr.Alex.& Ias.ibi,& per Castr. in d.l. qui quadringenta, & Aretin. in d. §. pręterea,& Bertr.d.cons.nu.14.

Verbum uerò, Vniuersum,quod Roland. uel Spec.non apponit,importat uniuersalitatem, & totalitatem iuris, & huiusmodi uerba habentur in l.nihil aliud,ff.de verb.signi. ubi dicitur, quod nihil aliud est hæreditas, quàm successio in uniuersum ius quod defunctus habuit,ubi tamen glos.facit differẽtiam inter totum,& uniuersum,& quæ l.est repetita in l. hæreditas, ff. de reg. iur. de uerbo, Vniuersum,habetur etiam in §.1.vers.ne tamen,Instit.de usufruc. & quod importet totalitatem, & uniuersitatem,probatur in l. 1. §.sed & quoties,ubi Ripa,4.notab. nu. 5. ff. ad Trebel. & in pluribus locis adductis per Alber.in dicto suo Dictionario,super huiusmodi uerbo; & in terminis de istis uerbis, in uniuersum ius, in hac Clausula appositis, quod comprehendant etiam actionem personalem, quæ cedenti competebat, etiam si non esset expressum, & uniuersaliter omne ius cedenti competens scribit Curt. iunior, dicto consil.45.num.5.

CLAVSVLA XXIX.

Ipsosque in rem suam procuratores constituerunt.

SVMMARIA.

1 *Procurator in rem suam quis dicatur.*
Procurator in rem suam numquid propriè dicatur procurator.
2 *Statutum loquens in procuratore non intelligitur de procuratore in rem suam.*
Statutum Florentiæ, & Ferrariæ declaratum.
3 *Miles constitutus procurator in rem suam, non prohibetur officium procuratoris exercere, & pro alio in iudicio comparere.*
4 *Mulier poterit comparere in iudicio, & causam agere, quando est constituta procuratrix in rem suam.*
5 *Procurator in rem suam quomodo quis censeatur constitutus.*
6 *Procurator in rem suam quandoq; fit ab homine, quandoq; à lege, quandoq; ex propria uoluntate, quandoq; ex necessitate.*
7 *Procurator in rem suam quandoq; fit ex parte actoris, quandoq; ex parte rei, quandoq; ex parte utriusq;.*
8 *Creditor aliquando tenetur inuitus mutare debitorem, ut in casu hic proposito.*
9 *Mandatum in rem suam non præsumitur, sed probari potest ut hic.*

GLOSSA I.

1 Procurator in rem suam is dicitur, ad quẽ pertinet utilitas, uel damnum, glos.2.in princ. † in l.1.ff.de procur. & idem tenet glos. in uerbo, suam rem, quam ibi sequuntur Doctor. dicens esse procuratorem in rem suam, cum ad eum lucrum, uel damnum spectat, in d.l. qui stipendia, C. de procur.& glos.exigere, in fine, in l.3.C.de nouat.& tradit Bald. in l. si partem, 2. lectura, ubi dicit, quod dicitur dominus, cum lucrum & damnum ad eum pertineat. & eius mentis est Castrens. in d.l. fin.in princip.ff. de donat. quod is dicatur in rem suam constitutus procurator, qui non habet restituere quod exigit, sed id sibi retinere potest, & in l. si cum emptore, secunda column.circa medium, ff. de pact. & hic propriè non dicitur procurator, sed impropriè, cum enim is definiatur procurator, qui aliena negotia gerit, hic verò propria, dicta l.qui stipendia, non potest uideri comprehendi de stricta significatione, appellatione procuratoris, glos. in l. non solum, in princ.in uerbo, interrogationibus, post prin. ff. de procurat. & ita tenet d. glos. secunda in pri-

in prima solutione, & eam ibi sequitur Bald. in 2. lectura, nu. 6. inferens ad statutum Florentiæ, disponens procuratorem ante omnia teneri producere instrumentum mandati,
2 prout etiam † est Ferrariæ, quod non habeat locum in isto procuratore in rem suam, qui propriè non est procurator; & licèt Spec. in §. fin. de procurat. 2. col. & Io. Andr. ibi, in addit. videantur dubitasse, & Castr. in d. l. 1. col. 4. videatur sentire contrarium, tamen opinio Baldi communiter recipitur, quam etiam ipse tenet in d. l. 1. quæst. 5. nu. 14. C. de action. & oblig. & in d. l. qui stipendia, & sequuntur Salic. Aret. Alex. & Ias. ibi, & Felin. in cap. licèt undique, num. 8. de offic. deleg. & Dec. in dicto versiculo placebat, numer. 7. & Aret. in l. 1. nu. 21. ff. si cert. pet. sic etiam
3 † licèt milites prohibeantur officium procuratoris exercere, & pro alio in iudicio comparere, non tamen prohibentur si in rem suam sint procuratoris constituti causam agere, l. filiusfamiliàs, §. veterani, ff. de procur.
4 & d. l. qui stipendia, quod & † in mulieribus, quę pro alijs in iuditio interesse non possunt, dicendum est, ut l. qua absente, C. de procur. & ibi Doctor. per Castr. & Ias. in dicta l. qui
5 stipendia, censetur autem † constitutus procurator in rem suam, secundum Ias. ibi, altero de tribus modis: quando scilicet sunt mandatæ actiones directæ, & cessæ utiles, uel quando tantum sunt cessæ utiles, quo casu censetur etiam factus procurator cessionarius in rem suam, ut latius suprà dictum fuit in principio huius Clausulæ, & tertio, quando solum sunt mandatæ actiones directæ, quod minus importat, quàm cessionem, ut satis ostensum fuit suprà, & ante Ias. hoc dixit distinguendo Bald. in l. quæ omnia, §. fina. ff. de procurat. Sciendum est etiam, quod
6 procurator † in rem suam quandoque fit ab homine, quandoque à lege; ab homine, ut in casu isto, uel quocumque alio, in quo uel fit cessio, uel mandantur directæ actiones per cedentem: à lege, quoties sine cessione, uel expresso mandato transeunt actiones, ut in l. pen. C. ad Trebel. & in casibus, de quibus in dicta l. prima, & secunda, C. de action. & oblig. ita Bald. in dicto §. fin. Sic etiam procurator in rem suam quandoque censetur factus ex voluntate, ut in casu isto, uel alijs, in quibus uoluntas utriusque contrahentis concurrit, sicut in cæteris contractibus, l. sicut, C. de action. & oblig. ex necessitate, quando alicui sunt adiudicata nomina debitorum, l. planè, ff. fam. ercisc. & in alijs casibus, de quibus per glos. & Bartol. in l. seruum quoque, §. fin. vbi text. loquitur de isto procuratore in rem suam ex necessitate, ff. de procur. Præterea, licèt ut plurimum procurator in rem
7 suam fiat ex parte actoris, † tamen etiam quandoque fit ex parte rei, & quandoque utriusque d. l. planè, & ibi glos. plures casus adducit habetur, in l. fin. §. Titius, ff. de condict. indeb. in l. si actor, ff. de procurat. & in l. cum emptione, ff. de pact. & est glos. in l. Plautius, ff. de procurat. tradit. Ioan. Andr. in add. ad Specul. in d. tit. de procurat. §. fin. in prima addit. & Doctor. in locis prædictis, quod procedit etiam inuito creditore, ut per glos. in dicta l. planè, & fit procurator in rem suam etiam ex parte rei, si fiat restitutio per Trebel. fideicommissario per hæredem, l. prima, in principio, & ibi Ripa, 6. not. numero 11. ff. ad Trebel. vbi dicit hoc casu cessare regu-
8 lam, † quod creditor non teneatur mutare debitorem inuitus, cum hoc fiat legis auctoritate, ut ibi per eum, de quo per Bartol. in l.
9 solutionem, ff. de solut. Et licèt † non præsumatur mandatum factum in rem suam, tamen si id sit omissum, ut quia fuit scriptum aliquem fuisse simpliciter procuratorem constitutum, potest testibus id comprobari, d. l. quæ omnia, §. fin. & ibi Bartol. & omnes, & quod non præsumatur in dubio mandatum in rem suam, nisi præcedat causa cedendarum actionum, tradit etiam Bald. in l. 3. quæstione prima, C. mand. & ibi etiam Salic. & idem dicit Spec. in dicto §. secundo, colum. secunda de cession. action. quod si fiat donatio, uel cessio actionis, & constituatur procurator simpliciter cessionarius, censetur factus in rem suam.

Irreuocabiles.

SVMMARIA.

1 *Procurator etiam si sit constitutus irreuocabilis, & cum iuramento potest tamen reuocari per constituentem.*

2 *Procurator in rem suam constitutus per cessionem, an reuocari possit.*

3 *Procurator in rem suam sine cessione constitutus an, & quando reuocari possit nec ne.*

4 *Procurator in rem suam constitutus non reuocatur per mortem constituentis vel ipsius constituti.*

5 *Salicetus aut corruptus, aut malè locutus.*

6 *Cedens non debet post factam cessionem eadem iura alteri cedere.*

GLOSSA II.

1 Licèt simplex procurator per dominum constituentem reuocari possit, etiam si sit constitutus † irreuocabilis, vel cum pacto de non reuocando, ut per Bart. in l. cum precario, ff. de procur. etiam si iuramentum constituentis

interueniat, glos. in uerbo, reuocare, in capit.
fin. §. fin. & ibi Dom. de procur. in 6. latè Fe-
lin. in c. ex parte Decani, nu. 12. vers. amplio
quinto de rescript. cum alijs adductis per
Dec. cons. 521. nu. 12. & per Paris. d. cons. 8.
nu. 23. & sequent. tamen aliud est in cessiona
rio procuratore in rem suam constitutio,
2 quia non potest per cedentem reuocari, † l. il
lam, C. de donat. nisi de consensu partium,
Bart. in l. si procuratori, nu. 2. ff. de condict.
cau. data, & licèt in hoc passu gloss. uariaue-
rint, ut in l. ante litem, ff. de procurat. in l. quę
omnia, §. fin. eod. tit. in l. in rem, ff. de com-
pensat. & in l. sicuti, §. si procurator, ff. qui-
bus modis pign. vel hypot. solut. tamen ue-
rior est sententia, & communior tenentium
reuocari non posse, quam tenent Bald. &
Paul. de Castro, in l. si pater, C. manda. Fulg.
& Paul. in d. l. in rem, Paul. in d. l. per diuer-
sas, col. 1. post princ. vers. item eius manda-
tum, & in d. l. fin. ad finem princ. ff. de don.
Ang. in cons. 258. Quædam Domina, 4. dub.
col. fin. & Dec. in l. pen. versi. placebat, nu. 7.
ff. si cert. pet. & idem tenent, & declarant
Bald. & Paul. in d. l. quæ omnia, §. fin. distin-
guentes in procuratore in rem suam consti-
tuto per cessionem, & translationem vti-
lium actionum, ut hic, quia sicut cedens non
potest uni facta valida cessione, alteri eadem
iura cedere, ut inferius dicetur, ita non po-
test procuratorem in rem suam datum reuo-
care, & ita etiam tenet Paris. in dicto consi-
lio 19. numero 58. 3. volum. ex quibus con-
stat, hoc uerbum magis superuacaneum esse,
quàm necessarium, ut mirum non sit, si Ro-
land. & Specul. in forma suarum cessionum
3 illa non apposuerint. Aliud tamen est, † si
quis constitutus sit procurator in rem suam
sine cessione, quo casu solum sunt mandatæ
directæ, tunc enim ante litem contestatam
reuocari poterit. Bal. & Castrens. in dicto §.
fin. & ita loquitur, & procedere potest glos.
ibi, & tradit idem Castr. in dicta l. fin. in fi-
ne principij, nisi tamen processerit ex neces-
sitate, iuxta l. Modestinus, cum ibi not. de so-
lut. & ita tradit limitando Bald. in dicta l. pri
ma secunda quæstione, numero 11. & ibi e-
tiam Salic. in 2. quęst. colum. 9. C. de action.
& oblig. qui etiam limitat, nisi fiat ex causa
donationis, per d. l. illam, & sequitur Dec. in
cons. proximè allegato, nu. 15. quod non ne-
gat, sed admittit Ruin. qui in eadem causa
contra Dec. consuluit, in cons. 222. nume. 3.
iuncta col. fin. vers. non obstat quod manda-
tum 1. vol. Et hæc est alia differentia inter
procuratorem in rem suam constitutum per
cessionem, & sine cessione. Et sicut procura-
tor in rem suam non potest expresè reuoca-
4 ri, ut suprà, ita nec etiam † reuocatur per mor
tem constituentis, uel ipsius constituti, sed
transit ad utriusque hæredes, de secundo, sci-
licèt morte mandatarij, probatur in dicta l. il
lam, de primo tradunt omnes in d. l. 1. vbi
Bald. indistinctè, 3. quæst. num. 12. tenet, non
reuocari, & in d. l. quę omnia, §. fin. in fine, et
in d. l. ex legato, nu. 12. C. de leg. Aret. in d.
cons. 124. & sequent. Aret. Ias. & Dec. in d. l.
pen. vers. placebat, & hoc procedit in utroq;
procuratore, scilicet tam constituto per ces-
sionem, quàm per mandatum directarum, si
mandans decedit cum hærede, quia procura
tor sicut poterat intentare directas nomine
mandantis, ita potest nomine hæredum: at si
re integra sine hærede mandans decedat, ex-
pirat mandatum, licèt de æquitate utiles com
petant procuratori, ut suprà diximus, d. l. 1.
& ibi declarat Bart. in 1. lectura, nume. 4. &
in 2. num. 14. & Salic. 9. col. 6. oppos. & hoc
modo intelligendus est Bald. ibi, & in alijs
locis supra allegatis, & id quod tradit Salic.
in l. mandatum, 9. colum. 9. oppos. C. mand.
5 qui † aut est corruptus, aut malè loquitur,
tenens quod si decedat mandans cum hære-
de, expiret mandatum, quia immò non expi-
rat, & declarat etiam Bartol. in l. 2. §. sed si
quis, ff. de donat. & in d. l. fin. in princip. ubi
etiam Castr. & etiam Castr. in d. l. quæ om-
nia, §. fin. Aret. & Ias. in d. versi. placebat; Ex
quibus solutum remanet hoc dubium, quod
indecisum reliquit Io. Andr. in add. Spec. in
d. §. fin. de procurat. in princ. in 1. addit. Rur-
sus, quemadmodum cedēs etiam re integra,
& antequàm aliquid interueniat ex *tribus po*
sitis in l. 3. C. de nouat. quę excludūt *penitus*
cedentem, ut inferius dicetur, non potest pro
curatorem in rem suam factum reuocare ex-
presè, ut ex suprà allegatis satis superque o-
6 stēsum est, ita † non pōt tacitè alij cedendo ea
demmet iura, quę primo cessit, tametsi aliud
uoluerit Iac. de Are. in d. tractatu, ad finē, nu.
85. licèt diuersum sit in eo, qui tantum actio-
nes mandauit directas, non etiam transtulit
utiles, ut probatur in l. non quocunque, §. qui
Caium, ff. de legat. 1. & ibi expresè firmant
Bart. Bald. Ang. & Paul. de Cast. & in l. qui
duos, §. 1. & ibi Bald. ff. de leg. 2. idem tenet
Bal. in d. l. 3. nu. 7. in cons. 134. Quædam Do
mi na Crescentia, ad finem, & cons. 216. Fuit
quidam nobilissimus, nu. 4. uol. 2. & in cons.
105. Factum tale est, nu. 6. & cons. 248. Præ-
supponendum est, 3. vol. Salic. in d. l. 1. q. 19.
& uidetur etiam sequi Castr. in consilio 47.
Viso puncto, 3. colum. vers. item non obstat,
in antiquis, aliàs 181. prima parte in nouiss.
& uidetur etiam sequi Ias. in l. si cum em-
ptore, ad finem, ff. de pact. & tenet Tiraquel.
in dicto

in dicto §.26. in glos. prima numero 79. Solent tamen notarij in huiusmodi cessionibus, quæ principaliter fiunt, non accessoriè ad uenditorem, ut in casu isto, expresse addere, quod cedens protestatur, & affirmat se dicta iura, quæ tunc cedit, alteri prius non cessisse, ut ponunt formam Spec. & alij practici, de qua Clausula uidendum est, quod tradit Corneus in consilio 12. aliàs a llegato, 3. volum.

Vt amodo ipsi emptores possint, & valeant.

SVMMARIA.

1 *Amodo, dictio, quid importet.*
2 *Ita quod, dictio, magis restringit quàm quod augeat, uide tamen numer. 4.*
3 *Decij decisio reprobata.*
5 *Domo legata uxori, cum hoc, quòd si ualeat minus ducentum, supplere teneatur hæres, ita quod habeat ualorem librarum ducentarum, si domus ualet ultrà ducentum libras, tamen tota debetur, & totum eius precium, uxori.*

GLOSSA III.

DIctio (amodo) idem importat qđ posthac, secundum Grammaticos, & eo sensu etiam accipitur
1 apud † Legistas, ut in c. vnico, qualiter iurar. deb. vasa. dom. fidel. licèt etiam ibi addatur uerbum (in antea) eiusdem sensus, & tenet Alber. in dicto suo Dictionario super eod. verbo, & de ipsa dictione habetur Ioan. 14. Si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis, & amodo cognoscetis, uel ut aliter stat text. cognoscitis eum, & in Apocalip. ca. 14. Amodo enim iam dicit spiritus, in quibus locis magis pro præsenti quam pro futuro tempore accipitur. Spec. etiam in forma cessionis, in d. §. 1. de empt. & vendit. §. hoc quoque, sequendo formam Rolandi ea utitur, licèt in d. §. 2. de cession. action. utatur dictione, deinceps, quæ est eiusdem sensus, & Bart. vtitur verbo, deinde, in l. 1. §. 1. de superficie, in fine, & cautius uidetur non apponere prout apponunt Roland. & Spec. illam di-
2 ctionem (ita quod) quia magis † uidetur limitare, & restringere potestatem cessionarij, & procuratoris in rem suam, quàm augere, ut in indiuiduo de ista Clausula tradit Dec. in d. consil. 521. num. 16. versiculo secundo iste procurator, quod laudo, ad euitandas diffi-
3 cultates, tametsi † nusquam crediderim dicta decisione Dec. standum esse, quia ultrà quod loquitur in diuerso casu, nempè, in contractu, cuius naturæ non conueniebat cessio, nec in rem suam procuratoris constitutio, in quo ipse potissimum vim fecit, ut in pluribus locis ipsius consultationis cernere est, illa di-
4 ctio † (ita quod) addita ad ampliationem, & fauorem procuratoris cessionarij, non debet operari restitutionem, & damnum ipsius, & ad hoc facit ea l. in principio, ff. locati, & l. legata inutiliter, ff. de leg. primo, l. nulla, ff. de legib. & l. quod fauore, C. eod. tit. & ad propositum tradit Guil. & Angel. in dicta l. nulla, & sequuntur Alexand. & Ias. in dicta l. legata inutiliter, secundo notab. quod si testa-
5 tor uxori † legat domum, cum hoc, quod si ualeat minus ducentum, supplere teneatur hæres, ita quod habeat ualorem librarum ducentarum, si domus ualet vltra ducentum libras, tamen tota debetur, & totum eius precium uxori, quia illa Clausula, ita quod, &c. fuit posita ad ampliandum dispositionem, ideò diminutionem importare non debet; nec est credendum quod isti magni practici huius Clausulæ inuentores, aliter eam intellexerint.

Agere.

SVMMARIA.

1 *Agere, uerbum, quibus modis accipiatur in iure.*
Pactum de non agendo, & Pactum de non petendo an differant.
Innoc. doctrina reprobata.
2 *Cessionarius, & procurator in rem suam, an teneatur agere contra debitorem cessum proprijs expensis vide hic distinguentem Auctorem.*
Maritus expendens pro exigendo nomine dato in dotem an possit repetere ab uxore uel tantum minus restituere de dote.
Emptor nominis an teneatur antequàm agat interpellare uenditorem vt tradat iura, & defendat ad hoc vt possit postea aduersus ipsum regressum habere.
3 *Cessio non transfert dominium.*
Agens directa, & probans in utili succumbit.
Actor tenetur exprimere qua actione agat, directa an utili, si ex libello constare non potest.
Actio directa an censeatur in dubio intentata.
Actio illa in dubio videtur intentata qua libellanti est utilior.
Directa uel utilis actio intentata censetur ex conclusione libelli concepta ut hic.
Directam intentans quid agere teneatur.
4 *Cessionarius, an, & quando teneatur ante litem contestatam facere fidem de cessione.*
Cessionarius ad hoc vt constituat debitorem in mora, tenetur instrumentum cessionis producere.
Iuramentum calumniæ à quocumq; præstari

debet tam ab agente utili, quàm ab agente directa.

Cessionarius nedum directas aut utilis, sed & officium iudicis intentare potest.

Cessionis materia ualdè dubia, & in ea Bartol. semper dubitauit, & mussauit.

5 *Cedens, an, & quando possit facta cessione agere contrà suum debitorem vel possidentem rem suam, contrà quam fuit facta cessio, & tenetur affirmatiua.*

Limitatur tamen nouem fallentijs ut numer. 6. per totum.

6 *Cedens non potest agere aduersus debitorem cuius nomen cessit, si actiones pœnes ipsum remanserunt inanes, & sine effectu ut in exemplis hic propositis.*

Cedens non potest agere quando cessio ex necessitate facta est.

Cedens non agit si in cessione sit expressum, quod cedens cessit actiones, & omnem spem, & exercitium, &c. versiculo secundo limitatur.

Quod tamen reprobatur.

Hæres licèt habeat actiones directas, illas tamen intentare non poterit contrà debitorem cui legatum est creditum per testatorem, uersiculo tertio limitat.

Cedens actiones reales non potest agere amplius aduersus possessorem, versiculo quarto limitatur.

Cedens agere nequit quando cessio facta est ei, qui habebat utiles, versiculo quinto limit.

Id tamen dubium est.

Cedenti agenti contrà debitorem cui Cessionarius fuit pactum de non petendo obstat exceptio doli mali, versiculo sexto limit.

Cedens agere non potest contrà debitorem cessum, si prius cessionarius egerit uersiculo septimo non potest agere.

Hæres qui restituit hæreditatem fideicommissario non poterit agere contrà debitorem hæreditarium qui constituit si ipsi hæredi soluturum versiculo octauo alio casu.

Cedens si agat repelli potest quando cessio est facta ad commodum cessionarij versiculo nono, & ultimo.

Sed & de hoc dubitatur.

Cessio non est modus tollendarum actionum.

Cedens si agendo exigat tenetur id quod exegit totum cessionario, ad cuius commodum fuit facta cessio restituere, dicto versiculo nono in fine.

7 *Cedens, & Cessionarius si concurrant in agendo contra debitorem eodem tempore quis præferatur.*

8 *Debitor si soluit cedenti post factam cessionem antequàm fuerit sibi denunciatum, uel lis contrà eum contestata, vel recognouerit debitum soluendo partem cessionario numquid liberetur à debito, ita ut amplius grauari nequeat per Cessionarium, vide hic lata distinctione discussum.*

9 *Cessionarius numquid debeat dennuciare debitori ut non soluat cedenti, vide hic latè.*

10 *Cedentis pactum uel transactio an, & quando noceat Cessionario, latè hic distinguitur.*

11 *Cedens confitendo numquid possit non confessione Cessionario præiudicare, latè hic distinguitur, & ponuntur sex casus.*

12 *Debitor conuentus à cedente numquid possit excipiendo dicere, quod iura sua alteri cesserit, & ita ipsum ab agendo repellere.*

GLOSSA IIII.

Bartol. in dicta l. prima, §. primo in fine., notat illum text. ad hanc Clausulam constitutionis procuratoris, ut possit agere, experiri, &c. de quibus uerbis habetur ibi, nam Clausula ista est utilis, ut tradit etiam Fab. dicto tractatu 5. questione, in versiculo, sequitur tertia pars quæstionis de forma, & solemnitat. numero 82. Et licèt verbum (agere) uarijs modis in iure accipiatur, ut latè prosequtur Alberic. in Dictionario suo, super eodem verbo, tamen hic accipitur eo sensu, prout de actione supra loquuti sumus, quia agere dicitur, qui petit quod sibi debetur, dicto, §. primo, Instit. de action. prout etiam dicit Alciat. † in Rubrica, C. de transact. secunda pagin. in principio, & pro eo quod importat in iudicio prosequi, ut per eundem Alciat. in l. transactionis, in principio, C. eod. tit. Ille autem agere censetur, qui etiam litem contestatur, ante enim magis agere uelle dicitur, sicut etiam est in l. petere, l. amplius non peti, & ibi not. ff. rem ratam haberi, not. glos. Bald. & Castro, in l. si postea, ff. de pecul. tenet Bartol. in l. nam postea, in principio, ff. de iureiur. & in l. si prius, 9. oppositione, primæ partis, numero, 6. ff. de noui oper. nunc. & ante eum Specul. in tit. de citat. §. dicto, colum. secunda, versiculo, & not. quod semper, in tit. de except. §. primo, in fine, & in tit. de satisdat. §. expedito, colum. 4. versiculo sed pone procurator, & probatur in l. ex duobus, la secunda, iuncta glos. & ibi Aret. primo nota. ff. de duob. reis, & tradit Boer. dicens hanc esse regulam, decisione 33. numero 15. & licèt Innocen. & nonnulli alij eum sequentes, in capitulo primo de lit. contestat. libro 6. voluerit facere differentiam inter pactum de non agendo, & de non petendo, tamen eius decisio non uidetur approbari, sed reijci tanquam non vera, ut per Bar. & cæteros, in l. si unus, §. pactus ne peteret, ff. de pact. per

pact. per Bald. in dicta l. si postea, de quo etiam per Francis. de acceptand. de Aretio, in tractat. de sentent. diffin. et interlocut. numero 29.

2 Sed numquid cessionarius, et procurator in rem suam teneatur suis expensis, agere contra † debitorem cessum, uel possidentem rem uenditam, uel cessam? Ias. in dicta l. qui stipendia, firmat procuratorem hunc suis proprijs expensis agere debere, allegat Bald. in l. 1. C. de euiction. qui tamen loquitur in procuratore in rem suam à lege facto, scilicet in emptore nominis, qui illud suo periculo, & proprijs expensis debet exigere; idem tenet Bald. in addit. ad Specul. in tit. de expens. 1. col. vers. cessionis, vnde pro solutione distinguendi sunt casus, quia aut cessio fit gratia cedentis tantum, & tunc expensis cedentis iuditium moueri debet, ut in casu l. si ut certo, §. nunc uidendum, il secundo, uersiculo idem Labeo, ff. commod. & ibi tradūt Bald. Castr. & Aret. qui dicit hoc procedere in quocumque qui tenetur facere, & curare quod quis rem habeat, quo fit, ut cum uenditor teneatur rem tradere liberam, & expeditam emptori, ut supra dictum fuit, & latius suo loco dicetur, sequitur, quod si contra occupatorem ipsius egerit uirtute huiusmodi cessionis, emptor, id periculo, & expensis venditoris cedentis agere deberet, quod tamen verum arbitrarer, si in culpa fuisset uenditor, ut quia alteri tradidisset, uel fuisset in mora tradendi emptori, per text. in l. eleganter, §. si uendiderit, ff. de pignor. action. & sentit Paul. de Castro, in l. si ea res, in princ. ff. de act. empt. Et pro decisione huius primi casus facit secundum Aret. in dicto §. nunc uidendum, decisio Bartol. & Angel. in l. prima, §. primo, ff. de impens. in rebus dot. fact. quod maritus expendens pro exigendo nomine dato in dotem, repetit ab uxore, seu tanto minus de dote tenetur restituere, deductis dictis expensis, nisi in solutum seu æstimatum in dotem acceperit, & sequitur Paulus, de Castro, in l. Mæuia, in principio, ff. solut. matr. & licèt Bald. in l. secunda, C. de action. & obligat. & in l. prima, C. de bonis mater. & alibi aliter tenuerit, tamen prima opinio uerior, & communior est, quam etiam tenet Salic. qui respondet motiuis Baldi, in dicta l. secunda, & Campeg. dicta secunda parte, quæstione 48. Si maritus. Aut cessio fit gratia utriusque, prout in casu dictę l. si ea res, in principio, vel quando uenditur nomen debitoris, uel datur in solutum, & tunc periculo, & expensis cessionarij actiones intentandæ sunt, & procedit decisio Ias. & ita declarat Paul. de Castro, in dicta l. si ea res, in principio. Et tanto magis hoc procederet, si tantum gratia cessionarij cessio fieret, ut si titulo donationis, uel ex causa lucratiua actiones cederentur. Bald. tamen in l. qui se debere, columna secunda, uersiculo quæro an cedens, distinguit, aut cessio fit ex causa uoluntaria, aut necessaria, primo casu aut res debet reuerti ad cedentem, ut in dote, & tunc expensis cedentis agendum est, aut debet remanere penes cessionarium, & expensis cessionarij agi debet. Secundo casu etiam subdistinguit, aut tenetur agere, licèt liberetur cedendo, ut in casu l. secundæ, §. idem Nerua, ff. ne quid in loco publico, & tunc etiam tenetur subministrare expensas, aut non tenetur agere, sed fit ad exonerationem cedentis, ut in dicto uersiculo idem Labeo, & expensis cedentis actio intentanda est, aut in prouisione solius cessionarij, & tunc secùs, quia ad cessionarium pertinet, argum. l. ex parte, fam. ercisc. cum alijs ibi traditis per eum. Illud etiam non est omittendum, quod uendito nomine tenetur emptor antequam agat interpellare, & requirere uenditorem, ad tradendum sibi iura sua, quæ tradere tenetur, ut suprà dictum fuit, & ipsum etiam tueri à debitore se defendente, ut ipse posset obtinere in actione contra eum mota, aliàs sibi esset imputandum, et non haberet regressum contra uenditorem, ut tradit Paulus de Castro, in dicta quæstione 170. ad fin. secunda parte, & ad hoc faciunt etiam, quæ habentur per eundem Paul. in l. fin. C. de actionum emption. Est uerum, quod Dec. dicta quæstion. 102. multis medijs concludit, emptorem uictum habere regressum contra uenditorem, etiam non facta dicta denunciatione: tamen uidetur, quod decisiones ipsorum non sint aduersæ, sed diuersæ, & fœdere distinctionis concordari possint, ut prima procedat, nulla requisitione facta iurium competentium uenditori, quo casu emptor censetur in culpa, qui sine iuribus uenditoris ad iudicium non paratus accessit, contra l. qui accusare, C. de edendo; Secunda, quando iura tradita fuere emptori per venditorem, & fuit optimè instructus, tamen eis non obstantibus, propter exceptiones rei, causam perdidit, et sic habet regressum contra uenditorem, qui in effectu non prestitit bonum nomen, scilicèt, reum esse debitorem, quod facere debet, ut supra dictum fuit. Cautius tamen erit, ante factum occurrere ad euitandas difficultates, et uenditorem interpellare ad tuendum iura sua, & denunciare exceptiones oppositas contra agentem, ut tene-

teneatur, nec aliquam excusationem habeat contra emptorem, postea contra ipsum regredietem. Sed & admonendi sumus, cessionarium ut cautus sit in modo agendi contra
3 debitorem alicuius rei, contra quem fuit † facta cessio, nam propter cessionem ipsius rei debitæ, non censetur translatum dominium in eum, l. pen. & ibi Bald. C. de hæred. vel action. vendi. & tradit. Iac. de Are. d. tractatu, nu. 22. & propterea suo nomine intentat utilem actionem, ut per Doctor. ibi, non autem directam, quod prodest scire ad formandum libellum contra debitorem, prout etiam tradunt Doctor. suprà allegati, in Clausula pręcedenti, in verbo, reales, in quæst. an dominium rei uenditę censeatur translatum facta cessione sine rei traditione. Præterea, multū interest, an q. s agat directa uel utili actione, tum propter exceptiones, quę alteri obstant, & alteri non, ut tradit Din. in d. regula, pro possessore, pen. col. Bal. Paul. Ias. & alij, in d. l. qui stipendia, tum propter alia infrà dicenda, hinc est, quod agens directa, & probans in utili, succumbere debet, ut per eos in dictis locis, tradit Bart. in d. l. 1. nu. 23. ff. de action. & oblig. Salic. in d. l. 1. q. 10. C. eod. Pract. Papiens. in d. glos. cessit, & mandauit, nu. 8. quo fit, ut si ex tenore libelli non possit constare, qua agat actione, tenetur id actor exprimere, ut tradit Specul. in d. §. fi. columna 3. licèt aliter ibi videatur uelle Ioan. Andr. in addit. tradit Bartol. & Paul. de Castro, post Din. in l. si duo, ff. de solut. Paul. in d. l. emptor, C. de hæred. uel action. vendit. Din. in dicta reg. pro possessore, Bald. in dicta l. qui stipendia, numero 4. & ibi alij. Papiens. loco præallegato, in glo. Vtiles, & licèt Specul. in dicto §. fina. censuerit in dubio directam censeri intentatam, & ipsum referendo simpliciter uidetur sequi Castr. in dicta l. qui stipendia, tamen contra tenet Imola, in dicta l. si duo, Papiens. in dicta glo. Vtiles, & Aretin. in dicto §. præterea, numero 34. versiculo incidenter quæritur, ubi immò utilem censeri intentatam affirmat, de quo per Alexand. in dicta l. qui stipendia, secunda col. & in dubio uidetur ea intentata, quæ utilior est libellanti, l. si quis intentione ambigua, ff. de iudic. vt ibi per eum, de quo per Bartol. & alios, in l. insulam, de præscript. verbis, in l. si olei, C. locati, & in alijs locis vulg. Censetur autem intentare directam, qui in conclusione libelli petit sibi procuratorio nomine cedentis solui. Vtilem, si sibi non expresso nomine procuratorio, ut communiter concludunt Doctores, in dicta l. qui stipendia, licèt Salic. contra, quem ibi reprobat Alexand. tradit Bartol. & alij, in l. si quis in rem, C. eodem. & Aret. in dicto versiculo, incidenter. Præterea, qui directam actionem intentat, tenetur ante litem contestatam facere fidem de cessione seu mandato directarum, quod non est necesse in eo qui agit utili, quia sufficit si in termino probatorio tempore quo de meritis tractatur, producatur, uel probetur cessio, ut declarat Specul. in §. nunc dicamus, versiculo sed quod ecce, in titul. de instrum. edi. & sequitur Bartol. licèt non meminerit precisè locum Specul. in dicta l. prima in fin. prima lectura, C. de actio. & obligat. licèt Iac. de Aret. indistinctè in dicto tractatu uoluerit cessionarium teneri ante litis contest. facere fidem de cessione, et
4 idem quod Specul. tenet † Bartol. et cum eo magis communiter cæteri, in dicta l. qui stipendia, Bartol. et alij, in dicta l. si duo, Castr. sequitur in l. prima, colum. 4. ff. de procurat. et latè defendit Ioan. de Amic. in allegato consilio 24. col. prima, et tenet Areti. in d. §. præterea, nume. 36. et uidetur etiam sequi Guid. Pap. quæstio. 577. an compensatio, num. 2. licèt alleget Pet. Iac. tenere indistinctè, quod post litis contest. debeat produci, et secundum istam sententiam fuit etiam decisum in Capel. Tholos. ut in quæstione ipsius 294. Item an cessionarius, quod et tenet Iafre. Balb. decisione 45. Cessionarius. et hanc etiam sequitur Bald. in dicta l. prima, quæstione 4. C. de action. et obligat. et ibi Salic. in 3. Est uerum, quod Bald. in dicta l. qui stipendia, in fine, uariauit, quia tenet, quod immò si est facta mentio cessionis in libello, teneatur agens instrumentum cessionis exhibere ante litem contestatam, per not. per Inno. in c. 1. de probat. quod tenet etiam eum sequens Alciat. in Rubrica, C. de edendo, ante finem, et secundum hanc consuluit Dec. Ferrarię pro Illust. Dña Diana Estense, de Contrarijs, cōtra olim Dominum Alfonsum de Trotis, in cons. 302. col. 2. tamen idē Bal. distinguendo concordat suas opiniones sequendo Rain. quem allegat, in l. 1. §. editiones, col. 3. uers. venio ad secundū, ff. de edē. ut communis opinio procedat, si non sit facta mentio instrumēti, uel scripturæ cessionis diuersę, si de scriptura mentio facta sit, quā concordiam sequitur Aret. in d. c. 1. col. fin. ante fin. & cum eo trāsire uidetur ibi Felin. nu. 28. vers. quinto restringe, & ita etiam tenet Ripa, in d. Rubrica, C. de edendo, nu. 5. & ità solet practicari in Curijs, ut dicit Boer. in addit. ad Dinū, in d. regula pro possessore, col. pen. & tenendo istam concordiam Bald. debet intelligi, quando de instrumento cessionis fieret mentio limitatiuè, non assertiuè, ita quod ex narratione posset esse reus certus de

facto:

facto: quia tunc non procedit dicta opinio Innoc. vt per Bart. in l. edita, C. de eden. & latius Modern. in dicto capit. primo aliter eum limitantem, & Balb. dicta decisione 45. si tamen cessionarius vellet interpellando debitorem ipsum constituere in mora, & tunc tenetur instrumentum cessionis producere ante omnia, per notata per Bart. in l. 1. quæstio. 11. ff. de noui oper. nun. & tradit expresè Ripa, in l. quod te, num. 61. & Tiraquel. in dicto tractatu de retractu, tit. 1. §. 26. glos. 3. nu. 44. Non tamen est facienda aliqua differentia, an quis agat vtili, vel directa, ad hoc vt agens non teneatur iurare de calumnia in animam propriam, cum vtilitas ad eum pertineat, vt per glos. & Bart. in d. l. qui stipendia, glos. in d. l. emptor, C. de hæred. vel action. vend. & in l. non solum, in princ. in glos. magna, ff. de procur. & ibi tenent Bartol. Bald. & Paul. de Cast. & in l. 2. §. sin autem, C. de iuram. calū. & ante eos Iac. de Aret. in dicto tractatu, nu. 83. & Ioan. de Gras. eod. tractatu, §. 5. nu. 4. licèt Aret. inaduertenter in d. ver. incidenter, tenuerit opinionem Placent. in d. glos. in l. non solum, relata, & communiter reiecta, qđ & tenet Tiraquel. in d. tractatu §. 2. glos. 2. numero 14. Sciendum est etiam, quod cessionarius & procurator in rem suam constitutus, vt supra, nedum potest intentare actiones vtiles & directas, vt suprà diximus, verum etiam iudicis officium quod sibi competit, l. si optio, ad finem, ff. de opti. lega. & tenent Paul. de Cast. Alex. & Ias. in l. si cum emptore, 1. colum. ff. de pact. Modo in hac materia cessionis plures se offerunt quæstiones examinandę, discutiendæque, quę quidem materia est valdè dubia, & in ea diuersi diuersa sentiunt, vt dixit Bald. in cons. 105. Factum tale est, Domina Anerana, col. fin. 3. vol. & dixit Paul. de Cast. in l. facta, §. si hæres, ff. ad Trebel. quod vidit multos in hac materia errare, & quod quotidie ad Bart. ibi recurritur, qui tamen confusè, obscurè, & imperfectè loquitur, & non intelliguntur eius dicta, & in d. l. si cum emptore, col. fin. dicit, quod in ea semper dubitauit, & mussauit, & pluries habuit de facto diuersos casus, & occurrit sibi dubitare.

Primo igitur videndum est, numquid cedens possit facta cessione agere contra suum
5 debitorem, vel possidentem rem suam, †contra quem fuit facta cessio; In qua concludendum est secundum text. in d. l. 3. C. de nouat. Vbi est casus huius quæstionis quod si cessionarius denunciauerit debitori ne soluat, vel ab eo soluente partem debiti receperit, aut contra eum agendo litem contestatus fuerit, cedens nullo modo potest agere contra debitorem: quia his casibus licèt habeat directas actiones, tamen sunt effectæ inanes, & inefficaces: si uero aliquod istorum trium non interuenerit, tunc cedens agere potest, & per indirectum cessionarium impedire & prohibere, ut ibi dicit text. quæ lex est singularis secundum Bartolum, & alios ibi, & quod cedens hoc casu, scilicèt nullo ex dictis tribus interueniente, agere possit, vltrà Doctor. in in dicta l. tertia, tenet etiam Iac. de Aret. in dicto tractatu columna penultima, numero 85. Specul. in dicto §. fina. de procur. columna antepenultima versiculo in summa, not. vbi ponit formam denunciationis faciendæ debitori per cessionarium, quam etiam ponit Bartolus, in l. prima, in princip. 9. quæst. numero 20. ff. de oper. noui nunciat. de qua etiam Guid. Papa, quæstio. 530. qualiter fieri debeat, & idem sentit glos. & expresè tradit ibi Baldus, Salic. & Paul. de Cast. qui loquitur etiam quando cessio est facta titulo uenditionis, ut hic in l. 3. C. mand. Bald. in dicta l. prima quæst. quinta, nume. 19. C. de actio. & obligat. Paul. de Castro, in consilio 98. In causa appellationis numero 3. 2. parte nouissimorum. Paul. de Castro, & alij, in d. l. si cū emptore, Aretinus, in l. in rem, per illum tex. quam legit cum l. præcedenti, ff. de compensat. Socin. in consilio 183. quæst. columna 5. & 6. Rube. consilio 159. numero 2. Bertran. consilio 116. numero 12. & sequent. 2. parte priorum, & sequitur plures allegando Tiraquel. in dicto tractatu dicto §. 26. glos. 2. numero 14. & tradunt etiam quamplures alij inferius allegandi. Est verum quod Iacob Butr. in dicta l. 3. & Baldus, in cap. Cumana, numero 9. de elect. & in consilio 163. pręmittendum est, 3. volumine, & Imola, in dicto §. si hæres, tenent, quod d. l. 3. loquuntur, quādo aliquis est factus procurator in rem suam & sic mandatę sunt actiones directæ, non autem cessæ utiles, quod uidetur etiam admittere Ias. in l. fin. col. fin. ff. de transact. referendo Bald. in dicto cap. tamen iste intellectus non videtur verus, nec est communis, & contrarium tenet glos. cum qua transeunt Bart. Bald. Ang. & Alb. ibi, in d. l. 3. & expresè tēnet Bald. sibi contrarius, in d. cons. 105. nu. 4. & Alex. in d. l. si cum emptore, col. 3. sub nu. 4. quod & sentiunt Doct. supra allegati.

Limitatur tamen hęc Conclusio pluribus modis, primo ut procedat in cedente, penes
6 quem † remanserunt actiones directę efficaces, secùs si inanes, & sine effectu ut in hęrede, qui fideicommissario restituit hęreditatē, in quem actiones actiuę & passiuę transeūt, l. 1. in princ. cum ibi not. ff. ad Trebel. vel in procuratore, qui sibi acquirit directam, et domino

mino

mino utilem ex stipulatione, & directa remanet inefficax, l. in causę, in fine. cum l. sequenti, & ibi not. ff. de procur. & idem est in eo, qui tantum habebat utiles, & eas cessit, quo casu nihil apud eum remanet, ut per Bart. & alios, in d.l.1.C. de act. & oblig. & dictũ fuit suprà in Clausula præcedẽti, in verbo vtiles, his enim casibus non potest agere cedens, & dispositio d.l.3. sibi locum non vendicat, vt tradit Bart. in l. ex asse, nu.4. & ibi Alex. nu. 6. ff. ad Trebel. Bal. in d.l.3. in 2. colum. & in d.l.1.5. quæst. num. 19. C. de action. & oblig. ubi idem dicit, quando cessio fit ex necessitate, vt quia fit soluenti correo, vel fideiussori, iuxta not. in l. Modestinus, ff. de solut. cuius cessionis ius petendi numquam videtur sublatum, ut dicit Dec. dicto consilio 99. nu.3. hanc etiam limitationem tenet idem Baldus in dicto consilio 105. colum. fin. nu.4. & in l. si procurator, & ibi quoq; Castrens. ff. de procur. Ang. & Paul. in d.l. facta, §. si hæres, Castro, in d.l.3.C. mandati, & in d.l. si cum emptore, & ibi etiam Alex. & Ias. col. fin. sequitur Dec. in l. pacto successorum, col. fin. C. de pact. & Ripa, in dicta l. prima in princ. num. 12. & 13. ff. ad Trebel. & latè Socin. dicto cõsilio 18. columna 6. vbi dicit agentem sine actione agere, l. si pupilli, §. fin. ff. de neg. gest. sententiam non pręiudicare cessionario sicut etiam fideicommissario non præiudicat, vt in dicto §. si hæres, & tradit etiam Bald. in l. 1. colum. fin. numero 29. C. quando prouoc. non est necesse, & Dec. sequitur in dicto consilio 102. ad finem, & in sententia lata contra hæredem post restitutam hæreditatem tradit Bald. & Ias. in l. prima, C. de inofficioso, testamento.

Secundo limitatur dictam l.3. non procedere si in cessione sit expressum, quod cedẽs cessit actiones, & omnem spem, & exercitium actionum directarum, ita quod nullæ reliquiæ actionum penes cedentem remaneant, tali enim casu etiam præter illos tres casus cedens agere non posset; ità limitauit Tancred. de Corn. in suo opere Iudi. ultima parte, 11. quæstio. & sequitur Cepol. docens hanc cautelam in Cautela 189. Tu habes, quem etiam sequitur Ias. in d.l. si cum emptore, col. fin. vers. tu limita, & refert Dec. in d.l. pacto successorum, col. fin. & Ripa in d.l.1. §.1. nu.13. & refert etiam Tiraquel. d. nu.14. dictam cautelam, licèt sub alio numero, quã etiam tenet Socin. in reg. 109. Debitor, 1. fallen. Sed licèt ista limitatio plurimum polleat auctoritate, ego tamen non auderem secundum eam iudicare, cum ratio repugnet: nam cedens agere potest propter directas actiones, quæ penes se remanserunt, & ab eo separari impossibile est, ut supra dictum fuit, in verbo, utiles, & directas, quo fit, ut nulla verborum cautela possit cedens prohiberi agere, nec iure probatur ista limitatio, sed & Baldus, in d.l.3. col.2. nu.6. tenet dispositionem illius l. procedere nedũ cessis utilibus actionibus, sed etiam mandato exercitio directarum, & in indiuiduo contra istam limitationem tenet Afflict. d. decisione 335. num.23. vbi dicit ita fuisse decisum in consi. Neapol. ut ibi per eum, nu.24.

Tertio limitat Bald. in l. si pecunia, & ibi sequitur Paul. & Raph. Commens. ff. de leg. 1. non procedere, si sit legatum creditum à debitore, per testatorem: nam licèt hæres habeat directas actiones, tamen non poterit agere contra debitorem ipsum, sequitur Alex. in addit. ad Bart. in d.l.3. & Ias. in d.l. si cum emptore, col. fin. 2. limitatione.

Quarto limitatur procedere in actionibus personalibus, quę inhęrent ossibus creditoris, secùs in realibus, quę concomitantur possessorem, unde his cessis non poterit cedens agere contra possessorem, ità Bald. quem ibi sequitur Salic. in l. qui tibi, C. de hęred. uel action. vend. per illum text. sequuntur Alex. & Ias. in locis proximè allegatis.

Quinto Salic. in d.l. emptor, 2. oppos. C. eod. tit. limitat d.l. vt non procedat, quando quis cedit actiones directas habenti utiles, tunc enim uidetur quod directę remaneant inefficaces, dicens audiuisse quendam Doct. ita tenentem, quod dicit esse notandum, licèt ipse non bene firmet, sed relinquat cogitandum. sed hæc etiam dubia redditur per rationem supradictam, quia non possunt separari iura directa à cedente, nisi legis auctoritate, ut in restitutione hęreditatis, & in alijs casibus, de quibus supra in prima limitatione.

Sexto limitatur non procedere si cessionarius etiam nullo ex dictis tribus interueniente fecerit pactum de non petẽdo à debitore, tunc agenti cedenti obstat exceptio doli mali, d.l. si cum emptore, & ibi omnes, & d.l. sicut, §. si procurator, ff. quibus mod. pign. uel hypoth. solu.

Septimo, non potest agere cedens contra debitorem cessum, si prius cessionarius contra eum egerit, & litem contestatus fuerit, tamen eius iudicij finita fuerit et perempta instantia, quo casu eius uirtus sublata censetur: nam tunc durat effectus, ut cedens excludatur. ita Bal. in d.l.3. C. mand. et sequitur Alex. in apostil. prędicta ad Bar. et Ias. in d.l. si cum emptore, col. fi. et pro ista limitatione faciũt not. in l. properandum, §. et si quidem, et ibi glos. Bart. et alij, C. de iudic. et in l.2. ubi etiã Bart. et omnes, C. de fruct. et lit. expen.

Octauo,

Octauo, alio casu non procedit d. l. 3. qui ponitur per Ang. Paul. & alios, in l. si post cō stitutam, per illum text. ff. de constit. pecun. si enim debitor hæreditarius constituit se soluturum hæredi certam summam pecuniarū, & hæres hæreditatem fideicommissario restituat, vel ab eo euincatur, tenetur cedere eam actionem fideicommissario, vel euincenti, nec ante vel post cessionem poterit agere cō tra debitorem, & sequuntur etiam Alex. & Ias. locis præallegatis.

Nono & vltimo, dispositio d. l. 3. non videtur procedere, quando cessio est facta ad commodum cessionarij tantum, non ad commodum vtriusque, iuxtà distinctionē quam posuit Iac. de Aretio, in l. 1. §. 1. ff. ad Trebel. quam latè posuit Bart. in d. l. facta, §. si hęres, & in d. l. si cum emptore, & ita etiam videtur restringere Bald. in d. l. 1. col. fin. C. quando prouoc. non est necesse, hinc voluerunt Bart. & plures, alij in locis prædictis, posse reum conuentum agentem repellere opponendo exceptionem, quod alteri iura sua cessit, quā quęst. latius inferius discutiemus. Sed tamen ista limitatio non uidetur procedere: quia cū actiones non remanserint inefficaces, uel elisæ penes cedentem, procul dubio potest agere cedens: si quidem, cessio non est modus tollendarum actionum, ut Bald. tradit in d. l. 1. quæst. 5. C. de action. & obligat. & quod possit agere firmat etiam distinguendo Paul. de Castro, in d. §. si hęres, in d. l. 3. C. mand. qđ & tradunt quamplures ex supra allegatis in dicta conclusione. Nec Bart. vel alij hoc negant: immò id presupponere uidentur, disputantes an exceptione summoueri possit cedens actor, quo casu sentiunt ipso iure non repelli, sed exceptione opposita, iuxta §. præterea, cum ibi not. Instit. de except. & habetur in l. Iulianus uerum debitorem, ff. de cond. in debiti, & in alijs locis. Benè uerum est, quod cedens hoc casu totum id quod exigit, tenetur restituere cessionario, ad cuius commodum cessio facta fuit, l. apud Celsum; §. quod si is cui, ff. de doli mal. & met. except. Bald. in d. l. quę omnia, §. fin. ff. de procur. & in dicto cons. 105. num. 6. & Paul. de Castro, in d. §. si hęres, & in d. l. 3.

Sed quid si cedens et cessionarius in agendo contra debitorem eodem tempore con-
7 currant, quis pręferendus sit; †glos. in d. l. 3. in uerbo exigere, disputat, et finaliter se resoluit, quod præferatur cedens, et idem tenere uidetur in l. procuratorem, in rem suam, ff. de procurat. et cum ea uidetur transire Bald. in dicta l. 3. et idem tenet post Iac. in l. si procurator, prima lectura secundo notab. ff. de procurat. et in dicta l. si cum emptore, in ultima quæstione contrarium et melius tenuit Bart. in dicta l. tertia, & in dicta l. procuratorē, in rem suam, ubi idem tenet Castr. & idem tenet idem Castr. in dicta l. fin. ad finem princ. ff. de don. ubi tenet, quod etiam si agat postquam cedens potest cedentem impedire, licèt quo ad hoc ultimum diuersum uideatur uoluisse in dicta l. procuratorem in rem suā, ad finem, quę opiniones uidentur posse concordari, ut prima procedat ante litem contestatā, secunda post, argum. l. ante litem, cum l. sequenti, ff. de procur. & l. pluribus, ff. eod. & l. ex duobus, la secund, aff. de duob. reis, & quod præferatur cessionarius, tenet etiam Practic. Papiens. in dicta glo. Cesit, numero 10. licèt alleget glos. in dicta l. 3. hoc tenentem, cum tamen teneat oppositum, & idem tenet Crauet. licèt prædicta non adduxerit in cons. 227. nu. 2.

Sed numquid debitor soluens cedēti post factam cessionem antequam fuerit sibi denū
8 ciatum, vel lis contra eum †contestata, vel recognouerit debitum, partem cessionario soluendo, iuxta d. l. 3. liberetur à debito, & amplius grauari non possit per cessionarium? (aliquo enim de his tribus interueniente, certum est ipsum non liberari) & pro solutione distinguendum est: quia aliqui sunt casus clari & indubitabiles, aliqui dubitabiles namque, aut sumus in casibus in quibus iura directa remanserunt penes cedentem inania, & sine effectu, vel nulla remanserunt, vt in casibus positis suprà in prima limitatione, quęst. an post cessionem cedens agere possit, et isto casu aut debitor sciuit cessionem fuisse factam, & certum est ipsum non liberari, & ità in hoc omnes concordant, argu. à contrario sensu, in dicta l. fina. ff. de transact. aut soluit ignoranter, quæ ignorantia in dubio præsumitur, ut in his terminis Bald. tradit dicto cō silio 105. nume. 4. & Alex. cons. 15. colum. 2. 7. volum. & tunc ne ignorantia sua damno afficiatur liberatur à debito, text. est singularis, in d. l. fina. & ibi omnes quod admittunt Doctor. in d. l. si cum emptore, & in d. l. 3. & in d. l. facta, §. si hęres, Bald. in d. l. 1. 5. quæst. nu. 20. ff. de action. & oblig. Ripa, in d. l. 1. in princ. num. 13. ff. ad Trebel. & alij etiam inferius allegandi: nam hoc casu recipiens solutionem eatenus cessionario, uel fideicommissario præiudicium afferre potest, quatenus potest procurator reuocatus, iuxta l. primā, cum ibi not. C. de satisdan. ut tradit Bar. in d. §. si hęres, pen. quæst. & tenetur restituere cedens id quod exegit à cessionario, uel fideicommissario, ut per glos. Bald. et Castr. in d. l. fin. prout etiam dictum fuit suprà, in dicta quęstio. quando possit cedens agere, et quod dicitur

dicitur debitorem ignorantem liberari soluendo, procedit, si cedens vel hæres bona fide recipit animo gerendi negocium cessionarij, vel hæredis, secùs si mala fide, quia furtũ committeret, & non liberaretur debitor, sed ei condictio furtiua competeret, quam tamẽ cedendo, consequeretur liberationem, l. cum quis, §. 1. ff. de solut. & ità declarant Bart. & Ang. in dicto §. si hæres, in fine. Aut sumus in casibus, in quibus remanent actiones directæ penes cedentem, vel venditorem hæreditatis, seu nominis efficaces, & debitor soluit ignoranter, & liberatur ut in casu præcedenti, d. l. fin. & tantò magis, cum soluerit ei qui habet actiones efficaces ad agendum, & etiã tenetur restituere exigens vt supra; Aut soluit sciens factam fuisse cessionem vel venditionem hæreditatis, seu nominis; & in hoc magna est Doctor. controuersia, an debitor liberetur, ita, quod & glo. & Doctor. nedum inuicem, sed sibimet fuerunt contrarij & inconstantes, nam glos. prima in dicta l. fin. tenet debitorem scientem soluendo cedẽti vel venditori hæreditatis (ij enim pari passu incidunt) non liberari, etiam extra casus dictæ l. 3. contrarium tenet glos. in verbo vtilibus, in l. nomen, C. quæ res pigno. oblig. poss. ut scilicèt non sufficiat simplex scientia, sed exigatur etiam denunciatio, & idem videtur tenere in l. grege, §. cum pignori, in verbo solutorum, ff. de pignor. priorem opinionem glos. in d. l. fin. tenet Cin. in d. l. 3. & Guid. de Suza. ut refert Ioan. Andr. in add. infrà allegan da, & hæc communiter approbatur, ut referendo non idem Cin. dicit Bald. in dicto consilio 105. nu. 4. vers. sed præcedentem. & hãc etiam tenet Bart. in dicta l. nomen, num. 7. & idem Bald. in Rubrica, C. de reuocand. his quæ in fraud. credit. num. 2. & in dicto capit. Cumana, num. 9. & Pap. in dicta glos. cessit, num. 9. Contrariam tamen partem, quam tenuit glos. in d. l. nomen, tenet Spec. in d. §. si. de procurat. vers. sed quid si debitor, vbi consuluit omnino esse faciendam denunciationem ad effectum, vt debitor non posit soluere cedenti, † & hanc partem etiam sequitur

9 ibi Ioan. Andr. in addit. quam etiam videtur tenere Bald. sibi contrarius, post Iac. Butr. in d. l. nomen; & hanc etiam partem tenet in dicto consil. 105. & idem videtur tenere in d. l. 1. nu. 20. vbi videtur corruptus. & idem in d. l. fin. sequendo Cin. distinguentem, ut in solutione non procedat dicta glos. sed in pacto, & transactione. & idem tenuit in cons. 27. supra in quodam pũcto 5. volum. vbi dicit opinionem Cini veriorem: quia recipere solutionem est naturam obligationis seruare, sed liberare pacto, vel transactione, est quidam actus nouus à natura primordialis obligationis separatus. & idẽ uidetur dixisse in dicto cons. 105. col. pen. uers. considerando. Hanc etiam sententiam quod requiratur denunciatio, & non sufficiat simplex scientia indistinctè tenuerũt Iac. Butr. Alb. Ang. Paul. de Castro & Ias. in d. l. fi. licèt ibi Castr. limitet hoc procedere in casu, quo sit mota lis debitori per cedentem, uel uenditorem hæreditatis, quia aliàs spontè soluisse, uel transegisse censetur, & in hac opinione etiam residet Salic. in d. l. 1. 12. quæst. C. de actio. & oblig. quam opinionem etiam tenet Ang. in d. §. si hæres, & idem tenet Angel. in consi. 258. Quædam Domina, col. 3. in princ. & Salic. in d. l. 3. hãc etiam tenet Afflic. dicta decisione 335. num. 23. & num. sequenti dicit fuisse iudicatũ pro transigente etiã sciente ut ibi per eum. (Fulg. in d. §. cum pignori, col. pen. dicit, quęst. non esse parum facilem, & sentẽtiam suam exprimere noluit, sed se remisit ad not. in d. l. fin. in

8 d. l. si cum emptore, & in d. §. si hæres) Bar. uerò in d. §. si hęres, sequendo Iac. de Aretio, & Oldra. distinguit, quod quandoque fit cessio ad commodum cedentis, & eius periculo, quia quicquid exigitur in eius vtilitatem conuertitur, ut in casu d. l. 3. ubi cessio fuit facta creditori soluentis, & tunc non sufficit simplex scientia debitoris soluentis, sed exigitur sciẽtia per aliquem ex tribus modis not. in d. l. 3. & hoc modo procedit glos. in d. l. nomen, si modo fiat ad commodum cessionarij & eius periculo, & tunc sufficit simplex scientia; & hoc secundo casu procedit glos. in d. l. fin. ff. de transactione, loquitur in casu in quo fuit facta venditio hæreditatis. quo casu censetur facta ad commodum tãtum cessionarij, prout intelligunt Bar. & omnes eum sequentes, & expressius firmat Castr. in d. §. si hæres, colum. 2. & Ias. in d. l. si cum emptore, etiam 2. col. licèt Bald. & Salic. in d. l. 1. C. de actio. & oblig. voluerint hoc casu gratia vtriusque cẽseri factam cessionem, propter preciũ, & male, secundum prædictos; & hanc distinctionẽ Bart. licèt nonnulli ex supra allegatis expresse reprobent, & ab eo dissentiant, tamen sequuti sunt Imola, & Paul. in d. §. si hæres, & Bald. & Ang. parum sibi constantes, in d. l. 3. Bald. Castr. Alex. & Ias. in d. l. si cum emptore, vbi Ias. 2. col. dicit, quod est bona doctrina, & hãc esse communem opinionem dixit Rom. in cons. 102. super eo. post princ. quam etiam refert & sequitur Bal. in cons. 163. Præmittendum est, d. 3. uol. & idem tenet Alex. in d. l. qui quadringenta, col. fin. Aret. d. §. pręterea, nu. 34. vers. quarto põt opponi, vbi dicit, qđ fuit de facto Regij. Hãc etiam opinionem pro vera admittit Alexand. in cons. præ

dicto

dicto 15. numero primo, in 7. volum. quam etiam tenet Neguſ. in tractatu de pignor. 2. parte 3. membro, numero 26, verſiculo ſecũdo dubitatur, quam etiam tenet Bertrand. cõſilio 190. columna ſecunda parte priorum, et Pariſ. dicto conſilio 19. nume. 63, & ſequent. 3. volum. quę opinio in caſu ſuo tanto magis procedebat, in quo ceſſionarius iurauerat nõ venire contra, vt per eum ibi, num. 68. Et licet hanc partem tanquam communiorẽ crediderim ſeruandum eſſe in practica, tamen ad euitandas omnes difficultates laudauerim fieri denunciationem per ceſſionarium debitori, vt conſuluit Spec. & ſequitur Ioan. Andr. in loco præallegato. In caſibus tamen in quibus non ſufficeret ſcientia debitoris, ſi cedens non eſt ſoluendo, & ſic non eſſet conſultum ceſsionario, & debitor hoc etiã ſciat, & ſoluat, non videtur modo aliquo liberari poſſe, per ea quæ voluerunt Cin. & Alb. in l. fin. C. de procur. Iaſ. limitando dictam l. 3. in d. l. ſi cum emptore, col. fin. verſ. ſexto not. limita, & Pariſ. dicto conſilio ante finem illud etiam notandum eſt, quod qui iura ceſsit, ſi poſtea exigat à debitore, dicitur fidem frangere, vt dicit Alber. in d. l. 3. & ſequitur Ioan. de Graſ. in dicto tractatu 4. nu. 8.

Ex reſolutione dictæ quæſt. reſultat deciſio aliarum, an ſcilicet pactum vel tranſactio cedentis noceat ceſsionario, nam in caſibus in quibus ceſsio eſt facta ad commodum ceſ-
10 ſionarij, † & ſuo periculo, proculdubio facta tranſactio per ſcientem non præiudicat, ſed in ignorante, ne remaneat in damno tranſigens, valet tranſactio, ut dicta l. fi. in caſibus verò in quibus ceſsio eſt facta ad commodũ cedentis, ſemper valet pactum uel tranſactio & ita tradit Barto. in d. §. ſi hæres, numero 4. & in d. l. ſi cum emptore, immò tanto minus poteſt tranſigere debitor ſciens, quàm ſoluere, per ea quæ ex Baldo poſt Cin. in præcedẽti quæſt. dicta fuere. Et licèt Salic. in dicta l. 1. quæſt. 13. aliter teneat, & Afflict. dicta deciſione 335. ad finem, ubi ita fuiſſe in conſ. Neapolitano iudicatum refert, tamen communior ſententia videtur in contrarium, ut per Bald. Paul. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi cum emptore. Bertr. dicto conſ. 190. & Pariſ. dicto conſilio 19. qui in ſpecie reprobat dictam deciſionem in caſu cuius non conſtabat de ſcientia tranſigentis, quia fortè non ità fuiſſet iudicatum, licèt ipſe Afflict. extendat etiam ipſam deciſionem ad caſum ſcientiæ, & ex ea etiam non benè conſtat an ad commodum ceſsionarij, tantum eſſet facta ceſsio, & deciſionem Bar. in dicta l. ſi cum emptore, admittit etiam Ruin. in conſ. 177. num. 6. ſed quod non ualeat pactum gratuitum, etiam factum per ignorantem, ſeu ignoranti debitori, firmat Caſtro, in dicta l. columna tertia, ubi etiam Marſ. & Cin. fecerunt differentiam inter pactum & tranſactionem, & idem tenuit Cin. & ſequutus fuit Baldus, in dicta l. finali, & quamuis Alexander, in d. l. ſi cum emptore, diſcordet à Paulo, volens quod non ſit differentia in pacto gratuito, vel oneroſo, ſeu tranſactione, tamen probabilior uidetur opinio Caſtrẽſ. per ea, quę ipſe adducit, et tradũt etiam Cin. & Bald. in dicta l. finali, et faciunt ea quæ dicentur inferius in ſequenti quæſtione, & cum Paul. concordat Bertran. in dicto conſilio 190. in fine, De liberatione uerò ſciẽti facta debitori, quod non ualeat, tenet Bal. in dicta Rubrica, C. de reuocand. his quæ in fraud. credit. numero ſecundo, & ſequitur Iaſon, in dicta l. ſi cum emptore, colum. fin. uerſic. quinto limita, ſed ſecundum Caſtr. ubi ſupra, non ualeret etiam facta ignorãti, ex quo cedens, qui non poteſt expreſsè, & directè reuocare ceſsionem factam, non poteſt etiam per indirectum per aliquem actum, per quẽ reuocatur in effectu: ſat enim eſt quod debitor nihil de ſuo amittit tametſi lucrum non faciat.

Sed numquid cedens confitendo poteſt ſua confeſsione ceſsionario præiudicare? in
11 quo articulo † antiqui uariarunt, & diuerſi diuerſa ſenſerunt, ut ex not. per Spec. in dicto §. 1. colum. 2. uerſ. ſed numquid ſola confeſſio, in tit. de ceſsion. action. & ibi in addi. Io. Andr. cernere eſt, & ſubinde etiam Moder. non bene concordarunt, ut per Imo. in dicto §. ſi hæres, uidetur tamẽ, quod per diſtinctionem caſuum poſsit ueritas haberi; Conſiderandi ſunt igitur plures caſus, & primo conſiderandus eſt caſus, quando eſt facta ceſsio & penes cedentem nihil remanſit, ut in ceſsionario, qui alteri cedit, uel directę actiones remanſerunt inefficaces, ut in procuratore reſpectu domini, uel in hęrede reſpectu fideicommiſsi, & in alijs caſibus, de quibus ſuprà in illa prima limitatione, & tunc ſicut non poteſt agere cedens uel hæres ut ſuprà, nec valeret ſententia in pręiudicium ceſsionarij, ut ſupra diximus, ità pariter non ualeret etiã confeſsio in præiudicium ipſius, hoc expreſſe in confeſsione firmat Bal. in l. ſi actor, col. 3. nu. 2. uerſic. ulterius quæro, ff. de procurat. 1. lectura, & in l. ſi partem, 2. lectura, col. 1. uerſ. & pro hoc dico, ff. quemadmodum ſeruit. amitt.

Secundus caſus eſt, quando interuenit unum ex tribus, de quibus in d. l. 3. ſcilicèt aut denunciatio facta per ceſsionarium debitori, aut receptio partis debiti, aut litis cõteſtatio, & hic caſus non patitur etiam exceptionem,

nem, quia ex quo remanſerunt directę inefficaces penes cedentem, ſicut ipſe non poteſt agere, vel ſolutionem recipere, pariter non poteſt confiteri: & ita tenuit Din. relatus per Ioan. Andr. in additio. & idem tenet Bald. in d. l. ſi partem, in fine, & in d. l. ſi actor, & omnes admittunt in d. l. ſi cum emptore, & in d. §. ſi hæres, tertius eſt caſus, quando nullum ex dictis tribus interuenit, & tunc iſto caſu diſtinctio Bartoli quæ fuit Iac. de Aret. vt ſuprà, quod attendatur, an ceſſio ſit facta ad commodum cedentis, vel ceſſionarij, vt primo caſu valeat confeſſio: quia ipſi cedenti confitenti tantum obeſt. Secundo non: ſi debitor ſciuit ceſſionem eſſe factam, uidetur attendēda, quam in confeſsione etiam ſequutus fuit Bart. in d. §. ſi hæres, vbi Imola, & in d. l. ſi cum emptore, in fine, & idem videtur tenere Bart. in d. l. ſi actor, num. 2. & quando adeſt ſcientia debitoris de ceſsione, hic caſus eſt etiam clarus, ut tenent Corn. Bertr. & Pariſ. in conſilijs infra allegandis. Eſt & quartus caſus magis dubitabilis, quando non cōſtat de ſcientia debitoris, tamen cedens ad eius fauorem, & ad præiudicium ceſsionarij confitetur extraiudicialiter aliquid, vt quia ſibi fuit antea per ipſum ſatisfactum, uel ipsū non fuiſſe debitorem, aut quid ſimile, & iſto caſu uidetur tenendum etiam non ualere, ut uidetur uoluiſſe Ioan. Andr. in dicta addit. & Bald. in d. l. ſi cum emptore, & latius & clarius Paul. de Caſt. ibi & in d. §. ſi hæres, quia non poteſt aliquid facere in præiudicium ceſſionis, nec poteſt conqueri debitor, ex quo nullum patitur damnum; & idem quod non ualeat confeſsio tenet idem Paul. in conſ. 83. Ad id de quo quęritur, ante finem, in antiqs, quod eſt conſilium 79. in ſecunda parte nouiſſimorum. & licèt Alex. in d. l. ſi cum emptore, non teneat opinionem Caſtr. tamen uidetur benè iure probari, per text. iunctis ibi notat. in d. l. fin. de tranſact. Vbi propter ignorātiam ſuccuritur tranſigenti, ne remaneat in damno: ſecùs igitur ſi nullum damnum patitur & ita etiam opinionē Pauli tenet Steph. Aufrer. in addi. deciſ. Capel. Tholoſ. in quæſtio. 119. Item fuit quæſitum an cedens. & Bertran. dicto conſ. 109. in fine, & iſta opinio eſt magis communis quod confeſſio ceſſionario non præiudicet, ſi ei damnum & incommodum affert, & contra cedentem nullum poteſt habere regreſſum, vt tradit Alex. in cōſilio 46. Circa prædicta, 2. colum. 5. volu. & Corn. conſ. 139. littera b. 3. volum. quam opinionem tenet etiā cum hac diſtinctione Iac. de Aret. dicto tractatu, nu. 84. & ſecundum iſtam opinionem, quod etiam indiſtinctè nō valeat confeſſio, fuit deciſum in conſil. Neapol. vt refert Afflict. deciſ. 163. in fine, quam ſententiam etiam amplectitur Pariſ. d. conſ. 19. num. 59. & ſequent. & plures adducit Tiraquel. in d. §. 2. gloſ. 2. num. 14.

Quintus eſt caſus in confeſſione iudiciali; & tunc diſtinguendum eſt in procuratore facto in rem ſuam ex parte actoris, aut ex parte rei, qui etiam conſtitui poteſt vt inferius dicetur. primo caſu diſtinguendum eſt, ut ſupra; ſecundo caſu videtur indiſtinctè confeſsionem valere, ut tradit Bald. poſt Bart. in d. l. ſi actor, ſed primo caſu nonnulli uoluerunt eſſe arbitrarium iudici uocare cedentem ſi ſit legalior, & melius nouerit ueritatem, ut per Ioan. Andr. in dicta addit. & Bald. in dicta l. ſi partem, ſed tamen quia poteſt fieri colluſio inter cedentem & debitorem, uerius uidetur ut confeſsio cedentis etiam iudicialis in cauſa, in qua ceſsionarius agit, non obſit ceſsionario, prout tandem uidetur uoluiſſe Spec. in dicto uerſ. ſed numquid ſola confeſsio. & Lamber. de Rampon. relatus per Bald. in d. l. ſi partem, & firmat Caſtr. in dicta l. per diuerſas, prima colum. uerſic. item quando per procuratorem, & ſequitur Pariſ. dicto conſil. num. 59. quod tanto uerius eſt, cum ſupra in ſecundo caſu fuerit concluſum interueniente litis conteſtatione facta per ceſsionarium, directas actiones penes cedentem exiſtentes elidi, & effici inefficaces; ſolum ſupererit ſextus & ultimus caſus, in quo poſſet teneri, cōfeſsionem cedentis ualere, & ceſsionario prę iudicium afferre, ſed quando ipſe cedens, qui habet directas efficaces, antequam interueniat aliquid ex illis tribus de quibus *in dicta* l. 3. ageret contra debitorem ceſsionem ignorantem; & in iudicio confiteretur ad beneficium debitoris, tunc enim crediderim ſibi præiudicare, quia hoc caſu imputandum eſt ceſsionario, cur non denunciauerit, uel aliquid fecerit ut excluderet cedentem, ut quā plures ex ſupra allegatis ad aliud propoſitū dicunt, licèt etiam fortè teneri poſſet ualere confeſsionem extraiudicialem in caſibus, in quibus poſſet eſſe conſultum ceſsionario cōtra cedentem, ut admittunt nonnulli ex ſupra allegatis, licèt fortè in practica cum difficultate obtineretur propter auctoritatem tenentium indiſtinctè confeſsionem non ualere, uide ad hanc quæſtio. deciſionem Pedemont. 45. & Ronchegall. in l. 3. in princ. nu. 73. & ſeq. ff. de duob. reis.

Vltimò uidendum eſt, an debitor conuentus à cedente antequam ullum ex dictis tribus de quibus in dicta l. tertia interueniat,
12 poſsit † excipiendo quod iura ſua alteri ceſſerit, ipſum repellere ab agendo? Bartolus, ſequendo diſtinctionem prędictam Iac. de Aretio,

tio,

tio, & Oldrad. in dicta §. si hæres, numero 3. & in dicta l. si cum emptore, tenuit quod sic, in casibus in quibus cessio est facta ad commodum & periculum cessionarij, secùs si cedentis, vt suprà, & cum Bart. tenet Bald. in dicta l. prima columna finali, numero, 29. C. quando prouoc. non est necesse, & cum eo transit Papiens. in dicta glos. cessit, numero decimo, Guido Papa consilio 114. numero 3. & dicta quæst. 530. & 567. & Crauet. consilio 191. numero tertio. Contrariam tamen partem tenet Baldus, in dicta l. tertia, C. de nouat. vbi dicit, quod contraria opinio est mirabilis, & idem tenet in dicta l. tertia, ubi etiam Castr. C. mand. & in hanc etiam inclinat in dicto consilio 55. colum. fina. in princ. vbi dicit, quod in hoc adhuc sub iudice lis est. hanc etiam tenet Salic. post Iac. Butr. in dicta l. 1. quæst. 16. C. de action. & obliga. & Ang. in dicto §. si hæres, Paul. de Castro, in dicta l. finali, in fine, princip. ff. de don. & in l. procuratorem in rem suam, in fine, ff. de procurat. idem tenet Paul. Fulg. Alex. & Ias. in dicta l. si cum emptore. & Bertrand. consilio 116. numero 13. & consilio 303. in princ. 2. parte priorum. & idem voluit Castr. in dicto consilio 98. numero tertio, secunda parte & hæc opinio, sicut est communior, ita verior videtur, quia iura propter quę mouentur Bartolus, & alij, contrarium tenentes, non vidētur habere locum in casibus, in quibus cedēs habet actiones efficaces, vt l. in causæ, in fine, cum l. sequenti, ff. de procur. quo casu omnes admittunt exceptione repelli non posse actorem, licèt etiam suprà in prima limitatione illius quæst. an possit agere cedens etiam concluserimus citrà exceptionis oppositionem, non posse agere in illis casibus, & tanto magis repelletur exceptione.

Experiri.

SVMMARIA.

1 *Experiri, verbum, quid importet, & quotupliciter sumatur.*

2 *Cedens numquid possit agere aduersus cessionarium vt tibi restituat instrumenta sibi cessa, quando non fuerunt cessa omnia, ad quæ competebant ipsamet instrumenta, & ipse petit residuum.*

GLOSSA V.

1 Verbum, experiri, †regulariter importat agere, d. l. 1. §. 1. de superficie, quem text. not. Bart. ibi ad istā clausulam, vt supra dictum est, & in l. si longius, §. 1. vbi glos. in verbo agere, ff. de iudic. in l. sæpè & ibi glos. in verbo experiri, & glos. sequenti, ff. de re iudic. & in c. pen. eo. tit. licèt quandoque etiam impropriè accipiatur pro defendere, vt in l. cum miles, & ibi glos. fin. ff. de alien. iud. mutan. cau. fact. in c. qui generaliter, in princ. de procur. in 6. & ibi glos. experiri, & c. 1. de iudic. & ibi etiā glos. in eod. verbo. Abb. nu. 16. Dec. 2. lectura num. 16. & Ripa. nu. 47. qui alia allegant loca, in quibus de dicto verbo mentio habetur, de quo etiam per Alberi. in Dictionario suo super eod. verbo.

Sed quid si cedens cesserit iura sua contra quendam suum debitorem pro certa summa à quo tamen sibi maior quantitas deberetur, & ad finē agendi, & exponendi, instrumenta pro toto debito cessionario dederit, an possit agere aduersus cessionarium ad restitutionem instrumentorum, vt ipse quoque suum reliquum exigere possit. Ang. cons. 88. Qui-
2 dam Titius, ex facto respondit teneri †restituere, & contra eum denegantem restituere, ex quo ea tenebatur conseruare, posse iurari in litem vt ibi per eum.

Excipere.

SVMMARIA.

1 *Exceptio quænam dicatur, & quotupliciter sumatur.*

2 *Exceptiones cur inuentæ.*

Actiones sunt Lanceæ & gladij Actorum.

Exceptiones sunt Clypei & Loricæ reorum.

3 *Exceptio vel excludit vel elidit vel suspendit, vel repellit.*

Negatiua non est probanda.

4 *Exceptio probari debet per excipientem.*

5 *Exceptio & præscriptio numquid sint sinonima.*

6 *Exceptio in Paradiso ortum habuit.*

7 *Exceptio prouenit à iure naturæ.*

Exceptio omnis æquitati nititur.

8 *Exceptionum quot sint species remissiuè.*

9 *Exceptiones transferuntur absq; cessione, Actiones verò secus.*

GLOSSA VI.

Exceptio, propriè, & strictè sūpta, est actionis exclusio vt dicit Azo,
1 in Summa, †C. de exceptio. post princ. sed largè accipiendo compræhendit etiam exclusionem intentionis actoris, quando actio non competit, vt per eū ibi; Et idem videtur tenere gl. in l. 2. in prin. ff. de except. in verbo intentionem, & probatur in d. l. 2. in princ. ubi dicitur, exceptio est quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusque rei solet, ad excludendum id, qđ in in-

in intentionem condennationemve dedictū
eſt; &c. inferius etiam dicitur, Exceptio acto
rem excludit, & quod propriè illa dicatur ex
ceptio, quæ actionem competentē non inten
tionem. ſ. actionem nō competentem tñ pro
poſitam excludat, tenet gloſ. cōiter recepta
in verbo defenſionis, in fine, in c. 1. de lit. con
teſt. in 6. Abb. tamen latius definiuit vel de-
ſcripſit exceptionem, quod ſit actionis, vel in
tentionis excluſio in Rubrica extra eod. tit.
& eum ſequitur Alciat. in l. verbum oporte-
bit, in §. verbo actionis, ff. de verb. ſign. & in
ipſius Praxi, ſeu quæ illis attributa eſt, in tit.
de except. in princ. ſuper qua ſcribunt Aret.
& alij, in Rubrica Inſtit. eo. tit. & controuer-
tunt Socin. & alij, in Rubrica, ff. eo. tit. & Ca
non. in d. Rubrica, vbi concluditur commu-
nem eſſe opinionem quod nō ſit generaliter
intentionis excluſio, vt ibi per Dec. nu. 4. &
tradit Lanfr. in c. qm̃ contra, in verbo exce-
ptiones, in prin. de probat. text. autem in l. ex
ceptio, ff. eo. titulo, dicit quod exceptio eſt cō
dictio, quæ modo eximit reum à dãnatione,
modo minuit damnationem. & ita etiã dixit
Placent. per illum text. in tract. de iud. tit. 12.
2 de except. nu. 4. ſunt † autem inuentę ſeu com
paratæ huiuſmodi exceptiones, vt Iuſtinia-
nus docuit in princ. eiuſdem tit. de except. de
fendendorum eorum gratia, quibus cum agi
tur. Hinc eſt, quod dicuntur arma reorum, d.
l. 2. nam ſicut Actiones ſunt lancea & gladij
Actorum, ita Exceptiones ſunt clypei, & lo-
ricæ Reorum, vt Abb. tradit in d. Rubrica, in
3 princ. & Bal. ibi dicit, quod exceptio † eſt peti
tionis, vel actionis excluſio, vel eliſio, vel ſu-
ſpenſo, vel repulſio, & his finibus cōtenta eſt
nec tranſit ad naturã recōuentionis, vel plus
petitionis, & qui excipit vr̃ agere, nã reus in
exceptione actor eſt, l. 1. ff. eo. quod non pro-
priè, ſed impropriè accipiendum eſt. Felin. in
d. Rubrica, nu. 6. vbi & alij, & Alciat. in d. §.
verbo actionis, vbi text. dicit, quod non com
præhenditur verbo actionis: nã quemadmo
dum qui agit & dicit, probare debet, l. 2. ff. de
4 probat. l. qui accuſare, C. de edendo, ita † qui
excipit, l. in exceptionibus, ff. de probat. per
quem text. dicit Bald. in d. Rubrica quod ex-
ceptio per exceptionem probãda eſt, qñ ſup-
ponit aliquod ens in natura, ſecùs in mera ne
gatiua, quæ non eſt probanda, l. actor, C. de
probat. nam illa nō eſt propriè exceptio, l. 1.
C. de non numer. pecun. & idem tradit Bal.
in l. 1. col. 12. nu. 57. C. qui accuſ. non poſſ. &
in l. peremptorias, col. 6. num. 36. verſ. quęro
quid ſi ſtatutum, C. ſenten. reſcindi nō poſſe,
Sequuntur Comenſ. & Socin. in d. Rubrica,
nu. 2. & eſt cōis opinio ſm̃ Dec. in d. Rubri-
5 ca, nu. 3. Exceptio † autem idem quod pręſcri
ptio ſignificat, ut Alci. ex Fortunatiano oſtē-
dit, in d. §. verbo actionis, pręſcriptio inquiēs
excludit actionem, translatio differt, tametſi
idem Alciat. propter verba eiuſdem auctores
generalius eſſe nomē exceptionis, quam præ
ſcriptionis affirmauerit, lib. 4. Diſpunct. c. ul-
timo ante finem & licèt aliqui diſputauerint
in dictis Rubricis an ſint diuerſę, ut apud ſcri
bentes ibi uideri poteſt, tamen eſſe Synony-
ma probat ibi Dec. nu. 2. Exceptionē modo
6 † in Paradiſo ortum habuiſſe Spec. affirmat,
in proęm. ſui operis, uerſ. ſanè, ut habetur Ge
neſ. 3. cum Adam de inobedientia redargue-
retur à Deo, ipſe enim quaſi actori exceptio-
nem objciens, relationem criminis in coniu
gem, immò in coniugis actorem cōuertit, di-
cēs, mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit
mihi de ligno, & comedi, tametſi Abb. in d.
7 Rubrica, ad fin. allegãdo Cicer. teneat † pro-
ceſſiſſe ab ipſa natura, & de iure naturali. ſup
quo, poſteriores cōtrouertunt, & deinde opi
niones conciliant, vt quo ad eſſentiam & ef-
fectum, ne quis indebitè, & innocenter con-
demnetur, ſit inducta à iure naturali, quo ad
formam de Iure ciuili, vt ibi per eos, diſputã
tes, an per ſtatutum poſsit tolli, quod aũt oĩs
exceptio æquitati imitatur, dubium non eſt,
l. qui æquitate, & ibi Bart. ff. de doli mali &
met. excep. Azo. in fine dicti tit. C. de excep.
Bar. in l. 1. ff. de uacat mun. Aret. in d. Rubri-
ca nu. 8. & Felin. etiam d. Rubrica, nu. 5. Ver
bũ modo excipere, alios ēt hēt ſignificatus,
vt apud Alber. in Dictionario ſuo, in uerbo,
8 Exceptionis; Quomodo † autem, & in quot
ſectiones diuidantur exceptiones, ad tracta-
tum noſtrum non attinet, ſed id in dictis titu-
lis de exceptionibus latius tradunt, ibique
per Doctor. abundè habetur. Sciendum ta-
men eſt, quod licèt actiones non tranſeant
in emptorem, uel alium ſingularem ſucceſ-
ſorem, niſi cedantur, ut ſuprà dictum fuit, tã-
men ſecùs eſt in exceptionibus ad quarum
translationem non eſt opus ceſsione, lege re
9 ſcriptum, §. finali, & † ibi omnes, ff. de pact. l.
ſicut, §. primo, ubi Bartolus, ff. quibus modis
pignus, uel hypoth. ſoluit. tradit Bartolus,
& alij, in l. tertia, C. quod met. cauſa, & in l.
ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, ff. de verb. obliga.
Alexander, in l. poſſeſsio quoque, §. primo,
in fine, ff. de acquir. poſſ. & in conſ. 40. Circa
primum, columna ſecunda, uerſiculo quinto
præſuppono, uolumine quinto. Bar. in l. ſi ter
tius, §. primo columna finali, ff. de aqua plu.
arcen. & in fideicommiſſo tradit Ripa, in d. l.
1. in prin. num. 10. ff. ad Trebel. & latè tradit
Crauet. in quolibet ſucceſſore, in cōſ. 148. in
princ. & Tiraquel. in tractatu de retractu, tit.
1. §. 1. gloſ. 9. num. 129.

Repli-

Replicare.

SVMMARIA.

1 *Replicationes quid sint, & cur inducta.*
Duplicatio, Triplicatio, Quadruplicatio quid sit.
2 *Cessionarius numquid possit uti exceptione quæ apud cedentem erat inutilis, latè hic discutitur per longam distinctionem.*
Cessionarius potest agere licet cessio sit facta per hæredem bannitum, si per Testatorem sic factum legatum nominis.
Procurator ex necessitate in rem suam constitutus potest ex persona sua uti exceptionibus, & replicationibus contra aduersarium suum.
3 *Cessionarius numquid plus iuris habere possit quam ipse cedẽs, puta si opponatur cessionario agenti exceptio aliqua quæ obstabat cedenti, vt pacti, vel consensus, præscriptionis aut compensationis.*
4 *Cessionario nunquid possit opponi compensatio.*
Actio cessa debet transire cum sua causa.
5 *Cessionarius exclusus per exceptionem compensationis habet regressum aduersus cedentem.*

GLOSSA VII.

1 REplicationes nihil aliud sunt (ut dicit Vlpianus, in d.l.2.§.1.ff. de except.) quæ exceptiones,† & à parte actoris ueniunt, quæ quidem ideò necessariæ sunt, ut exceptiones excludant, semper enim replicatio idcircò obijcitur, ut exceptionem oppugnet (& subiungit) illud tenendum est omnem exceptionem uel duplicationem exclusoriam esse: Exceptio Actorem excludit, replicatio Reum. Sed contra replicationem solet dari duplicatio, & contra duplicationem triplicatio, & contra triplicationem rursus quadruplicatio, & deinceps multiplicantur nomina, dum aut actor aut reus obijcit, & in d.l.exceptio, §.1. eod. tit. dicit text. quod replicatio est contraria exceptioni, & quasi exceptionis exceptio. Iustinianus uerò in tit. de replic. in princip. in Instit. dicit, quod est allegatio adiuuandi actoris gratia, quæ replicatio uocatur, quia per eam replicatur, atque resoluitur ius exceptionis, & ibi de duplicatione, triplicatione, & alijs multiplicatis allegationibus, seu exceptionibus ponit prout in d.l.secũda. de replicatione etiam plura scribit Spec. in §.fin. in titulo de except. ubi uidendus est, & de ea quod semper detur actori etiam habetur in l. non exceptionibus, C. eodem titulo.

Sed quid si cessionario agenti excipiatur ex aduerso, ipsum non esse audiendum ex quo cedens est bannitus, vel excommunicatus, vel aliàs prohibitus agere de iure, uel ex forma statutorum, numquid cessionarius replicando poterit obtinere immò audiẽdum
2 esse, cum ipse non sit ille† qui agere prohibetur: sed diuersa persona ab eo, argum. l. & hęredi, §. nos autem, de pactis, ubi Bart. dicit, quod exceptio quæ erat inutilis, apud cedentem, est utilis apud cessionarium. ista quęstio est antiqua, & pluries fuit disputata. Iac. de Are. in d. tract. in Rubrica quis cedere possit iura, & actiones, nu. 38. refert antiquiores diuersimodè sensisse: sed tamen post longam disputationem nu. 41. concludit, quod indistinctè cessionarius admittatur, & ita dicit fuisse determinatum Patauij per quendam Dominum Oldinum de Biraga. & idẽ tenet Io. de Graff. in d. simili immo (ut credo) eodemmet tractatu, quem edidit sub nomine suo, paucis mutatis, uel additis, in §.2. nume. 10. & pro ista opinione est glos. pen. in c. unico, de iure patr. lib. 6. ubi dicitur Bartol. Brixien. in quęstione Venereali, secundum Tancred. in excommunicato idem determinasse, & latius ibi disputat Io. Andr. & Dom. qui eum ad literam refert, distinguentes tñ: Aut cessionarius agit utili actione, & non obstat sibi exceptio: Aut directa, & tunc secùs, cæteris alijs distinctionibus reiectis; & in excommunicato idem firmat Spec. in dicto §. fina. de procur. 2. col. versic. quod si excommunicatus, & idem concludere uidetur post relationem antiquorum Ioan. Andr. in bannito, in addit. ad Specul. in uersic. illud, infrà allegando, & idem Anchar. loquens in cessionario vsurarij, qui non admittebatur ad agendum, in consilio 244. Quia quęstio, 2. colum. & secundum hanc distinctionem uidentur firmare Anton. de Butr. & Abb. in cap. licèt vndique, ad finem, de offic. delegat. Paul. de Castro, & Ias. in dicta l. qui stipendia, & Aretin. Instit. de except. in princip. tit. col. 8. & sequent. numero 17. Spec. tamen, in dicto tit. de cession. action. §. 1. col. 11. versic. illud etiam quęritur, in bannito, distinguit: aut cessionarius habet causam lucratiuam, vt donationis, aut onerosam, ut in casu nostro: primo casu excluditur ab agendo, quemadmodum etiam cedens repelleretur: secundo casu non; & ita etiam distinguit Din. ita concludens in capitulo, is qui in ius, pen. quæst. de regulis iuris, in sexto. Bartol. uerò in pluribus locis tenuit hãc distinctionẽ, ut in quęst. sua prima, Lucanæ Ciuitatis, numero 25. in l. apud Celsum, §. si cum legitima, ff. de doli

doli mali, & metus exceptione, & in l. doli, in fin. de nouat. & in l. si constante, in princ. in 10. quæst. 2. part. nu. 65. ff. sol. matr. idem tenuit Bald. in d. l. qui stipendia, num. 2. ubi dicit, quod est communis opinio, quod distinguatur inter causam lucratiuam, & onerosam, ut primo casu repellatur agens, secundo non; & idem tenet in l. si cum dotem, §. si patri, ff. sol. matr. in l. si quis in rem, fi. ff. de procurat. & in d. l. per diuersas, in 9. quæst. nu. 13. & ibi etiam Salic. 12. quæst. qui etiam idem tenet in d. l. qui stipendia, & idem Bal. in sua qu æst. Stat. cauetur, col. 8. & 9. licèt illa non sit quęstio, Baldi, scilicèt quęstio disputata sub Bald. per quendam Alber. Ninum de Peruſ. & Bald. in l. & hrdi, §. nos aūt, 2. col. de pact. & hanc partem sequitur Imola, in d. l. doli, & videntur etiam sequi Aret. & Alex. in d. l. qui stipendia, dum se referunt ad Bart. & alios in locis prædictis, & Felin. in d. c. licet vndiq;, ad finem & hanc etiam tenet Alex. in d. l. si cum dotem, §. si patri, nu... ubi dicit, quod hæc pars est magis communis, quam etiam post relationem aliorum approbat Nel. de Sancto Gemin. in tractatu bannit. 1. parte 2. tempor. quæst. 74. Viso qđ bannitus, ubi tenet eam procedere distinguẽdo, ut suprà, an agat cessionarius utili, vel directa, & idem tenet Crotus in repet. d. l. si cõstante, 2. lectura, nu. 95. versi. tertio ex quo filij; Est bene verum, quod quando est facta cessio ex causa necessitatis, vt quia fit fideiussori, quia ei soluit, uel per testatorem fit legatum nominis, & cessio fit per hæredem bannitum, cessat omnis difficultas, ut per Nel. d. qustęione: nam proculdubio potest agere cessionarius, pro quo facit quod tradit Bart. in d. l. seruum quoque, §. fin. de procurat. quod procurator ex necessitate in rem suam constitutus potest ex persona sua uti exceptionibus, & replicationibus cõtra aduersariũ suũ, sic etiam quando cessio est facta ad commodum cedentis, casus est etiam clarus, quod non debet cessionarius admitti, ut per Aret. post Raphael. quem allegat, in d. princ. num. 17. Et quę dicta sunt de cedente bannito, per cessionem transferente actiones, non procedunt, si ipse non actiones, sed dominium rerum transferret, tunc enim nullum dominiũ esset, quin is in quem translatum esset dominium agere posset, non obstante, quod bannitus transferens non posset agere, ut Bald. tradit in d. §. si patri, & Nellus dicta quæst. ad quod videnda sunt quæ scribit Aret. in d. nu. 17. 2. col. uersic. ac etiam prædicta, ubi post Raph. videtur hoc declarare. Insuper prædicta quæstio intelligenda est, quando bannitus cessit iura, quæ non fuerunt confiscata, aut quę superuenerunt post confiscationem, quia aliàs cederet quod suum non esset, & nihil transferret in cessionarium, l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur. prout tam Nellus, quàm plures ex supra allegatis affirmant.

Quid si opponatur cessionario agenti ex-
ceptio aliqua, quę obstabat cedenti, ut pacti,
3 uel consensus † præscriptionis, aut compen-
sationis alterius debiti cedẽtis, certè non uĩ
quod cessionarius plus iuris habeat, quã ha-
beret cedens, cum tractemus de exceptioni-
bus quæ non respiciunt personam cedentis,
sed rẽ uel actionẽ cessam, c. is qui in ius alte-
rius, de reg. iur. in 6. & l. in his, aliàs l. in oĩ-
bus, §. nõ debeo, ff. eod. tit. & ita in exceptio-
ne pacti, uel consensus tradit Bald. in consil.
65. Pręmittendũ est, 3. uol. idẽ est in exceptio
ne pręscriptionis, quę obstat ẽt cessionario, ẽt
si sit statutaria pręscriptio. Io. Andr. in addit.
Specul. in Rubr. d. tit. de cession. action. et Sa
lic. in d. l. p diuersas, quæst. 14. & ibi Bal. q̃st.
10. & in alijs exceptionibus realibus, in qui-
bus repręsentat cedentẽ, ut per Paris. alios al-
legantem, in consi. 109. nu. 25. 3. uol. Respe-
4 spectu uerò † exceptionis cõpensationis, licèt
glos. fin. in d. l. si quis in rem, ff. de procur. cre
diderit non esse admittendã, quam opinionẽ
tenuit Mart. Sylli. & quam ueriorẽ dicit ibi
Paul. de Cast. & in l. eius, de compens. & cui
opinioni Ang. in cõs. pręallegato 258. 2. col.
dicit qđ forsitan adhæreret, nisi p p reueren-
tiam tenentium cõtrariũ, quibus nõ audebat
contrariare, tñ cõis opinio est, quod cessiona
rio possit obijcit exceptio cõpẽsationis, sicut
ipse de debito sibi cesso alteri suo creditori ex
9 dicatur, † uendo si uis,& emptor respōdeat, emo si uis,ex istis enim uerbis oritur conclusio, & perfectio contractus, ut per glos.ibi Bald.& Salic.7.quæst. & Fab.d.2.quæst.secùs si diceretur uellem uendere,& uellē emere,ut per glos.Salic.& Bal.in locis prędictis, & hoc modo cēsetur loqui Aret.in d.§.actionum,nu.6.uersi.uideamus aliqua, ubi dicit, non ualere uenditionem factā per uerba de futuro, uel suspēsiua; Et licèt Ang.in Auth. de Nupt.in princ.collat.3. allegando d.glo. in d.l.in uendentis,aliud uelit,tñ eius opinio reijcitur:quinimò, contrariū tenuit ut suprà respōdendo exemplo quod ponit,uolo ascēdere arborem,& tamen nō ascendo quia factum exigitur:aliud enim est, uolo uendere, cum solus consensus sufficiat.
10 Quid si aliquis † existens in domo dicat, uendo talem rem Titio pro cētum,quod audiens Titius extrà existens dicat emo, numquid perfectus uel conclusus dicatur contractus? Bar. in l.absenti,in prin.ff.de donat.mouet quæstionem in donatione, & concludit non ualere:quia exigitur pręsentia contrahētium,seu nuncius ad hoc destinatus, uel epistola,& in terminis in uenditione quod non ualeat firmat Aret.in d.§. actionum aūt,nu.6.uersi. quid aūt si ego existens,huc ēt pertinet qđ notat glos.in l.1. in fi.ff. de cōtrahen. empt.quā ibi sequuntur Doct.dicentes,qđ si quis dicat uolo uendere Titio rē pro centū, & aliquis id sibi referat & ipse dicat, se uelle emere non censetur contracta uel perfecta uēditio.Sequitur Fab.d.5.quest.col.11.uersi. sequitur secunda pars nu.46.& seq.& col.sequenti, ubi plura ad propositum adducit.

Sed alia suboritur quęstio difficilior discutienda,in qua Doctor.parum conueniūt,ita, quod modo pro una parte, modo pro altera diuersa iudicatum extitit, statim enim quod partes de precio conueniunt,& in eo concordant,& concludunt,perficitur uenditio,nisi sit facta in scriptis,d.l.2.ff.de cōtrahē.empt. & Instit. eod.tit. in princ. secus, si partes intendant in scriptis contrahere, quo casu nisi perfecta fuerit scriptura,& subscripta,ac cōfirmata,& absoluta à partibus,prout dicetur etiam infrà, non est perfectus contractus,& possunt partes pœnitere, & non habet effectum aliquem,l.contractus,& ibi omnes,C. de fide instrum.& habetur in d.princ.modo aliquæ partes concordant in precio alicuius fundi pro centum, & conueniunt quod pro dicto precio uenditor faciat instrumētū uenditionis emptori, prout cōmuniter fit in uenditione rerum immobilium,cum aūt adhibetur notarius rogandus de tali instrumento, altera pars recusat uelle cōuenta obseruare, asserens se pęnituisse,& non teneri stare conuentioni, siquidem contractus non fuit perfectus,quia cum partes ipsæ egerint,ut de eo rogaretur notarius & fieret scriptura,censentur uelle in scriptis contrahere, & donec sit perfecta scriptura, & absoluta à partibus,ut suprà, est locus pœnitentiæ, d.l.contractus. contra verò diuersa pars negat conuētionē, solum de scriptura fauenda factam fuisse affirmans,ad rei gestę promptiorem probationem,non substantiam,l.cū res, C.de probat. l.contrahitur,ff.de pignor.cū similibus.Hāc quæstionē in terminis mouet Paul.de Castr. in d.l. contractus,3.col. & concludit partes
11 †uoluisse suspendere contractus substantiā, in tempus rogationis,& quod prius contractus nō fuerit perfectus, sed fuisse quoddam rōcinium de futuro contractu; Vndè,quemadmodum cōtractus qñ agitur ut fiat in scriptis,non est perfectus,nisi scriptura perfecta & absoluta, ut suprà ita hoc casu, qñ agit ut notarius rogetur, nō dr̄ perfectus antequam sit rogatus,& sic pars potest pœnitere,quod
12 ostendit (ut ipse dicit)euidenti rōne:quia † si uno die partes concordant, & alio die rogatur notarius,apponit diem rogitus non conclusionis contractus, quod vr̄ ostendere,qđ prius non fuerat perfectus contractus:& ita dicit de facto se vidisse Florentiæ. Idem ipse ēt tenet in l.cum res, 2.col.C. de probat.ubi dicit se habuisse pluries in facto, licèt multi sentiant contrarium, & credunt Euangeliū esse, & in l.qui bis idem, 2.col. ff. de uerbor. oblig.idem repetit, dicens se ita consuluisse Florentiæ,& Raph.subscripsisse,& fuisse obtentum, & sequitur ibi Ias.num.22. & idem tenuit consulendo in consil. 132. Viso puncto,ante finem ,in antiquis.& consil.241.In quæst. quæ uertitur, num.2. 2.parte,in nouis.Fulg.etiam id tenuit,in cons.200.in quęstione quæ uertitur,& Ias.ita dicit tenēdum, quicquid ibi teneat Aret. in dicta l. qui bis idem,2.col.Hoc etiam tenet Socin.in consi. 169.col.4.1.uol.duplicato consi.120.nu.17. 4.uol.Dec.consi.11.col.1.& 2.& consi.159. num.4. & idem sequitur Boer.decisione 48. num.18. & 183.num.9. Et pro ista parte facit quod decidit Spec. in d. §.1. de empt.& uendit.col.6. uersic. sed si dictum sit,ubi uo-
13 luit † contractum censeri factum in scriptis, si sit

si sit actum inter partes vt fiat ad sensum sapientis, quam Spec. decisionem sequi videtur Fab.d.5. quæstione, col.22. Socin.dicto consil.169. col.5. Marsi.in Rubrica de probat.num.66. & in Sing. 666. Pendet.& Iac. Phil. Port. qui vtrâque opinionem ponit,in vltimo libro suarum conclusionum, vltima etiam conclusione. Alciat.in l.pactum quod bona fide,5. pagina, C. de pact.& in consil. 156. nu.2. lib.5. & in l.qui bis idem, in fine, ff.de verbor.oblig. & Boer.dicta quæst.183. nu.10. Huic etiam parti adstipulatur opinio Placent. & Azon. glos. quæ videtur magis communiter recepta, quod si ante cõtractũ,
14 vel † in contractu partes exprimant uelle facere scripturam, censentur velle contrahere in scriptis:licèt Ioan.glos.voluerit,quod nisi expresse sentiant,aliter non valere nisi fiat scriptura, nõ censeri partes in scriptis uoluisse contractum facere, vt videtur velle glos. in verbo,scriptis,in d.l.contractus,quę hanc vltimam opinionem per eam relatam approbare censetur, iuxta tradita per glos.fin.vbi Doctor.in l.qui filium,§.Sabinus,ff.ad Trebel.Aret.in §. item precium, Instit.de empt. & vendit.Felin.& Dec.in c.1.in fine,de constit. quod tamen uenit declarandum, ut per Bertrand.consil.159.3.uol.posteriorum; & idem uidetur tenere glo. in uerbo in scriptis, in l. testium, C. de testib. & glos. magna in Authent. sed nouo iure, C. si cert.petat.clarius idem tenet glos.in uerbo scriptura, in d. princip.Instit.de empt.& uend.ubi dicit opi. Io. nõ esse in usu,& ibi Franc.Aret.in figuratione casus refert Mar.idem tenere quod Io. sed dicit non inueniri iure cautum, & quod D.Guid. dicit, quod contractus dicitur fieri in scriptis, quando in principio dictum est quod super contractu illo debeat fieri scriptura, hoc etiam tenet Azo.in Sũma, C. de fide instr.ad finem, & in tit.de contrahend. emp.col.pen.idẽ ẽt tenet glo.in uerbo,sancitum est, in §.finali,in Auth.de instr. caut.& fide,col.6.& ibi Bart.in fine,& idem uidetur tenere etiã Azo in Summa, C.si cert.petat. col.fin.& cum ista opinione vr̃ transire Bar. & Io.de Platea,in dicto princip.Instit.de emptione & uenditione, & ibi dicit Port.quod ista opinio est communior,& sequitur D.Silvester Aldobr. in addit. Hanc opinionem etiam tenet Bald. in dicta l.contractus,in 3.
15 not. nume.3. ubi dicit, quod quando † ante perfectum contractum partes dicunt, habeamus notarium,est signum quod debeat contrahi in scriptis,& idem est, si à iure uel consuetudine id sit inductum, ut per Nicol.de Mattar.& Cin.quos ibi allegat, & idem tenet sequendo Bald. ibi Anton. de Canar.in tractatu de insinuatione 1.par.21.quæst.nu. 39.& idem Angel.in §.& licèt,col.2.in Authent.de testib.collat.7. & hanc opinionem Azon. dicit Salic. in d.l. contractus, 4.col. uersic.uenio ad apparatum,tenere Cin.Iac. But. & communiter Doctores ibi.

Contrariam opinionem tanquam ueriorem, & receptiorem, cum hæc species in facto multoties mihi accidisset sequutus sum: quam partem in istis terminis disputãdo ad partes tenet Barb. plura adducens in Rubrica de empt.& uendit.3.col.& sequent.ubi dicit ita consuluisse, & obtinuisse; & idem tenet in l.sciendum, car.5. col.1.ff.de uerbor. oblig. quam etiam tenuit Aret. & legendo, & consulendo, in d.l. qui bis idem,numero secundo,1.& 2.col. ubi Claud.numero secũdo,dicit communem. reprobat Paul.contrarium tenentem,dicens in contrarium esse cõmunem opinionem, & in consi.160.Longa est,2.dub.col.3.& sequent.idem tenet; & in hanc etiam uidetur inclinare licèt dixerit rẽ dubiam, in consil. 129. Clarissime Domino Collateralis, ante fin. Hanc etiam opinionem tenuit Fab.dicta 3. quæst. quintæ quæstionis principalis,ubi dicit,decisionem Pau-
16 li dubitabilem: quia facere † instrumentum, non est de substantia emptionis, cum ualeat sine eo,d.l.cum res, cuius reseruatio non debet illam factam uiciare, sed superuacua debet haberi illa adiectio de instrumento faciẽdo, argum.l. fundus ille, ff. de contrahenda empt. Hanc etiam sententiam sequitur Roch.de Curte,in Rubrica seu tractatu de consuetut. nu.4. & nu.533. Hanc etiam partem ualidissimis rationibus tutatur Dec. sibimet contrarius melius(ni fallor,)sentiens,in consil.340.ferè per totum, ubi respõdendo rationibus Pauli,& auctoritatibus, & rationibus ipsum reprobat,dicens eius decisionem non esse ueram, & contra communem Doctorũ sententiam.Hanc etiam partẽ tenet Io. Fab. in d.prin.Instit.de empt.& uendit.seu in uerbo,in his,num.4.ubi dicit,quod contrarium communiter usu seruatur,& reprobat Spec. in decisione in contrarium allegata, tenens, quod neutra pars possit pœnitere, tanquam censeantur partes uelle in scriptis contrahere,licèt dixerint in contractu uelle notarium adhibere, & fieri scripturam de contractu; quod & tenẽt alij citati per Iac.Phil.Port.d. conclusione ultima, maximè Grat.Respõso 107.col.1.uol.1.& Sigism.Loffred.Neapol. consi.19. num.20. & Fernan. Vasq. in c.28. num. 22.Illustrium Controuersiarum.Dec. in l.pactum quod bona fide, num.2. & 3.& ibi Card.C.de pact.& August.Berous,consil. 80.ad fin.3.uol. Afflict. decisione 332.nu.1. in fine,

in fine,et in fine decisionis,& Claud.de Seis sel.in d.l.qui bis idem, n.2.& Ferret.nu.10. Et hanc partem valdè fouet opinio tenen-
17 tium sententiam Io.glos. quod partes† non censeantur velle contractum in scriptis facere,nisi expresè agant, vt non valeataliter contractus nisi facta scriptura, quam opinionem sequuta fuit glos. fina. post medium in Authen.at si contractus; C.de fide Instrum. & eam vbique tenuit Bart. ut in d.l. contractus,in vtraque lectura,in l.generaliter,2.lectura,num.10.C.de non numer.pecun.in d. Auth.sed nouo iure, C. si cert.pet.nec aliter videtur tenere in d.§. fin. in Auth.de instru. caut. ex fide, in contrarium supra allegato: quia se remittit ibi ad d.l.contractus, ubi tenet contrarium licèt referat Azon.ut supra, qui Azo in hanc opinionem magis inclinasse videtur, in d.tit.si cert.pet.col.fin.Et cum hac opinione videntur transire Alb.et Ang. in d.l.contractus,sed & Paul.de Cast.expressè eam tenet in consil. 42. Tria sunt, col.2. versi.nec obstat l. contractus, in antiquis,aliàs 52.par.2.in nouis, qui(licèt in alio casu) videtur recedere ab illa sua priori opinione, quod partes primum contractum habuissent pro ratiocinio quodã futuri contractus, & quod non valeat,ex quo partes uoluerunt aliam scripturam facere.Hanc etiam opinionem tenet Card.consi.44. pro B.Christoforo,nu.2.Angel.consi. 156.Domina Angelina,Bald.in d.l. cum res, in princ.in 1.oppos.
18 ubi dicit,†quod in dubio non censentur partes uelle in scriptis contrahere. Hanc etiam tenet Barb.in dicta Rubrica col.5. ubi dicit, quod communis schola Doctor. eam tenet: quam etiam tenent dicentes communem, Fab. Aretin. & Dec. in locis præallegatis, quam etiam communem dixit Iac. Butr.in d.l.fina.C. si cert.pet.ut refert Aret.in dicto princ.nu.2. & ibi eam etiam tenet Claud.2. pagina. Et quicquid sit de veritate istarũ duarum opinionum,gloss.quæ ambæ habent auctoritates pro ipsis, & sequaces plures,ut supra,tamen in hac proposita quæstione stan-
19 dum† videtur opinioni distinguenti, & cæteras dissonas conicilianti, quam posuit Salic.in d.l.contractus,1.& 2.quęst.& in d.Authent.Sed nouo iure, col.5. cum duabus sequent. distinguit enim casus claros à casibus dubijs,casus est clarus si utraque pars fateatur se uoluisse in scriptis contrahere; idem,si in scriptura diceretur, tales partes uolentes in scriptis contrahere, his enim casibus procedit opinio Azon. & tenentium primam partem,& idem est si cõtractus sit talis, quia ad sui ualiditatem de iure communi municipali,uel consuetudine exigit scripturam, se-
20 cùs si ad probationem,ut in statuto† Bononiensi, quo cauetur, ut contractus excedens summam librarum 50. nõ possit probari per testes, sed per scripturam, quo casu exigitur scriptura ad probationem,non ad essentiam uel ualiditatem contractus; & idẽ est si prius quam conclusum in contractu fuerit, fiat scriptura, uel capitula in scriptis, ut contingere solet in pace facienda,tũc enim animus contrahentium colligitur, quod noluerunt in scriptis contrahere, & his omnibus casibus procedit opinio contraria Azon. Casus est clarus si partes contrahant,& concludũt in contractu,demum perfecto contractu, celebrant instrumentum, aut dicunt uelle facere scripturam, intelligitur enim ad probationem; sed dubium est, si in contractu in quo ad sui substantiam,& ualiditatem non exigitur scriptura, & ante eius perfectionem partes dicunt uelle facere scripturam, quo casu tenuit Paul.de Castro partes noluisse ualere contractum nisi confecta,& perfecta scriptura,& partibus lecta,ut supra,et hoc casu non censeri partes uoluisse in scriptis contrahere, sed contractum illicò ante factam scripturam ualere,& perfici, tenet ipse Salic.hoc casu volens opinionem Ioan.procedere,ut ibi per eum, & hanc distinctionem Salicet.tenent Barb.dicta Rubrica,Aret.dicto consil. 110.& Dec.dicto consil.340.nu.3. & in Rubrica de consuetud. nu.1. in princ.col.2. ipsum refert Marsi.d. Sing.666.in fine,licèt allegет Aret.aliter uelle in dicto consi.Aret.in d.princ.num.2.col.2. vbi dicit istam esse ueritatem,& eam esse tenendam, cum opiniones concordet,& quod ita vidit practicari,licèt Ferrariæ aliter dictum fuerit in quadam causa, & non benè iudicio suo. quam etiam sententiam sequitur Socin. in consil. 173. col.fin.2. uol. Et pro ista opinione, quod ei standum sit,cum per eius distinctionem opiniones contrariæ concordantur,ultrà Aret. d.col.2. facit text. in l.si finita,§. illud, ff.de dam.infecto, in l.apud antiquos, C.de furt. & in c. literas,de restit.spol. cum similibus. tradit Paul.de Castro, consil.223.Super eo, in fine, in antiquis. Aret.in §.cum ex aliena, 2.not. per illum text. Instit. de rerum diuis. Alex.consi.50.num.7.uol.7.& Socin.consi. 56.col.7.1.uol. Et dicit Salic.in l.filiæ cuius pater, col.3. versi.expeditis glos.allegando Senecam, C. famil. ercisc. quod debet stari
21 Doctori distinguenti † tanquam magis appropinquanti ueritati,refert & sequitur Neuizan.in silua nup.l.5. nume.32.De opinione verò Spec.supra in contrarium relata suo loco inferius dicemus.

Defini-

Definito, & declarato.

SVMMARIA.

1 *Definire pro decernere, & constituere.*
Declarare pro demonstrare.
Definire, & declarare aliquando sunt sinonima.
2 *Precium rei venditæ numquid conferre possit in arbitrium tertij.*
3 *Venditio corruit si is in cuius arbitrio collatum erat precium illud noluit diffinire.*
4 *Locatio an valeat si in personam incertam sit remissa mercedis definitio.*
5 *Contractus si non valeat in vim venditionis, vel quia precium fuit remissum in arbitrium alterius ex contrahentibus, vel ob aliud quidpiam simile, & tamen alter contrahens impleuit pro parte sua sibi consulitur actione præscriptis verbis, vel in factum ex æquitate tamquam ex contractu innominato.*

GLOSSA IIII.

1 DEfinire, vel Definitio † hic non accipitur prout accipit in l. omnis diffinitio, ff. de reg. iur. ubi Moder. sed prout accipitur in l. fina. C. de contrahend. empt. ibi precium definiuerit, & in §. precium autem, Inst. eod. tit. scilicèt, pro decernere, & constituere, sicut uerbum declarato non videtur accipiendum esse prout accipitur in l. hæredes palam, §. 1. de testamentis. Vbi declarans nihil noui inducit, nec addit, vel minuit, & in c. super questionum, ubi Felin. 1. & 2. col. de declaratione, & interpretatione, latè disserit, sed pro demonstrato accipiendum magis est, & uidentur hæc hoc casu synonima. Et quia supra in princ. huius Clausulæ diximus, non posse definitionem, uel declarationem, precij in arbitrio alterius ex contrahentibus tanquam v-
2 nam ex † substantialibus remitti, uidendum est, numquid in arbitrium tertij remitti possit: & licèt apud antiquos dubium esset, tamen hodie decisum est, per d. l. fin. & dictum §. precium autem, ut arbitrio nominatæ personæ definitio precij committi possit, & interim ualebit uenditio tanquam sub conditione facta, quæ facta definitione per nominatum habebit effectum, & precium diffinitum emptor soluere, uéditor uerò rem tradere tenebitur, non secùs ac si ipsæ ambæ partes cõcorditer precium ipsum definiuissent. Si ue-
3 rò † tertius ille nominatus noluerit, uel non potuerit definire, seu declarare, irrita fit uenditio, quasi in substantia defecta nullo precio constituto, ut in dictis iuribus: & habetur etiam in l. si quis arbitraru, ff. de verbor. obl. ubi Bar. & Doctor. plures questiones ad proposítum examinant, quas apud eos uidere li-
4 cet. Voluit tamen Bart. ualere † locationem: quod idem procedit in uenditione, paribus enim passibus incedunt ij contractus, Instit. de loca. & conduct. in princ. & l. 1. ff. eod. tit. etiam quod in personam incertam sit remissa, definitio mercedis, in l. si merces, in prin. ff. loca. dummodo remissio sit facta ad arbitrium duorum eligendorum per partes, secus si vnius tantum, quia possent discordare; & sic procederet quod dicit glos. ibi, & hanc Bart. opinionem tenet Corn. dicens non inuenisse, aliquem à Bart. discedere, in consil. 50. col. 3. uersic. tamen his non obstantibus, 1. uol. & dicit Decius quod iste modus contrahendi à iure uidetur approbatus, in consi. 648. in princip. ubi allegat consilium Anan. 19. qui tamen non propriè in isto casu loquitur. Sed si contractus uenditionis ob non factam declarationem non ualeret, uel quia in arbitrium alterius ex contrahentibus precium remissum fuerit, uel simili casu, quo certum est contractum non ualere in uim uenditionis, si res sit tradita emptori, uel precium
5 solutum, poterit † agi actione præscriptis uerbis, uel in factum, ex æquitate, tanquam ex contractu innominato, ne remaneat contrahens in damno, l. si tibi polienda, ff. de præscript. uerb. & facit Insti. de locat. in princ. & ibi Azo in Summa, & Aret. in fine princ. & Claud. 1. pagina, quod tenet Bald. in d. l. contractus, 3. col. nu. 8. versi. modo ego quæro. Paul. de Cast. in d. l. si merces, in prin. ubi Bart. in decisum reliquit, & in l. si in lege, in princ. ff. eod. Fab. d. 5. quæst. col. 7. uersi. circa quartum, nu. 25. Rom. & Alex. in l. sciendum, nu. 17. licèt Crot. ibi, nu. 13. dissentiat, ff. de uerbor. oblig. & Alex. in l. si quis arbitratu. nu. 6. & ibi Socin. col. 6. nu. 21. ff. eod. & idem Socin. in consi. 44. col. 3. & 41. uol. & idem tenet Ruinus, consi. 144. nu. 1. 1. uol. & Paris. consi. 132. nu. 3. uolumine quarto.

Librarum mille Marchettorum pro dicta domo vt supra vendita.

SVMMARIA.

1 *Moneta illa attenditur in contractibus, quæ in loco contractus expendi solet.*
Bononeui, seu bolognini constant ex quatrenis sex.
Libra Ferrariensis, Bononiensis, Mutinensis sunt æquales quo ad summam Bononenorum.
Moneta Ferrariensis melior est, & differt a Mutinensi, & Bononiensi.

2 *Monetæ aliquando attenditur habito respectu ad partium consuetudinem non ad locum contractus.*

3 *Monetæ diuersi ualoris si sint in ciuitate, & loco contractus quænam moneta sit attendenda.*

4 *Libra quandoque pondus quandoque numerum respicit.*

Librarum respicientium pondus diuersitas secundum locorum diuersitatem.

Librarum respicientium numerum diuersitas secundum locorum diuersitatem.

5 *Precium numquid apponi possit in uenditione ad pondus non ad numerum.*

6 *Creditori inuito reddi non potest libra auri, uel argenti, qui aurum uel argentum numerauit in pecunia numerata.*

GLOSSA V.

Sicut in mensura suprà diximus in Clausula venditionis rei rusticę, in verbo, modiorum quindecim, debet attendi locus contractus: ita idem dicendum est in moneta soluenda pro precio rei venditæ, ut de eadem moneta
1 censeatur conuentum,† quæ in loco contractus expendi solet, & vsitata est, ut glos. & Bar. tradunt in d. l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. & probatur in l. Imperatores, in fin. ff. de contrahenda empt. & in ca. 2. & ibi glos. & Abb. de maledic. & in Clem. beneficiorum, de decim. & tradit Bald. in l. qui non militabat, §. 1. ff. de hære. instit. & Fab. in d. 5. q. col. 4. vers. vlterius est not. Alex. consil. 21. Visis his, col. 2. vers. aut nos dicimus, 2. vol. duplicato consilio 37. in 5. Socin. cons. 247. columna quarta versiculo non obstat quod tertio loco. Brun. latè in tractatu de augumento, ultima conclusione principali, columna 9. & 10. & sequitur Cagnol. in dicta l. semper in stipulationibus, numero quinto Censerentur igitur partes intellexisse de libris monetæ seu Bononenorum, uel Bologninorum Ferrariæ, qui idem sunt ut uidetur uelle Statutum Ferrarię subtus Rubrica, Modus faciendi solutiones, ante finem, qui quidem Bononeni, ualent sex quatrenos ut notum est, & tradit etiam Alexand. dicto consilio, & licèt libra Ferrariensis constituatur ex uiginti solidis monetę vel Bononenorum, prout etiam libra Bononiensis, & Mutinensis, tamen est differentia in monetis, quæ minus ualent Ferrariæ, quàm Bononię, & Mutinæ, & in pluribus alijs Ciuitatibus, quo fit, ut magis prodesset uenditori si fieret contractus Ferrariæ propter bonitatem monetæ Ferrariensis, cum de ea censeatur actum, ut suprà, quàm alibi, ubi monetæ plus valent. Et benè verum quod Brun. in dicta
2 columna decima limitat prædicta † nisi aliter constaret de consuetudine partium, quæ esset præponenda consuetudini loci contractus, & ibi plura allegat, sed si in loco contractus plures monetarum species expendi solitum esset, tunc de magis usitata censerentur partes intellexisse, ut per eundem Brun. ibi, in uers. & qđ quando una, & quod interpretatio sit facienda de libris, & monetis secundum consuetudinem loci contractus, in quo celebratur, non ad quem refertur, tradit etiam Ioann. de Sel. in tractat. de benefic. post Felin. quem allegat, in tertia parte quæstione vndecima numero 17. Sed
3 si† diuersæ libræ essent in Ciuitate, diuersam summam ualentes, prout Florentiæ cōtingit in Florenis, ut per Bartol. & Paul. in l. Paulus, ff. de solut. de libris Turonensibus, & Parisiensibus, quæ currunt in Gallia, tradit Tiraquel. in dicto tractat. §. primo, glos. 18. numero 73. & Papiæ libra Papiensis est solid. decem, & Imperialium viginti, ut per Curt. seniorem in l. cum quid, ff. si cert. pet. aliàs est tractatus monetarum 14. quæstione, colum. fin. sic etiam est in Ciuitate Regij duplex moneta, moneta Imperialis solid. viginti in rationem quatuor quatrenorum pro solido, & moneta antiqua Regij, solid. viginti in rationem quinque quatrenorum pro quolibet solido, tunc imprimis inspiciendum esset, quod uerisimilius est, l. in obscuris, & ibi glos. ff. de regul. iur. & hoc casu consideratur qualitas rei venditæ, & eius ualor, secundum quem poterit iudicari, uel coniecturari de qua moneta, an de maiori uel minori censeantur partes intellexisse, de illa enim, quæ magis vero ualori correspondet actum censetur ut Bart. Castr. & Tiraquel. tradunt in locis proximè allegatis, & glos. in dicta l. semper in stipulationibus, & ibi Cagnol. numero quarto, & Brun. d. column. 9. & Curt. sequen. dicta quæstio. 14. & facit quod non extra propositum tradit Fab. dicta quinta quęstione, colum. 6. ad finem, versiculo circa tertiam. Cæterum de libra, quæ quādoque respicit pondus, quandoque numerum, ut hic
4 plura in iure† scripta extant de ea, quæ pondera continet, quæ regulariter continet 12. uncias, ut tradit glos. in l. secunda, C. de metalla. & metal. libro 10. licèt quandoque aliter à lege statuatur, ut in d. l. 2. habetur, in l. unica, C. de argen. precio, eo libro, ubi precium argenti taxauit quinque solidis pro singula libra, licèt glos. & nonnulli alij dixerint, decem, de quo inferius dicetur in l. prima, C. de collat. ęris, eod. libro ubi 20. libræ æris uno solido taxant, et in pluribus alijs ll.

quod libra contineat. 12. vncias tradit etiam Io. Fab. in §. nos autem, Insti. de Attili. tutor. latè Boer. decis. 327. nu. 2. & Alciat. in annotat. in l. 1. d. tit. C. de mettal. lib. 10. vbi librā Romanam ab Attica distare asserit, cum illa ista minor sit drachmis quatuor, & ibi latius de drachmis, scrupulis, granis, & similibus ponderibus disserit, quæ latius in suo tractatu de ponderibus & mensuris posuit; de quo etiam plura habentur per Budæ. in lib. de asse, ad quos recurrendum est si libet. De libra verò quæ etiam cōtinet numerum, habemus text. in l. quotiescumque, C. de suscept. præpos. & arch. lib. 10. vbi libra auri continet septuaginta duos solidos, licèt tam pondus q̃ numerum contineat, de quo inferius abūdè disseremus, sed de libris Turonensium, quæ constant duodecim Turonens. habetur in Extrauagan. Benedict. XII. Vas electionis; §. fi. in tit. de censi. & unde habuerit originem huiusmodi moneta, tradit Gomes. in compen. utriusque signat. in reg. de ualor. exprimen. in impetr. benefi. quæst. 9. nu. 11. & sequen. & ibi enumerat plures libras plurium Ciuitatū inter se differentes & difformes, & inter cętera ibi loquitur de libra Papiensi, quę ualet solidos 20. quod etiam refert Alciat. in l. cum quid, in uerbo, eadem bonitate, pagin. 2. ff. si cert. petit. & de libra Veneta quæ continet duos Marcellos, & Bononien. quæ continet uiginti Bologninos, seu Bononenos, ut ita loquitur Alexand. dicto consilio, quæ concordat cum Ferrariensi in numero ipso, sed tantum propter ualorem monetarum, ut suprà est minor ea decima parte plus minusve, secundum qualitatem monetarum, & de libris prædictis Turonen. & Parisiens. loquitur Tiraquel. loco præallegato. Et dicit Gomes. loco præallegato, nu. 14. quod exceptis nonnullis ibi enumeratis, omnes aliæ prouinciæ Christianitatis differunt in ualore libræ; Et ad propositum nostrum, sciendum
5 est, quod † interest, an pro precio alicuius rei conueniatur de libra, quæ continet pondus, an de ea, quæ continet numerum: quia cum (ut suprà dictum fuit) precium debeat interuenire in pecunia numerata, si pro re conueniretur libra, uel marcha auri uel argenti, non ualeret uenditio, ut per Doctor. in dicto §. item precium, & per Tiraquel. in dicto tractatu, §. primo, gloss. 14. numero 44. nisi pondus illud auri vel argenti taciti numeri haberet certitudinem, ut plerumque apud opulentiores mercatores pecunia precio numerabili destinata ob ingentem molem appendi solet, ut tradit Claudi. in dicta §. item precium, ad finem, nec propterea desinit esse emptio, & uenditio, & contractus valere, & faciunt, quæ tradunt Modern. post Bartolum in l. secunda, §. mutui, ubi Ripa, numero 12. ff. si cert. pet. quod li-
6 bra † auri uel argenti non potest reddi inuito creditore, qui argentum uel aurum in pecunia numerata mutuò dedit.

Et librarum viginti Marchettorum pro quolibet stario, & ad rationem cuiuslibet starij primæ petiæ dictę possessionis vt suprà venditę.

SVMMARIA.

1 *Venditio ad mensuram facta censetur, quando constituitur precium pro numero stariorum, vel iugerum, & nu. 3.*

2 *Venditio non est perfecta si uendatur prædium quod dicitur esse centum stariorum, precentum non facta mensuratione.*

4 *Venditio ad mensuram non censetur facta si uendatur tota res, & dicatur ad rationem viginti pro mensura, vel campo.*

5 *Venditio facta ad mensuram non est perfecta sed conditionalis.*

6 *Venditio ad mensuram, & sic conditionalis an facta censeatur si sit venditus fundus, qui asseritur esse centum tornaturarum in rationem decem pro qualibet tornatura cum hoc pacto, quod quælibet partium possit petere mensurationem.*

7 *Venditio licet sit imperfecta, aditum tamen non probat pœnitentiæ.*

8 *Venditio, & contractus multum interest an sint nec ne perfecti propter incommoda, & commoda, quæ rei accedunt.*

Venditoris est periculum, & utilitas etiam rei vendita, quæ accesserunt nondum perfecta venditione.

9 *Venditio perficitur etiam ante mensurationem si venditor rem tradat emptori.*

Declara tamen, & intellige ut hic.

10 *Emptor non potest dici in mora non facta mensuratione.*

11 *Traditio in dubio facta præsumitur ut dominium transferatur.*

12 *Traditionem conditionaliter factam dicens probare debet.*

13 *Constitutum numquid operetur ueram traditionem, & possessionis translationem.*

14 *Traditio etiam ficta per precarium sufficit ad perfectionem contractus conditionalis.*

Sed dubium redditur ex multis hic relatis.

15 *Venditio conditionalis, & ad mensuram ut perficiatur quid agendum.*

16 *Venditio an unica censeatur, an uero plures si fiat plurium rerū uno precio pro oībus statuto, vel*

vel pro pluribus precijs singulis rebus additis.
17 *Venditionem vnam esse an vero plures multum interest.*
18 *Statuto disponente quod certum quid soluatur pro gabella cuiuscumque contractus si venditio erit facta vnico precio pro pluribus rebus vnica gabella debetur secus si pluribus precijs.*
19 *Statuto annullante contractus non soluta gabella, si sunt plures conditiones ratione plurium preciorum, & pro aliquibus sit soluta gabella, pro aliquibus non, omnes non annullabuntur.*
20 *Venditionibus pluribus factis respectu vnius in qua sit læsio potest peti rescissio.*
21 *Venditio facta de duobus seruis vnico precio si unus moriatur ante traditionem non sustinetur quo ad alterum, secus autem esset si diuersis precijs venditi fuissent.*
22 *Venditiones si plures factæ, sint una res poterit redhiberi, & altera non ad libitum, quod declara vt infra nu. 24.*
23 *Venditiones plures factæ censentur etiam si sit appositum precium vnicum postea distinctum, & aßignatum singulis rebus, & euestigio unica erit venditio si pluribus precijs sit facta, & deinde totum precium simul redactum.*

GLOSSA VI.

QVando constituitur precium pro numero stariorum vel iugerum, in casu isto (pro quolibet stario) venditio censetur facta ad mensuram, secùs si dicatur vendo prædium, & di
1 co, quod sunt centum staria pro precio † centum, & non facta mensuratione precium est
2 incertum, & venditio † est conditionalis, & non est perfecta, l. quod sepè, §. in his, de contrahen. empt. qui text. licèt in uenditione mobilium loquatur, tamen etiam in uenditione immobilium, secundum glos. & Doct. ibi, & in locis infrà allegandis, procedit; & in uenditione immobilium est text. in l. si in uenditione, §. 1. ff. de peric. & commo. rei uendi. & ita tenēt Bart. & Paul. de Cast. in l. Iulianus, §. si Titius, ff. de action. empt. Bald. in l. 1. 3. et 4. oppositione, C. de peric. & commod. rei
3 uend. vbi dicit, quod si precium † sit promissum distributiuè, in singulas mensuras metiēdas, censetur uenditio facta ad mensuram, secùs si collectiuè pro omni mensura. Idem tenet Salic. in l. sicut, col. pen. C. de actio. emp. Fab. in 6. q. d. 5. quæst. principalis, col. 17. uersicu. vlterius in d. tractatu. Aret. in d. §. actionum, nu. 16. & Franc. Aret. in cons. 11. Procedendum est, in princ. Alex. in cons. 90. Viso processu, 2. col. 5. vol. duplicato in cons. 32. vbi habetur magis perfectum, 6. vol. Corn. cons. 59. littera B. 4. vol. Socin. in cons. 34. in princ. 4. vol. Ruin. cons. 83. in princ. & 190. nu. 10. 1. vol. Cur. iun. quæst. 4. nu. 15. Paris. cons. 64. nu. 10. 1. vol. & Capic. decisione 14. nu. 6. Et licèt Bal. & latius post eum Paul. de Cast. in d. l. sicut, velint, quod non censeatur facta uenditio ad mensuram, si uendatur tota res, etiam si dicatur ad rationem 20. pro
4 mensura, † uel campo, seu stario; sed secùs si diceretur uendo decem campos, vel staria, ex isto fundo, ad rationem uiginti pro stario, & videtur sequi referendo Aret. in d. cons. 11. in princ. & Afflict. decisione 399. nu. 6. tamen etiam quod tota res uendatur, si preciū sit constitutum pro quolibet stario, seu mensura, tunc censetur facta ad mensuram ut tenent prædicti suprà allegati, & reprobat in specie Bal. & Salic. ibi, in d. l. sicut, col. pen. & latè Didac. d. cap. 3. nu. 7. practic. qq. & quod
5 uenditio facta ad mensuram † non dicatur perfecta, uel pura, sed conditionalis, ultrà suprà allegatos tenet etiam Aret. in l. 3. §. incertam, 2. col. in fine, ff. de acquir. pos. Cor. cons. 79. 2. col. 3. vol. Crot. in l. si is qui pro emptore, col. pen. nu. 107. ff. de usucap. Mars. in Rubrica de probat. nu. 400. Bertr. cons. 337. nu. 3. 1. par. priorum. Paris. cons. 59. in princip. 1. vol. & Boer. decis. 183. nu. 8. & tanto magis censetur uenditio facta ad mensuram, si partes expresse agant, quod debeat mensurari, ut per Curt. d. cons. 74. nu. 15. de quo pacto quod mensurari res debeat, & precium augeri, uel minui iuxta mensuram tradit etiam Alex. sentiens esse ad mensuram, in consilio 220. aliàs allegato, 2. col. in fine, 2. vol. vbi allegat l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de cōtrahen. empt. quæ loquitur in uenditione facta ad mensuram, quod debet solui precium maioris quãtitatis in mensura reperta, quàm fuerit expressum in contractu, secùs uerò esset, si uenditio esset facta de quodam corpore pro certo precio, quod asserebatur esse certæ quãtitatis, puta centum stariorum, & non fuerat taxatum precium pro quolibet stario, sed benè fuerit dictum, quod preciū augeretur uel minueretur, si esset pluris, uel minoris quantitatis, quàm esset expressum. Ruin. d. cōs. 198. num. 10. fortius uoluit Socin. in cons. vlt. 2. col. 3. vol. non censeri uenditionem factam
6 † ad mensuram, & per consequens non esse conditionalem, si sit uenditus fundus, qui asseritur esse centum tornaturarum in ratione decem pro qualibet tornatura, pacto addito, quod quælibet partium posset petere mensurationem: quia cum precium iam esset certum, licèt posset augeri, uel minui in euentum quo mensuratio peteretur, ualet uenditio, l. hæc uēditio, §. fin. ff. de cōtrahen. empt. de qua dictū fuit supra in prin. huius capituli, & per alia quæ ibi adducit; sed licèt uenditio,

ditio isto casu facta non dicatur perfecta, quo ad hoc, vt non transferatur dominium, vel possessio in emptorem, uel quis possit ex ea agere ante mensurationem, & similia,
7 non tamen est imperfecta, † quo ad pœnitentiam, si quidem etiam quod sit conditionalis, & imperfecta, neutra partium potest ab ea recedere, & pœnitere, vt tradit abundè Afflict. dicens ita fuisse in consil. Neapol. decisum, in decisione 280. num. 6. & Paris. alia adducens in d. cons. 64. nu. 14. & cons. 59. nu. 4. & sequent. eod. vol. 1. & latius Tiraquel. d. tract. glos. 2. §. 1. nu. 26. & in glos. 10. nu. 43.
8 An autem sit perfectus † contractus, nec ne, multum refert propter deteriorationem, uel rei peremptionem, quę ante mensurationem seu periculum, & incommodum rei contingere potest: quia pertinet ad uenditorem, ut per Curt. in d. cons. 74. num. 16. 76. nume. 7. & 77. num. 5. & Paris. dicto cons. 59. nu. 15. & sequent. sicut etiam commodum alluuionis cedit ad eius vtilitatem, d. §. si Titius, & ibi Doctor. de quo suprà etiam diximus in Clausula uenditionis rei ruralis, in verbo uno latere flumen Padi, vlt. quæstio. Si tamen traditio rei ante mensurationem fiat emptori per venditorem, perficitur uenditio, & transfertur dominium, & possessio in eum,
9 ut tradunt Ang. & Paul. † de Cast. in l. 2. C. de peric. & commo. rei vend. & tradit etiam Corn. cons. 50. præallegato, littera F. G. & Capic. d. decisione 14. num. 10. & defendit Dec. in cons. 179. per totum, quod & admittit Alex. d. consilio 90. col. secunda, & sequitur Paris. dicto consil. 59. nu. 17. & sequen. & d. cons. 64. nu. 20. Boer. d. decisione nume. 8. Didac. d. ca. 3. nu. 6. ad fin. Grat. cons. 90. nu. 6. 1. vol. Bursat. cons. 109. num. 22. Thobias Non. cons. 81. nu. 15. & Menoch. consil. 26. nu. 29. & Cæsar Vrsil. in addi. ad dictam decisionem Afflic. 280. Borgni. de tutor. & curat. num. 261. & latius Tiraquel. in d. glos. 2. nu. 28. & sequent. & ibi nu. 31. limitat, nisi etiam traditio fieret conditionaliter: quia nihilominus perficeretur contractus. si tamen non constaret de traditione per venditorem facta, sed quod tantum emptor rem possederit, sciente & patiente uenditore, noluit Alexand. censeri factam traditionem, & per consequens contractũ esse perfectum, & translatum dominium vel possessionem, qñ emptor pro parte sua non impleuit soluendo preciũ integrum, & quia uenditor non tenebatur tradere, cum venditio esset imperfecta; & sequitur Curt. dictis consilijs 74. nu. 17. & 76. nu. 10. quorum opinio non uidetur sine difficultate procedere propter decisiones in cõtrarium adductas, quarum aliquæ uidentur indistinctè loqui, siue fuerit facta traditio expressè, siue tacitè per patientiam, ex qua præsumitur traditio, ut per Dec. in d. cons. 179. in fine, quem plures ex præallegatis sequuntur. Præterea, quod etiam traditio huiusmodi præsumpta operetur contractus conditionalis perfectionem, tenet expressè ẽt Aretin. in l. 1. §. si vir uxori, nu. 41. vers. tertio adde, licèt Socin. ibi, col. fin. nu. 15. dubitet, ff. de acquir. poss. & sequitur Tiraquel. in d. glos. 2. nu. 29. nec obstat, quod emptor nõ soluit pre
10 cium: quia non propterea censetur † esse in mora, ex quo adhuc non constabat quid, & quantum soluere teneretur, non facta mensuratione, & agenti venditori ad ipsum, obstaret exceptio l. nulla, ff. de regulis iur. & l. electa, uers. sed cum sortis, ff. si cer. pet. & tradit Ruin. in terminis, in d. cons. 198. nu. 1. sicut etiam nihil facit quod non tenebatur tradere, quia etiam quando tradit expressè, cum non teneatur, transfertur possessio, & dominiũ, & perficitur contractus: ita quãdo tacitè per patiẽtiam, cum taciti & expressi idem sit iudiciũ, l. cum quid, ff. si cert. petat. & sibi imputandum est, quod passus fuerit. Illud tamẽ
11 † sciẽdum est, quod qui rem expressè tradit, eo animo tradidisse censetur, ut dominium transferat, ut tradit Corn. d. cons. 50. col. 5.
12 littera F. quo fit, ut si quis † traditionem etiã conditionaliter fuisse factam allegaret, teneretur probare. Sed maius dubium est, numquid per constitutum quod traditionem possessionis importat, l. quod meo, ff. de acquir.
13 poss. & latius, † infrà suo loco dicetur, censeatur tradita possessio, ut uẽditio censeatur perfecta? & quod hoc casu cõstitutũ operetur ueram traditionẽ, sensit Capic. d. decisio. 14. nu. 10. licèt in casu suo teneat cõtrariũ, ex eo, qđ alijs rationibus constitutũ non ualebat. & ad hoc optimè cõfert decisio Baldi in cons. 478. Quidã Franciscolus col. 2. nu. 2. 1. uol. qđ tra
14 ditio † etiam facta per precarium, sufficit ad perfectionem contractus conditionalis, refert, & sequitur Tiraquel. d. gl. 2. nu. 28. & in tractatu de constitut. 1. par. in fine; & expressè in terminis istis firmat Dec. in d. consilio 179. Bursat. & Thob. Nonius, suprà citati. Sed huic opinioni ego numquam adhærerẽ, cũ plures, & maiores habeat cõtradictores, ueriori parti accedẽtes; & in indiuiduo cõtrarium tenet Crot. in d. l. si is qui pro emptore, nu. 107. Marsi. in d. Rubrica nu. 400. Paris. d. cons. 59. nu. 22. & Curt. d. cons. 74. nu. 18. & 76. nu. 10. Did. d. cap. 3. num. 6. uers. 8. in fi. & quod constitutum additum contractui conditionali, ipsũ quoq; conditionale efficiatur, & naturam principalis contractus sortiatur, latè comprobat Dec. cons. 247. col. 2. uers. & ista.

ista conclusio, Cur. iun. cons. 244. nu. 17. & sequent. & latius plura adduces Tiraquel. in d. tractatu de const. 2. par. in 15. ampliat. & Cagnol. post Dec. in l. contractus, nu. 34. ff. de reg. iur. vbi etiam alios citat hanc sententiam tenentes. & faciunt etiam quę tradit idē Tiraquel. ead. par. 16. ampli. & 3. par. 2. limitatione. Vt autem perficiatur uenditio † conditionalis, et imperfecta, propter mensuram, dēt fieri mensuratio, vt suprà, & si altera pars deneget, uel differat, poterit interpellari, & per interpellationē in mora constitui, & quo ad sui damnum, & incommodum habebitur pro pfecta, ut per Capic. d. decisione, nu. 18. de quo ēt aliqua diximus suprà, in dictis verbis, & stariorum octo, in fine. Cæterum, illud etiam non omittimus, quod Clausula hic addita (& ad rationem cuiuslibet starij) magis esse superfluam, quàm necessariam; cum etiam ea non apposita etsi vltima mensura non esset plena, vel vltimum starium non esset integrum, pro rata ipsius precium soluendum esset, ut tradit Salic. loquens in venditione vini ad mensuram, in d. l. sicut, col. pen. in fine, qđ ēt ex regula illa quod eadem est rō de toto ad partē, l. quæ de tota, ff. de rei uend. cōprobari posset. Sciendū est in-
16 super, multū interesse, † an uenditio pluriū rerū fiat vno precio pro oībus statuto, an pro pluribus precijs singulis rebus additis, vt in casu nostro, primo. n. casu est vnica venditio, non plures, scđo plures sunt uenditiones, & tot, quot res distinctæ, l. cū eiusdem, cum duabus ll. sequent. ff. de ædil. edic. tradunt Bart. Aret. & Ias. in l. scire debemus, in princ. ff. de verb. oblig. Fab. in dicto tractatu, 5. q. col. 7. vers. item distinctio. Aret. d. cons. 11. col. 1. vbi idem voluit, qñ venditio est facta ad mensuram pro quolibet stario terræ, vt suprà: qa tot censentur uenditiones, & Tiraquel. d. tractatu, §. 23. glos. 1. nu. 17. plures aūt resultant
17 † vtilitates, si censeantur plures contractus, an unus tantum, quarum aliquas enumerāt glos. & Doct. in d. l. scire debemus, in princ. & inter cæteras ea est notanda, quam ponūt Bald. & Angel. in d. l. cum eiusdem, quod si
18 extat † statutum, quod pro quolibet contractu sit soluendum, puta decem pro gabella, si venditio erit facta vno precio pro omnibus rebus, vnica tantum erit soluenda gabella: secùs, si pro pluribus precijs distinctis, cum plures sint contractus, ut suprà, sequitur Bertach. in tractatu de Gabel. 5. q. 5. q. principalis. Dec. cons. 343. nu. 3. & Tiraquel. d. nu. 17.
19 Similiter si statutum † dicit, quod contractus sit nullus, non soluta gabella, & non in totū, sed pro parte soluta fuerit, si erunt plures uenditiones, non omnes annullabuntur, secùs si vna tantum, ut tradit Bald. in l. fin. §. præterea, 2. col. nume. 6. in lectura noua, C. de iure dot. sequuntur Aret. col. 3. & Ias. col. fin. in d. l. scire debemus, & Cagnol. in l. 2. q. 40. nu. 199. C. de rescind. vend. Infert etiam Bal. ibi, & sequuntur alij prçallegati, ad q. d. l. 2. quod
20 † si vna res est vendita citra dimidiam iusti precij, respectu eiusdem potest rescindi contractus, secùs si omnes vno precio uenditæ sint, quia quod deest in vna, suppletur ex alia, refert Dec. in cons. 421. num. 3. & sequitur Tiraquel. alia adducens, dicto nu. 17. Ex hoc etiam deciditur quęst. posita, in l. si duos,
21 ff. de contrahen. empt. quod si duo † serui unico precio venduntur, & ante traditionem vnus obierit, in altero non valet venditio, quod secùs esset, si diuersis precijs venditi
22 fuissent; propter † redhibitionem etiam rerum uenditarum refert an sit vna, vel plures uenditiones, d. l. cum eiusdem, cum sequent. cum alijs traditis per Tiraquel. d. glos. nu. 2. tamen propter ratificationem contractus, ut
23 per eundem ibi, numero 1. censentur † diuersæ uenditiones, etiam si sit appositum precium unicum postea distinctum, & assignatum singulis rebus, sicut è contra, si pluribus precijs sit facta uenditio, & deinde totum precium simul redactum, ut est exemplum primi casus, si sit dictum pro precio mille, lib. uidelicet centum pro domo, & reliquarum pro possessione. Secundi casus, si sit dictum, pro precio centum, pro domo, & noningentarum librarum pro possessione, quæ faciunt precium librarum mille, ut per Tiraquel. dicta glos. nu. 18. & 19. Quod autem di-
24 citur † de redhibitione, & ratificatione contractus, ut possit una res redhiberi, uel emptio ratificari respectu unius rei tantum, non cæterarum, ita demum procedit, nisi constet emptorem, aut uenditorem, non emisse, aut uendidisse, nisi omnes, quod ex coniecturis, & uerisimilitudine constare potest, ut in dicta l. cum eiusdem, & tradit Dec. dicto consilio proximè allegato, numero quarto, & Tiraquel. loco præallegato, numero uigesimo, ubi alijs modis declarat hanc conclusionem non procedere, apud eum uidendum est.

Pro secunda verò petia terræ dictæ possessionis scutorum ducentorum auri.

SVMMARIA.

1 *Commercia hominum cessarent cessante ipsorum indigentia.*

2. *Permutatio quando, & cur inducta.*

Permutatio non semper locum habere potest.
3 *Pecunia cur, & quando reperta.*
Pecunia est futuræ necessitatis fideiussor.
Est vita hominis.
Expromissor futuræ indigentiæ.
Pecunia omnia mensurat, & non mensuratur.
Pecuniæ omnia obediunt.
Pecuniam ita diligere debemus, vt ei, intellectum non subijciamus.
4 *Pecunia est à lege non a natura reperta.*
5 *Nummus ideò dictus quasi nomos à lege.*
6 *Pecunia cur signata.*
7 *Pecunia à Lidis inuenta.*
8 *Pecunia argentea etiam ante tempora Regum Hebræorum in vsu fuit.*
9 *Nummus, & per duplex, & per simplex, m, scribi potest.*
10 *Nummus à numerando dictus secundũ Cagnol. Sed male vt hic per Auctorem.*
11 *Nummus a numismate dictus.*
Numisma significat monetam legitimè signatam.
12 *Moneta cur sic dicta.*
13 *Pecunia primis temporibus qualis fuerit.*
14 *Precium reum emptarum antiquitus non numerari, sed appendi consueuit.*
15 *Pecunia a pecudibus dicta, ex eo quod prius pecudum nota fuit signata.*
Pecuniæ primus signator Seruius Romanorum Rex.
Vel vt alij dicunt Ianus.
16 *Pecunia antiquitus ouis, suis, & bouis nota fuit excusa, & cur.*
17 *Bos super linguam adagium vnde ortum.*
18 *Pecuniæ etymum secundum Diuum Augustinum.*
Pecunia generaliter omnem rem comprehendit.
19 *Patrimonia apud antiquos ex pecoribus ferè consistebat.*
20 *Mulcta apud Romanos antiquitus non in pecunia sed in pecoribus fieri consueuerat.*
21 *Aes antiquitus familiarissimum fuit pro pecuniæ fabricatione.*
22 *Pecunia qualiscumque etiam ex auro, & argento fabricata æris appellatione continetur, & cur.*
Aurum, & argentum parum in vsu penes antiquos.
23 *Nomen durat aliquando licèt cesset id cuius causa fuit impositum.*
Paganus quis dicatur, & vndè.
24 *Pecunia argentea quando prius signata, & qua nota.*
25 *Pecunia aurea quando prius percussa.*
26 *Monetarum æris, argenti, & auri diuersitas apud antiquos.*
As quid apud antiquos.
Sestertius nummus cur sic dictus, et qd ualeret.
Denarius ex qua materia fieret, & cur sic appellatus.
Sestertium argenteum quid apud antiquos ualeret.
27 *Aureus nummus diuersi tamen ualoris ab antiquis fuit impressus.*
L. fin ff. de in ius voc. & §. fin. Inst. de pœn. tem. litig. declaratur.
28 *Error calculi non vitiat sed iterum calculatio est facienda.*
29 *Aureus minoris ponderis cudi, & signari quando, & cur captus.*
30 *Solidus idem quod aureus.*
Numisma quid valeret, & an idem quod solidus, & an ex auro tantum fabricaretur.
31 *Solidi cur sic appellati.*
32 *Solidus libras viginti æris valebat.*
33 *Libra argenti ualebat quinque solidos, & nu. seq.*
L. vn. C. de arg. prec. quod thes. infer. lib. 10. declaratur contra gloss.
34 *Quina aliquando pro decem ponuntur.*
35 *Argenti ad aurum proportio quanta olim fuerit, & quanta hodie.*
36 *Aurei diuersi valoris.*
37 *Ducatus quando, & cur sic appellatus intelligendo de moneta.*
38 *Scutum unde prius profectum, & quotuplex.*
39 *Aurei nostri temporis valde diminuti.*
40 *Aurum Vngaricum principatum obtinet inter reliquum.*
41 *Aurum obrizum quod dicatur.*
42 *Moneta argentea hodiernis temporibus imminuta.*
Argentum purum, & pustulatum quodnam dicatur.
43 *Argentum quomodo contaminetur per admixtionem æris.*
44 *Floreni a quibus originem prius duxerint, & cur sic dicti.*
45 *Salarium aduocatorum hodiernis temporibus ad maiorem summam centum aureorum excrescit licèt antiquitus secus.*
46 *Donatio etiam si excedat summam scutorum septingentorum hodiernis temporibus non insinuata ualebit.*
47 *Auth. Alearum usus. C. de reb. cred. declarata.*
48 *Alciatus sibi contrarius.*
49 *Iudicis cuiusdam ignari circa donationem insinuandam iudicium ridiculum.*

GLOSSA VII.

Non arbitramur inutile fore, uel à tractatu nostro oīo alienum plura scitu non indigna, quæ ex multis in iure nostro scriptis, & huius professionis scriptoribus decerpsimus, hic disserere, ad inuẽtionem, & originẽ nummorũ

tam

tam antiquorum,quàm modernorũ, attinen
tia; Nam principio ſciendum eſt, quod cum
indigentia hominum omnia commercia re-
perijſſet, ſi quidem ſi nullius rei indigerent
1 †homines,etiam ipſa hominum commercia
ceſſarent,vt ipſi indigentię ſatisfieret,contra
2 ctus†permutationis inoleuit, ut dicitur in d.
l.1.ff.de cõtrahen.empt. de quo aliqua ſuprà
diximus in principio huius capituli:ſed cum
ſemper locum ſibi uendicare nõ poſſet, cum
nõ uterque uel pariter indigerent, puta alter
3 frumento, alter vino, propterea lege† num-
mus ẽt repertus fuit,per quem ſuppleretur in
digentia,cũ ſit vt menſura, ex qua rerũ com-
mercia functionẽ recipiunt,res ipſas ad ęqua
litatẽ redigens:vnde nummum philoſophus
futuræ neceſſitatis fideiuſſorẽ appellauit, ut
Bal.tradit in l.2.nu.4.C.de conſtit.pecun.di
cens,quod qui habet pecuniam,habet omnẽ
rem quam vult,& idem Bald. in l.aduocati,
C.de aduoc.diuerſ.iudicior.dixit id notãs ex
illo textu,quod pecunia eſt uita hominis qđ
etiam ibi not. Aret. & vtrumque dictum fuit
ſequutus Curt.in tractatu de ſequeſtro,nu.4.
idem eſt quod nummus tanquã expromiſſor
futuræ indigẽtię repertus fuerit,tradit Clau.
in d.§.item precium,3.pag. Inſt.de empt. &
vendit.Idẽ,quod pecunia ſit uita hominis,di
xit Bal.in l.ſi tuis,C.de oper.liber.& in l.ſin
gularia,4.col.verſ.vndecimo eſt ſpeciale,di-
cit,quod pecunia omnia menſurat,& nõ mẽ
ſuratur.ff.de fideiuſ. l.ſi ita fideiuſſorem acce
pero,& ideò ſcriptũ eſt pecuniæ oĩa obediũt;
& iterũ dicit Ariſtot. ꝙ nummus eſt fideiuſ-
ſor; & iterũ ita debes diligere nummũ, ut ei
non ſubijcias intellectũ,& prædicta ẽt refert
& ſequitur plura alia adducẽs Cagnol. in d.
l.ſingularia nu.144.oĩa igitur nummo metiũ
4 tur,à lege† nõ à natura reperto:qui eo nomi-
5 ne nummi ideò dictus eſt,quia†à nomo ideſt
lege ortum habuit,& ita de nummi inuentio
ne, & nomine tradit Budę. ex Ariſtot.in an-
not.ſuis,in l.ius ciuile,pag.6.& ſequent.ff.de
iuſtit.& iure,& latius in d.l.1.ſed amplius,et
clarius proſequitur hanc rẽ Claud.in d.§.itẽ
preciũ;hoc idẽ innuit Alciat. in l. propemo-
6 dũ,in princ.ff.de uerb. ſignifi.vbi dicit,†iure
gentiũ ea de cauſa ſignatũ nummũ fuiſſe, vt
commercia rerũ facilius celebrarentur, fun-
ctionẽq; ex eo reciperent, quæ in rebus non
eſt,undè minus in vſu cæpit eſſe permutatio;
huiuſmodi etiam nummi inuentionis cauſã
latè ponit Cagnol.declarando text. in d.l.1.
in illis verbis,(electa eſt materia,cuius publi
ca,& ꝓpterea ęſtimatio,&c.)in l.2.q.73.nu.
24.verſicu.non obſtat text. C. de pact. inter
empt. & vend. de inuentione etiam nummi
ſcribit Tiraquel.d.ſuo tractatu de retractu,§.
30.gloſ. 1. nu. 20. plures citans auctores de
7 ea loquentes ex Herodoto,à Lydis†inuentũ
nummum fuiſſe aſſerens, vbi ẽt addit, num-
8 mum argenteum etiam†ante tempora Regũ
Hebræorum in vſu fuiſſe,vt in c.2.Reg.1.ad
fi.comprobatur,& num.ſequent.cum Budæ.
concordat,qui etiam Ariſtot.in hoc adduxit
vt nummus à nomo dictus ſit,ideſt à lege,v-
9 bi etiam tam†per ſimplex m.quàm duplica-
ta littera ſcribi poſſe dicit, vt apud probatos
auctores vtroque mõ ſcriptum videmus, &
idẽ quod à lege ſiue nomo dicatur nummus
dicit Curt.in tractatu de ſequeſtr.nu.3.addu
cens ipſe quoque dictã Ariſto.auctoritatem,
& ſequitur Cagnol.in l.ſingularia,nu.2. ff.ſi
10 cert.pet.licèt ibi addat,quod forſitan† à nu-
merando nomen ſumpſerit,l.certi cõdictio,
§.ſi nummos,ff.eod.quod non videtur tenen
dum,tũ,quia repugnat auctoritati Doctorũ,
tum qa pecunia uel nummus nõ fuit primo
in eũ vſum repertus,vt numeraretur,ut dice-
mus infrà: & Bart.ẽt tradit,in l.1.§.1.ff. eod.
tit. Alciat.autem in d.l.2.§.credimus,in ver-
bo, item mutuum, in fine, non penitus rece-
11 dens à prædictis,dicit,quod nummi† dicun
tur ἀπὸ τὸν νομισμέιον, quæ vox monetam ſi-
gnificat legitimè ſignatam:monetã verò ma
12 iores noſtri nummos †ideò dixerunt, ex eo,
quod ſigno nomiſmatis moneremur, cuius
precij, & æſtimationis eſſent, ut tradit Ca-
gnol.in d.nu.2.quod à Gramm. mutatus eſt.
13 nummi aũt† primis temporibus non ex au-
ro,vel argẽto,ſeu ære prodiere.ſed ut Claud.
loco præallegato refert pagi.4.ex terra poli-
tius exculta,& igne ſolidata certis quoq; ex-
preſſionibus figurata in vſu eſſe cęperunt. De
inde poſteriores faſtidientes priſcæ vilitatis
inuentum formatos è corijs orbes auro mo-
dico ſignauerunt, quibus regum munificen-
tia,& commutationũ neceſſitas utebatur, &
de his etiã nummis, quos antiqui ſignabant
in corio, & in aliqbus locis temporibus ſuis
ſignabant in carta,meminit Bart.in d. l.1. &
alij ſequũtur,ut ẽt ſequitur Barb.in Rubrica,
extra eo.ti. col.5.& Fab.in fi.1.q.in d.ſuo tra
ctatu. Succeſſiuis modo temporibus æris re-
dundante materia priſci Romani rudi,& in-
formi grauique ære in emptionibus vſi ſunt,
14 & precium rerum †emptarum non numera-
ri ſed appendi conſueuit, ſed & Seruius Rex
15 primus æs ſignauit, ſignatumque † eſt no-
ta pecudum, undè, & pecunia appellata
eſt, vt ex Plini. & Budæ. tradit idem Clau-
dium loco præallegato, & idem Zaſ. in l.ſe-
cunda, ff. de origin. iur. in verſiculo trium
uiri monetales, de huiuſmodi etiam mo-
neta ærea primum ſignata ante nummum
argenteum, uel aureum, ſolumque æs in

precio habitum fuisse, usque ad primum pro pè bellũ Punicũ, scribit etiam Tiraquellus d. tract. §. 1. glos. 20. nu. 9. vbi refert Seruiũ primo ęs signasse, f'm Plin. in auctoritate Timęi se fundantem, sed secundum Draconem, & alios quos adducit, Ianus fuit primus signator. & quod nota pecudũ signauerit, & inde dicta sit pecunia, concordat cũ Zas. et Claud.
16 prout ẽt† subscribit Alciat. in d. §. creditum, vers. item mutuum, post princ. & Cagnol. in d. l. singularia, nu. 3. vbi ex Plutarcho ouis, et suis, bouisq; conspectum signũ in uetustissimis nummis fuisse asserit. Causas autẽ hmõi impressionis ex eodem Plutar. videtur uelle fuisse Bud. in annot. in d. l. 1. pag. 2. ad finem, & sequent. quia incisio bouis in nummo facta, aut Marathon taurum, aut Minoem ducẽ designabat, uel ex eo, quod ad agriculturã ciuẽ prouocare vellet, & ab eo nummo Hecatombęon, quod est centum boum, & decabæon decẽ, nomen traxisse, & idẽ ex Polluce apud Athenienses bouẽ genus nummi fuisse ac à bouis forma sic dictũ, quæ in eo sculpta
17 erat, & inde ortũ† Adagium illud, bos super linguã, quod pro ijs, qui mulctę metu deterriti linguã compescebãt, dictum extitit, quę ẽt refert, & ampliat Tiraquel. alia adducens in d. §. 30. glos. 1. nu. 22. Est uerum, quod Aug. in libro de doctri. Christiana, cuius uerba re
18 gistrata habentur in c. totũ, 1. q. 3. maluit† pecuniam ideò dictã esse, ex eo, quod quicquid habebant antiqui in pecoribus consistebat, & ipsum quãplures Grammat. & plurimi Legistę sequũtur, quod & Alciat. sequutus ẽ dũ de pecunia, quæ generaliter oẽm rem cõprehendit, & latissimè accipitur, uerba fecit, vt in l. pecuniæ appellatione, ff. de uerb. signifi. sed in d. §. creditum, d. verbo, item mutuo, dixit hanc rationem potius effectum quàm nominis significationem respicere. Quod autẽ
19 †apud antiquos hmõi pecora patrimonium eorũ implerent, etiam constare potest, eo qđ
20 mulcta non in pecunia sed in † pecoribus apud Rom. fieri consueuit, ut Bud. tradit, in d. l. 1. pag. 1. & Alciat. in l. aliud est fraus, §. inter mulctã, super verbo hodie, ff. de uerbor. signifi. & sequitur Tiraquel. d. nu. 22. in fine. Species itaque ista metalli æs, ab auro & ar
21 gento separata, adeò in vsu† fuit, ad nummorum fabricationẽ, ut passim factum sit, quod
22 qualiscumque pecunia †exinde conflata, ęris appellatione contineretur: nam etiam aureos nummos æs dicimus, l. etiam aureos, ff. de verbor. signifi. & ibi Alciat. idem dicens, hanc etiam metalli speciem prius quàm ferrum in usu fuisse affirmans; & idem tradit in l. cedere diem, §. æs alienum, ff. eod. tit. vbi dicit, quod pecunia vetustissimorum Rom. in ære consistebat, quoniam propter eorum paupertatem rarus illis argenti, rarior auri usus fuit, indeque æris appellatio pro pecunia accipi consueuit; & quamuis domitis nationibus in maximas diuitias excreuissent, seruauerunt tamen antiquum nomen, & siue pecunia aurea, siue argentea esset, æs appellabatur; hæc ille, de quo etiam aliqua supra diximus in Clausula, ratihabitionis, in uerbo (aliàs de suo proprio ære,) & his concordat Tiraquel. d. glos. 20. nu. 7. & sequent. vbi more suo plura ad propositum adducit. Nec mirum est, quod pecunia etiam hodie *dicatur*, licèt non pecudum, sed regum, uel dominorum imaginibus signetur, sicut ęs appelletur aurea, vel argentea pecunia, nam cum semel
23 †nomen accepit res aliqua, licèt cesset id cuius causa nomen impositum fuit, tamen durat nomen, ut uidemus in hominibus, qui vocantur pagani, si militiam non exerceant, tametsi pagum, uel villam non inhabitent, sed nobiliter uiuant, nullam artem rusticalem exercentes, vt habetur in §. 1. in fine, Instit. de milit. testa. & in pluribus alijs locis, ex quo semel homines, qui agriculturam exercebãt, aut militiam, aut erant pagani, aut milites, vndè qui non est miles, pagani nomine continetur, ut declarat Zas. in tractatu de substit. ca. 5. in Rubrica de compendio. nu. 8. Porrò
24 argentum secundum Claud.† loco præallegato, signatum fuit anno ab Vrbe condita, 585. Q. Fabio Consule, quinq; annis ante primum bellũ Punicum, quod ẽt confirmat Tiraquel. d. glos. 20. nu. 9. addens bigarũ, & quadrigarũ nota signatum fuisse, & ibi ex *Eutropio* dicit argẽteum nummũ in ur*be figuratũ* esse primo bello Punico, quo Regulus à Xãtippo Lacedęmonio Duce Carthaginensiũ
25 captus est. Illinc† verò ad annum 62. aureus nummus percussus est, ut tam Claud. quàm Tiraquel. in locis prædictis referunt, hunc etiam ordinem innuit Cagnol. in d. l. lecta, nu. 23. referendo Plinium, de usu æris rudis & informis postea signati, & successiuis temporibus argenti signati, & demum signati
26 auri. Monetę† verò signatę tam in ęre, quàm in argento, & in auro plures fuere, & diuersi ualoris, ut apud Bud. in lib. de Asse, & alios scriptores cernere est, de paucis solum uerba faciemus, de quibus in pluribus ll. & apud scriptores nominatos mentio habetur, ex ęre enim fuit signatus as modici ualoris, & paruę æstimationis, ut dicit Cagnol. in d. l. lecta, nu. 24. & secundum Budę. ualebat quaternos denariolos nostros, paulo pluris, siue solidum vnum Imperialium, vel Bajochum, ut uidetur uelle Alciat. ex calculo suo, quem facit in c. 9. 2. pag. lib. 3. dispunct. fuitque etiam

signatus

signatus nummus, qui & nummus vocabatur, & sestertius, ex eo, quod duos asses, & semissem tertij assis, & sic duos asses cum dimidio valebat, vt per eundem Alciat. in ca. 2. & d. c. 9. d. li. 3. dispunct. & in d. l. lecta, in princ. vbi etiam Cagnol. cum eo concordat in hoc nu. 23. & sequent. & nu. 51. licèt in nonnullis alijs ab eo discrepet; Denarius verò argẽteus cussus fuit, & nunquam aureus, licèt glos. & nonnulli in l. quæ extrinsecus, aliter voluisse videatur, quos reprobat Alciat. in l. hæc enũciatio, ff. de verbor. signific. pendebat autem drachmã argenti quæ est octaua pars vnciæ, & valebat decem asses æris, vnde nomen denarij accepit, vt dicit tex. in c. ieiunium, quod fuit dictum Augustini, de consecrat. distin. 5. seu quatuor sestertios, vel nummos, qui idẽ important, vt per Alcia. in d. l. etiam aureos, & in d. l. hęc enunciatio, in d. l. pecunię nomine, in fine, in d. c. 2. & in d. l. lecta, in princ. & ibi etiam Cagnolus num. 24. in qua de huiusmodi denario mẽtio habetur, vt etiam fit in l. scire debemus, in princ. ubi disputat Ias. littera text. in l. cum quis decedens, §. Titia. de leg. 3. de denarijs etiam loquentis; De huiusmodi etiam denario argenteo ualẽte decem nummos usuales unde nomen sumpsit, quod solueretur pro censu tradit Io. Hugo. in tractatu de offic. quatuor prælato. 4. parte, in Rubrica, Tributi Imper. à Roma. instit. nu. 2. & passim in scriptura sacra de eo mentio habetur; Fuit etiam apud Rom. sestertium modo argenteum mille sestertios æreos ualens, & duas libras & semissem argenti continebat, & de huiusmodi sestertijs habemus tex. in §. postea, cum §. sequenti, Instit. de succes. liber. ubi Claud. not. declarat prout etiam Alciat. in d. c. 2. & c. 9. in d. l. lecta, ubi etiam Cagno.

27 Nummus † etiam aureus percussus & signatus fuit sed diuersi ponderis tempore enim Digestorum aurei 48. libram implebant, duas enim drachmas scilicet quartam partẽ unciæ singuli pendebant, quibus additis quatuor drachmis, & sic duobus alijs aureis, fiebat iusta & plena libra, in qua quinquaginta numumismata erant, ut tradit Claud. in d. §. postea uerò, ualebat autem aureus cẽtum sestertios, & sic centum aurei decem sestertia argentea complectebantur, ut tradit Bud. in annot. in l. eadem lege, ff. ad l. Iul. repetund. ubi illum text. de aureis centum loquens, & text. in l. 1. §. licita, de uar. & extraor. cogn. taxantem aduocato mercedem usque ad centum aureos, ita declarat, ostendens ipsos centum aureos & 50. aureos Francicos importare. & Alciat. in d. c. 9. qui calculo facto libras mille monetæ (ut censeo) Imperialium implere censet; quod & sequitur Cagnol. in l. diem functo, in fine, ff. de offic. assessor. & ita etiam interpratatur Rip. Alciat. de libris Mediolan. intellexisse in l. si constante, in princ. nu. 28. ff. sol. matr. ubi tamen de hac doctrina dubitat, per text. in l. fina. ff. de in ius uoc. ubi de aureis loquitur, & in §. fi. Instit. de pœn. temere litigãt. ubi Iustinianus loquitur de solidis, de quibus statim dicemus. Sed respõderi potest, nihil huic sententiæ aduersari, quandoquidem quod erat statutum respectu uocantis patronum, uel parentem in ius sine uenia, ut d. l. fin. & l. in eum, & l. si libertus, suprà eodem ut pœna 50. aureorum plecteretur. Iustinian. in d. §. fin. reduxit ad solidos, seu ad aureos sui temporis, quo diminuti fuere in pondere, ut statim dicemus. & ita respondit Alciat. ipse, licèt ad aliud propositum, in l. fi. ad finem, C. de in ius uocand. Quod autem cõputatio uera nõ uideatur inspecto ualore nostri temporis, non tollit quin hæc sentẽtia uera sit, ut ex auctoritatibus Budæi, Claud. Alciati & Cagnoli, & magis ex rationibus, in quibus fundant suam sententiam comproba

28 tur, et error † calculi non uiciat, cum iterũ calculatio fieri possit, l. 1. C. de errore calculi; Hanc etiam sententiam de ualore aurei antiqui, quod esset didrachmalis, scilicet duas drachmas auri contineret et penderet, Budę. lib. 2. de Asse, affirmat, & sequitur Alciat. in d. l. fin. an. finem, & in d. l. etiam aureos, & in d. l. hæc enunciatio. Sed cum successiuis temporibus diuitiæ quę amplæ erant sub Augu

29 sto ualdè diminutæ essent, cæpit † aureus minoris ponderis cudi & signari, qui sescuplam tantum proportionem haberet ad ueterẽ aureũ, scilicèt dimidiam partẽ auri minus continebat, quàm antiquus, ut cum ex primis 48 libram constituebant, 72. ex posterioribus eã implebant, ut est text. in l. quotiescumque, C. de suscept. prępo. & arch. lib. 10. ubi non au

30 rei † sed solidi appellantur, ut etiam in l. 1. & finali, C. de uete. numis. potest. licèt etiã tempore Vlpiani & sic Digestorum quandoque aurei solidi appellarentur, ut in l. qua vulgo, ff. de ædil. edic. & in l. cum ex falsis, ff. de manum. test. & idem quod aurei importabant, ut probatur in l. si mulier, iuncta d. l. cum ex falsis, ff. de minor. & in l. Papin. in fine, ff. de inoffic. test. & quod aurei idem esent quod solidi, et crebrius solidi tempore Imperatorũ dicerentur, habetur etiam in l. 2. C. de sportul. tradit glos. in l. 1. C. de collat. ęris, lib. 10. in Rubrica, C. de veter. nũmism. potest. licèt ibi dicat idem ese nummisma quod solidũ, quod non uidetur iure probari, et similiter dicit, quod fiebat tantum de auro, cum habeamus text. in l. nummismatum, ff. de usufruc. quo probatur, nummisma etiam ese argenteum,

teum,& ibi glos.dicit, quod erat genus nummi valens 10.& sic fortè denarius. Idem de solidis & aureis quod idem essent,tenuit vbique glos.& maximè in d.§.fin.Instit.de pœna temere litig.& in d.l.fin.de in ius voc. qđ tenuerũt Claud.Alciat.& Cagnol.locis præallegatis,licèt Alciat. sẽtiat in dictis locis ante Cæsarum Constitutiones, aureum solidũ dictum non fuisse, quod confunditur ex d.l. qua vulgo,vbi Bud.eam intelligit de aureis, vt suprà, & ex alijs ll. supra allegatis, quare
31 autem dicti fuerint solidi,† Doctor.non conueniunt.glos.in d.l.1.C.de veter.nummism. potest.dixit solidos à soliditate dictos, eo qđ de solido auro fierent,et idem dixit Alber.in d.l.fin. ff.de in ius vocand. & Boer. sequitur decisione 327. nu.1. aliter dicit Budæ. & verius videtur in annotat. in d.l. qua vulgo, & in l.moris,5.pagina, ff.de pœn.quod ideò dicti fuerunt solidi, quasi integri aurei, iustum & integrum pondus habentes, cum tamen alij dimidiati alij tertiarij cuderentur, scilicet dimidiam vel tertiam partem aurei continentes, & valentes; Sed & temporibus istis
32 solidus † seu aureus libras viginti æris valebat,l.vnica,C.de collat.æris, lib.10.libra ve
33 rò † argenti valebat quinque solidos, l.vnica C.de argen. preci. quod thesau.infer.lib.10. licèt glo.ibi dicat valuisse decem, decepta ex verbis tex.qui dicit, pro singulis libris argenti quinos solidos inferat:quo casu,cuilibet libræ,quinque attribuuntur,non decem, licèt
34 quandoque † quina pro decem accipiantur, & decem importent, cum de duobus loquimur,quibus singulis quinque debentur,vt in l.si duos,ff.de euict.ubi glos.exponit,quinis, idest bis quinque, & in l.cum duo, ff.de cõd. indeb. & in l.nam & si fur. §.si seruus, & ibi declarant Dec.& Alciat.ff.si cert.pet.& hũc errorem glos.nonnulli alij sequuti fuere, arbitrantes libram argenti temporibus illis decem aureis æstimatam fuisse, & quina ibi bis quinque,& sic decem importare,ut Alber.etiam dixit in Dictionario suo, in uerbo, quina, & Io.de Platea, in d.l.unica,quos sequutus fuit Boer.d.decisione 327.nume.2.Brun. in dicto suo tractatu de aug. in ultima cõclusione, colu.2.& Ludo.Gomes.in d.Regu.de ualo.exprimen.9.quæst.nu.15.ubi miratur, quare tam magno precio uenderetur, & dicunt, quia fortè erat minor copia argenti, q̃ auri, quorum admiratio fuisset superflua, si ad text.prædictæ l.unicæ,bene animaduertissẽt.Cum eis etiam & ante eos tenuerũt Alb. & Ias.in d.l.fina. ff.de in ius vocand. licet ibi Ias. alleget Ioan. Fab. idem tenentem, in §. nos autem, Instit.de Attiliano tuto.qui in libro meo contrarium tenet; Et quod text. in d.l.vnica,de quinque et non de decem solidis soluendis pro libra argenti loquatur, tametsi uerba sint clara, firmat Bar.ibi,ita summás illum text.& Ioan.Fabr.in d.§.nos autẽ. idẽ Feder.Schenck.in tractatu de testib. num.6. Guid. Papæ,quæst.492.Vtrum appellatione nu.2. & idem in effectu vult Alciat. in l.cum quid, in uerbo, eadem bonitate, pag.3.in fi-
35 ne, ubi dicit, quod nostro tempore † argenti ad aurum est proportio quędam,quanta ferè unius ad 12. olim maior erat, nempè ad 14. & eo amplius; & allegat d.l.unicam, quibus uerbis apparet omninò intellexisse libram argẽti,nõ 10.sed quinque aureos ualuisse.Rur-
36 sus successiuis † temporibus etiam aurei imminuti fuere, ita, quod tempore quo floruit Bart. aurei Veneti & Florentini pendebant octauam partem uncię, licèt sextam partem illi priores pręcedentes penderent, & sic 96. libram continebant auri,ut ipse tradit,in d.l. quotiescumque,& in dicta Rubrica,C.de ueter.nummis. potest. & ita cum Bart. concordant omnes,ut Abb.& Felin.in c.conquerẽte,de offic.ordin.Alb.& alij, in d.l.fin.Ias.in l.puniri, C.si contra ius, uel util. publ.Abb. et Felin.in c.1.de Iudę. Alciat.in pluribus ex locis supra allegatis. Alex.in consil.4. Circa primum,col.7.uers.nec ad hoc obstat,qui tamen est corruptus,cum tantum de 86.loquatur,prout etiam ipsum corruptum allegat Felin.in d.cap.conquerente, Sequitur Henric. Bor.in tractatu de sinod.epis.3.par.num.82. Caccialup.in tractatu de Lud.6.quęst. num. 29.Brun.dicta colu.2.Cagnol.d.l.diem functo,in fi.& Gomes.dicta quęst.9.num.15. Socin.cons.48.col.fina.& Boer.dicta decisione 227.nu.2.& quod omnes ducati tam Veneti,quàm Vngari,Hispani & Florentini, sint eiusdem ponderis et ualoris,quod 96.libram auri impleant,ut 72.ex illis aureis de quibus in d.l.quotiescumque,ut unusquisque drachmam auri, et sic octauam partem uncię pendat,tradit etiam Gomes. nu.20.et nu.26.28.
37 et num.25.dicit ducatum † nomen illud accepisse ex eo,quod fuit cusus, postquam Albinus in Italia singulis vrbibus singulos q̧ potestate pręirent constituit, quos duces uoluit appellari, & primo ducatus Romanus fuit appellatus, indeque nomen est adeptus, qui usque in hodiernum diem manet. Ex Gallia
38 † deinde alia moneta aurea prodijt, quã scutum uocauerunt,& duplicem habuerunt, ueterem & nouum, primus idem ualuit quod Ducatus, secundus non, ut dicit idem Gom.
39 loco pręallegato, num.27. Nostri † autem aurei, quos etiam scutos seu ut alij maximè Vltramontani neutro genere dicunt scuta, sicut sunt bonitate intrinseca diminuti, quia aurũ est

est argento contaminatum, ita etiam sunt põdere minores, cum temporibus nostris 108. vix libram compleāt auri vt notum est, licèt tempore Ripę cum scripsit, super d.l.2.§.mutui datio, ff.si cert.pet.scuti 110.implerent libram & duc.97. Bonon. vt ipse allegãdo Io. de Platea, tradit ibi nu.12.vers.solutio, dicẽs etiam 10.lib.argenti valere librã auri, vt ibi, sed respectu preciosioris auri, & bonitatis intrinsecæ, quæ ad 24.gradus, seu vulgo characteres vsque extenditur, vt tradit Brunus d. tractatu & conclusione colum.3.vbi dicit, ta
40 lis ligę esse ducatos aureos; Aurum† Vngari cũ principatum inter reliquũ aurum obtinet, si Gom.tamen credimus, d.quæst.nu.19.qui tamen dicit, quod non transcendit 23.characterem, & quod nostra ætate nullum aurum reperitur, quod 24. attingat, & tamen illud equiparat auro Obrizo, de quo loquitur tex. in l.fina.C.de veter.numis.potest.lib.11.vbi glos.exponit solidos obrizatos, idest de optimo auro confectos, & de solidis obrizatis etiam loquitur text.in l.vnica, C.de obla.uot.
41 lib.12.& Bud.obrizatum† aurum purgatissimum, & excoctissimum interpretatus est; & in annotat.in l.in naue, 2.pag.ff.locati, uel ut vulgus dicit, Cimentatum; ut dicit ibi Gomes.& idem exposuit etiam plura ad propositum adducens Alciat. vbi declarat Adagiũ illud ad obmissam, idest ad summum perfectionis in c.9.lib.5.Parerg. Cęterum quia rarum est quod aurea pecunia in bonitate intrinseca diminuatur. quod etiam argentea ære non contaminetur, & comminuatur, l.2. C.de ueter.nummis. potest. & tradit Alciat. in d.l.cum quid, in uerbo eadem bonitate, ad finem, sicut imminuta est moneta aurea, ita
42 etiam† argenteæ accidit, quia non videmus amplius monetas, quæ sint argenti puri, seu pustulati, idest purgatissimi, & excoctissimi, de quo loquitur tex.in d.l.in naue loca.& ibi Budæ. qui loquitur etiam de argento puro, idest expurgato, excoctoque, & omni alia materia carente, immaculato, & candefacto, quod ut dicit Gom.d.quæst.nu.17. vulgus argenteum de coppella appellat, quod quidem purissimum, argentum est ligæ graduum, seu denariorum 12.ut per eum ibi, & Brun.d.colum.3.ubi docet, quomodo per admistionem æris contaminetur argentum, & cuius ligæ tunc censendum sit, si una uel plures unciæ æris detrahantur ex libra argenti talis, & apponatur una uel plures uncię æris, sed ne diutius immoremur in hac materia, quæ magis aurifices, & impressores monetarum, quàm Iuristas concernere uidetur, sat erit lectorem remittere ad Brun.loco præallegato, & Gomes.in dicta quęst.ubi num.21.& sequent.lo
44 quitur de Florenis† qui originem à Florentinis habuerunt, ideo sic dicti à flore Lilij in eis signato, impressoue, & nu.29. de quibus etiam per eundem in procem.eiusdem Regulæ nu.8.de marabatinis, de quibus fit mẽtio in c.cum olim, de priuil.de eorum origine & ualore, & inferius scribit etiam de pluribus alijs monetis, ubi uidendum est de marcha, & marco auri, & argenti, tradit etiam ipse Gom.& Brun.d.col.2.et Boer.d.decis.num. 2.Non tamen erit sine fructu scientia prædictorum: quãdoquidem, ad practicam, ea ualde inseruire possunt; quia cum aurei currẽtes tempore Digestorum 48.libram implebant, ut suprà, debeant attendi in eandem rationẽ
45 temporibus nostris, salarium† taxatum aduocatis, ut supra centum aureorum, d.l.1.§.licita, ff.de uar.& extraord.cognit.ad maiorem summam, nempè ad ducentos aureos nostrates ascendet, ut ex Budęo, Alciato, Claud.& Cagnolo superius dictum fuit, nisi per statuta Ciuitatum aliter dispositum fuerit, quod etiam in alijs, ubi fit mentio aureorum, uel etiam solidorum in digestis (nec etiam eo tempore inter eos fuisse differentiam arbitramur licèt aliud senserit Alciat. ut suprà comprobauimus) idem obseruandum esset; Præterea cum in l.penul. C.de don.& in l.illud, C.de sacrosanct.Eccles.sancitum sit, donationem non insinuatam non ualere, si excedat summam quingentorum solidorũ, solidi sunt accipiendi in rationem prædictam, ut 72.librã constituant; undè, cum hodie ducati 96. & scuti 108. exigantur ad libræ auri impletionem, sequitur, ut donatio non insinuata temporibus istis ualeret, etiam si excederet summam scutorum septingentorũ quinquagin-
46 ta, uel circa rectè calculando, et ita† in terminis firmat Bald.in d.l.illud, col.pen.ult.quæstio.nu.13.et Castr. in l.fin. in fine princ. C. comm.de legat. Ant. de Canar. in tracta. de insinuat.2.parte, ult.quæst. Alex.in addit.ad Bar.in l.cum de debito, in additione magna, 2.col.uers.nec ad hoc obst. ff.de probat. et in d.cons.4.col.pen.1.uol. Corn.cons.54.2.colum.4.uol.Socin.d.cons.48.col.fin.et secundum hanc opinionem dicit Ias.obtinuisse, in l.2.§.ex his, pen.col.uers.sed prius, ubi etiam allegat Angel.idem tenere, in l.sancimus, C. de dona.ff.de uerb.oblig. et eam etiam tenet in d.l.fin.1.col.de in ius uoc.et in d.l.puniri, et idem tenet Felin.in d.c.conquerente, et uidetur sequi Boer.d.decisione 327.nu.2.et expressè Brun.in d. tractatu dicta ultima cõclusione col.28.aliàs 12.declaratione, col.fi.qđ etiam tetigit suprà col.11.uers.his sic pręmissis,

sis. Quod tenet etiam Caccialup. d. tractatu de Ludo, d. 6. quæst. nu. 29. ubi dicit, Auth.
47 Aliarum † vsus, C. de rebus credit. & iureiurand. disponens ne quis ludere possit, ad ludos etiam ibi permissos vltra solidum, debere intelligi de solido secundum rationem prędictam, & hanc opinionem adducend. Ias. & Socin. in locis præallegatis. videtur etiam sequi Cagnolus in l. secunda, quæstione 73. numer. 21. C. de pact. int. empt. & vendit. solus Alciat. in dicta l. hęc enunciatio, ff. de verborum significatione, & in dicta l. finali, C.
48 de in ius vocando, contrarium † tenuit, ea ratione, quod aurei nostri ex generali omnium populorum consuetudine censentur loco illorum solidorum, vel aureorum maioris põderis subrogati, cuius Alciati sentẽtia ex diametro pugnat cum ea quam ipse posuit in dicto capitulo nono, vbi voluit, etiam in casu l. eadem, ff. ad l. Iuliã repetund. quæ est pœnalis, habendam esse rationem valoris aureorum currentium tempore latæ ipsius legis, & idem in casu l. nonnulli, ff. de accus. & generaliter in omnibus alijs casibus, cum tamen ea ratio subrogationis ita in eis casibus militaret, ut in casu donationis, licèt in pœnalibus amplius cogitandum esset, per ea quæ scribit Brun. dicta 12. Conclusione. Nõ tamen omittere volui ad propositum no-
49 strum pulcherrimum Iudicium, † cuiusdam ignari Iudicis Potestatis Montis Policiani, relatum per Rofred. in suo tractatu de libel. tertia parte, in Rubrica, si quis ius dic. non ob temper. numero tertio, & per Ioan. Andr. in addit Specul. in §. porro, in fine, de instrum. edit. & Canar. dicta quęstione vltima, & Boer. dicta decisione 327. numero secundo, qui nesciẽs ualorem solidorum legalium, de quo supra, sed arbitratus quod essent solidi parui valoris quatrinorum sex, per dictã l. penultimam, C. de donat. reuocauit donationem factam & non insinuatam tanquam nullam, quæ excedebat libras vigintiquinque Bononenorum, & sic solidos, seu Bononenos quingentos.

Et in auro.

SVMMARIA.

1 *Scuti simpliciter, & scuti auri, & scuti auri in auro, differunt, & quomodo.*

2 *Scuti si de scutis auri in auro sit conuentum solutio debet fieri de ipsis scutis etiam si auctus sit illorum valor.*

3 *Contrahentes aliquando sunt discordes maximè circa precium & tamen videntur concordes, vt in casu de quo consuluit Corneus.*

GLOSSA VIII.

1 Refert, an partes conueniant, & cõcordent, vt pro precio rei tot scuti soluantur, an † tot scuti auri, vel auri in auro, primo casu olim apud mercatores Ferrarię erat consuetudo, & fortè etiam nunc alibi seruatur, quod scutus, de quo simpliciter fit mentio, capiat libras tres monetę. Secundò casu intelligitur de scutis auri, sed potest solui valor, iuxta communem cursum, ut dictat statutum statim allegandum, de quo latius infrà suo loco dicetur. Tertiò casu, casus est decisus tam de iure municipali Ciuitatis Ferrariæ, quàm de iure
2 communi, quod solutio † debet fieri in tot scutis auri in auro, etiam quod ualor eorum augeatur, de iure municipali, hoc cauetur ex statuto præallegato sub Rubrica Modus faciendi solutiones, circa medium, quod de iure communi idem sit firmat Curt. in l. cum quid, ff. si cert. pet. aliàs est contractus monetarum 10. quæst. & idem tradit Brun. d. tract. col. 7. in fi. vers. aliquando verò quis promittit Ducatos, uel Scuta auri, & in auro; sequitur Cagnol. in l. lecta, nu. 75. ff. si cert. pet. Et propterea benè debent aduertere contrahentes, quomodo conueniant in precio respectu monetarum, & melius notarij, qui eorum
3 contractus scribunt: nam quandoque † partes discordant in precio, & tamen nonnulli ex astantibus credunt esse concordes, ut accidit in casu notab. in quo consultus respondit Corn. in cons. 123. vol. 4. vbi uenditor dixit, quod uolebat 400. Florenos pro precio sui collarij, qui quidem Florenus ualebat tunc Bologninos quadraginta, & emptor dixit se uelle dare quadringentos Florenos in rationem Bologninorum decem pro quolibet Floreno, uenditor respondit tu intellexisti, tamen fuit data arrha per uenditorem, fuit consultum, & iudicatum contra emptorem, quod non censeretur uenditor de tali precio intellexisse, tanto magis, cum non erat correspondens uerò ualori dicti collarij, ut ibi per eum.

In rationem solidorum septuagintatrium Marohettorum pro quolibet scuto.

SVMMARIA.

1 *Solidus in instrumentis accipitur pro paruo solido monetæ usualis non pro aureo.*

Et ita accipitur solidus in iure canonico.

1 *Solidus in statutis, & in hominis dispositione intelligitur de minutis.*

3 *Solidus ex quot denarÿs constet.*

4 Mar.

4 *Marchesanus quæ moneta sit, et unde sic dictus.*
5 *In monetis communis loquendi vsus attendi debet.*
6 *Monetæ valore mutato, an & quando ex contractus dispositione prior valor videatur attendẽdus hic latè disputatur & numm. seqq.*
Ludouicus Catus laudatur vers. ego tamen.
Ioannes Cæphalus laudatur ibidem.
7 *Aureus potest taxari certa æstimatione iuxta partium conuentionem.*
8 *Solutio est facienda secundum æstimationem, & valorem monetæ currentem tempore contractus.*
Nisi aliud sit conuentum.
9 *Aurei ualore taxato non tenetur quis soluere aureos, sed tantum valorem taxatum quod vide hic pluribus exemplis explicatum, & vide nu. 13. & nu. 21.*
10 *Moneta mutata tali pacto, mutuo tibi centum libras in florenis, quomodo sit facienda restitutio an centum librarum, an verò tot florenorum, & ita ad quem damnum pertineat, uel utilitas quæ monetæ accessit.*
11 *Quid autem si depositum fuit huiusmodi verbis celebratum?*
12 *Bartolus à contrarietate defensus.*
13 *Boerij decisio 327. reiecta & nu. 16. & 18.*
14 *Monetæ taxatio quid operetur in contractu siue dispositione hominis.*
15 *Barbatij consil. declaratum & nu. 18.*
16 *Guidonis Papæ decisio 492. declaratur.*
17 *Consuetudo particularis restringitur ad locum in quo viget.*
18 *Baldi consil. declaratum.*
Aestimatio monetæ an & quando faciat emptionem.
19 *L. si inter virum. C. de iure dotium declaratur.*
20 *Crauetæ consilium declaratur.*
21 *Precium debet esse congruum, & proportionatum rei venditæ, & ratio.*
Venditio rei magni valoris si vno nummo fieret non valeret.
Locatio, quæ vno nummo fit non valet.
22 *Venditio imaginaria numquid, & quando admittatur his temporibus.*
23 *Contractus imaginarius, fictus, simulatus, & factus in fraudem quinam dicantur, & quomodo inter se distent huiusmodi contractus.*
24 *Venditio rei magni valoris pro modico precio rescindi potest per l. 2. C. de rescind. vend.*
25 *Venditio habens donationem admixtam an & qualiter valeat.*
Venditio an donatio sit dicenda quando cum uẽditione est admixta donatio.
26 *Procurator constitutus ad vendendum precio limitatio si minore precio vendit non transfert dominium.*
27 *Vendita res vindicari potest per dominum si procurator vendidit minori precio quam in mãdato limitatũ fuisset, nisi præstetur sibi id quod expresso precio deest.*
28 *Emptor qui minori precio emit à procuratore quam haberet in mandatis, vsucapere potest.*
29 *Procurator vendere potest maiori precio quam in mandatis haberet.*
30 *Procurator potest emere minori precio quam sibi esset præscriptum.*
31 *Procurator ad vendendum constitutus sine precij præscriptione potest vendere ad libitum dũmodo iusto precio vendat non pro minore.*
32 *Procurator datus ad emendum si non sit expressum precium & emat, valet emptio pro precio conuento.*
33 *Procurator qui emit maiori precio quam sibi in mandatis præscriptum esset non habet actionem mandati ad repetendum à domino etiam si res valeret precium, quo per procuratorem fuit empta.*
34 *Procurator ad vendendum si non tradidit rem; illam potest retinere nisi toto precio sibi refuso si velit.*
35 *Procurator si emit maiori precio & res est tradita, et id sciuit dominus, censetur ratum habere contractum, & tenetur totum precium reddere.*
36 *Procurator si non potest habere rem pro precio sibi limitato pro se emere potest, quo casu tradere non tenetur.*
37 *Procurator si est constitutus ad vendendum pacto, quod si plus vendiderit, illud plus sit ipsius mãdatarij, si vendidit plus, tunc demum efficitur dominus illius pluris, si etiam periculum rei venditæ pro rata subeat.*

GLOSSA IX.

Solidi hic nõ accipiuntur prout in iure accipi solent pro aureis, sed
1 prout accipiebat † fatuus ille Potestas, de quo supra mentionẽ fecimus nempè pro moneta minuta valẽte decem denarios, prout de eis solidis paruis meminit Vbert. de Bob. in l. sancimus, C. de donat. & Ioan. Andr. in dicta addit. ad Specul. in d. §. porrò, & propterea animaduertẽdum est, ne fiat ęquiuocatio, Solidum aliter atque aliter accipi solere; cum enim de eo mentio fit in iure Pontificio, non semper de illo solido aureo de quo in iure ciuili est intelligendum, sed de solidis vsualis monetæ, vt dicit text. in c. 2. de maledic. & ibi glos. dicit, de tali vsuali moneta semper l. loqui interprætandum esse. Sic etiam in c. conquerente, præallegato, non bene conueniunt Doct. an solidi ibi accipiantur pro aureis, quod Archid. negauit, in c. placuit, 10. quæst. 3. licèt glos. ibi; aliter senserit. & idem Ioan. Andr. in cap. fin. de iud.

de iud. Abb. & Felin. in d. c. conquerente, & per Henri. Bote. d. tractatu, de Synod. Episc. nu. 8. & nu. 90. sed in cap. 1. & fin. de Iudæis, de solido aureo videntur Doct. intelligere; sed in cõtractibus minor est difficultas, cum de solidis currentibus tempore cõtractus sit dispositio intelligenda, secundum Castr. in d. l. fin. in fine princ. C. com. de leg. vbi idem dicit si de eis fiat mentio in statuto; & quod
2 statutum † vel dispositio hominis loquens de solidis debeat intelligi de solidis minutis, tradit etiam Ioan. de Anan. in d. c. fin. de Iudæ. & sequitur Felin. d. c. conquerente, ante finẽ, & idem quod de consuetudine de eis sit intelligendum tenet Bart. in d. l. quotiescumque, & sequitur Brun. d. tractatu & conclusione, col. 11. in princ. & Boer. d. decisione 327. nu.
3 2. in fine, vbi dicit, quod etiam in Francia † solidus accipitur pro 12. denarijs Turonensibus prout etiam continere 12. denarios Valẽtiæ refert Gom. d. quæst. 9. nu. 32. licèt denarij illi sint maioris valoris, quàm nostri, cum valeat solidus suus dimidium Regalis, quod quidem Regale valet Iulium quorum 12. scutum ex nostratibus conficiunt, nõ autem valet quatrenos sex, seu denarios duodecim, quæ est minima moneta, qui important solidum, seu Bononenũ, vel vt alij malunt Bolo-
4 gninum, seu Marchesanum, † qui quidẽ marchesani amplius non sunt in vsu, sed fortè erant tempore quo Marchiones Ferrarienses florebant, à quibus dictam monetam nomen accepisse credimus, sicut à Ciuitate Bononię Bononenos dictos fuisse verisimilẽ est, & in
5 his omnibus † monetis pro eorum interpretatione debet attendi communis vsus loquẽdi, ex quo declaratur de quibus senserint disponentes, l. librorum, §. quod tamẽ Cassius, ff. de lega. 2. & ad propositum tradit Castr. in d. l. fin. Tiraquel. d. tractatu, §. 1. glo. 20. nu. 2. & latius in §. 2. glos. 1. num. 5. & de modo ipsum probandi in istis terminis tradit Lanfrã. in c. quoniam contra, de probat. in verb. Testium depositiones, col. antepen. num. 187. sequitur Curt. in Rubrica, seu tractatu de consuet. 7. quæst. nu. 633.

Sed maior oritur difficultas, numquid propter huiusmodi Clausulam, valorem scutorũ
6 † taxantem, teneatur emptor ad valorem tantum taxatum aureorum, vel scutorum, vel ad scutos ipsos aureos persoluendos? effectus enim magnus est propter augmentum, uel diminutionem ualoris scutorum, quod quãdoque multum importare potest, maximè, quãdo solutio in longum tempus dilata est, ut cõtingit in restitutione dotium, quæ fiũt solutis matrimonijs quamdiu durauerunt. Istam quæst. longo sermone tractauit Boer. d. decisione 327. loquens in dote solui promissa in scutis mille quingentis boni auri & recti põderis, vno quolibet scuto auri computato in ualore uigintiseptem solidorum, & sex den. monetæ currentis, et concludit per plura fundamenta & auctoritates Doctorum hãc partem tenẽtium, scutos auri fuisse in obligatione soluendi, & solui debuisse per debitorem non autem eius ualorem, & ità fuisse decisũ pluries in Consilio Parisien, siut ibi per eum. & uide Alciatum distinguentem, quæst. 34. lib. 8. Et pro ista parte in simili quæstione cõsuluit D. Aymo Crauet. cons. 47. Emptorem teneri soluere scutos sex mille auri in auro, pro retroemptione rei cum pacto de retrouẽdendo uenditæ, pro precio librarum duodecim millium, in sex millibus scutis auri, & expressionem librarũ eo casu nihil officere, pluribus rationibus, de quibus ibi per eum. Et cũ q̃stio hęc in facto accideret inter Illustr. Dominam Marchionissam Massæ agentem ex una, & Illustr. Dominũ Comitem Alfonsũ Calcagninum reum conuentum ex altera, de anno 1548. uel circa, & causa ageretur coram Magnificis Dominis Consiliarijs Ducalibus Iustitię Ciuitatis Ferrarię, tandem per prędictum Dominum Aymonem & Dominum Cæsarem de Nobilibus, Consiliarios, absente olim Domino Nicolao Orsutio, tertio eorum collega, pro ista parte fuit sentẽtiatum ad fauorẽ dictę Illust. Dominę Marchionissę, prædictum Illustr. Dominũ Comitem teneri soluere Florenos aureos largos Venetos, seu eorum ualorem, prout currebãt tempore sententię ipsius, non obstante quod in instrumento esset dictum prout hic in rationem solidorum sexaginta duorum pro quolibet Floreno.

Ego tamen in hac quęstione qualisqualis sim, contrarię sum sententię, prout etiam erã tunc temporis ad fauorẽ prædicti Illustr. Comitis, pro quo scripseram, & quam sententiã etiam tenuerunt olim insignis Dominus Ludouicus Catus inter Ureconsultos Ferrariẽses tunc temporis nulli secundus, & Excellẽtissimus Dominus Ioannes Cęphalus maximę auctoritatis, & legalis scientiæ vir, qui latè hanc partem tutati fuerunt, quod immò stante taxatione per partes, ut supra facta, nõ teneatur debitor ad soluẽdum scutos auri in auro, sed solum ualorem taxatum per partes in contractu. Quam partem & ueriorem, & communiorem esse censeo; Et pro fundamẽ
7 to præsuppono, quod partes † conuenire possũt, ut certa æstimatione taxetur ualor aurei, uel alterius monetæ, & monetam ipsam soluere, iuxta dictam taxationem, ut probatur in l. sed addes, §. si dominus, & ibi Bar. Fulg. & Paul.

& Paul.ff.loca.tradit Imola, in Clem.fin.colum.pen.de dotib.tradit Aret.in consil.112. Consideratis diligenter,2.col.& latè Calcā. cons.14.in pluribus col. dicti cōsilij, & apud omnes Scribētes hoc est indubitatum. Hinc dicit Andr.de Isernia,in tit.quę sint Regalia, in verbo,Monetæ,col.3.nu.5.quod licèt so-
8 lutio † per debitorem sit facienda secundum æstimationem & valorem monetæ currentē tempore contractus,c.olim,& c.cum Canonicis, de censib.de quo ipse suprà col.præcedenti abundè dixerat;illud tamen procedit, nisi aliud conuenisset, expressim subiungens (de quo curent negociatores si dubitent de augmento,vel diminutione valoris, arg.l.2. C.de furt.)Quod modò per clausulam prędictam censeantur partes limitasse, & taxasse valorem aureorum,ità quod debitor non te-
9 neatur†ad soluendum aureos,sed tantum ad valorem taxatum, in indiuiduo decidit Bal. cons.213.Punctus quæstionis talis est, 5.volumine quod secundum aliam impressionem est 339. 2.vol.vbi ex facto consultus respondit,dotem habitam per maritum in Florenis ducentis boni auri, & iusti ponderis,restituēdam esse in Florenis, cum Floreni essent in obligatione,etiam quod æstimatio vel valor ipsorum creuerit & auctus fuerit,d.Clem.vltima de decim.postea eius decisionem limitādo subiungit(prædicta tamen vera nisi tēpore contractus Florenus fuisset datus ad rationem librarum pro quolibet Floreno,quia illa æstimatio debet reddi & non maior, sicut in qualibet re data in dotem æstimata vera ęstimatione,ff.sol.matr.l.æstimatis, & ità cauti homines futura aspicientes facere consueuerunt, & ideò attēdi debet diligenter tenor obligationis)quod consilium Bal.referunt et sequuntur quamplures Doctor.in diuersis locis, sed in terminis proprijs illud retulit & secutus est Socin. in cons.298.2.volu.in casu cuius maritus cōfessus fuerat recepisse in dotem Florenos centum quinquaginta ad computum librarum trium pro singulo Floreno, & dicit ibi Socin. adducendo dictum consilium Bal.quod illa verba significant, quod illa æstimatio reddi debet,& non maior, sicut in qualibet re data in dotem æstimata uera ęstimatione. Hanc etiam partem sensit Corn. in con.181.dub.3.uol.2.in casu cuius fuerint promissi centū sexaginta Floreni ad rationē 32.solidorum pro Floreno,ut ibi per eum,antepen.colum.littera.F.& consuluit Corn.teneri promissorem ad solutionem monetæ taxatæ,iuxtà conuentionem currentis tempore solutionis, sed & latius hanc opinionem amplectitur Brun.d.tractatu col.36.8.fallēt. & col.38.3.quæst.ipsius fallen. ubi eā quæst. in terminis nostris ponit & decidit;Consilīū autem Baldi prædictum, refert & sequitur Anch.in d.Clement.fin.vbi dicit fuisse decisionem Bart.in l.Paulus, ff.de solut.& Io.de Anan.in d.c.2.col.pen.post prin.de maledic. & Curt.in tract.moneta. quęst.3. & Aret.licèt ad aliud propositum, in præallegato cōs. 11.& cons.84. Diligenter ponderatis, & d. consil.112. & Brun. in d.8.limitatione hanc Conclusionem tenentem etiam refert & uidetur sequi Cagnol. in l.2. C.de pact.inter empt.& uendit.quęst.73.num.216.Pro decisione huius quæst. optimè facit decisio alterius,huic similis,quę non solum cum hac nostra fraternizat, sed uidetur in effectu eadem cum illa, & in qua fundatur decisio Baldi & cęterorum supra allegatorum hanc partem, tenentium,quam posuit Bart.à cæteris communi calculo receptus, in d.l.Paulus,ad finē ff.de solut.quærit enim,quid si in instrumento sit dictum,aliquem mutuasse uel in dotem dedisse centum libras in Florenis,quomodo sit facienda restitutio, an secundum æstima-
10 tionem tempore†contractus currentem, an secundum tempus solutionis? & soluit quæstionem, quod illa uerba (centum libras in Florenis)important,ac si esset dictum Florenos datos fuisse in solutum pro cētum libris, ut l.si quis stipulatus fuerit decem in melle, ff.eod.titu.de solut.& ideò non possunt peti nisi centum libræ,sicut si aliqua res esset data in dotem pro æstimata, l.cum dotem, C.de iure dot.& d.l.æstimatis, ff.sol.matr.& damnum & lucrum Florenis cōtingens, pertinet ad eū qui recipit,ideò illa uerba,scilicet(Florenis)non operantur aliquid.Et idem decidit
11 †in deposito sub eis uerbis facto, cum Floreni censeantur uenditi pro illis libris centum, et precium apud depositarium depositatum, ut ibi per eum.Limitat tamen prædicta idem Bart.ibi,nisi sit facta promissio de restituēdis Florenis in eadem æstimatione, quia tunc in eadem æstimatione & valore currente tēpore contractus, erit facienda restitutio, l.pen. §.mancipia, ff.sol. matr.quod si ista promissio de eadē æstimationē omissa fuerit, attendi debet tempus solutionis, ut in solutione quæst.per eum supra facta, quam Bartoli decisionem sequitur ibi Imola, eam declarans, & Pet.de Anchar.in Clem.fi.de decim. Bal. in cap.quanto, nu.8.& Abbas ibi, nu.5.col. fin.de iureiur. Practi. Papiens.in forma libel. in actione hypot.in glos.relaxandum, nu.3. Aret.d.cons.84.dubitatione 2. & hanc dicit communem Curt.senior,in d.l.cum quid,ff. si cert.pet. aliàs est tractatus monetarū. quæstio.11.& Curt.iunior cons.24.nu.6. & eam etiam communem dicit Brun. d.octaua fallētia 3.

12 tia 3.quæst. Et licèt Bart. in†d.l. si quis stipu-
latus fuerit decem in melle, col.2.num.3. vi-
deatur infere ex dictis ibi per eum, quod eo
casu Floreni nedum sint tantum in solutio-
ne, sed etiam in obligatione, cum sit promis-
sum solu. libras centum in Florenis, ex quo
Florenus habet communem æstimationem,
de qua contingit quandoque lucrari, tamen
non propterea concludit Bar. quod etsi esset
in obligatione soluendi, deberet omninò sol
ui, secundum æstimationem, & valorem cur-
rentem tempore solutionis, quia ex diame-
tro sua decisio pugnaret cum ea, quã posuit
in d.l. Paulus, & ita ipsum videtur intellige-
re. Mar. de Laude, in tractatu suo Monet. co-
lum. pen. vbi propter opinionem hanc Bart.
dubitat de decisione posita in d.l. Paulus, &
ita etiam ipsum à contrarietate videtur salua
re Curt. d. tractatu 11. quæst. in fine, licèt di-
cat esse durum, et vix videri quod possit salua
ri. Hoc etiam voluit Brun. ità intelligens di-
cta Bartoli in dicta 8. fallent. in 1. quæst. sed
quod Floreni non sint in obligatione, sed tã-
tum in facultate soluendi, tenet Ang. in d.l. si
quis stipulatus fuerit decem in melle, et in eã
partem videtur inclinare Castr. ibi, dũ vult, li
cere debitori soluere alterutrum usque ad li-
tem contestatam, quam sententiam tenuit,
etiam Are. in d. cons. 11. col.2. & est commu
nior & verior secundum Brun. in d. 1. quæst.
Ex quibus clarè constat, hanc conclusionem
& veriorem & communiorem esse, facta di-
cta taxatione & æstimatione aureorum, debi
torem non teneri ad solutionem aureorũ, uel
valoris ipsorum aucti, & currẽtis tpe solutio
nis, non obstãtibus dictis decisionibus aliter
factis, quæ tantò clarius procedere cõstabit,
si ea quæ pro diuersa parte adducta sunt ostẽ
derimus in casu nostro non obstare. Verùm
13 quia Boer.†in d. decisione iuxta morem suũ
fimbrias dilatauit, ut etiam plura impertinẽ-
tia & ad decisionẽ huius quæstionis minimè
facientia adduxerit, solum discutiam ea fun-
damenta quæ rem ipsam tangere videntur,
primo enim mouetur Boer. quod ex quo in
casu suo fuerat dictum contrahentẽ promis-
se scutos mille quingentos auri, tunc curren-
tes, boni auri & recti ponderis, Cunei & ligę
Regis Franciæ cum tribus floribus lilij, licèt
postea fuerit addita taxatio, & ęstimatio per
uerba sequẽtia, videlicet cum (uno quolibet
scuto auri cõputato & existente in valore vi-
gintiseptem solidorum, & sex denariorũ mo
netę currentis) tñ ex quo conuentio facta fue
rat de soluendis scutis qualificatis vt supra, q̃
conuentio seruari dẽt, l. semper in stipulatio-
nibus, vbi Dec. de reg. iu. ne illa verba sint su
perflua, & sine effectu operãdi, l. si qñ, de leg.
1. ca. si Papa, de priuil. in 6. ęstimatio & taxa-
tio addita, non est attendẽda, quę potius fuit
addita causa demonstrationis, quam taxatio-
nis facta, ad differẽtiam fortè paruorum scu-
torum, prout in simili secundum eum tenet
Signor. in cons. 74. col.2. vers. 8. cum alijs ibi
adductis per eum, nu.3. col.5. Sed licet in ca-
su nostro non fuerint addita tot verba, ex qui
bus partes videantur intellexisse, quod scuti
aurei soluerentur, & non eorũ valor taxatus,
tamen etiam hoc fundamentum non subsiste
re in casu Boerij apparet ex decisione Bar. in
d.l. Paulus, in quo de Florenis fuit facta men
tio, & tamen quia fuit eorum valor taxatus,
illa verba (in Florenis) nihil operantur, vt ibi
dicit Bart. cum censeatur venditus *Florenus*
iuxta æstimationem factam. quod tenẽt om-
nes ipsum sequẽtes: & si verum est, quod mo
neta aurea censeatur vendita pro æstimatio-
ne monetę minutę, nihil facit quod pluribus
verbis sit expressa qualitas dictę monetę; Sic
etiam in casu Baldi in d. cons. constabat fuis-
se datos in dotem ducẽtos Florenos boni au
ri, & iusti ponderis, & sic qualificatos, tamen
decidit Bal. quod si sit limitatus eorum ualor
non Floreni, sed ualor ipsorum taxatus sit re
stituendus, aliàs verba dictæ taxationis & æ-
stimationis essẽt superflua, & sine effectu ope
randi, quod esse non debet per argm. Boer.
quod contra ipsum retorquetur. Quod mo-
14 do uerba† taxationis possint operari demon
strationem, de quibus scutis censeantur par-
tes intellexisse, licèt Signor. in loco allegato
nihil ad propositum huiusmodi dicere uidea
tur, esset uidendum, numquid esset huiusmo
di demonstratio necessaria necne, puta si cõ-
staret, quod currebant seu extabant in loco
contractus plures species aureorum differen
tium ualore & cõuenientium nomine, prout
de Florenis loquitur Bartol. in d.l. Paulus, in
princ. uel ut loquitur ipse Boer. in scutis, quo
rum aliqui sunt parui, aliqui magni ualoris,
& tunc decisio Boer. procedere posset: quia
non censerentur partes uoluisse addere taxa-
tionem, & ualorem, ut censerentur aurei uen
diti, uel in solutum dati, ut dicunt Bart. & se-
quaces, sed ut demonstrarent, de quibus au-
reis intellexissent, scilicèt de illis, quę tũc cur
rebant & expendebantur pro dicto expreſso
ualore, nam æstimatio ad alium effectum fa-
15 cta non operatur uenditionem, & in hoc† ca
su procedit consilium Barb. inferius allega-
tum per Boer. 19. in quarto uolumine, vbi re-
spondit ex facto non censeri taxatum Flore-
num ad libras, licèt in capitulis Hæbreorum
dictum fuerit quod possent mutuare in ratio
nem denariorum quattuor pro libra, cum il-
lud dictum fuerit non ut Floreni æstimaren-
tur

tur per libras, sed ut sciretur quid, & quãtum pro usura esset soluendum, & idem declarat Aret. qui etiam in eadem causa consuluit in d. consil. 74. in primo dub. secùs verò si non cõstaret de pluraritate monetarum eiusdem nominis, quia non posset dici, quod ea ratione fuerint moti contrahentes ad exprimendum ualorẽ, & valor expressus remaneret sine effectu operandi, vnde standum esset decisioni Bart. Bal. & sequatium communiter receptæ, ut suprà.

16 Secundò † mouetur Boer. ibi, nu. 4. ex decisione Guid. Pap. 492. Vtrum appellatione vbi ponit q. de eo, qui constituit dotem filiæ suæ mille Florenos auri, monetæ currentis in Delphinatu, & decidit, dicta uerba esse intelligenda, quod mille Floreni in moneta aurea currenti in Delphinatu constituti, debẽt solui ad auri rationem, aliter uerbum auri, nihil operaretur, contra d. l. si quando; Et ideò considerato quod nulli Floreni auri cuduntur in Delphinatu, nec cudi consueuerunt, solui debent dicti Floreni auri in Sicutis auri currentibus, & ibi adducit etiam consuetudinem illius patriæ, subiungens pluries ita uidisse determinari: quòd aut debeantur scuti aurei, aut eorum ualor, addit etiam Boerius consuetudinem esse, quod in retroemptionibus precium reddatur in precijs auri, uel argenti, prout solutum fuit. sed dicta decisio Guid. Pap. nihil facit ad quæst. nostram, cum in casu suo non posset dici taxatum fuisse ualorem aureorum, & per consequens venditos fuisse aureos pro æstimatione addita, qđ est potissimum fundamentum tenentium hanc partem; sed solum dubium erat, ex quo de Florenis auri monetę currentis erat facta conuentio, & nulli in illa patria extabant Floreni, de quibus monetis esset intelligendum, & de scutis fuisse determinatum affirmant; tametsi ipse magis in consuetudine, quàm in iure scripto fundamentum facere uideatur, consuetudo etiam retroemptionis nihil facit, quia vltra quod non est uniuersalis,

17 & restringenda † esset ad locum in quo uigeret, iuxta not. in l. de quibus, ff. de legib. in Rubrica, de consuet. & in alijs locis, tamen ea etiam non procedit in casibus, in quibus est facta taxatio aureorum, ut in quæst. ipsa suo loco dicetur.

Tertiò, Boer. in d. decisione nu. 10. adducit dictum consilium Baldi suæ sententiæ re-

18 pugnantis, & sequaces ipsius, † & allegat etiam Barb. dicto consil. quasi in eam partem cum Baldo inclinare censeatur, cuius tamen contrarium verius est, cum teneat in eo casu, in quo consuluit æstimationem alia ex causa factam non fecisse emptionem, ut suprà, & volens illud euitare distinguit, quod, aut constat æstimationem additam fuisse ad finem emptionis, & hoc casu emptio facta censetur, l. plerumque §. si ante, cum sequent. ff. de iure dot. & dicta l. si æstimatis, & l. quoties, C. de iure dot. & hoc casu procedat limitatio Bartol. Baldi, & sequacium, aut fit æstimatio non ad illum finem emptionis, sed ut sciatur an crescat, uel decrescat ualor rei, dicta l. plerumque, & glos. in l. ex conuentione, uerbo ęstimatis, C. de pact. & tunc non censetur facta venditio, & hoc casu procedat sua sententia, de qua in dicta decisione. Præterea, in casu dubio æstimatio non censetur facere emptionem, ut per eum ibi, nume. 11. & contra dictam limitationem Baldi adducit text. qui secundum eum formaliter decidit quæstionem istam, in l. si inter uirum, & uxorem, C. de iure dot. vbi conuentum erat, quod si matrimonium intra quinquenij tempora quoquomodo dissolueretur, species æstimatæ dotis datæ precijs quibus ęstimatæ sunt, redderentur, & tamen decidit ibi Imperator, res ipsas debere restitui, & nõ precia earum, cum in placito specierum reddendarum idcirco preciorum nomen uideatur annexum, ne si species aliqua diminuta fuisset, aut perdita, alio precio quàm quo taxata fuerat, posceretur. Sed profectò, hoc fundamentum minus alijs constat: namque, aut sumus in casu in quo apparet partes uoluisse fieri emptionem propter æstimationem, & hoc casu non loquuntur Bart. Bald. & alij, quia sumus in claris, in quibus non est opus coniecturis, l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. oblig. Aut sumus in casu contrario, in quo similiter constat de voluntate partium, quod non intendunt apponere æstimationem, ut fiat emptio, sed ex alia causa etiam ex coniecturis, ut in casu Aret. & Barb. & in casu dictę l. si inter, & dicta l. penult. §. mancipia, ff. soluto matr. & hoc casu etiam non loquuntur Bartol. Bald. & alij. Aut sumus in casu dubio, & tunc communis est opinio, quod æstimatio faciat emptionem, l. quoties, & l. cum dotem, C. de iure dot. & not. in dicta l. si inter, tradunt communiter Doctores, in dicta l. ex conuentione, & tradit Tiraquel. in dicto tractatu de retractu, §. primo gloss. 14. numerò 20. quod etiam fatetur Boer. loco præallegato: Nec hoc ca-

19 su habet locum dispositio dictæ † l. si inter, quia loquitur prout loquitur dictus §. mancipia, scilicet, in casu claro, quando est dictum, quod res debeat reddi in eadem æstimatione, nam tunc verum est, quod debent solui aurei siue sint maioris, siue minoris valoris, quàm essent tempore contractus, ut Bar-

ut Bartol. distinguendo conclusit, in dicta
l. Paulus, ad finem, & in d. §. mancipia, vbi e-
tiam Paul. de Castro, licèt Alex. ibi autuma-
uerit Bart. esse contrarium his quæ dixit in
d. l. Paulus, cum tamen utroque loco idem di
xerint; & idem tenet Brunus, hanc opinionẽ
dicens communem, in d. 8. fallent. 2. q. vbi re
probat Imolã, qui aliter videtur tenuisse, in
d. §. mancipia, quem videtur sequutus Cam-
peg. quem etiam pro se allegat Boer. licèt nõ
dicat contrarium eius quod tot alij dixerint,
in tractatu dot. 2. parte, q. 89. Præterea, text.
in d. l. si inter, nullo modo facit ad hunc ca-
sum, cum maritus teneatur restituere res in
eadem æstimatione si deterioratæ fuerint, &
si fuerint auctæ, nihil lucratur: quod non est
in casu aureorum, quia (modo eorum intrin-
seca bonitas mutata nõ sit) siue eorum ualor
auctus fuerit, siue diminutus, totum cedit ad
lucrum, vel damnum creditoris; & ita etiam
tradit Bart. in d. §. mancipia, ostendens discri
men inter hos casus, ut ibi per eum; et omnes
sentiunt in hac materia, quod commodum,
& incommodum augmenti, & diminutio-
nis ad alterum ipsorum pertinens, non au-
tem quod omni casu alter possit lucrari, sed
non amittere; quod autem tradit Barb. in d.
cons. col. 5. vers. et ideò uidemus, quem refert
Boer. d. decisione, nu. 10. col. 2. vbi dicit, quod
quotidie in instrumentis dicitur, quod quis
mutuauit centum Ducatos ad ęstimationem
32. solidorum pro Ducato, & tamen talis ęsti
matio non fit, ut moneta grossa transeat in
minutam, sed ut sciatur quantum ualeat Dù-
catus, & sic talis æstimatio non facit emptio
nem, secundum prædicta intelligendum est,
scilicèt, quando essemus in casu, in quo plu-
res species Ducatorum diuersi ualoris in lo-
co contractus extarent, quo casu posset dici,
quod magis ad ostendendum qualitatem du
cati, & de quo partes intellexerint fuerit ex-
pressus valor: quam aliter, aliàs malè diceret,
per prædicta. Et per hæc in ea sententia resi-
deo, ut non obstante dicta Boer. decisione, &
alijs suprà in contrarium adductis, teneatur
debitor soluere valorem scuti vel aurei in
contractu taxati, ut suprà. Nec refragatur
20 consilium Crauettæ † 47. suprà allegatum:
quia ipse ibi non impugnat hanc senten-
tiam immò approbat opinion. Bartol. in d. l.
Paulus, verum quia in casu suo fuerat facta
promissio de restituendo precio librarum
12. millium, in similibus sex millibus scutis
auri Regis ad marcham seu signum Solis,
prout solutum fuerat, concludit habere lo-
cum decision. Bartol. in eo membro, ubi est
facta promissio de restituendis Florenis in
eadem æstimatione, ut ibi per eum.

Hanc tamen Conclusionem quod æstima
tio taxata, per partes sit attendenda, siue cre-
21 scat, siue decrescat ualor aureorum, † decla-
rant Doctor. procedere, ita temen, ut in mo-
netis currentibus tempore contractus sit fa-
cienda solutio, adeò quod si monetæ curren-
tes tempore contractus, uel propter earum
bonitatis intrinsecę diminutionem uel aliter
quomodocunque sint maioris ualoris, tem-
pore solutionis, tamen de eis erit facienda so
lutio in rationem ualoris, & æstimationis,
quo, seu qua, ualebant tempore taxationis, et
ita declarant Socin. d. cons. 298. Cor. d. cons.
181. col. antepen. & cons. 321. col. pen. littera
L. in 3. volu. & Cagnol. d. l. 2. nu. 216. Mart.
de Laude, d. col. pen. Brun. d. 3. q. dicẽs ita in-
telligendum esse consilium Baldi, & Crauet
ta, d. cons. 47. nu. 6. Debet tamen hoc casu cõ
stare de ualore antiquæ monetæ, & id debet
deduci, articulari, & probari, aliàs de mone-
ta currenti esset facienda solutio, ut tradit
Corn. d. cons. 181. car. vlt. col. 1. & sequitur
Brun. in d. vlt. conclusione col. 34. 4. Fallent.
2. col. ipsius fallent. de quo etiam aliqua dicẽ
tur inferius in alia q. Limitatur tamen hæc
declaratio non procedere, si taxatio sit facta
de solidis currentibus tempore solutionis, ut
latè prosequitur Brun. d. 8. limitatione q. 4.
Sed antequam hinc abeamus, admonen-
di sumus precium debere esse congruum, &
proportionatum rei uenditę, cum non uale-
ret uẽditio, si res magni ualoris uno nummo
uẽderetur sicut ẽt non valet locatio, quę uno
nummo fit, l. si quis ante, & ibi Bart. & alij, ff.
de acquir. pos. & l. si quis cõduxerit, ff. locati,
ubi glos. loquitur in uẽditione, & tradit Dec.
& communiter omnes scribentes, in l. imagi
naria, ff. de reg. Iur. & ante eos Fab. d. q. 5. 6.
col. vers. circa tertium, ubi plura adducit ad
propositum de cõgruitate precij: nam habet
instar donationis hæc venditio uno nummo
facta, tradit Budæ. in annotat. in titul. de in
diem addict. ad fin. vbi adducit prouerbium
addicere nummo, quod nostrates dicunt
fragmento panis vendere, licèt ll. quando-
22 que propter necessitatem admittant † talem
venditionem imaginariam, ut in l. si vsusfru-
ctus, ad finem, ff. de iure dot. prout etiam o-
lim fiebat in emancipationibus, ut in §. præ-
terea, & ibi glos. in uerbo per imaginarias.
Instit. quibus mod. ius patr. pot. tollit. & in
princip. tit. de testam. vbi glos. in uerbo libri
pende, & tradit Alciat. lib. 3. Pareg. iur. c. 4.
& c. 11. ubi apertius, & melius declarat quo-
23 modo contractus † dicatur imaginarius, fi-
ctus, simulatus, & factus in fraudem, & quo-
modo inter se distent huiusmodi contractus,
quàm faciant scribentes, in dicta l. imagi-
naria;

24 naria; Si tamen† pro modico precio uendere tur res magni ualoris, posset uenditor habere remedium l. 2. C. de rescind. vend. de quo
25 plura suo loco dicentur: sed si fieret aīo† donandi per uenditorem uenditio pro minori precio quàm vere res valeat, utiq; ualeret uēditio hanc donationem admistam habēs, nisi fiat inter prohibitos, l. si quis donationis, ff. de contrahen. empt. licèt non ualeret ut vēditio, si totum precium poneretur in vēditione animo donandi, & ut donaretur, l. cum in uenditione, ff. eo. tit. Et an magis contractus uenditionis, quàm donationis hoc casu uel, è contra sit dicendus, ponunt Dec. Ioan. Pirrhus, & moderniores, in d. l. imaginaria, concludentes attendendum fore, an maior pars sit donata, vel uendita, ubi alios allegant; ad quam materiam faciunt scripta per Tiraquel. in d. tractatu de retractu §. 1. glos. 18. num. 14. & sequent.

Cæterū, quia hic agimus in uenditione et facta per procuratorem nomine Dñi, sciendum est, multum interesse an in mandato sit expressum quo precio debeat uendere rē pro
26 curator,† an id minus, primo casu nō potest procurator pro minori precio uendere, & vēdendo, nō transfert dominium in emptorē,
27 quo fit, ut dominus† rem suā uendicare possit, nisi sibi id reliquū præstetur, quod expresso precio deest, & indemnis seruetur, l. diligēter, §. 1. & secundo, & ibi Doct. ff. mand. licèt
28 †causam usucapiendi prÿstet, ut per Ioan. de Platea, Ias. in add. ad Por. & Claud. in §. is qui exequitur, Instit. eod. tit. Si verò pro ma-
29 iori precio uendidit, cum† melior conditio domini facta sit, ualet uēditio, sicut cum pro
30 curator ad emendum † datus, emit rem pro minori precio, quàm ei esset præscriptum, d. l. diligentes, §. fin. & d. §. is qui exequitur, & facit, l. si quis pro eo, ff. eod. cum alijs latissimè traditis per Tiraquel. in tractat. prædicto §. 36. glos. 2. nu. 58. & seq. secundo casu ualet
31 uenditio, † modo sit facta iusto precio, & nō pro minori, quia aliàs præsumitur fraus, ut per Ioan. de Platea, in d. §. in fine, de quo ultimo dicemus infrà suo loco, ubi de materia l. 2. C. de rescind. uend. agemus. Contra uerò
32 in procuratore† dato ad emendum, si non sit expressum precium, ualet emptio pro precio conuento, l. 3. ff. mandati, si expressum, & e-
33 merit pro maiori, non habet actionem† mandati, ad repetendum à domino, d. l. 3. cum l. sequen. & d. §. is qui exequitur, & ibi omnes post glos. idem tradit glos. & Doct. in l. fin. C. de negot. gest. & Paul. de Castr. in cons. 157. Super differentia, 1. colum. in antiquis, quod procedit etiam si res uēdita ualeret precium quo per procuratorem empta fuerit, ut
34 in dictis locis. Si tamen† procurator rem nō tradiderit, & uelit retinere nisi toto precio soluto sibi refuso id sibi licebit, ut per Salic. in d. l. fin. Aret. in d. §. is qui exequitur, & Fran. Crem. Sing. 72. Si dedi tibi mandatum, si ue
35 rò tradidit, † & dominus sciuit rem emptam maiori precio, censetur ratum habere contractum, & tenetur totum precium reddere, quia non potest pro parte contractum approbare; Si uerò postea id ad sui notitiam peruenit, tenetur restituere precium, aut rem, ut tradunt Salic. & Alex. in d. l. fin. et sequitur
36 Aret. in d. §. addentes, quod † procurator emens rem pro maiori precio expresso, potest pro se emere, ex quo pro precio taxato rem habere non potest, et eo casu nō tenetur rem domino tradere, ut per eos ibi. Sed si sit factum pactum inter dominum, & mandata-
37 rium, quod id quod pluris† uendiderit ultrà precium expressum mandatarius, sit ipsius mandatarij, quod pactum valet l. si tibi rem uendendam, ff. de præscript. verb. & uendita fuerit res, puta pro decem, ultra precium prÿfixum per dominum, dubitatur, an illud plus sit procuratoris uendentis (qui tamen hoc casu non potest propriè dici procurator, cum hoc negocium sine mercede nō cureat, ut d. l. si tibi rem uendendam, ubi dicitur, quod non datur inter eos actio mandanti, sed præscript. uerb.) & glos. in §. actionum autem, in uerbo, pro ÿstimato, Instit. de action. uidetur innuere quod sic, sed Io. Fab. ibi, num. 27. & Ias. nu. 87. intelligunt, si etiam periculum rei ad talem procuratorem seu paciscentem pertineret, & aliter non, quia aliàs sentiret lucrum sine periculo damni: quod usuram sapere uidetur, ut tradit etiam Ias. in l. 1. col. pen. & fin. ff. de æstim. actio. intelligit tamen Ias. ibi, quod sit satisfaciendum aliter de sua mercede tali uendenti; est uerum, quod in dictis locis allegat Ioan. de Platea, idem tenentem, in d. §. actionum, qui illum §. in libro meo non legit, & hanc Ias. decisionem sequitur Mars. licèt dicat quod plura in contrarium adduci possent, in singu. 664. Audias quæso.

Libero, exempto, franco, & nitido.

S V M M A R I A.

1 *Liberum, dictio, quid importet.*
2 *Francum, dictio, quid importet.*
3 *Franchisia idem importat, quod immunitas.*
4 *Gabella solui debet per emptores si uenditio facta sit cum hoc quod venditori soluatur precium liberum, exemptum, francum, & nitidum.*

GLOSSA X.

DE dictionibus, (libero, & exempto) plura diximus suprà in Clausula immunitatis, in uerbo, liberam, & in uerbo, exemptum: quibus addendum est, quod verbum hoc (libro) idem importat quod sine diminutione, & ibi
1 Ioan. Andr. & Dom. † de regul. in 6. Alex. loquens de ambobus uerbis, liberis, & nitidis, in cons. 12. Viso themate, col. 1. & col. 4. 2. vol. & Ias. in l. 1. col. 1. C. de sacrosan. eccles. ubi pluribus alijs modis uerbum huiusmodi exponit, & liberum etiam dicitur, quod non potest inquietari, uel molestari, Alex. consil. 96. Consideratis, 1. col. 5. vol. de quo verbo. Vltrà Alber. in Dictionario suo in verbo (liberè,) tradit Ruin. in cons. 219. nu. 3. 1. vol. & nonnullas remissiones adducit Cagnol. in l. si quis maior, nu. 82. C. de transac. Verbum
2 verò francum † idem importat quod liberũ, ut nihil pro eo sit præstandum, ut tradit Oldr. loquens de feudo franco, in cons. 234. Factum tale est, sequitur Bal. in c. 1. ad finem, de Capitaneo, qui Curt. vend. & de liberto frãco tradit Bald. in l. 1. §. fin. C. de latin. liber.
3 tollen. et de franchisia † concessa, quod idem importet quod immunitas, tradit Bartol. in consilio 59. Commune Spoleti, & de feudo franco, quod idem quod liberum, importet, trad. Zas. in tractat. feud. 12. par. 13. Conclusione, num. 36. & parte 8. nu. 44. & latius Pet. Rebuff. in arbo. feudor. 14. diuisione, & de ista Clausula, Liberum, & francum, tradit Cagnol. aliàs allegatus in dicto uerbo libera, in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. quæst. 68. ad fin. nu. 227. Importabunt igitur
4 ista uerba, quod dictum † precium integrum debeatur, & sine aliqua diminutione uenditoribus, de quo gabellam soluere non teneantur, sed ad gabellam ipsam teneantur emptores, & ad hoc facit quod ad propositum tradit Ioan. de Amic. de huiusmodi verbis in cons. 151. quasi per totum, quod si uenditor promisit emptori ponere, & consignare quantitatem frumenti uenditam, francam, liberam, & exemptam ab omni, & quocumque dirictu, & quouis pagamento in barca, parua, tenetur ad gabellam extractionis pro dicto frumento uendito, ut ibi per eum, licèt aliud esset, si venditor promisisset rem uenditam assignare in portu puta Pisano suis periculo, & expensis, quia tunc non teneretur ad gabellam debitam pro contractu in loco factæ uenditionis, ut consultus ex facto respondit Alex. in consil. 51. Viso themate, tertio volumine.

A gabella.

S V M M A R I A.

1 Gabella quodnã vocabulũ sit, & quid importet.
Vectigal quid sit.
Vectigalia vulgo dicuntur telonia.
2 Telonia cur, & unde sic dicta.
3 Vectigalia diuersimodè nuncupari solent.
4 Vectigalia soluuntur non solum pro his, quæ uehuntur, sed etiam de his quæ uenduntur in ciuitate.
5 Publicani cur sic dicti, & quinam sint.
6 Publicani sunt dicti quasi canes publici.
7 Publicanorum ordo cur pessime audiret apud Iudæos, & an esset iniquus, & improbatus.
8 Publicanus aliquãdo dicitur qui publicè peccat.

GLOSSA XI.

GAbella non est uocabulum Latinũ vel legale, sed à cõi usu loquẽ
1 di inuentum, † quo iura municipalia, & sæpenumero Legistæ vtuntur, ut dicit Bertachi. in tractatu, de gabel. in prælud. 1. col. post princ. uectigal autẽ appellatur Latino uocabulo, & legali, ut in tit. de publi. & vectig. ff. & C. de uecti. & cõmis. & est id quod soluitur Ciuitati, uel principi, seu publico. pro rebus inuectis, uel euectis, quod compræhendit octauam partem, l. ex præstatione, C. de vectig. & cõmis. glos. in l. eum, qui vectigal, & ibi Alcia. ff. de uerb. sign. & in Rubrica, C. de uecti. & commis. dicuntur etiam vulgo telonia huiusmodi uectigalia ut dicit text. in c. 1. in tit. quæ sint regal.
2 à verbo † Græco Telonion quod mensam publicanorũ, ubi huiusmodi uectigalia exiguntur importat, uel à verbo Telon, quod vectigal significat, non ut Andr. Isern. existimauit in d. c. 1. in uerbo vectigalia, & Bertach. in loco preallegato à uerbo tollo, tollis, quia tollitur octaua pars, aliquando huiusmodi vectigal publicum dicitur, à quo Publicani dicti sunt, de quibus inferius dicemus, & ita accipitur in l. miles, §. 1. licèt glos. aliter ibi, & malè intellexerit illud uerbum (in publico) ff. ex quibus caus. maior. ut ibi declarat Bud. in annotat. & Aleiat. in d. l. eum qui uectigal, in
3 verbo publicanum, Huiusmodi etiam † uectigal quandoque Doct. & statuentes dacium appellãt, ut apud plerosque uidere licèt. Appellantur etiam quandoque pædagia, quandoque guidagia, quandoque portoria, ut in c. quibusdam, & ibi glos. de verbor. significatione, & in alijs locis adductis per Bertach. in dicta 1. col. & in l. 2. vbi de portorijs mentio habetur, C. de vectig. & commis. & licèt
4 vectigalia seu gabellæ † & dacia ꝓ his quę uehuntur solui debeant, tamẽ etiam soluuntur de his,

de his, quæ in Ciuitate venduntur licèt res ibi natæ sint propter identitatis rationem ut Salic. tradit in l. vectigalia, in princ. C. de uectig. & commis. & Bertach. loco prȩallegato
5 publicani † autem sunt qui huiusmodi uectigalia, & gabellas exigunt, ut qui uectigal à principe conductū habent, vel à libera Ciuitate, d. l. eum qui vectigal, vbi Alciat. & dicit text. in l. 1. §. 1. ff. de public. & vectig. qđ publicani sunt qui publico fruūtur (nā inde nomen habent) siue fisco uectigal pendant, siue ēt tributum consequantur, & omnes qui qd à fisco conducunt rectè appellantur publicani, tradit Bertach. in prȩlud. d. tract. ad finē in ultimo præmisso. Ex quibus merito cōprȩhēditur Practic. Papiens. q in forma super solutione pedagior. in glos. Marcus publicanus,
6 dicit, quod ideò † publicani eo noīe sunt appellati, quasi canes publici, cū eorū temeritas & audacia sit immensa, l. quantæ audaciæ, in prin. de publi. & de his publicanis sæpissimè mentio habetur in Euangelio, de quorū ordine erat Mattheus Apostolus, Matt. 9. & Luc. 5. ac Marc. 2. c. vt ēt dicit glos. in d. l. eū qui uectigal, & Bertach. in loco prȩdicto, qui quidē
7 ordo † publicanorū pessimè audiebat, et apud Iudȩos ualdè erat exosus, non quod talis ordo per se esset iniquus, uel officiū huiusmodi contra legem diuinam, uel religionis cultū, sed quia cū ipsi essent iure diuino liberi, de facto tñ Imperio Romano subiecti, iudicabāt eos Iudȩos quodammō sacrilegos, & suæ patriæ perduelles proditores, qui huiusmodi officium à Romanis cōducebant colligend. ac exigend. à suis cōciuibus, & cōpatriotis uectigalia, & tributa, licèt fortè ꝑ ꝑ auaritiam ēt plus licito exigerent, extorquerentque, qđ redarguebat Ioannes Luc. 3. ordinē ipsorū non damnās, sed factū iniquū respondens eis quȩrentibus, qd facere haberēt, ut salui fierēt, nihil amplius q̄ quod constitutum est vobis faciatis, quod aūt hmōi ordo publicanorū Romæ, & numero amplissimus, & personarū dignitate potentissimus fuerit Cic. pro Planc. latè explicat inquiens Flos Equitum Rom. ornamentum ciuitatis, firmamentum Republicæ publicanorum ordine cōtinetur, & alibi pro Pōpon. & si uectigalia neruos Reipu. esse semper duximus, eū certè ordinem qui exercet illa, firmamentum cȩterorū ordinū, rectè esse dicemus, quo fit ut probare nō possim opinionem eorum qui publicanum † eū
8 etiam dici uolunt qui publicè peccat, cuiusque peccatum omnibus patet, ut Albe. tradit in dictionario suo, in uerb. publicanus. Abb. post Io. Andr. in c. nouit, in glo. Ethnicus, de Iud. & refert Bertach. loco præallegato, quod etiam sine ratione alij sequuti fuere.

Debita pro præsenti contractu.

SVMMARIA.

1 Gabella a quo sit soluenda si non sit expressum in contractu.

Gabella solui debet per hæredem grauatum a testatore emere possessionem, & tradere loco pio.

2 Statuto mandante quod soluatur gabella de precio quo fuerit res uendita quō intelligendum.

3 Gabella si solui debet de uenditione an etiam de promissione de uendendo sit soluenda.

4 Gabella non soluitur de cessione quæ fit per procuratorem domino cuius nomine emit.

Gabella non soluitur pro renunciatione quam facit uxor uenditoris iuribus suis, quæ habet in re uendita.

Gabella non soluitur pro stipulatione pœnali, quæ est accessoria ad contractum uenditionis.

5 Gabella unica debetur si unus contractus in alium transfunditur.

6 Gabella si est soluenda de quolibet instrumento an debeatur pro refectione instrumenti.

Gabella nūquid solui debeat per hæredē uendētem ex mandato testatoris rē aliquam alicui.

Gabella unica debetur si uenditio alicui facta sit, a quo uicinus, vel proximior, qui habet ius retrahendi ex forma statuti, vel de consuetudine eam auocat.

7 Gabella quo in loco sit soluenda si in uno loco res vendita sit, & in alio factus contractus.

Maritus qui extra territorium uxorem recepit, matrimonium consumauit, et gabellam soluit, non tenetur soluere gabellam in territorio vbi res in dotem data extat.

Forensis numquid ligetur statuto de gabellis loquente.

Gabella est onus consecutiuum contractus.

Forensis sortitur forum ratione contractus.

Gabella in soluenda locus in quo est destinata solutio attenditur, non vbi est facta promissio.

Gabella ibi soluenda ubi fuit facta traditio, non ubi factus contractus.

8 Gabella contractus conditionalis si in uno loco sit celebratus contractus, & in alio purificata conditio, ubi sit soluenda.

Gabella debetur in loco contractus licèt alibi celebretur instrumentum.

Declara tamen ut hic.

Gabella an debeatur tempore contractus an uero tempore subsecutæ ratificationis.

9 Gabella nūqd debeatur, et quādo cōtractu rescisso, et annullato uide hic satis latā distinctionē.

Integra quando nec ne dicatur res.

Instrumentum cancellari non potest etiam ad partium instantiam publicato contractu.

Statutum de contractu loquens an vendicet sibi locum in distractu.

Gabella soluta pro re uitiosa, & morbosa restitui de-

tui debet emptori agenti redhibitoria non per fiscum seu publicanum, sed per uenditorem.

Gabella debetur de venditione facta rei restitutioni subiectæ.

Gabella non est soluenda de contractu nullo, & inualido.

10 *Statutum mandans solui gabellam de quolibet contractu intelligitur de ualido.*

11 *Gabella non debetur pro nominatione, quando fit in executionem emptionis factæ pro persona nominanda.*

Gabella non debetur de secundo contractu regulariter, qui est potius impletio primi, quam nouus contractus.

Gabella unica debetur ex duobus contractibus ad unum tamen finem tendentibus.

Emptor pro persona nominanda an possit alterare contractum in nominatione.

Gabella an debeatur si in nominatione sit alteratus contractus ab emptore pro persona nominanda.

Gabella debetur pro bonis in solutum acceptis quando fuit facta promissio creditori soluendi certam quantitatem pecuniarum infrà certum terminum ita quod eo non soluente possit creditor accipere in solutum de bonis ipsius debitoris, licèt de tali contractu promissionis gabella etiam fecerit soluta.

Gabella noua debetur pro libello in substantialibus reformato.

12 *Gabella debetur regulariter etiam de rebus emptis a Principe, Ciuitate, uel similibus.*

13 *Gabellæ immunitate alicui concessa, Princeps tenetur id resarcire conductoribus gabellarum.*

GLOSSA XII.

Sed ponamus quòd nullum inter partes sit factum pactum de soluenda gabella, & statutum non specificet per quem soluenda sit,

1 ad quē pertinebit † huiusmodi onus? uidetur quod ad utrumque pro sua dimidia, ut arguit Abb. in c. q̄m frequenter, in princ. nu. 12. ut lite non contestata, per text. in l. cui fundū, ff. de cōd. & demonstr. sed quod immò emptor teneatur, probat text. in l. debet, ff. de ædil. edic. & ita firmat Bald. in l. si prædium, nu. 6. C. de ædil. action. Rom. in sing. 582. Per Italiam, & sequitur Alex. in cons. præallegato 51. col. fi. in 3. vol. Idem tenet Bertach. in d. tractatu 7. p. 1. q. & Ioan. de Amic. d. consil. 151. nu. 2. & latè Soci. cōs. 247. 1. & 2. col. vbi cōsuluit hæredem grauatum per testatorem emere possessionē, & tradere loco pio, teneri ēt ad gabellam debitam pro dicta emptione. Sequitur Dec. in cap. dilecti, nu. 8. de except. & secundum istam partem fuit decisum in cons. capel. Tholos. ut in decisione ipsius Capel. 451. & ibi Aufr. in addit. & Tiraquel. in tractatu de retract. conuention. & sic tit. 2. §. 6. glo. 2. in prin. & Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. 82. quęst. nu. 236. & uide Iul. Ferret. in tracta. de gabel. & publica. nu. 371. 377. & seq. Et p ista decisione Facit qđ tradit Sali. post alios in Rubrica C. de rebus cred. & sequitur Bertach. in d. 7. p. q. 2. quod si de quolibet contractu sit soluenda gabella, solutionis onus tangit eum, qui ex contractu ipso consequitur, & percipit commodum, & utilitatē. Et multum ponderanda sunt uerba statuti, mādantis soluendā esse gabellam de cōtractu uenditionis, quia multū interest quibus verbis loquatur: si enim disponit de precio quo fuerit res uēdita, soluendū esse, puta

2 † solidū unū pro libra, & tunc nihil est detrahendū de precio ipso, nec est habenda aliqua consideratio deductionis expensarū factarū in proxenetis, uel subhastationibus, & similibus, secùs si dicat quod tantùm sit soluēdum pro libra precij recepti per emptorē, uel simpliciter precij rei, quia tunc debent detrahi omnes expensæ prædictæ, & de precio deduci, ut tradit Bart. in l. sed si hoc, §. cuidam, & sequitur ibi Castrēs. ff. de condit. & demonst. Fab. d. q. 5. col. 5. Alex. & Ripa, nu. 6. in l. vbi purè, §. fi. ff. ad Senatuscōsult. Trebel. Ias. in l. non amplius, in princ. ff. de leg. 1. & in l. cū quædam puella, col. pen. de iurisd. om. iudic. Bertachi. d. tractatu, 3. p. 8. partis principalis, q. 28. & latè Tiraquel. alios citans, in d. tract. §. 15. glos. 1. nu. 5. Pro quo facit etiam decisio Bar. in l. quoties, per illum text. ff. ad l. Falcid. quod de donatione facta debent deduci gabellæ, & alia onera, ita quod si eis deductis donatio nō excedit quingentos aureos, quæ tamen excedebat, nulla facta deductione, ualet sine insinuatione, quem sequuntur plures ex supra allegatis, & Tiraquel. plenè loco præallegato, nume. 4. Sed licèt de uenditione sit soluenda gabella, statuto ita di-

3 ctante, aliud tamen erit † si promissio tantum de uendendo facta fuerit, ut tradunt Iac. Bertran. Bald. & Angel. in l. prima C. de pact. pign. Angel. & Alexan. in l. si pupillus, in fine princ. ff. ad l. Falcid. Corset. in Sing. suo, in uerbo statutum, il 2. Boer. decisione 48. nu. 9. & Tiraquel. in tractatu de retrac. conuention. in fine, num. 41. ubi alij allegantur, & si de promissione soluta sit gabella, non debet postea solui de uenditione subsequuta. Bart. in l. fin. §. quoties, in fine, de publica. & idem uidetur uelle, in d. l. si pupillus, in fine princ. tradit Bertach. d. tractat. 5. part. q. 3. & 3. parte 8. partis principalis 13. q. & Boer. d. decisione numero 9. sic etiam non debet solui pro cessione, quam facit procurator emens domino suo, de re empta, uel de acce-

4 de acceptione † possessionis rei emptæ, cum tendat ad executionem primi cõtractus, Bal. & Salic. in l. cum per eos, C. si quis alteri uel sibi, Bertach. d. 5. parte q. 12. & Corn. cons. 106. col. fin. ad fi. 4. vol. & idem est in renunciatione, quam facit vxor uenditoris, iuribus suis, quæ habet in re uendita, ut per Bertach. loco præallegato, quæstione 14. & in stipulatione pœnali, quæ est accessoria ad contractum venditionis, ut Bal. tradit, & sequitur ibi Ias. col. 54. vers. hanc glos. dicit Bal d. nu. mihi 80. in l. 2. C. de iure emphy. & Bertach. d. 5. parte, q. 20. sicut unica tantum gabella debetur si unus contractus in alium
5 † transfunditur. Bal. in l. cum dotem, C. de iure dot. Ias. loco præallegato Bertach. d. par. q. 5. & Tiraquel. d. tractat. de retract. lignag. seu tit. 1. §. 29. glos. 2. nu. 3. Facit, quia si gabella est soluenda de quolibet instrumento,
6 & celebrato instrumento sit † soluta, quod combustum, uel deperditum fuerit, pro refectione ipsius instrumenti non est iterum alia soluenda gabella. Bart. cons. 67. satis dubiè, & Bertach. d. tractatu, 5. parte, quæst. 6. & sequitur subscribens videlicet ad cõsilium Socini 302. 2. vol. in quo cons. Soci. ipse & omnes subscribentes gabellam tãtum semel pro uno contractu uel facto soluendam esse respõdent, quod etiam tradit Castr. cons. 455. Visis, & consideratis, 3. dub. 1. uol. nouissimorum, & Alex. cons. 143. nu. 5. in 6. & Cor. d. cons. 106. & Boer. decisione 182. nu. 37. Sed si testator mandat hæredi, ut rem quandam hereditariam uendat Titio, quia magis ex causa legati, quam venditionis Titius habere videtur, non tenetur ad gabellam pro uenditione debitam, vt Iac. Butr. disputãdo conclusit, & refert, & sequitur Bald. in cons. 440. Casus talis est, aliàs secundum ea, quæ proponuntur ad fin. 5. vol. vnica etiam gabella debetur si uenditio alicui facta sit, à quo vicinus vel proximior qui habet ius retrahendi (quod ita vocant) ex forma statuti, uel de consuetudine, eam auocat, euincitque, ut per Tiraquel. d. §. 29. glos. 1. nu. 3. & 4.

Rursus quæritur, pone quod in uno loco sit contractus uenditionis, in alio loco res uendita sita est, in quo loco sit soluenda gabella? Bald. in l. 1. C. de contrahenda empt.
7 q. 4. & in l. magis puto, §. illud, ff. de † rebus eor. firmat, quod in loco contractus sit soluẽda, & is locus in huiusmodi solutione sit attendendus, quod etiam tenuit Alex. in d. cõs. 51. in princ. 3. uol. & d. cons. 143. nu. 4. in 6. Socin. alios adducens, in cons. 302. 1. col. & Dec. cons. 457. nu. 2. ubi consuluerunt in statuto mandante solui gabellam de dote recepta, ut non teneatur is qui extra territorium uxorem recepit, ibi matrimonium consumauit, & gabellam soluit, & in uenditione idẽ tenet Seuer. in repet. l. cunctos populos, col. 64. dicens se pluries ita cõsuluisse, C. de summa Trin. & fide Cathol. qđ ante eos tenuit licèt nõ sine dubitatione Bertach. in d. tract. 6. p. principali, 3. q. qđ procederet, nisi expressis uerbis statutũ exigeret, ut ẽt de contractu facto extra territoriũ soluatur gabella pro uẽditione rei existẽtis in territorio, quo casu attẽderetur locus rei sitæ, ut per Seuer. distinguẽtẽ in loco præallegato, ubi col. 65. firmat locũ contractus non esse attendendum, si contrahentes ut fraudarent gabellã contrahunt extra territoriũ, ut ibi per eũ; ad quod faciũt, quæ diximus suprà in Clausula uenditionis factæ à muliere cũ solennitate statutaria, in 9. q. 1. declaratione: sed tñ in quantum idem Seuer. sub dubio fortè tenet, personã forẽsis non ligari statuto de gabella loquẽte, qđ magis grauat personam, q̃ contractũ respiciat, dubitabilis redditur eius opinio, cum contrariũ in terminis teneat Bal. in d. l. 1. 5. q. C. de contrahen. empt. dicens, quod cum gabella sit onus consecutiuũ contractus, ideò sicut forenses sortiuntur forum rõne contractus, ita respectu gabellæ uenientis in consequentiã, arg. l. fin. §. in computatione, C. de iure deliber. Et licèt in quęst. p̃dicta durũ esset obtinere contrarium, p̃p auctoritatem eã partem tenentiũ, tñ faciunt contra dictã decisionẽ quę tradũt Bald. & Salic. in l. multũ interest, col. fi. C. si quis alteri uel sibi, quod in soluenda gabella, attenditur locus in quo est destinata solutio, non ubi est facta promissio, licèt Bal. aliter uoluerit, dicens id fortè uerius, in l. 1. C. vbi conuen. qui cer. loco dare promis. & propterea Bertach. reliquit cogitandum, in 6. part. dicti tractat. quæst. 4. Sic etiam quod locus traditionis non contractus esset attendendus, nisi sit factus in fraudem gabellę, uoluit Bald. in consil. 243. Tempore, & consil. 253. Licèt istæ allegationes, 4. vol. tametsi in cons. sequenti (si tamen id etiam fuit consilium Baldi) aliter uoluerit, & tradit alia adducẽs Tiraquel. in d. tractatu, §. 1. glos. 2. nu. 46. & 47. adde Iul. Ferret. in tractatu de gabel. & publican. nu. 326. cũ nu. seq. & 377. & Seuer. in repet. l. 1. nu. 97. & seq. C. de sũma trin. & fide Catho. Ro. Sing. 478. Per Italiã, & alios cõsultus citat Cęph. cons. 58. nu. 33. & Ant. Gabri. lib. 6. suarũ Conclusionum, in tit. de consuetud. conclusione 2. nu. 12. & sequent. Sed pro decisione prædicta facit decisio alterius q. qđ de contractu sit soluẽda gabella, & cõtractus sub cõditione in uno loco
8 celebretur, et in alio purificetur cõditio, † attẽditur locus celebrationis cõtractus, & idẽ

eft in tempore, ut tradit Bertach. dicens tamen fufficere primam folutionem, in dicto tracta.5.par.q.11.in 6.par.1.q.& in 3.parte, 8.partis, principalis q.27. Tiraquel.qui alios adducit, in dicto tractatu §.1.glof.10.nu.44. & num.115.& in tit.fequen.de retract. conuention.§.5.glof. 4. num.24.ficut etiam debetur gabella in loco contractus licèt alibi celebrentur inftrumenta, quod tamen procedit, nifi ftatutum de inftrumento non de contractu loqueretur. Bertach.d.6.par.q.2.& eo cafu de contractu celebrato fiue inftrumento gabella non deberetur, Imo. conf.17. In caufa, ante finem, & Tiraquel.d.tractatu, tit. 1.§.2.glof.1.nu.3. Sciendum eft etiam, quod gabella debetur tempore contractus non tempore ratificationis fubfequutæ, quod poteft facere ad multa, Bald. in l. obferuare, §. pofthac, q. 10. vbi tamen arguit pro contraria parte, ita quod nonnulli ipfum allegant contrarium dicere, ff. de offic. Proconful. & lega.& Tiraquel.d.tract.§.1.glof.10.nu. 67.

Sed pone, celebrato contractu venditionis partes ipfum refcindunt, & annullant, numquid debeatur gabella? & in hoc plures cafus diftinguendi funt: quia aut primo res
9 non eft integra, † aut eft integra, dicitur autem res integra, quoties res non eft tradita, vel precium folutum in toto, uel in parte, §. fin. Inftit. quibus mod. tol. oblig. l. 1. cum ibi not. C. quando lice. ab empt. difced. & l. ab emptione, ff. de pact. 1. cafu communi omnium confenfu debetur gabella, immò fi fiat per verba denotantia renouationem contractus, non refolutionem primi contractus, deberetur duplex gabella, tã pro primo, quàm fecundo contractu, ut tradunt omnes, in d.l.1.& fentit Bar. in l. iurifgentium, §. adeo, & ibi Caftr. exprefsè, ff. de pact. & Aret. in d. §. fin. nu.5. Bal. Paul. & Iaf. in d.l. ab emptione, & declarat Ang. in d.l.1. quomodo practicandum fit, ne dicantur duo contractus. fequitur Fab. d. tract. 8.q. col.2. & fequitur Tiraquel. in tractatu, de retract. conuention. & fic tit.2. fui tractat.§.6.glof.2.nu.11.& inter cętera fciendum eft, rem non effe integram, fi interuenit in contractu conftitutum, de quo fuo loco latè dicetur, ut difputando concludit glof. magna in d.l. ab emptione, quam Bartol.& communiter cæteri fequuntur ibi, & in d.l. prima, & eo cafu non fufficit folus diffenfus, uel receffus à venditione, fed exigeretur actus retro fimilis, ut in d.l. ab emptione, cum ibi not.& tradit Tiraquel. in tractatu Conftit. prima parte, nume. 19. Secundo cafu, quando res eft integra, & tunc, aut reuocatio fit ex interuallo, aut incontinenti, fcilicèt, antequàm partes recedant de loco, uel ad alios actus diuertant, primo cafu communis eft Doctor. Conclufio, quod ex quo eft ius quæfitum fifco, gabella debeatur, & ad hoc facit l. in infulam, §. fi. ff. fol. matr. Ita tenent Gui. Bal. in utraque lectura, Paul. & Iaf. in d.l. ab emptione, Ang. in Auth. de nup. §. quia uerò, in fi. colla. 4. Bal. in l. fi conftante, ante finẽ, C. de don. ante nupt. Ang. Caft. Alex. & Iac. de Sãcto Georgio, in d.§. adeò. Ang. Imola, & Alex. nu. 8. ff. de re iudic. vbi dicunt, quod publicato contractu, non poffunt partes facere cancellari Inftrumentum. Idem Ang. Raph. & Dec. nu.6. in l. petens, C. de pact. Alex. in d.§. fin. Bertach. in d. tractatu, 3.p.8.par. principalis, q.14. Nicol. Euerar. in fua Topica, feu cẽtuplici mõ argumẽ. in loco à contractu ad diftract. in fine. Sequitur Cagnol. in l. id quod noftrum, num.5.& nu. 12. ff. de reg. iur. & Tiraquel. d. tractatu, tit.1.§.1.glof.2.nu.39.& latius dicto tit.2.d. glof.2.nu. 10. vbi citat Rom. & Barb. tenentes contrarium, & male, aut reuocatio feu refciffio fit incontinenti, antequam partes ad alios actus diuertant extraneos, vt intelligit Caft. feu incontinenti ante perfectionem cõtractus, & antequàm partes habeant contractum pro abfoluto, et perfecto, ut intelligunt alij infrà allegandi, & iuxta tradita per Doct. in l. in bonę fidei, C. de pact. in l. lecta, ubi Cagnol. nu.151.& fequẽ. & Andr. ab Exea, lib. de pact. nu.574. cum pluribus fequẽtibus, & hoc cafu Paul. de Caft. in d.§. adeo, tenet, qđ non debeatur gabella, intelligendo, quod incontinenti cenfeatur facta refciffio, uel reuocatio, fi fit facta anteq̃ partes diuertant ad actus extraneos, & idem tenent Alex. & Iac. de Sancto Georg. ibi, intelligendo tũ incontinẽti aliter factũ effe, fcđo modo ut fuprà, & Bertach. d.14. quęft. & Tiraq. d. nu.10. decidẽtes prędicti Doct. ftatutũ de cõtractu loquẽs in diftractu, fibi locũ non uendicare, qđ ẽt tenuit Bertach. plures ad id citans eã partẽ tenentes, in d. tracta. 5.p.5.q. & Iaf. in l. fiue apud acta, 1.col. verf. fecundo quia ftatutũ, C. de tranfact. fed fi cõtractus fit refciffus uel rẽfolutus per actionem redhibitoriam, ut quia redhibita fuit res uendita propter aliqđ eius vicium, uel morbum, debet emptori reftitui gabella foluta, non quidẽ per fifcũ uel publicanũ, qui eam exegerit, fed per uenditorem. Bal. in d.l. fin. nu.6. C. de ędil. act. Ang. in d.l. dẽt, ff. eo. Bertac. d. tractatu 1.p.8.par. principalis, q. pen. & d.3.p. eiufdem 8.p.q.21. Bertrand. conf.211.1.vol. pofteriorum, non autem noua gabella debetur. Ang. in l. fi hominẽ, de ufucap. Tiraquel. d. tit.2.d. glof.2. nu. 16. fic etiã debetur gabella de uenditione facta rei fubiectæ reftitutioni. Bart. in d.l. fin. §.

fin au-

sin autem, & Ias. in §. sed quia nostra, col. vlt. eiusdem l. C. commu. de leg. & tradit Tiraq. d. tit. 1. dicti tract. §. 29. glos. 2. nu. 2. Illud tamen in confesso est, quod si cõtractus sit nullus, & inualidus, nulla gabella debetur, cum statutum disponens eam solui debere, de cõ-
10 tractibus validis sit † intelligendum. Bart. & communiter omnes, in l. fin. §. sin autem, C. com. de legat. Bald. in l. 2. C. de eunuch. Bertach. d. 8. parte, principali, 3. parte eiusdem par. quæst. 31. Ripa, in l. 4. §. condemnatum, nu. 6. per illum text. ff. de re iud. & in l. edita, num. 42. C. de eden. Mars. in Rubrica, de fide inst. nu. 107. & in pluribus alijs locis, cum alijs traditis per Tiraquel. d. tractatu, de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 2. numero 7. & titu. 2. §. 6. dicta glos. numero 5. & Grammat. decis. 74. num. 27.

Et cum suprà in Clausula personarum emptorum, in verbo, ementi, & recipienti, diximus, valere venditionem factam alicui ementi pro persona infra certum tempus nominãda, quod multùm practicatur Mutinæ, ad fugiendum solutionem gabellæ, cum facta nominatione, res acquiratur nominato, & non sit pro tali nominatione alia gabella soluenda, sicut de cessione facta per procura-
11 torem suprà diximus, non esse † soluendam, nec de contractu qui venit ad executionẽ primi, cum secundus sit magis impletio primi quàm nouus cõtractus, l. si tibi pecuniam, ff. si cert. pet. tradit Castr. in cons. 188. Videtur dicendum, in antiquis, aliàs 266. 1. par. in nouis. & quando duo contractus tendunt ad vnum finem, vnica tantùm est soluenda gabella, statutum enim ad gabellam arctans pro quolibet contractu, procedit in contractibus separatis, non in antecedenti, & consequenti ex prædicta intentione contrahentium. Bal. in l. cum dotẽ, 2. col. C. de iure dot. Bertach. d. 5. par. quæst. 13. Aret. in l. patris & filij, 2. col. ff. de vulg. & pupil. & Corn. d. cons. 106. & Bald. d. supra allegato cons. 440. num. 6. 5. vol. & ad hoc plura faciunt, quæ suprà in hac materia adduximus: quæ repetere superuacaneum esset; & hoc habetur pro indubitabili. Oritur quæstio, quæ accidit tempore quo in dicta Ciuitate Mutinæ eram Iudex appellationum, & auditor Domini Gubernatoris, & Domini Ducalis Massarij, numquid emptor in nominatione facta de emptore, & cessione eidem facta de re empta, possit alterare preciũ, & alia pacta substantialia dicti contractus, & si alteret, an censeatur nouus cõtractus, & per consequens debeatur noua gabella? & post longam disceptationem, fuit decisum per me, nouam gabellam deberi, cum cẽseatur noua venditio, per text. in l. pacta conuenta, ff. de contrahen. empt. & in l. 2. ff. de rescind. vend. & faciũt tradita in d. §. adeo, per Doctor. ad hoc est consilium in his terminis Dec. etiam supra allegatum, 543. in 1. dub. ubi pluribus rationibus comprobat emptorẽ non posse alterare contractũ factum pro nominando, ut ibi per eum. sequitur Cagnol. in l. 2. quæst. 68. nu. 205. C. de pact. inter empt. & uend. & quia hic secundus contractus nominationis per se subsistebat, & nullã habebat necessariam dependentiam à primo, etiã censebatur nouus contractus, & soluenda erat gabella. ut per Bald. & Salic. in l. cum per eos, ad fi. C. si quis alteri uel sibi, & Bertach. d. 5. par. quæst. 12. nec eo casu secundus cõtractus erat exequutio primi, sed diuersus à primo, quo casu gabella debetur. Castr. d. cons. 266. ubi decidit, quod si fiat promissio soluendi certam quantitatem pecuniarum creditori infra certum terminum, ita quod eo nõ soluente possit creditor accipere in solutum de bonis ipsius debitoris, & de tali contractu promissionis sit soluta gabella, eueniente casu quod creditor pro suo credito de bonis debitoris in solutũ accipiat, alia gabella est soluenda, de hoc secundo contractu, cum sit diuersus à primo, licèt emanauerit eius occasione, & sequitur Bertachin. d. 5. par. principali, quæst. 4. & faciunt etiam tradita per Bart. & alios, in d. l. edita, ubi Ripa, nu. 43. quod pro libello in substantialibus reformato debetur noua gabella, & uidetur etiam tenere Tiraq. in tract. de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 18. nu. 55. in fine.

Vltimò sciendum est, quod emens ab eo q; ad gabellam non tenetur, ut à Principe, Ciuitate, uel similibus, non propterea excusatur à gabella, nisi statuto aliter caueatur, ut tradit
12 Socin. in cõs. 12. dub. 2. 4. † parte, & latè prosequitur Tiraquel. in d. tract. tit. 1. §. 1. gl. 13. nu. 12. de quo diximus supra, in Clausula immunitatis & exemptionis, in uerbo, quã colonos, & laboratores ipsius, & si Princeps
13 † uel Ciuitas gratiam facit alicui, ne teneatur ad gabellam, tenetur id computare publicanis, dacium, uel gabellam conducentibus, ut per Socin. d. cons. 3. dub. licèt ipse alleget Paul. de Cast. in l. licitatio, §. res exercitui, de Public. qui id non dicit in libro meo.

Venditionis.

SVMMARIA.

1 *Gabella si est soluenda vigore statuti pro venditione an vendicet sibi locum in permutatione.*

2 *Permutationis appellatione an veniat venditio, vel econtra in statutis.*

3 Permutatio

3 *Permutatio non venit appellatione compra seu comparationis in statutis.*

4 *Permutatio comprehenditur sub statuto de alienatione loquente.*

5 *Datio in solutum venit sub statuto venditionis.*

6 *Contractus onerosi veniunt sub statuto de venditione tractante.*

7 *Statutum de precio mentionem faciens in dubio de venditione tantum loqui præsumitur.*

8 *Statutum disponens de quolibet contractu gabellam solui intelligitur de quolibet contractu domini translatiuo.*

9 *Diuisionis contractus non venit sub statuto obligante ad gabellas.*

10 *Gabella est soluenda etiam si contractus sit celebratus inter patrem, & filium dummodò sit onerosus non lucratiuus.*

GLOSSA XIII.

Sed numquid statutum loquens de venditione vt pro ea sit soluenda gabella, sibi etiam locum vẽdicet
1 in†permutatione? Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de empt. & vendit. in §. nunc dicendum est, in verbo, sed pone statutum est, in addit. magna post princ. sequendo Guil. de Suzar. tenet, quod non. & idem tenet Bald. in l. 1. nu. 4. C. de rerum permut.
2 vbi dicit, in statutis, permutationis†appellatione venditionem non venire, nec è contra; & idem in effectu uidetur uelle Bertach. pluribus hincinde adductis, in d. 3. par. 8. partis principalis 3. quæstio. quod tamen intelligitur, nisi fieret in fraudem statuti, ut per Ioan. Andr. loco præallegato, uel res darentur æstimatæ, seu altera daretur æstimata, ut tradit Castr. in l. prima, secunda columna, ff. de rerũ permutat. Dec. consilio 160. numero secundo, & Tiraquel. dicto tractatu, & titulo primo, §. primo. glos. 14. numero 19. sicut etiam
3 statutum†de compra, seu comparatione loquens, non comprænendit permutationem, secundum communem usum loquendi, qui hoc casu attenditur; Baldus, in his terminis, in dicta l. prima, numero tertio. Fab. dicto tractatu, secunda quæstione, secunda columna, 2. fallent. & Bertach. dicta 3. parte 1. quæstio. eandem sententiam quod permutatio in statuto non comprænendatur, tenet Abbas in capitulo primo, in princ. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu Capit. Bald. Alexan. & Ias. in l. fin. 2. colum. ff. de condict. caus. data, et idem Ias. in l. prima, ff. de rerum permut. 4. col. Iul. Ferret. in tract. de gabel. & publ. nu. 368. & adhæret Tiraqu. d. glos. nu. 29. & 30.
4 Secus si†statutum loquatur de alienatione, quia tunc comprænenditur permutatio. Bertach. d. parte, 7. quæst. & Iul. Ferret. d. tracta. nu. 322. & secùs in datione†in solutum extra
5 iudicialiter facta, quia benè compræhẽditur sub statuto de uenditione loquente, ut per eũdem ibi, 4. quæst. & idem est dicendum de cõ
6 tractibus†onerosis, ut ibi, in 5. quæst. per eũdem Bertach. si tamen statutum † de precio
7 mentionem faceret, in dubio tantùm contractum uenditionis compræhendit, ut ibi in 6. quæst. & in 3. de quo per Mars. in Sing. 105. Vbicumque, de quo plura diximus suprà in princ. huius Clausulæ, precij, in uerbo nominatum pro precio. Si modo†statutum dispo-
8 nat de quolibet contractu soluendam esse gabellam, erit intelligendum de contractu dominij translatiuo, ut per eundem Bertach. d. parte, 44. quæst. ubi alios citat. De discussio-
9 ne†quod non compræhendatur in statuto, tenet Bald. in l. tres fratres, ff. de pact. & Ias. sequitur in d. l. ab emptione, col. fin. & Bertac. d. 3. parte, 9. quæst. 2. col. licèt Rom. aliter teneat, in con. 182. In casu proposito, in 2. dub. quem refert Tiraquel. nihil decidẽs, in dicto tractatu, §. 1. glos. 14. num. 77. Et huiusmodi
10 †statutum de gabella soluenda de cõtractu, habet locum, etiam si cõtractus onerosus sit factus inter patrem & filium, secùs si contractus sit lucratiuus, Bart. in l. 1. C. de impo. lucra. descrip. Bertach. d. tractatu 7. par. quæst. 21. & 3. par. 8. quęst. 25. & Tiraquel. alios adducens in d. tracta. tit. 1. §. 32. glos. unica, nu. 47. licèt in hoc ultimo contrarium teneat Socin. consf. 118. 3. uol. de quo uidendus est Vbert. Zucchard. in l. fi. C. de edi. Diui Adria. tol. nu. 26. & seq. & maximè nu. 33.

Ad quam totam ex pacto inter eas partes solenniter apposito teneantur dicti emptores.

SVMMARIA.

1 *Pactum de soluenda gabella est seruandum inter partes.*

2 *Gabella pro qua parte sit soluenda si non sunt satis clara verba ex quantitate precij pro reuendita conuenti.*

Statuto disponente quod infra octo dies debeat solui gabella si is qui ex pacto debebat soluere non soluit, numquid alteri, qui soluere non tenebatur vigore eiusdem pacti, hoc nocebit.

Gabella soluta ex parte vnius non autem ex parte alterius cõtractus valebit pro parte soluẽtis.

Gabella à nemine soluta is qui tractat de damno vitando poterit excipere seu replicare contra agentem vel excipientem de nullitate.

Gabella non soluta an contractus ipso iure, vel per exceptionem intelligatur annullatus remissiuè.

Statutum

1 *Statutum mandans non soluentem gabellam nõ audiri, debet intelligi tam in Ecclesiastico quã in sæculari foro.*
2 *Gabellam solutam nec ne, fuisse, ex inspectione librorum ipsius gabellæ probatur.*
3 *Gabella integrè est soluenda ita vt non desit etiam denarius.*
Bertachin. tract. de gabell. par. 3. quæstio. 36. damnatus.
4 *Venditio non probatur per solutionem gabellæ facta per contrahentes, vel aliquem ex eis licet de illa constet in libris gabellarum, & hoc quo ad præiudicium tertij, vel etiam contrahentis qui non interfuit tali scripturæ.*
5 *Gabella est res odiosa, & in dubio contra illam interpretatio sumi debet.*

GLOSSA XIIII.

1 PActum de soluenda gabella †inter partes factum, proculdubio obseruãdum est, vt in hac specie tradit Ioan. de Amic. d. cons. 151. nu. 3. & sequent. & quando verba non essent satis clara, ex quantitate precij pro re vendita cõuenti, potest coniecturari quam partem intellexerint partes teneri ad gabellam, vt per eũdem ibi, nu. 20. Sed quid si extat statutũ, qđ infra octo dies à die contractus debeat solui gabella, aliàs contractus sit nullus, numquid hoc nocebit ei, qui ex pacto ad gabellam nõ tenetur, vel qui suam partem soluit? & dicendum est quod non: eo enim casu non poterit aduersarius opponere de nullitate cõtractus facto & culpa sua causata. Bart. in l. bona fides, ff. de act. empt. & videtur sequi Bal. in l. fin. C. de peric. & commod. rei vendit. & tradit Sebast. Vant. in tractatu de nullita. in tit. quoties, & intra quod tempus, &c. num. 58. Idem tenet Abb. in casu, quando vnus soluit suam partem, alter verò nõ, vt contractus ualeat respectu soluentis, in c. quoniam frequẽter, in princ. nu. 12. Vt lite non contest. & sequitur Sebast. Vant. dicto tracta. in tit. quod et quib. modis nullit. proponi. nu. 124. immò tractans de damno vitando, potest excipere vel replicare contra agentem, vel excipientẽ de nullitate, casu, quo neutra pars gabellam soluisset, vt videtur magis communis opinio Doct. in l. cum mulier, la prima, ff. sol. matr. in l. fin. §. sed & si stipulator, ff. de eo per quẽ fact. erit. & per Abb. Felin. & Dec. in c. dilecti filij, vbi Felin. col. 3. & Dec. num. 8. de except. de quo etiam per Bertach. d. 3. parte, 8. quæst. 16. & quęst. 24. tractat, an censeatur ipso iure vel per exceptionem annullare cõtractum; & in quæst. 30. qđ non admittitur purgatio moræ; etsi mandat non soluentem non audiri, debet intelligi tàm in foro Ecclesiastico, quam sæculari, vt per eundem in 4. par. eiusdem 8. par. quæst. 12. de isto etiam statuto tangunt Ang. cons. 215. Reperitur, ante finẽ, & Aret. cons. 129. Clarissime 3. col. vers. secundo est aduertendum, & Bertach. in pluribus quæstionibus dictę 3. par. in quibus locis, alij de hac materia loquentes allegantur, ea loca adeat qui alias quæst. videre cupit ad eam materiam pertinentes. Nõ fuisse autem
2 †solutam gabellam probatur per inspectionem librorum ipsius gabellæ, vt per Ias. in d. §. & si stipulator, col. 2. Dec. consi. 496. nu. 7. & Sebast. Vant. dicto tractatu. in tit. à quo & quibus modis, nu. 15. Illud autem non est omittendum, solutionem de gabella fiendam esse integrè, ita, quod etsi vnus tantum dena-
3 rius defuerit, non †propterea euitabitur pœna, & validus erit contractus, vt latè prosequitur Bertach. plures ad id citans, in d. 3. parte quæst. 36. vbi voluit hincinde relatis plurium sententijs, id etiam procedere, si per errorem fiat, quod vltimum est contra communem opinionem Doctorum de qua per Soc. in l. quamuis, nu. 3. ff. de condit. & demonstr. & Tiraquel. d. tractatu, de retractu conuẽtionali, §. 4. glos. 6. num. 29. ubi etiam alios allegat. Notandum tamen erit, quod solutio gabellæ facta per contrahentes, vel aliquem ex
4 eis, etiam si de eis constet in libris †publicanorum, non probat venditionem in præiudicium tertij, vel contrahentis, qui non fuit pręsens dictæ scripturæ. Imola, cons. 96. in fine, & Alex. in cons. 36. Viso processu, 5. volu. & Crauet. in tractatu de antiquit. tempor. 1. parte 4. limitatione. nu. 71. secùs, si contrahens fuit præsens, de cuius pręiudicio tractatur, ut per eundem Crauet. ibi, nu. 73. reprobãtem Socin. aliter tenentem, in consil. 208. colu. 2. vers. 3. vol. secundo. Vltimò, huic materiæ finem imponentes, illud adnotandum est, qđ gabella est res odiosa, vt plures tradunt, quos
5 refert Dec. in consil. 457. nu. 6. & †sequitur etiam Tiraquel. in d. tractatu, tit. 1. §. 15. glos. 1. nu. 12. & in dubio contra eam facienda est interpretatio. Corn. cons. 199. littera Q. 1. volum. & Crauet. cons. 231. ad fi.

CLAVSVLA XXXI.

De quo precio & ad computum cuius precij, ipsi venditores vt supra, agentes & obligantes.

SVMMARIA.

1 *Procurator ad vendendum constitutus, numqd alio non expresso intelligetur etiam habere facultatem exigendi precium.*

2 L. I. §.

2 *L. 1. §. igitur præpositio. ff. de exercitor. declaratur.*

L. Quod seruus. ff. depositi. declaratur.

GLOSSA PRIMA.

Quia præsens venditio fingitur facta per procuratorem vt supra, opus est videre, nunquid †procurator datus specialiter ad vendendā rem domini, censeatur etiam datus ad precium recipiendum, absque eo, quod in mandato id expressū fuerit, & prima facie videt̄ probari, quod non, ex tex. in l. 1. §. igitur præpositio, ff. de exercit. & ibi in indiuiduo firmat Guid. & pro notabili & singulari retulit, & sequutus est Rom. Singul. 23. Quod habens mandatum, & expressè Ang. in d. §. & idem tenuit idem Roman. in cons. 461. In eo quod queritur, in prin. ubi respondet ad text. l. qđ seruus, ff. deposit. quod procedit in proposito alicui negociationi, seu Vniuersitati, quia potest ei solui; & hanc partem etiam tenuit Fab. d. tractatu quæst. 3. col. 7. vers. & est aduertendum, vbi hoc modo videtur concordare hæc iura, quæ dissona videntur. Contrarium tamen tàm uerius, quam crebrius receptum est, per text. in d. l. quod seruus, in fine & in l. quod seruus, ff. depositi & expressè tenet & firmat Bart. in l. filiæ, ff. de solut. Bal. in d. l. quod seruus, eod. tit. & quod notat, refert & sequitur Castr. in d. l. quod seruus, ff. depo. hanc eandem sententiam sequitur Ias. in l. si urbana, 2. notab. ff. de condict. indebiti, & latius disputando firmat in l. eum qui ita, §. qui sibi, 3. col. uers. secundo amplia, & latius col. sequenti uers. sed ut nihil omittatur, ubi dicit Guid. non tenere contrariam opinionem, &
2 respondet ad text. †in d. §. igitur præpositio, quod loquitur in casu, in quo limitata erat potestas procuratori ad uendendum tantùm, et idem tenet idem Ias. in l. filius, col. 2. & idem etiam ibi tenent Dec. nu. 6. & Alciat. in prin. ita etiam respondentes ad dictum §. contrarium, C. de pact. quam sententiam etiam tenet Dec. cons. 330. nu. 3. hoc etiam tenet Benuen. Stracha, ita etiam respōdens ad dictum text. licèt de prædictis non meminerit, in tractatu de mercator. in tit. manda. num. 23. 24. sed & procurator prædictus poterit agere cōtra debitorem ex suo cōtractu, cum actiones directæ sint sibi quæsitæ, quas tamen cedere tenetur, licèt teneatur cauere dominum ratū habiturum, l. non solum, §. sed interdum, ff. de procurat. & ita tradit Paul. in d. l. quod seruus, ff. depositi. Alex. nu. 6. & Ias. col. 3. in d. §. qui sibi, ad tollendum tamen omnes difficultates, cautius esset in mādato facto procuratori ad uendendum etiam expressè dicere, & ad precium recipiēdum, & consequendū.

Dixerunt & publicè confessi fuerunt.

SVMMARIA.

1 *Procurator constitutus ad vendendum non solū debet esse etiam constitutus ad recipiendū precium, sed & ad confitendum se recepisse ad hoc vt talis confessio domino præiudicet, vide hic late examinatum articulum.*

2 *Quæ conclusio ampliatur vt hic.*

3 *Licet contrariam partē aliqui fuerint amplexi.*

4 *Procuratoris fiscalis confessio ipsi fisco præiudicat.*

5 *Procuratoris confessio de recepta pecunia non in instrumento sed tamquam testis facta probat.*

Quod dictum habet aliquam difficultatem.

Testi de facto suo deponenti magis creditur quā alteri si tamen non prætēdat interesse aliquod.

Testis inhabilis fides suppletur per alium testem habilem.

6 *Procuratoris confessio de recepta pecunia domino præiudicat quando est soluendo secus si non sit soluendo.*

Quod tamen non transit sine contradictore.

Procurator sine speciali mandato confitens ex sua confessione tenetur, & statur contra eum.

Procurator ex sua confessione obligatur respectu domini & erga dominum quando habuit mandatum ad confitendum.

Debitor qui soluit procuratori non soluendo non liberatur.

7 *Procuratoris confessio si vel tacitè, vel expressè rata habita sit per dominum ipsi domino præiudicat.*

8 *Procuratoris cōfessio de recepta pecunia an præiudicet domino qui in mandato iuramento mediante promisit se ratum habiturum quidquid per eum gestum fuerit.*

9 *Procurator cum libera potest confiteri de recepta pecunia, & domino præiudicat.*

Contrarium tamen aliqui senserunt.

Procurator cum libera non potest donare.

10 *Procuratoris in rem suam confessio de recepta pecunia bene probat, & præiudicat.*

11 *Procuratoris confessio de recepta pecunia si iudicis decretum interuenit præiudicat domino, & sic probat.*

12 *Procuratoris confessio de recepta pecunia ad mēsam campsoriam facta probat.*

13 *Procuratoris confessio de recepta pecunia probat si talis procurator non erat solitus apocham, uel confessionem de recepto facere nisi sibi prius soluta pecunia.*

14 *Procuratoris confessio quod pecunia fuerit erogata in causam in quam erogari debebat sufficit, si constat ex instrumento solutum esse precium.*

15 *Procuratoris habentis mandatum ad vendendum, & recipiendū pecuniam, & confitendum etiam*

etiam se recepisse confessioni de recepta numquid sit standum in præiudicium domini an vero constare debeat de actuali numeratione.

16 *Tutoris, vel curatoris confessio, vel alterius etiã administratoris an præiudicet.*

17 *Publicè, dictio, quid importet.*

18 *Publicè & palam an differant.*

19 *Fama probatur per testes dicentes id publicè audiuisse licet non dicant à maiori populi parte. Contrarium tamen & rectius sensit Bart.*

20 *Publicum quid dicatur.*

GLOSSA SECVNDA.

DEbent emptores in soluẽdo precio esse valde cauti, maximè cum emunt à procuratore alicuius, qa debent animaduertere, an mandatum ipsius sit ad recipiendum precium & etiam ad confitendum recepisse, quia aliàs illa prima Clausula non sat esset, vt posset procurator confiteri, & eius confessio non ligaret dominum, qui ad precium recipiendum mandatum dedit, & de confessione nihil expressit, vt tradunt Bart. Ang. Alex. Pet. de Besut. Bart. de Herculan. & Ias. in l. à Diuo Pio, §. sed si emptor, ff. de re iud. Abb. in c. cum olim, nu. 6. vbi Felin. nu. 3. de offic. deleg. & sequitur Anchar. in consi. 57. Quædam ex prædictis, in fine, ac videtur etiam sequi Angel. consil. 244. Frater Apollinaris, 7. dub. Quod procedit, nedum in procuratore constituto ad vendendum, sed etiam ad mutuum recipiendum, vel ex alio contractu pecuniam recipiendum: intelligitur enim de reali, & actuali receptione, non de ea, de qua tantum facta est confessio procuratoris, ut in effectu uidetur concludere Fed. de Sen. consi. 53. Ti-
1 tius fecit, †in fine, & post Iac. de Aret. firmauit Bart. in l. 2. §. fin. nu. 6. ff. si cert. pet. quem ibi sequitur Bald. dicens in lectura antiqua, aliquos referre, quod propter istam quæstio. Iac. de Aret. fuit toxicatus à quibusdam creditoribus, qui eum conueniebat, & ibi etiam sequuntur Fulg. Paul. Alex. Socin. & Ias. dicentes hanc esse communem Doctorum sententiam; quam etiam communem ibi dixerunt Dec. & Alciat. & secundum quam dicit fuisse iudicatum Io. Andr. in addit. Speculat. in tit. de teste, §. 1. super uerbo sed pone, egi in addit. magna, ad finem. Ang. in l. 2. §. fin. C. de quadr. pscript. Butr. & Abb. nu. 5. & Felin. nu. 86. in c. si cautio, de fide instrum. Hãc etiam opinionem tenuit Bar. in l. si debitorẽ, & videtur, quo ad hoc ibi sequi Castrens. ff. de nouat. dicens, quod notarius debet in instrumento dicere (dedit & numerauit, in præsentia mei notarij) & idem loquens in tutore, tradit in l. Lucius, §. tutela, ff. de admin. tutor. & in exequutione testamẽti, in l. alio, nu. 23. ff. de alim. & cib. leg. & sequitur Pract. Papiens. in forma libelli ad reddendum rationẽ tutelæ, in glos. & executores, nu. 19. Idem tenet Bald. in l. falsus, col. 2. nu. 5. vers. tertij dicunt, C. de furt. & in consi. 123. Res publica, circa medium, & cons. 131. Procurator, 3. uolum. & cons. 287. Dicta mulier, nu. 4. uol. 4. Imola, in l. ita stipulatus, §. Grisogonus, ubi etiã Aret. & Ias. post alios; & hãc opinionem tenet etiam Fulg. cons. 209. Duobus. Ioan. de Platea, in l. finali, C. de apoch. public. nu. 2. lib. 10. & hanc dicit communem Castr. in cõsilio ultimo. In causa q̃ uertitur Pisis, in principio, in antiquis, aliàs est cons. 186. 1. uol. & cons. 337. Primo quæritur, 2. col. nu. 3. uers. item quia per confessionem, eo. 1. uol. & cõs. 32. Circa primum, ante finem, 2. uol. Ancha. in c. qui generaliter, in prin. & ibi Domin. in §. finali, in fine, de procurat. in 6. & idem Anchar. cons. 57. Quidam ex prædictis, in fine, Aret. in l. certi condictio, §. si nummos, ff. si cert. petat. & in cons. 4. Ex facto, 2. col. Rom. in l. prædia, ff. de acquir. poss. & in cons. 352. Quæritur primo in 1. dub. Abb. cons. 18. Qđ Communitas, nu. 3. uol. 2. Alex. in l. iusiurandum quod ex conuentione, §. fin. nu. 5. ff. de iureiuran. in cons. 37. Viso dicto instrumẽto 1. col. ubi loquitur in tutore, 3. uol. & consil. 130. In causa & lite, col. 3. uersic. denique ista scriptura, 4. uol. quam etiam dicit communẽ Corn. in cons. 193. Littera E. 4. uol. & eam etiam tenet Socin. in cons. 3. 2. col. 1. uol. & sequitur Mars. Sing. 265. Fines mandati. Dec. consi. 146. col. pen. uers. tertio non obstat, & latius quæst. 493. Benuen. Strach. in tractatu de mercat. in tit. mandat. in princ. nu. 4. & fusissimè Tiraquel. in tractatu de retractu conuention. §. 4. glos. 6. nu. 12. & Roder. Suarez. in Repet. l. post rem iudic. in c. incip. Quia supra uisum est, nu. 15. & 16. pag. 684. Quę Cõ-
2 clusio ampliatur †procedere, etiam si dicatur in instrumento, qđ procurator confessus fuit se precium habuisse, & penes se habere, quia est inculcatio verborum, ut Bald. tradit in d. §. fin. col. 2. & in lectura antiqua in fin. & Ias. ibi, col. fi. & idem est etsi dictum sit in instrumento, quod procurator confessus fuit se habuisse per litteras cambij, ut tradit Castrens. d. cons. ultimo. & sequitur Dec. d. cons. 493. nu. 15. & etiam si sit dictum (renunciauit exceptioni non habitarum pecuniarum coram me) Paul. d. cons. col. fin. Sed licèt ista Cõclusio sit cõiter recepta, ut suprà, & in iudicãdo, ab ea non sit recedendum, attamen non sine contradictione procedit: contrariam. n. par-
3 tem vr̃ †tenere inter consilia Fed. Quidã Doctor, ad quæstionem Feder. respõdens, in cõs.

54. 2. re-

54.2.respōsione,in fine; Quæ opinio fecit, vt nonnulli allegent Fed.tenuisse contrariā opinionem Bart. quod in veritate non est ita, vt videri potest. idem tenet Salic.in d.§.finali, Imola in d.c.si cautio,& in d.l.si debitorē,& in d.§.sed si emptor, vbi ēt idem tenet Raph. Idem tenet Comens.in d.l. Lucius, §.tutelæ, & cons.312.dub.& hanc opinionē dicit veriorem Dec.in d.§.fin.nu.14.quam etiam tenet Paul.de Cast.in cons.1. Ego Pau.de Castro,in antiquis,aliàs 34. 1.vol.vbi tñ distinguit actū liberationis ab actu obligationis, vt ibi per eum. Quam sentētiam defendit Ias. in l.Iulianus, col.vlt.ff.de confess. Alciat. in l.solutionis,ff.de verb.signif.quam ēt sequuti sunt nonnulli alij,relati per Tiraquel. loco prǫallegato,nu.13.licèt Bal. Alex.& Ias.pro contrarijs citati ibi, mihi non benè videatur in contrariam sniam ire. Est verum,quod cū hæc Conclusio potissimum videatur habere fundamentum in prǫsumpta donatione,quā cōfitendo censetur facere procurator, vt per Doctor.in dictis locis in hoc essent attendendæ coniecturǫ,& in arbitrio Iudicis multùm residere videtur, an procurator donasse censeretur,vt tandem concludit Alciat.in d.§.fi. & sequitur Tiraquel d.num.13.& quod hoc casu attendantur coniecturæ,ante eos uoluit Anchar.cons.ult.3.dub. col.6.& in proposito plures coniecturas ponit Alciat.ipse, in d. §.fin.seu casus,quos alij limitationes esse asserunt,in quibus d.conclusio nō procedit: nos autem omnes huiusmodi casus sub infrascriptis limitationibus compræhendemus.

Primo igitur limitatur dicta Cōclusio, nō procedere in procuratore fisci uendente,quia
4 eius†confessio præiudicat, ut est text. & ibi Bald.& alij,in l.2.§.fin. C.de quadrien. præscript.tradit Bart.in l.si procurator,§.1.in fine ff.de iure fisci.Ioan.de Platea in d.l.fin.numero 1. C. de apoch.public. lib.10. & tradit Bart.& alij, in d.§.fin.& plerique ex supra allegatis etiam tradunt.

5 Secundo limitatur†procedere, qñ confessio procuratoris sit facta in instrumento, secùs si procurator ut testis examinaretur,& iuramento suo deponeret sibi solutam fuisse pecuniam,tunc enim ei credendum est,cum deponat de suo facto ad utilitatē tertij,ut Paul. tradit in d.l.si debitorē,& tantò magis,si probaretur numeratio ex alio teste idoneo,tunc enim dictum & confessio procuratoris facta in forma testis,probaret,ut per eundem Pau. in d.§.fi. & ibi eum sequitur Alciat. sed cum procurator habeat interesse in causa, & tractetur de suo commodo uel incommodo,possitque sibi ascribi ex suo actu super quo deponit,laus,vel uituperium,non putarem primū dictum Pauli esse tenendum, iuxta notata in c.cum à nobis,de testib. licèt magis credatur testi deponēti de facto proprio,si aliquod interesse nō prætendat,ut per Crauet.cons.99. nu.6. Secundum dictum admitti potest ea ratione, quod testis inhabilis fides suppletur p aliū testem habilem, iuxta notata per Bal. & alios, in l.si quis ex argentarijs, §.1.de eden. Ioan.de Amic.cons.119.nu.13.Paris.consil. 53.nu.7.uol.4.& Doctor.in alijs locis.

6 Tertiò limitat†Ang.in d.§.sed si emptor, dictam Conclusionem procedere, si procurator non est soluendo,secùs si sit soluendo: qa cum habeat actionem contra ipsum Dñm,et ab eo exactum,vel id quod se exegisse confessus est,repeten.possit,æquum est,confessione procuratoris dominum ligari, & ita tenēt ēt Claud.& Alciat.in d.§.fi.sed Imola Hercul. & Alex.in d.§.sed si emptor, contrarium cōcludunt. Et hoc est de mente Bar.& aliorum suprà in dicta Conclusione allegatorū firmātium ex dicta confessione procuratoris nō obligari dñm.Est benè uerum,quod procurator sine speciali mandato cōfitens,ex sua cōfessione tenetur,& statur contra eum ut Bar. Castr.Ias.& alij tradunt, in d.§.fi. Bal.d.cōs. 131.in 3. Ang. in lectura Bart. in l.fin. C.de præd. Decur.lib.10. & Felin.in d.c.cū olim, nu.3.sicut ēt ex sua confessione obligatur respectu dñi, & erga dñm, qñ habuit mandatū ad confitendum,ut Bald. Alex.Ias.& Alciat. tradunt,in d.§.fin.& Rom.in d.l.prǫdia.Bal. d.cons.131.& cons.287.nu.4.in 4.Si tñ procurator à principio suæ creationis fuerit soluendo,et ex post facto sit effectus non soluēdo,& id sciat soluere debēs,siue debitor,siue quilibet alius,non debet soluere tali procurātori, aliàs non cōsequitur liberationem,arg. l.cum quis,in prin.ff.de solut.ità tradit Imola,& sequuntur Hercul. & Alex.col.antepē. sub num.13.in d.§.sed si emptor.

7 Quartò oīum† consensu non procedit dicta Regula, si dñs ratam habeat cōfessionem per procuratorem factam, siue expresse,siue tacitè,puta, per solutionem creditori factam l.pen. C.de re iudic.Alciat.d.§.fin.pen.pag. Si tamen procurator efficietur non soluēdo, putat Roman.in d.l.2.§.fin.& in d.l.prædia, restituendā esse actionem aduersus soluentē. & sequentem Felini in d.c. si cautio, nu.88. contra tamen tenet Alexand. post Imolam, in d.§.sed si emptor,num.12.in fine.Barb.in cons.18.2.dub.3.uol.Purp.& Alciat.d.§.fi.

8 Quintò limitatur, †nisi in mandato dominus iureiurando promiserit se ratum, & gratum habiturum totum id, & quidquid per dictum constitutum gestum fuerit, ut tradit Paul.Castr.in consilio 220. Consideranda, in au-

in antiquis, circa medium, aliàs 449. in primo volumine, & Ias. in d. §. fi. col. fi. 2. limitatione immò secundum Alciat. ibi, pag. fina. idem est etsi Iuramentum non interuenerit. Dec. tñ in vtroque contra, in d. §. fin. & in d. cons. 493. nu. 24. & sequent. & si ista limitatio esset vera, cum temporibus nostris in omnibus mandatis apponatur huiusmodi Clausula, inanis esset disputatio Doct. in d. quæst. nec Felin. aut Bald. allegati per Alciat. ibi nihil concludenter dicunt ad id ad quod allegantur; si tamen dicta Clausula importaret liberam potestatem, vt voluit Roman. in consil. 94. Visis his, col. fin. aliud esset, fm opinionẽ aliquorũ, de qua in sequenti limitatione.

9 Sexto limitatur, † nisi fuisset datum mandatum procuratori cum libera, quia hoc casu videtur quod posset confiteri, & domino prę iudicet, vt videtur uelle Bald. in d. cons. 131. in 3. Ang. Alex. & Hercul. in d. §. sed si emptor, & Alex. in d. §. fin. nu. 8. licèt Ias. Dec. & Alciat. in d. §. fin. aliter videantur uelle, & idem Dec. in d. cons. 493. nu. 16. moti ea ratione, quod etiam habens mandatum cum libera, non potest donare, quæ donatio hoc casu præsumitur. & Dec. d. consil. sequitur Strach. loco præallegato. Et si teneamus primam opinionem, & sic hanc limitationem, essent bene ponderanda verba ex quibus censeri concessam liberam potestatem uel administrationem procuratori affirmatur, iuxta l. procurator totorum, & l. procurator cui generaliter, ff. de procur. quia aliquando restringuntur, & non important concessionem liberæ, vt latè per Dec. d. cons. nu. 17. & sequent. & ad hoc videnda sunt quę scripsimus suprà, in Clausula venditionis procuratoris, in glo. seu verbo Prout de suo speciali mandato.

10 Septimo limitatur † in procuratore in rem suam, cum sua confessio sibi obsit, & numerationem probet, vt Castr. tradit in cons. 220. & Alciat. d. §. fin. in fine, pro quo faciunt quę abundè tradidimus suprà, in Clausula, Insuper in pluribus locis.

11 Octauo limitatur, † nisi decretum Iudicis interueniret, Ang. in d. l. 2. C. de pręd. Decur. in lectura Bart. in addit. Sequitur Ias. in d. §. fin. col. fin. & Alciat in antepenultima pag. licèt ille text. per quẽ mouetur Ang. loquatur in decreto Decurionũ, & sic principalium, & aliud videntur velle Bal. & Io. de Platea, ibi, licèt expresè non loquantur in hoc casu.

12 Nono limitatur † in confessione facta ad mensam campsoriam, ubi regulariter solutio naturalis fieri solet. Bald. in c. ex insinuatione, nu. 4. de procur. sequuntur Ias. & Alciat. dicto §. fin.

13 Decimo, si procurator † nõ erat solitus cõfessionem, uel apocham de recepto conficere, nisi sibi soluta priùs pecunia. Alciat. d. §. fin. pag. penultima.

14 Illud autem † sciendum est, aliud esse, si cõstat ex instrumento solutum esse precium, tamen ex confessione tantum procuratoris, uel alieno nomine vendentis apparet fuisse erogatum in causam, in quam erogari debebat, hoc enim casu sufficit confessio, ut Bart. tradit, & uidẽtur sequi alij, in d. §. sed si emptor.

Quid si procurator habeat mandatum nedum ad precium recipiendum, sed etiam ad

15 illud confitendum se recepisse, † Bart. etiam hoc casu in d. l. 2. §. fin. in ea fuit sententia, ut non ualeat cõfessio in præiudicium domini, cum debeat intelligi ad confitendum recepisse id quod actualiter exegerit, uel receperit, non id quod non constat exegisse, & sequitur Bald. in d. l. non abstulit, C. de nouat. & in d. l. 2. §. fin. C. de quadr. præscript. ubi dicit esse tenendum menti, quia erratur quotidie, & sequitur Ang. etiam in dictis locis. Hoc etiam tenet Paul. de Castro. in d. cons. 337. 2. col. 1. uol. Io. de Platea, in d. l. fin. C. de apoch. public. Hanc etiam opinionem uidetur sequi Dec. d. cons. 493. nu. 15. & eam defendere nititur Socin. in d. §. fi. & Felin. in d. c. cũ olim, 1. col. Contrariam tñ sententiam tenent Bal. Fulgos. Ang. Castr. Alex. Ias. Dec. & Alciat. in d. §. fin. quam ẽt esse magis cõem fatetur Socin. ibi. & idem tenent Imola & Rom. in d. l. prędia, Ang. Imola, & Cast. in d. l. si debitorem, Cast. d. cons. ultimo Hercul. & Alex. in d. §. sed si emptor, in fine, Felin. in d. c. si cautio nu. 87. & Stracha, d. nu. 4. ac Aret. d. cons. 4. quam sequitur ẽt Roderic. Suarez. loco præallegato, nu. 16. Et licèt ista sit magis cõis Doctor. sententia, à qua in iudicando, & consulendo non sit recedendum, ad euitandas tamen omnes difficultates, posset seruari cautela Imolę & Felini. in d. c. si cautio, ut in mandato dicatur ad recipiendum pecunias, & confitendum recepisse, ẽt si aliter de receptione non constet, uel melius erit, ut tam Bald. quàm alj supra allegati, & Roderic. d. loco, nu. 17. docent, facere constare ex Instrumẽto, quod precium uel pecunia fuerit actualiter, & realiter soluta. Notandum tamẽ est,

16 confessionem † tutoris, uel curatoris, aut alterius administratoris, tantò minus obesse principalibus suis, si facta per procuratorem principali non obest, ut latè per Tiraquel. in d. glos. num. 12.

Publicè, pluribus modis in Iure accipitur, ut in c. per tuas, de probat. in c. exceptionem, de except. in c. ad probandum, de re Iudic. in §. re-

§.responsa prudentum, Instit.de iure natur. gent.& ciuili, glos.& tex.in Clementina prima de sepult.in verbo publicè, & licèt aliqui voluerint aliquando accipi pro notoriè, & quasi populicè, vt aduersus Barto.voluit Salic.in l.ea quidem, antepen.car. C.de accus.
18 volens differre ab aduerbio† (palàm) & potentiorem habere significationem, vt palàm dicatur factum, etsi ab vno coram aliquibus, l.palàm, ff.de verbor.signif.publicè verò coram maiori parte, vel per maiorem partem populi, vt per Felin.ei adhærentem, in dicto capitulo exceptionem, columna penultima, numero 48. qui citat alios pro ea sententia, cui concinit etiam opinio Baldi in dicto capitulo, per tuas, & in capitulo, preterea, vltima columna, de testib. firmans contra Bart. sta-
19 tim allegandum, quod†ad probandum famam, sufficit quod testes dicant id publicè audiuisse, licèt non dicant à maiore parte populi, vt voluit Bartolus, in l.de minore, §.plurimum, ff.de quæstion.numero 22. & in l.tertia, §.eius quoque, ff.de testib. quam opinionem Bald.& Salic.videntur sequi Alexan.in addit. ad Bart. & Mars. ibi cum ea transeundo, numero 48.quam etiam tenet Ias.in l.nō hoc, numero 10.uersiculo octauo principaliter, C.unde legi.secundum quam in Rota Vrbis fuit iudicatum, ut tradit Cassad.qui hanc quæstionem abundè prosequitur, in titul. de probat. decisione 3.1.& 2. columna, tamen hoc loco accipitur ut accipiunt Grammatici, pro (palàm) uel vulgo, & cum dirigatur ad certas personas, quæ publicè hanc confessionem fecerunt, non importat famam publicam, uel factum coram maiori parte populi, etiam secundum opinionem Salic. ut per Felin.in dicta colum.fin. quo sensu etiam in testibus de fama deponentibus quod publicè id audiuerunt, Bart.in dictis locis secundum eius proprietatem censeri ipsum aduerbium accepisse, dicens, ideò testes non probare famam, etsi publicè id dici audiuerint, quia posset esse, quod ab uno publicè dicente audiuissent. quæ Bart.opinio communior est, & uerior, ut per Capel.Tholos.decisione 379.col. 4.in fine, uersi.sed quid si dicit, & ibi Aufrer. in add.Paris.consilio 61.numero 25. & 169. numero 44.in 4.& Hieron.de monte, in tractatu de finibus, qui nititur cōciliare opinio-
20 nes, in c.56. num.3.Publicum†uerò dicitur, quod omnibus patet, l.1.§. penult.ubi Bart. ff.de suspect.tutor. nec sufficit id uni uel duobus notum esse, sed maiori parti populi, ut per Tiraquel. qui ad id alios citat in tractatu de retractu tit.1.§.36.glos.2.nu.44.

Ad instantiam prædictorum emptorum & mei notarij infrascripti, ut supra recipientium.

SVMMARIA.

1 *Confeßio non valet si fiat parte absente etiam si sit iudicialis, & ideo cautela datur notarijs scribentibus in instrumentis confeßionem factam fuisse.*

Facit tamen semiplenam probationem.

2 *Confeßio facta parte præsente, sed non acceptante numquid sit valida.*

3 *Præsens tunc demum videtur acceptaße si constat eum bene intellexisse.*

4 *Confeßio facta parte absente probat quando est facta in instrumento.*

5 *Confeßio facta absente parte, licet notarius non receperit pro absente sed alius quilibet priuatus nomine absentis valet, & secuta ratihabitione ius absenti ratificanti acquiritur.*

GLOSSA III.

QVia confessio non ualet si fiat parte ad cuius fauorem fit, absente, l.
1 certum, §. si†quis absente, ff.de confes. ubi Bart.admonet partē, ut faciat scribi partem fuisse præsentem; & tradit glos.magna, in c.fin.eod.tit.quod procedit etiam in confessione iudiciali, ut ibi tradit abundè Alex. in cons.131. In causa inter Vniuersitatem, nu.8.uol.4.& 174.nu.2.uol. 6.Socin.in Reg.63. Confessio, in prima ampliat. Felin.in c.si cautio, nu.22.de fide instr. & latius Mars.in Rubrica. de probat. nu.89. & sequent.ubi post Felin.multipliciter limitat, de quo p Maranth.in suo Speculo aureo seu tract.de ord.iud.2.par. principali 5.actu, nu.12. ubi tñ uoluit facere semiplenā probationem, quod ēt alij uoluere in l.admonēdi, de iureiur.& in alijs locis. Propterea ad euitādas difficultates, notarij utuntur hac Clausula in instrumentis confessionum, quę ēt tollit aliam difficultatem, numquid confessio facta parte præsente, tamen non acceptante, sit ualida, cum non sit leue dubium, pp auctoritates Doctor.inter se controuertentium, & aduersātium, an ualeat nec ne, quod.n.sit opus acceptatione, & aliàs non acceptans non pos
2 sit in ea se fundare, uidetur † tenuisse Cinus in l.1.quæst.6. & clarius Salic.ibi, in 15.oppos.C.de cōfes.idē Salic.in l.iubemus, C.de libe.caus.& in l.generaliter, C.de non num. pecun. huius mentis ēt vr̄ esse Bal. in l.3.nu. 2.C.de repud.hæred.ubi dicit, quod qui non acceptat uerba aduersarij, uel dissimulat, non potest se ex eis iuuare, Flori.in l.fin.ff.de interrog.

terrog. action. Alex.in pluribus consilijs,in cõsi.111. Viso superiori themate,n.7.3.uol. 82.In causa & lite, nu.3.vol.4.& cõsi.20.In causa appellationis, eod. vol.col.2.174.nu. 2.in 6.& 212.nu.28.eod.6. vol.Socin.in Regu.prædicta 63. in 2.ampliat.quanquam plerique malint tractatum illum non fuisse opus Socini, sed ei falso adscriptum. Felin.in d.c. si cautio,num.23.de fide instr.& in c.capitulum, 15. col. de Rescript. Hanc opinionem etiam tenet Ias.in l.postquam liti,nu.2.C.de pact. & in l. tale pactum, in princ.nu.7.ff.de pact.& eam dicit communem in l.error, nu. 3.C.de iuris,& facti ignor.quã abundè prosequitur Marsil.in d. Rubrica de probat.nu. 114. & in l. de vnoquoq; , nu. 124. de re iudic.cui inhæret.in Sing. 315. Acceptatio,& 329.Plures, versi.alius est etiam casus,secundum quam consuluit Curt. senior, in consil. 77. quam etiam communem dicit Ripa, in Rubrica de verborum obligatione numero 22. Ad euitandas igitur has auctoritates,cõmuniter scribitur (præsente, & acceptante) vt dicit Felin. in d.c.si cautio,& ẽt eã opinionem dicit cõem Alciat. in dicta Rubr. nu.3.

Contrariam tamen opinionem ueriorem & communiorem, & in praxi amplectendam esse semper censui, & secundum eam etiam antequam gradum Doctoratus ascenderem in contradictorio iudicio obtinui, quod confessio facta parte præsente, licet nõ expresse acceptante, valeat, & confitentem liget, cum præsens censeatur satis acceptare, quod ad suum fauorem fatetur aduersarius, l.qui patitur, ff. mand. & tradit Bart.& alij, in l.prima, C. de pact. & ità in termines firmat Alexand. sibi contrarius, in addit. ad Bald.in dicta l.tertia, C. de repud.hæred.& in lectura sua, numero tertio, & uidetur casus in capit.fin.& ibi expresse Abbas,& Andr. Sicul. idem tenent de success. ab intestat. Seuer. in dicta l.admonendi, col.67. Socin. consilio 228. numero sexto, 2.uol. & quam latè examinans, & discutiens quæst. firmat Alciat.in tractatu præsumpt.3.Regula,præsumptione 21.numero 6.Dec.in c.at si clerici,in princip.num.25.de iudic.& in d.l.postquam liti,ubi etiam eã tenet Alciat.et quam ẽt dicit cõem Marantha,in d.2.actu,num.2.

3 Quæ opinio † uenit declaranda,ut ita demum procedat, si uel ex instrumento,ut hic, uel ex dispositione testiũ apertè constet,partem præsentem confessioni ad eius utilitatẽ factę,bene intellexisse,& sic fuisse præsentem & animo,& corpore:quia aliàs depositiones testium de præsentia non concluderent, & hoc est qđ maximè uoluit Alex. quæst. 111. 174.& 212.in contrarium allegatis,& ita dicit obtinuisse Bononiæ, in addit. ad Bald.in d.l.3.pro quo faciunt,quę ad propositum latè deduximus supra, in capitulo testium,super uerbo pręsentibus testibus, fol.18.quam opinionem optimè comprobant.

4 Est benè uerum, † quod ad dictam Regulam datur alia limitatio, ut etiam parte absente cõfessio probet, & ualeat, si sit facta in instrumento,ut in casu isto, per text.in l.desiderium, ubi Bald.C. depos. Castr.in consil. 92. Quod prædicta sententia.2.uolum.nouissimorum,de quo latè Marsi.in d.Rubrica de probat.nu.101.de quo textu uidendus est Ripa post Ias.in d.l.admonendi, nu.155.

Sciendum tamen est, quod licèt notarius non receperit cõfessionẽ pro absente,cui dubium non est per ipsum ius acquiri, ut dictũ fuit suprà, in c. contrahentium,in uerbo,& mihi notario infrascripto, &c.sed alius quilibet priuatus nomine absentis,tamen ualeret confessio,& ratihabitione sequuta,ius absenti ratificanti acquireretur. glos. & Paul. de
5 † Cast.in l.tale pactũ, in princ.ff.de pact.Socin.d. Regula 63. Fallent.15. Felin.in d.c.si cautio,nu.24.Marsi.in d.Rubrica nu.96.Marantha,in d.2.actu,nu.18.uersi.sexto limita. Dec.in d.c.at si clerici,in princ.nu.25.& Io. Nic.Arch. in add.ad dictam præsumpt. Alciati 21. num.10.

Verè habuisse, & recepisse à prędictis emptoribus.

SVMMARIA.

1 *Confessio facta de precio recepto per venditores, censetur continere quemlibet suam partem virilem accepisse.*

2 *Maritus,& vxor si confiteantur se recepisse precium de fundo dotali vendito,numquid præsumatur preciũ pro uirili ad vtrumque peruenisse,an vero ad maritum solum.*

GLOSSA IIII.

1 Confessio facta de precio recepto per uenditores, censetur cõtinere quemlibet suam † partem uirilem accepisse, ut in uenditione facta per maritũ,& uxorẽ de prædio dotali, tradit Bart.in cõsi.124.Pũctus quæstionis talis est. Sequitur Bald.cum aliquali tñ distinctione, in l.mater,nu. 10.C. de rei uẽdic.& in l.si eũ seruũ,2.col.uer.quid aũt de marito,ff.si cert. pet. Castr.in consil.296. Visis actis, num.1. 360.Bart. in quodam consil.num.2.1.uol.& cõsi.362.super primo, 2.uol.nouissimorũ,& uidetur sequi Alexand. qui tamen pro constanti non audet affirmare, in consilio 38. Consideratis his, secundo uolum.& Fab.de Monte, in dicto tractatu de empt.& uendit.

quæst. 3. principali, quęst. 38. nu. 64. & Crot. in cõsi. 390. nu. 8. vol. 3. Sed licèt hæc opinio in alijs communiter suas res vendẽtibus posset procedere, ut ad quoscumq; pro sua virili, vel pro rata sua, vt inferius dicetur, preciũ peruenisse censeatur, in coniugibus prędium dotale vendentibus aliud tamen dicendum est, vt magis ad maritum veluti caput vxoris in totum peruenisse cẽseatur, vt aduersus
2 †Bart. videntur firmare Bald. & Salic. in Auth. Si qua mulier, per illum text. C. ad Vel. Bald. in l. 1. 2. col. nu. 4. Licèt dicat nolle determinare, C. de duob. re. Imo. in c. cum contingat, de iureiur. 27. col. vers. iuxta primam, de iureiur. Dom. de Sancto Gemin. in c. 2. 7. col. de pœn. in 6. Bald. Nouel. in tractatu de dote 7. parte, priuil. 1. col. 7. post mediũ, Afflict. Decisione 209. & illic Vrsil. in addit. & Crauet. qui dicit hãc esse communem opin. in consi. 91. per totum, ubi pro hac parte plures rationes, & auctoritates adducit. Et huic parti etiam videtur inhærere Fab. loco præallegato, nisi concurrant aliqua, de quibus ibi per eum, quę opinio est communis. Boer. decisione 23. num. 6. & sequent. Tiraquel. in tract. de retractu, tit. 1. §. 31. glos. vnica, nu. 5. Moder. Gal. in tract. de vsur. cõpillat. per Caballin. quæst. 38. nu. 288. Ronchegal. in l. eandem, in princ. nu. 58. & seq. ff. de duob. reis. Rolan. à Valle, consil. 64. per tot. in 1. & Lauren. Kirchof. Cẽturia 3. com. opinionũ, Conclusione 37. Maritus. Ad euitandum tamen omnes difficultates, debent esse cautæ mulieres, vt in Instrumentis huiusmodi faciant constare totam pecuniam ad maritum peruenisse, & per maritos de nouo cauere pro restitutione dotis, ut docet Bald. in d. l. mater, nu. 11.

De illa dictione (verè) quare sit apposita, inferius declarabitur.

Dantibus, & soluentibus.

SVMMARIA.

1 *Numeratio actualis numquid probetur facta per verba dantibus, & soluentibus.*

2 *Solutio realis nũquid præsumatur facta ex uerbis, habuit, & recepit, in instrumento appositis.*

3 *Solutio probatur si notarius loquatur per gerundium, dando, & numerando.*

GLOSSA V.

VErba ista non probãt factam fuisse
1 actualem †numerationẽ, sed solũ confessionem tãtum de recepto, ut tradit Bal. in l. 2. §. fi. ff. si cert. pet. & in l. si ex cautione, nu. 8. quæstione 4. vbi sequitur Salic. C. de nõ num. pecun. & in l. si ex precio, nu. 3. C. si cert. petat. Aret. in tit. de liter. oblig. Inst. nu. 9. & in §. actionũ, nu. 13. Inst. de action. ubi idẽ dicit, ẽt si sit additum, dantibus, & soluentibus de propria pecunia. Alex. in l. prædia, nu. 7. ff. de acquir. pos. Ias. in l. singularia, nu. 51. ff. si cert. pet. sequitur Felin. in c. si cautio, nu. 53. de fide Instrum. uel si dicatur in pecunia numerata, Pract. Papiens. in sua practica, in forma oppos. contra Instrumentum, in glos. quod ne-
2 gatur, nu. 8. prout etiam non censeretur †facta solutio realis, tempore confecti Instrumenti, si notarius addiderit in Instrumento, quæ habuit, & recepit, cum possent esse hæc verba de confessione partis, in prima persona loquentis (confiteor habuisse cẽtum, quæ habui, & recepi) ut tradit Bar. in d. l. si ex cautione, nu. 1. & ibi Salic. pen. col. Aret. in locis præallegatis, licèt hæc opinio nõ careat scrupulo, cum But. & Imo. teneant hoc casu probari numerationem, & realem solutionem, in d. c. si cautio, cũm quibus ibi vr̃ transire Felin. nu. 52. secùs uerò erit, si per copulam notarius dicat cõfessus fuit habuisse, & habuit & recepit, quia hæc ultima Clausula, salua rõne recti sermonis, non põt referri ad participium confessus, ut per Bart. Aret. & Felin. in dictis locis, & hoc casu magis cẽsetur probari solutionem q̃ confessionem, sicut etiam
3 †probatur solutio, si per gerundium loquatur notarius, (dando, & numerando) ut tradit Bald. in d. l. si ex cautione, 5. quæst. nu. 9. Aret. & Felin. in locis præallegatis, & propterea bene cauere debent Notarij, ut non apponant uerba importantia actualem solutionem, si pecunia non interuenit, ne Instrumentum tanquã falsum reprobetur. Et ideò cauti notarij, ut euitent hunc scopulũ, addũt instrumento hanc Clausulam sequentem.

Ante præsentis instrumenti celebrationem libras octingentas Marchettorum.

SVMMARIA.

1 *Solutio præsumitur facta tempore contractus, vel factæ confessionis.*

2 *Solutio non probatur per instrumentum in quo dicitur solutionem factam fuiße, sed non tempore celebrationis instrumenti sed alio, & rõ.*

3 *Notario numquid sit fides adhibẽda in his, quæ scripsit in instrumento coram se factis ante tempus instrumenti.*

GLOSSA VI.

SOlutio præsumitur facta tempore contractus vel factæ confessionis, ut
1 probatur in l. itã †stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verb. oblig. & ibi tradunt post Bart.

Bart.nu.3. Ang. Castr. Alex.num.14.Ias.2. not.nu.16. & alij. Bart.in d.l.si ex cautione, nu.9.2.lectura, & Bald.in 6.q.nu.10.& Castr. nu.3. & idem Castr. & Alex. in d.l.prædia, & Aret.in d.tit. de litt.oblig.nu.7.Alex. consil.77.nu.10. 6.uol.178.nu.3.in 7.vol.licet Alciat. contrarium censeat in tract. præsumpt.3. reg. præsumpt.35.nu.9.& pro prima Bald.in l.fin.col.pen.quest.vlt.nu.10.C. commun.utr.iud.ubi in fert ad questionem, & distinguit ut ibi per eum. Sed aliter dicendum est cum expressè dicatur in instrumento solutionem alio tempore factam fuisse: non probat tamen hoc casu instrumentum solutionem, sed confessionem tantum, quia notarius non potest rogari nec instrumen-

2 tum †facere nisi de his,quæ tempore contractus coram eo fiunt,ut per Innoc. & omnes, in c.quoniã contra,de probat.tradunt Doct. in Auth. Si quis in aliquo, C. de edend.& in l.sciendum,ff.de uerb.oblig.Bald.in d.l.si ex cautione, q.3. Castr. & Alex. in d.l.prædia, Castr.consi.186.In causa quæ uertitur Pisis, nu.2.& cõsi.428. Visis,& cõsideratis.n.5.1. uol.nouissimorũ.Fel.d.c.si cautio,n.69.Marsil.i l.1.§.si qs dicat,n.15.de qq.& sing.462. Notario, ubi ampliat, etiam si ipse notarius præsens fuerit solutioni factæ ante celebrationem instrumenti, nec enim sibi creditur

3 nisi tamquam † priuatæ personæ, ut testi, nõ ut publicæ, unde nihil faceret, etiam si ipse attestaretur in instrumento de solutione facta hesterna die coram eo parti, de qua ipse non fuit rogatus, & idem tradit Ias.in l.singularia,nu.50.ff.si cert.pet.& quod non credatur notario, tradit etiam abundè Crauet. consi.170.nu.5.& 196.nu.6.De confessione uerò facta per debitorem per annum ante recepisse pecuniam, ponunt Salic. in d.l. si ex cautione,& Aret.in §.1.num.23.Inst.de except. ubi an in ea confessione habeat locum exceptio non num.pecun.de qua aliqua inferius dicentur,ad quos me remitto. Nihil etiã proderit ad probandam numerationem, si notarius in instrumento addiderit,confessus fuit habuisse,& de præsenti habere, penes se dictam pecuniæ quantitatem,quia est inculcatio uerborũ,ut tradũt Bal.& Ias.supra citati in Claus.dixerũt,&c.et idẽ tradit gl.in uerbo hñe,Bal,Ang. & Cast. in l.si ex pluribus, ff.de solut.Ro.Sing.638. Scis qđ cõfessioni.

Computatis libris Centum Marchettorum habitis pro arris.

SVMMARIA.

1 *Arra quid sit.*

Arra dicitur etiam quod inter sponsos traditur in pignus contrahendi matrimonij.

Arra an sit de substantia venditionis, & an demonstret perfectam venditionem.

Arris traditis pro adimplemento contractus si altera pars non vult obseruare conuenta, sed pœnitet, si arram dedit, illam amittit, si recepit, duplicatam reddit.

2 *Arræ duplicatæ non solũ, sed & quadruplicatæ aliquando restitui dẽnt ex partiũ cõtentione.*

Arra nedum in pecunia, sed in quacumq. alia re, vel specie dari potest, et si esset res immobilis.

Arræ numquid possint excedere valorem rei in contractu deductæ.

3 *Arræ in quocumque contractu dari possunt.*

Arrarum contractus est innominatus.

Arrarum contractus est separatus ab emptione, & venditione.

Arræ possunt hinc inde, & dari, & accipi.

Arrarum datio hinc inde in sponsaliorum contractu facta an valeat.

Arrarum promissio valet licet actualis traditio non interuenerit.

Confessioni partium de arris receptis numquid standum sit.

Arras non amittit qui aliquo casu impeditus contractum non implet.

4 *Arris acceptis per procuratorem ad vendendum, si decoxerit, emptor non perfecto contractu an teneatur dominus.*

5 *Arræ datæ perfecto, vel non contractu qua actione repetantur.*

6 *Arris amissis propter nõ impletum contractum, an talis non implens teneatur ad aliud.*

GLOSSA VII.

1 ARra†est id quod datur pro confirmatione contractus, seu loco pignoris,seu argm̃ uenditionis cõtractæ.Instit. de empt.& uend.in prin.sicut et dr̃ arra quod inter sponsos traditur in pignus complendi matrimonij, ut probatur in l.Arris,& in l.fi.C.de sponsal.& tradit Didac. Hispan.in epitom.in 4.Decretal. 2.par.c.3.nu.6.nõ tamen est propriè pignus, sed loco pignoris.l.un. C. si rect.prou.& tradit Bart.in l.contractus,§. illud, C.de fide instrum. Arra aũt non est de sub̃a uenditionis, sed est argm̃ cõtractæ ut in d.prin. & in l.qđ sæpè,in prin.de cõtrah.empt.& tradit Aret. in §.actionũ,nu.15.Inst.de act.qđ est uerũ,si non sit conuentum inter partes, ut uenditio fiat in scriptis, quo casu arra nõ ostẽdit perfectam uẽditionem,si quidẽ opus est ut sit perfecta scriptura,& partib. lecta,et subscripta, ad hoc ut perfectus sit cõtractus, & interim est locus pœnitẽtiæ, d.l.cõtractus,& d.prin. Inst.de emp.& uẽd.solutis mõ uel traditis arris ꝑ adimplemento cõtractus, si altera pars nõ vult obseruare cõuẽta,sed pœnitet,si arrã dedit, illã amittit,si recepit, duplicatã reddit,

d.prin.& d.l.cōtractus.§.illud, & ibi oēs,& idē est in arris datis pro sponsalibus futuris, d.l.fi.C.de spōsal.gl.& Doct.in c.Gēma,eo. tit.& Doct.in l.Titia,in prin.ff.de ver.obl.li cèt partes possint cōuenire expressè,ut nedū ad duplicatas, sed ad † quadruplicatas arras
2 teneat pars nō obseruās, & cōtrauenieñs,d.l. fin.vers.quæ oīa, vbi Bald.& Salic.& Bal.in l.2. C. quand.lic. ab empt. disced.q.7.nu.5. Et non tātum potest dari arra in pecunia nu merata, sed etiam in quacumque alia re, vel specie,l.emptorē,§. is qui vina,ff.de act.empt.Bal.in d.l.2.q.2. & Salic.in d.l.fin. q.2.in princ.licèt Bart.in d.l. Titia.in prin.& Abb. in d.c.Gemma,aliter voluerint,contra quos est cæterorum cōis opinio, ut per Didac.d. c.3.nu.8. etiam si res esset immobiles, ut per Bald.in d.q.nam transfertur dominium talis rei,ut per eundē Bal.ibi,q.4. & hr per Doct. in d.l.Titia, & quāuis Bart. & Abb.in dictis locis autument, in sponsalibus celebrandis dationem arrarum non excedere quantitatē dotis,uel donationis p.p nuptias sponsę,quę opinio ēt communiter exploditur per scribentes,in d.l.Titia.in prin.& per Didac.d.c. nu.9. tñ in cōtractu uenditionis tāto clarius procedit in quo pœna ēt grauis nō implēti con tractum pro sua parte liberè imponi potest,quod in matrimonijs contrahendis secus est.d.c.Gemma,& d.l.Titia.

3 Non tm̄ † aūt in his duobus generibus cōtractuum emptionis,& venditionis, ac spōsaliorum dationi arrarum locus est,sed in quo cumque ēt alio contractu,ut per Bal.d.l.2.q. 3.post Nicol.de Mattar. ibi.Est.n.hic contractus arrarū innominatus, ut per Bar.& alios in d.l.contractus.§. illud.& Bal.d.l.2.q.1.& Fab.de Mont.in tract.præd. q.5. prin.par.2. q.9.nu.67.Dicit esse contractum separatū ab emptione,& uenditione, & non solum arra dari pōt ab vna parte alteri; sed utraque pars pōt & dare, & accipere Bald.in d.l.2.q.9.& Didac.loco præalleg.nu.8. Vbi rep̄bat Bal. & quosdā alios in d.l. Titia.in cōtractu sponsaliorum tenentes non ualere dationem arrarū hinc inde factā, quorū opinio tāto minus extra casum matrimonij,& spōsaliorū procedit, sicut ēt in casu isto valeret promissio facta arrarum, etsi actualis datio non interueneritut, uoluit Bal.in d.l.2.q.8.licet in illo secus sit,ne per indirectū fiat fraus legi,& pœna apponatur contractui matrimonij,ut per Bar.& alios in d.l.Titia,& Didac.loco præalleg.nu.10.Sicut eadē rōne crederem indistinctè standū esse dicto casu confessioni partium de arris receptis,licet eo casu de actuali traditione aliqui cōstare uelint, & nō passim esse standū partiū confessionibus,ut in d.l.Titia.Socin. consi.3. uol.1. & abūdè Didac.d. c.nu.7. & nu.10. Si tñ alter ex cōtrahētibus impediretur aliquo casu adimplere cōuēta, nō facret arrarū amissionē nisi tñ culpa eius casum ipsum præcederet,l.1. ubi Bart.C.de
4 spōsal.Illud aūt nō est omittēdū,qd̄ si † procurator noīe dñi cōuenit cū emptore de uenditione facienda,& arras acceperit, & decoxerit aliter non perfecto contractu,tenetur dñs nisi hr̄et mandatum limitatum ad uendendū præsente pecunia, non aūt habita fide de precio,ut est text.in l.quicumq.uersi.Itē si institor.ff.de institor.& tradit Rom.Singul.523.
5 cōstituo.Sed qua † actione repetātur arræ datæ perfecto,uel non perfecto contractu quia Doct. diuersimodè distinguūt uidenda sunt tradita per Doct.in d.l.contractus.§.illud.& in d.princ.Inst.de empt.& uend.post glos.& Fab.loco præallegato nu.68.

6 Sed † numquid ultra amissionem arrarum teneatur ēt pœnitens,& non implens contractum ex parte sua ad aliud implēti? distinguendum est, quia aut agimus de cōtractu in scriptis nō perfecto,& tunc sufficit sola arrarum amissio,ut supra d.tit.de empt.et uend.in prin. & d.l.contractus.§.illud. aut de alio contractu sine scriptis perfecto, & in hoc sunt opiniones Mar.& Azo,gloss.antiqui tenuerunt qd̄ non, censentes contrahentem solo lucro arrarum esse dre contentum,quorū opinioni adhæsit gl.in d.l.qd̄ sæpe.in princ.ff.de cōtr. empt.& in d.§.illud.in uerbo reddere, cuius opinio.fuit quandoq; Cin.ut refert Castr.in d.l.contractus.nu.13.& Din.& Iac.de Aret. ibi,ut refert Fab.d.q.5.part.2.q.11.num.69. Quā ēt tenet Salic.ibi,qui dicit audiuisse seruari in praxi, sed tamē in contrariū est cōior Doctorum sententia,cuius fuerunt Bald.& Io. antiqui glossatores, qui sequitur gloss. in d.prin.in uerbo compellitur, & quam tenent Bart.Bal. Rain. & Castr.nu.11.in d.§.illud. seu d.l.contractus,quia aliqui legunt totā legem simul,idem tenuit post Din.Bart.in l.1. §.dixerit.uers. quęritur.quem sequitur ibi ēt Imol.ff.de public.& Castr.in l.1.in prin.nu. 6.ff.de action.empt.& dicit Aret.in d.princ. tit.de empt.& uend.nu.6. ubi illam sequitur Claud. Cantiunc.in fin.d.prin.adde Alex.in l.si cū dotē.notab.2.nu.5. ff. sol.matr.& Ias. in l.2.col.52.C.de iur.emphit.quod hæc opinio est uerior, & credit seruari in practica, quod ēt repetit in d. §.actionum.nu.15.& sequitur etiam Fabian.d.nu.69. concludentes qd̄ vltra amissionem arrarū teneatur recusans implere contractum pro parte sua,et ad interesse partis obseruantis vltra dictas arras, si eius intersit; in quo tamen interesse computentur & compensentur arræ ipsæ.

Et lo-

Et loco, ac ad computum, & pro parte dicti precij.

SVMMARIA.

1 *Arris amissis tenetur pœnitens ad interesse partis, & ad implementum contractus.*

2 *Arris datis re integra possunt partes recedere à contractu venditionis.*

3 *Arris datis ad computum seu pro parte precij non est locus rescisioni contractus nisi per restitutionem precij, & retrosimilem actum.*

4 *Arræ datæ pro arris, & parte precij numquid pars arrarum, pars precij nomine veniant.*

5 *Arræ aliquando duas habēt naturas, arrarum scilicet, & precij.*

6 *Arræ solutæ venditori in quantitate aliqua an in dubio cedere debeant ad computum precij.*

7 *Emptor stante pacto legis commissoriæ die præstituto non soluens arras, & partem precij soluti amittit.*

GLOSSA VIII.

Ex ista Clausula tollitur supra proximè tacta difficultas, quia omnium consensu si solutio facta sit pro arris, et loco precij, & seu pro parte precij vltra amissionem arrarum tenetur pœnitens ad interesse partis, vt tenēt tam glo. quam omnes præallegati in dictis locis; nec hoc casu potest recedi a contractu etiam amissis arris, immo vltra earum amissionem tenetur contrahens etiam adimplere contractum tradendo rem si est venditor, vel preciū si est emptor, vt per gl. in d. verbo compellitur, in d. prin. licet aliter videatur velle gl. fi. in d. §. illud, & propterea hæc Clausula hēt vim Clausulę, rato manēte pacto, de qua suo loco dicet, qđ vltra pęnā teneatur ēt pars ad obseruationē cōtractus, vt trad. Bal. & Salic. in d. l. cōtractus. in fi. et Aret. in fi. d. prin. n. 7.

2 Operatur † etiam dicta Clausula alium effectum quod licet re integra etiā datis arris possint partes per simplicem dissensum recedere a contractu venditionis, d. l. 2. C. quan. lic. ab empt. disc. & l. ab emptione. ff. de pact.

3 tū † facta solutione arrarū pro arris, & ad cōputum, seu pro parte precij, non est locus rescissioni cōtractus nisi per restitutionem precij, & retrosimilem actum, glo. Bal. & Sal. in d. l. 2. Bart. Ang. Fulg. & Castr. in d. l. ab emptione. declarantes hoc tū procedere qn̄ est data pecunia pro arris non species, quæ pōt cedere ad cōputum precij, quāuis Ias. ēt hoc casu idem teneat, cū species & alia res ad cōputum, & in solutionem precij dari possit l. precij cā, C. de rescin. uēd. cū alijs ibi citatis per eū, cui assentior, cum hæc Clausula aliter eo casu nihil operararetur, contra l. si qn̄. ff. de leg. 3. & l. si stipulatus, in prin. de vsur. Est bene uerum qđ Sali. in d. l. contractus. in fin. & Aret. in fin. d. prin. nu. 7. intelligunt qn̄ est dictum pro arris, † & parte precij, uel pro arris,

4 & precio, censeri quātitatem esse solutā, dimidiam scilicet pro arris, & dimidiam pro precio, cum partis appellatione de dimidia intelligatur l. nomē filiarū. §. portionis. ff. de uer. sign. de quo nos supra diximus, & quia copula, &, diuidit in partes l. 1. C. si plur. una snīa, & l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duob. reis. quorū opinioni acquiescere non possum, qui sciā cæteros Doct. post gl. aliter sentire, ut totū id qđ eo casu datum fuit amittatur, seu duplicatū reddatur, & nihilominus ēt agi posit ad obseruantiam cōtractus, & expresius id uoluit Bald. in d. l. 2. in prin. dū dicit qđ arrę † da-

5 tæ hn̄t hoc casu duas naturas scilicet, naturā propriam arrarum, & naturam precij, quod non esset si pro parte tantum pro arris quantitas censeretur soluta, & pro parte ad cōputum precij, & idem dixit Fab. in d. quæst. 9. nu. 67. vbi dicit hoc casu arram transire in aliā naturā, per d. l. 2. quod repugnat opinioni Salic. & Aret. ad quā euitādā possent cōcipi verba exprimentia clarius hūc sensum, & mēte partiū, ut hoc illud qđ datur, totū cēseatur datū pro arris, & totū ēt cedat ad cōputū precij, qđ fieri pōt per prædicta; si. n. perficietur cōtractus, erit solutū ad cōputū precij sicut ēt arræ solutæ cedunt in precium qn̄ sunt datæ in quātitate, si altera pars recusabit, & pœnitebit, amittet totas arras, seu reddet duplicatas, si eas habuerit, & ulterius tenebit ad obseruationē cōtractus ut suprà. Illud aūt nō est omittendū Cin. & aliquos fuisse in ea opinione, qđ qn̄ solutę sunt arræ uēditori in quātitate aliqua, in dubio cedere debeat ad cōputū precij, quod si uerū esset, esset magna, & utilis decisio ut refert Bal. in l. si fundus in lect. antiqua per gl. ibi. ff. de leg. commisl. & Fab. loco præallegato nu. 67. Vbi dicit ēt Bald. in loco prædicto hanc snīam sequi, & tenet ēt Cin. in d. l. 2. quem refert, & sequitur Afflict. in tract. de iure protom. in prin. 6. not. nu. 20. Sed tū nec glos. in d. l. mihi hoc dicit, immo Bal. ibi recedit ab ea sentētia dicens ēt aliter tenere gloss. & hæc opinio est omnino tenenda, quam ēt tenuit Fab. loco prędicto cū aliàs nulla esset differentia in solutione, et datione arrarum simpliciter facta, & pro arris, & precio, pręter quā in arris datis in aliqua specie, vel re, quod non est tenendum ēt quod Fab. videatur uelle cōcordare opiniones hoc modo, sed indistinctè tenendum est aliud esse si etiam pecunia sit soluta pro arris, aliud si pro arris, & precio seu parte precij, ut supra. Sed

7 si factum † sit pactum ut intra certum diem reliquum precij soluatur, aliàs res sit in-

empta, & sic sit pactum legis commissoriæ, & ad diem statutam solutio facta non sit, emptor arras, & partem precij soluti amittit, d.l. si fundus, cum glo. in verbo perdidit, quod tamen non procedit regulariter in alijs pactis venditionum, quia etsi totum precium non soluatur in termino conuento arræ uel pars soluta non amittitur, ut per Bald. ibi.

CLAVSVLA XXXII.

Exceptioni non numeratæ pecuniæ.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non num. pecun. an habeat locum in omnibus confeßionibus.*

2 *Exceptio non num. pecun. reformata, & renouata à Iustiniano.*

3 *Exceptio non num. pecun. habet locum in mutuo, & in dote non in alij.*

4 *Exceptio non num. pecun. non habet locum licet quis fateatur se ex causa mutui debitorem alicuius quãtitatis creditoris cui tenebatur ex cã venditionis, & cõuenerunt partes ut debitũ cederet in mutuũ uel debitor mutuo hẽret preciũ.*

5 *Exceptio non num. pecun. non solum debitori, sed & creditori intra triginta dies competit inter quos nisi debitor probet solutionem realiter factam sibi non prodest confeßio creditoris.*
Et solet appellari ab aliquibus talis exceptio non solutæ, seu non receptæ pecuniæ.

6 *Exceptio non num. pecun. competit confitenti siue in scriptis, siue sine fuerit facta confeßio.*
Si tamen vltra litterarum obligationem interuenit stipulatio, potest competere actio in factum, quæ eundem habet effectum.

7 *Except. nõ nu. pecu. procedit ẽt de iure canonico.*
Et de æquitate.
Et in foro mercatorio.

8 *Except. nõ nu. pecu. & cõfitẽti, & hæredib. eius, & fideiussoribus, & mandatoribus eius datur.*

9 *Exceptio non num. pecun. potest opponi etiam per creditorem confitentis pro suo interesse.*

10 *Excipiens de non num. pecun. si probetur numeratio dupli pœna punitur.*

11 *Exceptio non num. pecun. numquid opponi poßit lapso etiam biennio si prius per partem non fuerit accusata contumacia non opponentis, & per iudicem fuerit interlocutũ ipsum amplius non esse audiendum.*

12 *Aret. sñia in §. 1. nu. 62. Inst. de excep. reiecta.*
Termino à iudice statuto pars non excluditur ẽt si sit lapsus nisi prius per partem fuerit accusata contumacia, & interlocutum per iudicem.
Secus autem in termino legis, quia non exigitur alia monitio, vel pronuncia iudicis, sed per eius lapsum ipso iure excluditur.

13 *Creditores debent esse cauti in cautionibus, confeßionalibus debitorum quibus mutuant pecunias, debent enim facere constare de actuali numeratione in instrumento, vel accipere confeßionem de deposito.*

14 *Exceptio nõ num. pecun. nõ hẽt locũ in deposito.*

15 *Depositum excedens notißimos depositi terminos an & quando habeat priuilegia vero, & proprio deposito competentia. remißiuè.*

GLOSSA PRIMA.

1 EXceptio ista † non numeratæ pecuniæ non passim in oĩbus confessionibus locum sibi uendicat, tametsi cõiter notarij in instrumẽtis omnium confessionum apponant renunciationem per partes factam tali exceptioni, solũ enim locũ hẽt ubi debitor confitetur mutuo habuisse aliquã quãtitatem pecuniarũ, uel aliarũ rerũ a creditore, uel maritus confitetur habuisse dotẽ ab vxore; sed hoc vltimo casu hẽt locũ exceptio non num. dotis, & hẽt alia tpa, & alias regulas, quàm hæc de qua tractamus, ut in rub. & nigr. de dot. caut. non num. C. & Auth. ibi posita, de qua abundè scriptũ est à Felin. in c. si cautio, nu. 71. cum seqq. de fid. instrum. & Didac. Hispan. lib. 1. resolut. suarum. c. 7. nu. 4. & seqq. de qua non est quærendum, cum ad materiam nostram non attineat, sed tantum de except. non num. pecun. uerba facienda sunt ad declarationem huius Clausulæ, & eius materiæ pertinentia. Fuit

2 igitur hæc † exceptio inuenta seu reformata, renouataq à Iustiniano ut in tit. de litter. obl. Inst. per totum, & in l. in contractibus, C. de non num. pecun. ad fauorem debitoris, & in eius priuilegiũ ut tradũt Doct. in l. si ex cautione. C. eod. & expressius Felin. in d. c. si cautio. nu. 45. cum enim sępissimè hoĩes egentes pecunia confidant de creditoribus, ut sibi intra certa tẽpora mutuo dent, & interim cautiones faciant de recepto spe illius futurę numerationis, sanxit Imperator, ut liceat debitoribus intra biennium a tpe factæ confessionis (licet antea esset ad hoc datũ quinquẽniũ) opponere hãc exceptionem nõ num. pecun. et tenetur creditor pbare numerationẽ, aliàs liberatᷓ debitor vt in d. tit. de litt. obli. & in d. l. in cõtractibus, & tradũt gl. & Doct. in d. l. si ex cautione. C. eod. tit. & Aret. in §. 1. nu.

3 9. Inst. de except. qđ ut diximus procedit † in mutuo, & in dote sm dispositionẽ dicti tit. de dot. caut. nõ num. ut supra, ut tradit gl. fin. in d. tit. de litt. obl. in l. generaliter, in uerbo religionẽ, circa med. & in alijs gl. & ibi oẽs C. de non num. pecun. Aret. in d. tit. nu. 4. & in d. §. 1. num. 21. Inst. de except. Bald. in d. l. si ex cautione. 3. oppos. & Castr. col. 2. & Felin. in d. cap. si cautio. num. 54. Et propterea si quis

si quis ex causa venditionis confiteretur se debitorem emptoris, exceptio hæc locum si bi minime vindicaret, sed staretur indistinctè confessioni cōfitentis, ut per gl.& Doct. in d.l.generaliter,& in l.aduersus.ubi gl. C. eod.tradit etiam Petr. de Vnzol.in tract.seu pract. artis notariatus, in tit. de except. non num.pecun.in princ.nu. 1.& idē est si ex alia causa quam mutui confessio emanet, vt in locis prædictis,quibus casibus superflua est renūciatio huic exceptioni,& in tātum hoc est verum, vt attēdatur causa originaria debiti,
4 vt licet†quis fateatur se ex causa mutui debitorem alicuius quantitatis,creditoris,cui tenebatur ex causa venditionis,& conuenerūt partes vt debitum cederet in mutuum, vel debitor mutuo haberet precium, non habet locum hęc exceptio l.aduersus. vbi Doct.C. eod.Felin.in d.c.si cautio.nu.56.7. Fallen.

Sed si confessio fiat per creditorem de recepta pecunia vel alia re à debitore ne dum ex causa mutui, sed ex quacumque alia causa
5 tunc†exceptio non numer.pecun.datur confitenti intra triginta dies continuos a tempore confessionis intra quos nisi debitor probet solutionem realiter factam, sibi non prodest confessio creditoris:quam exceptionem non nulli appellant non solutæ, vel non receptæ pecuniæ, vt per Petr.de Vnzol.in d.tract.in princ. & per Salic. in d.l. in contractibus.§. super cæteris, vbi est text.apertus ad hoc,& ibi glo.in verbo triginta, affirmans hoc casu onus probandi solutionem incumbere debitori cuius mentis etiam videtur glo.fin.in d. tit.de lit.oblig.licet Bald.in d.§.dubitauerit, quod expresse firmant Salic.& Castr.in d.§. super cæteris,& Aret.dicit habuisse de facto in d.tit.de litter. oblig. nu.4. quod etiam admittit Ruin.cōs.73.in prin.vol.4.& hęc propriè competeret in casu huius instrumēti uēditionis ob cōfessionem factam de precio recepto,vt in puncto tradit Cast. cons.233. Viso casu & allegationibus.uol.2.nouissimorū, de qua exceptione, quia in nonnullis differt a prædicta competente debitori aduersus creditorem, aliqua dicentur in sequentibus verbis instrumenti;nunc autem aliqua subijciemus vtriq; conueniētia. Exceptio† igitur nō
6 numer.pecun. competit confitenti siue confessio facta fuerit in instrumento publico, & in scriptis,siue sine aliqua scriptura,l.non vltra,vbi Bart.& Bald.num.3.C.eod.tit.Bald. in d.l.si ex cautione.quæst.10.num.14.Aretin.in d.tit. de litter.obl.nu.7. & in d.§.1.de except.nu.22.& latè Felin.in d.c.si cautio.n. 63.& 64. licet si interueniat stipulatio vltra confessionem,& litterarum obligationē, habeat locum actio in factum,quę hēt eundem effectum licet nomen diuersum, l.cum ultra. ubi oēs.C. eod.Aret.in d.tit.n.6.& in d.§.1.
7 nu.10.col.2. Et procedit † ēt de iure canonico,quamuis sit inuenta de iure ciuili. Feli. in d.c.si cautio.nu.57.et seq.& Ias.dicēs ita fuisse decisum in l.cū quis,col.pen.nu.17. & 18. C.de iur.& fact.ignor.ubi qđ ēt procedit de ęquitate,et in foro mercatorio.sequitur Marsil.in singul.277. Licet supra.in fi.& Bēuen. Stracc.in tract. de mercat. in tit.quē.in caus. merca.proced.sit, in c.de exceptionibus.nu.
8 9.Datur†autem hæc exceptio nedum confitenti,& eius hæredibus, scilicet & fideiussoribus, & mandatoribus eius,l.si intra,& l.si mandatori,vbi Doct.C.eod.tit.immo & po
9 test†opponi per creditorem debitorem cōfitentis pro suo interesse,l.si cui. C.eod.sed bene cauendum est per opponentem talem exceptionem, quia si per partem postea fuerit
10 probata numeratio†quantitatis in instrumēto, uel scriptura confessę opponens punietur pœna dupli. Auth. contra. qui propriam. C. eod.tit. Aret.in d.§.1.nu.29.& sequ. Qui quidē Aret.in d.§.1. col.pen. nu.62. voluit unū mirabile in hac materia,quod etiā lapso biē-
11 nio possit†opponi per cōfitentem huiusmodi exceptio, si prius per partem non fuerit accusata contumacia non opponentis, & per iudicem fuerit interlocutum ipsum amplius non esse audiendum, quem sequitur Marsil. Singul.283.lapsus,col.2.sed fallitur Aretin.
12 † quia aliud est in termino statuto a iudice quia non excluditur pars nisi accusata contumacia ipsius,& facta interlocutione per iudicem,iuxta tradita in l. diffamari. C.de ingen. & manum.secùs uerò in termino statuto a lege quia non exigitur alia monitio, uel pronūcia iudicis ad excludēdum sed per eius lapsum ipso iure excluditur. l.ob commissa. C.ad leg.Iul.de adult.Bald.in d.l. Diffamari.nu.5.Felin.in c.pen.nu.8. de iudic.& Cagno.in d.l.Diffamari, nu.16.Ad euitandam difficultatem huiusmodi exceptionis monet
13 Castr.creditores†caute agere, ne fidant cautionibus confessionalibus debitorum quibus mutuo dant pecunias,sed faciant constare de actuali numeratione in instrumento; vel accipiant confessionem de deposito, nō
14 de mutuo, in quo huiusmodi † exceptio locum sibi non uendicat,etiam si notissimos depositi terminos excedat,l.huius,& l.dies spōsaliorum.ff.depo.ita Castr.in rub.C. de non num.pecun.ad fin.& quod in deposito prędicto nō procedat,nec locū hēat hęc exceptio, tradit ēt Bal.& Salic.in d.l.in cōtractibus.§. 1.& Felin.in d.c.si cautio,nu.54.nisi tn̄ fieret fraus de vno cōtractu ad alterum, ut per eos ibi,& per Castr.in §.1.nu.6.d.l. in contractibus,

bus vbi exemplificat si pecunia fuerit mutuo
petita, & creditor voluit vt cautius sibi esset,
quod fieret instrumentū depositi de quo per
Rol. a Vall. consi. 17. nu. 7. vol. 1. Emanuel. à
Cost. in repet. C. si ex cautione. 2. Fallen. nu.
15 4. & seq. C. de non num. pecun. Quando † au
tem depositum excedens notissimos deposi-
ti terminos ut supra habeat priuilegia vero,
& proprio deposito concessa, videnda sunt
iura, & decisiones citatæ per Cagnol. in l. cō
tractus. nu. 16. ff. de reg. iur.

Et non habitæ, & non receptæ dictæ partis precij.

SVMMARIA.

1 *Creditor confessus se recepisse habet exceptionem non receptæ neque habitæ pecuniæ intra triginta dies.*

2 *Exceptio non habitæ seu receptæ pecuniæ cuicumq; creditori competit.*

3 *Absolutio fauorabilior est quam obligatio.*

4 *Exceptio non num. pecun. post biennium opponi nequit, sed bene quidem exceptio doli, si tamen probare paratus sit excipiens factam non fuisse numerationem.*

5 *Exceptio non habitæ, seu receptæ pecuniæ, lapsis triginta diebus opponi nequit per creditorem etiam si vellet probandi onus in se suscipere.*

6 *Exceptio non habitæ, seu receptæ pecuniæ, quibus in casibus opponi nequeat.*

7 *Mulier amittit Velleiani beneficium si confessa est in instrumento tribus testibus subsignato se aliquam pecuniæ quantitatem accepisse ut pro alio intercederet.*

8 *Creditor per aliam viam, quam per confessionem debitorem liberans statim sibi præiudicat, neque potest opponere exceptionem non habitæ seu receptæ pecuniæ.*

GLOSSA II.

1 HÆc est illa exceptio, † quæ compe-
tit creditori cōfitenti recepisse ali
quid a debitore suo aduersus ip-
sam confessionem, vt & ipse pos-
sit intra triginta dies post factam confessio-
nem opponere se nō recepisse illam rem uel
pecuniam quam constat confessum fuisse, &
hoc spe futuræ numerationis, seu receptio-
nis, quæ, vt supra dictum fuit, in quocumque
2 creditore cuiuscumque † rei procedit, cum ex
ceptio illa non numeratæ pecuniæ debitori
tantum ex mutuo detur, quod tamen parum
æque statutum videtur, cum tantum illa in
contractu mutui procedat; in alijs statim
confitenti præiudicat, & propter illam ratio
nem quia egens pecunia confitetur de facili
recepisse, quod recipere sperat, ut per Doct.
in d. l. si ex cautione, quæ ratio cessat in credi
3 tore suum recipiente, & fauorabilior † est ab-
solutio, quam obligatio, l. Arrianus. ff. de act.
& obligat. tamen ex duobus cessare uidetur
talis legis iniquitas uel rigor quia in alijs ta-
les creditores releuantur, iuxta l. eum qui. in
princ. ff. de iureiurando. primo enim ad mi-
nus, & breuissimum spatium tēporis trigin-
ta dierum restricta est oppositio huius exce-
ptionis ut in d. §. super cæteris; secundo quia
4 licet post biennium non † possit per confiten
tem mutuo recepisse pecuniam opponi exce
ptio illa, ad finem ut transferat onus proban
di in aduersarium, ut supra, potest tamen op-
ponere exceptionem doli, & probare ipse cō
tra cōfessionem suam hanc negatiuam, non
fuisse sibi numeratam, ut tradunt gl. Bart. &
alij in d. l. si ex cautione. Aret. in d. princ. de
except. nu. 4. & 6. Felin. in d. c. si cautio nu.
66. 6. Fallen. & Marsil. in dictis singularibus
5 277. & 283. tamen † lapsis dictis triginta die-
bus penitus excluditur confitens, ut etiam su
scipiendo hoc onus probandi contrarium in
se, non tamen audiatur, sed sua confessio im-
pugnari nequeat. ita uolunt Bald. Salicet. &
Castr. in d. §. super cæteris, & Castr. in d. cōs.
6 233. in 2. uol. Non procedit † tamen, nec lo-
cum habet hæc exceptio tribus casibus posi-
tis in textu d. l. in contractibus. §. 1. & duo-
bus additis ibi in gloss. in uerbo penitus, pri-
mo in confessione facta pro depositis rebus,
secundo in confessione procuratoris, uel ad
ministratoris rerum fiscalium de solutione
facta publicarum functionum; tertio in con
fessione dotis receptæ post confectionem do
talium instrumētorum; quartus est casus ad-
ditus per glossam, si procurator fisci confite-
tur habuisse, & recepisse precium rerum fisca
lium uenditarum. l. omnes. §. fin. C. de qua-
drien. præscript. quintus, & ultimus casus est
in casu l. antiquæ. in princ. C. ad Velleian. si
7 mulier † fatetur in instrumento tribus testi-
bus subsignato se aliquam pecuniæ quantita
tem accepisse, ut pro aliquo intercederet, sta-
tur enim suæ confessioni, & beneficium Vel-
8 leiani amittit. Sed si creditor † non per viam
confessionis liberaret debitorem, & non ex
ea causa quia sibi solutū esset, huic exceptio-
ni etiam locus non erit, sed statim sibi præiu-
dicaret, ut per Salic. in d. §. 1. Castr. in l. gene
raliter. nu. 13. in d. §. 1. nu. 4. & in l. tale pa-
ctum, in princ. nu. 5. ff. de pactis, & causa do-
nationis in dubio censeretur facta liberatio
ut per Salic. in d. §. in fin. quo fit, ut si per acce
ptilationem sit facta confessio solutionis, &
liberatus sit debitor, cessat hęc exceptio. Bar.

& Castr.

& Castr. in l. si ex pluribus. in princ. ff. de solut. licet ibi Bald. contrarium tenere videatur, & in l. si accepto latum. la secunda. vbi Bald. in §. 1. transit cum Bart. ff. de acceptil. Castr. in d. l. generaliter, nu. 13. & in d. l. tale pactum. in princ. licet Raphael. in d. l. si ex pluribus. teneat contrarium, cuius opinionē dicit Aretin. veriorem, quam tamen in praxi nō putat posse victoriam dare in §. item per acceptilationē. ad fin. Instit. quib. mod. toll. oblig. & idem esse videtur quando principaliter creditor facit pactum de non petendo vt in d. l. tale pactum, & Ruin. alleg. consil. 73. num. 2. & sequ. vol. 4. licet aliud esset si esset factum pactum de non petendo post confessionem solutionis factæ, & quodammodo in Clausulis accessorijs, ut cōmuniter fit in instrumētis absolutionum, & liberationum, & in consequentiam, ut tradit Bald. in d. l. in contractibus. in prin. q. 3. nu. 6.

Speique futuræ numerationis, & receptionis.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poterit licet renunciatum sit spei futuræ numerationis.*

GLOSSA III.

1 Non propterea † excluditur hæc exceptio, & si cōfitens in instrumēto renunciet huic spei futuræ numerationis, licet aliquando gloss. voluerit contrarium vt dicit Bald. in d. l. in cōtractibus, in prin. quęst. 2. nu. 5. sicut etiam nihil facit, si apponatur alia Clausula eiusdem effectus, non spe futuræ numerationis, vt tradunt. Bart. & Castr. in d. l. si ex cautione. Alex. in l. 2. §. creditū. nu. 6. ff. si cert. pet. Ias. in d. l. Cum quis. nu. 18. C. de iur. & fact. ignor. & Felin. in d. c. si cautio. nu. 51. non tamen vmquam debet notarius dicere contrarium in instrumento confessionis ubi non est præsens pecunia, scilicet aliquem confessum fuisse spe futurę numerationis, ut Bal. tradit post gloss. ibi, in l. fin. C. de condict. ex lege.

Omnino renunciantes.

SVMMARIA.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non habitæ, & receptæ numquid possit opponi stāte etiā quod fuerit renunciatum tali exceptioni, hic pulchrè examinatur.*

2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, vel non habitæ, & receptæ numquid opponi possit licet sit renunciatum tali exceptioni cum iuramento, hic distinguitur.*

Non sufficit tamen Clausula, qua cōfitens iuuat omnia, & singula in instrumento contenta uera esse.

3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non potest per eum qui promisit non cōtrauenire de iure, vel de facto, sed facta solutione repeti potest.*

4 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ non opponens, quia iurauit verè factam fuisse numerationem, si soluit non repetit.*

5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ per minorem etiam si iurauerit lapso etiam biennio opponi potest.*

6 *Omnino dictio quid importet, & quot habeat significationes.*

GLOSSA IIII.

Notarij passim in omnibus instrumentis confessionum apponunt hanc renunciationem putantes satis cautum esse ijs, ad quorum fauorem fit talis cōfessio, quam etiam ponit Specul. in d. §. 1. de empt. & vēd. nu. 18. post Roland. ibi citatū per Io. Andr. in additionibus, quod uoluit glo. loquens de notarijs Bononię in cōfessionibus dotium receptarum, in l. 1. in gloss. vlt. C. de dot. caut. nō numer. quam opinionem tenuerunt antiqui Doctores Iacob. de Beluis. & Odofr. vt refert Cin. affirmantes quod saltē talis renunciatio trāsfert onus probandi in confitentem, quę uidetur fuisse etiam opinio glo. in d. l. si ex cautione, quod etiam tenuit Petr. de Vnzol. in d. sua practica seu tractatu nu. 5. & nu. 14. Fortius tradit Marsil. in singul. 222. exceptio. ex Bald. in consi. 452. duo rei. in 1. uol. quod ex ea confessione, & renunciatione oritur præsumptio contra confitentem iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in cōtrarium nisi per confessionem partis dicens quod illa doctrina aliàs sibi fecit honorem in practica, sed certe falluntur, quia commu-
1 nis est Doctorum sententia, quod hæc † renūciato non noceat confitenti cum ea facilitate, & fragilitate qua spe futurę numerationis inducitur ad confitendum, pariter inducitur ad renunciandum ita tradit Bart. in fi. primæ lecturæ, & col. fin. secūdę post Iacob. Butrig. Bald. secunda quæst. Salic. quæst. 1. num. 5. & Castr. nu. 6. in d. l. si ex cautione, quam etiam ibi tenuerunt Iacob. de Are. & Cin. ut refert ibi Salic. Bal. in d. l. In contractibus. in prin. nu. 5. & Castr. in fine princ. Aretin. in d. tit. de litter. oblig. nu. 14. & in d. §. 1. de except. nu. 36. Bart. in l. fin. secunda lect. eod. tit. C. de non

de nõ numer.pecun. Abb.Imol.& Felin.nu. 48.in d.c.si cautio. Alex.qui etiam dicit com munem in consi.179. Visa scriptura 1.col.2. vol.aliàs est consilium 35. in primo uol. Socin.consi.80.nu.12.1.uol.quam etiam tenet Steph. Aufrer.in addi.ad decisionem Capellę Tholosanæ 373. Quæ opinio procedit qñ renunciatio fiat eodem instanti, & tempore, quo fit confessio, & communiter fieri solet, secus si ex interuallo, ut firmãt quam plures ex supra allegatis, & maxime Salic.in d.l.si ex cautione. Aretin. & Felin. in locis supra citatis, & tunc renunciatio facta ex interuallo in hoc proderit ut transferatur onus probandi contrarium in renunciantem, pro quo facit, quia tollitur hæc exceptio si confitens debitum ex interuallo debitum ipsum agnouerit, partem aliquam soluẽdo, l.cum fidem. C.eod.tit. Castr.in d. l.si ex cautione, nu.6. Aretin.d.§.1. nu.38. Ias.in d.l. Cũ quis, col. pen. & Felin.in d.c.si cautio, nu.56.

2 Sed quid † si in instrnmento sit appositum iuramentum, numquid confitens hanc exceptionem opponere possit? Distinguendum est, quia aut fuit facta simplex cõfessio de soluto nulla subsecuta renunciatione, & simplex additum iuramẽtum, & tunc non tollitur hæc exceptio, cum iuramentum habeat eandem naturam, quam sortitur confessio ipsa super qua interponitur, scilicet si numeratio fuerit subsecuta, & eo prætextu emanat l. fin. & ibi omnes. C.eod.tit. de non num.pecun. Aut iuramentum additur in instrumento in quo pars fatetur vere habuisse pecuniã, & hoc casu cum iuret confitens vere sibi fuisse numeratum, non admittitur ad allegandũ hanc exceptionem, scilicet non fuisse solutã pecuniam. ita declarant Bald. Salic.& Castr. in d.l.fin. Butr.in c.fin.de solut. Felin.in d.c. si cautio.nu.46. Socin.consil.62.col.3.nu.2. 1.uol.& Butr.in tract.de iuramento.31.effectu.nu.46. quod tenet etiam Steph. Aufrer. in d.addit. Non crederem tamẽ hoc casu sufficere Clausulam, qua cõfitens iurat omnia, & singula in instrumento contenta uera esse, vt communiter fit, quia non propterea diceretur iurans iurasse uere sibi numeratum, sed confectum fuisse, ut instrumentum continet, & propterea ad tollendam hanc difficultatem fuit addita in confessione supra illa vox, vere, licet hoc casu secundum Butr.& Felin. posset peti absolutio a iuramento, ad finem opponendi exceptionem. Aut non fuit renunciatum exceptioni non numer.pecun. vt in casu isto, & additum iuramentum, & tunc nõ potest opponi hęc exceptio, sed omnino soluere debet confitens licet repetere possit solutum, per tradita in c. debitores, de iureiur. vt trad. Bar. Salic. & Castr.in d.l.fin. Salic. in d.l. si ex cautione, quæst. 4. Socin. consi.80.num.13. 1.uol. Felin.d.c.si cautio. nu.50. Bauer. & Aufrer. in locis præallegatis, & fuit decisum in capell. Tholos.d.quęst.

3 374. ubi idem † dicitur, si fuit promissum non contrauenire de iure, vel de facto, & Marsil. in singul.327. Exceptio, ubi tamen vult posse opponi exceptionem simulationis, quę tñ eo casu per opponentem veniret probanda; sicut etiam censerem probandam esse si obtineretur absolutio, uel habilitatio à iuramento: sed quando iuratum est uerè fuisse nume-

4 ratum, ut in secundo casu, tunc † facta solutione non esset locus repetitioni, ut hoc vltimo casu, ut per Castr.in d.l. fin.nu.4. *Iuramentum tamen hoc præstitum hoc casu per minorem, non repræsentat ipsum maiorem, sicut in casu Auth. Sacramenta puberum, C.si*

5 aduers.uendit. ut etiam † ipse omnino excludatur ab hac exceptione, cum tempus biennij ei non currat, quin possit ex post etiam hanc exceptionẽ opponere, l. fin. C.in quib. cau. in integ. rest. necess. non est. ita tradunt Bald. Salic. & Castr. in d.l.fin. & Felin.in d. c.si cautio.num.50. Cætera ad hanc materiã pertinentia uideantur per Doctores in locis ordinarijs, & præsertim Felin. in d.c.si cautio, per Vital. Camb.in tract. Claus.in tit.de simulatione, & in tit. An exceptioni non numeratæ pecuniæ renunciari possit; non enim de hac materia voluimus facere plenum tractatum, sed tantum aliqua quasi per modum summæ, & compendij ad declarationẽ Clausulæ nostri tractatus tangere.

6 De dictione † autem, (*Omnino*) hic apposita dicendum est, quod habeat plures significatus, ut per Felin. in c. ex parte, il 1. post princ. de offic.deleg. per Tiraquel.in l.si vmquam, in verbo, Reuertatur, nu.73. C.de reuoc.donat.& in tract. de retract.tit.1.§.1. gl.1.nu.22. & Alber.in Dictionario suo super eadẽ dictione, & inter cætera habet præcisam significationem, & idẽ importat quod præcise, l.si cum exceptione, §. sed & si quis, ff.quod met.caus. Ias.in l. precibus, nu.2. C. de impub. & alijs substit. & ante eum Bald. in l.fin. in princ. C. de contrah. empt. & alij in alijs locis, & hoc modo capi potest hic, ad ostendendam præcisam, & enixam uoluntatem partis renunciantis huic exceptioni, ut in simili ad comprobandam voluntatem testatoris tradit Socin. de hac dictione, in consil.249.nu.17.2.uol. Dec.consil.1.nu.4. & consi.582.nu.2.& Socin.in l.si mihi & tibi, §.in legatis, nu.17.ff. de leg.1.de quo per Didac. Hispan. in Rubrica, extra de testam. 2.parte, nu.20.col.3. uersi. undecimo quãdo.

Et de

Et de ea late habetur per Tiraquell. in repet. l. si vnquam, in verbo, Reuertatur, 18. Fallen. nu. 76. & sequ. C. de reuoc. donat.

CLAVSVLA XXXIII.

Et pro libris septingentis dictæ monetæ ipsi emptores, videlicet prædictus D. Rodulphus agens suo proprio, & principali nomine.

SVMMARIA.

1 Cõtrahere quilibet præsumitur nomine proprio, etiam si cum rebus alienis contrahat.

GLOSSA I.

1 Dicèt quilibet † contrahens in dubio censeatur contrahere nomine proprio, l. & magis, ff. de solut. Bart. in l. Titium, §. altero, nu. 3. ff. de admin. tut. cum alijs traditis supra in c. contrahentium, in glo. agentes, tam suis proprijs nominibus, &c. quod procedit, etiã si cũ rebus alienis contrahat. Dec. consil. 7. nu. 5. tamẽ ex eo quod isti emptores diuersimodè contrahunt, alter scilicet nomine proprio, alter nomine patris, ideo ad maiorem declarationem hæc Clausula inseritur hic, ut etiam dictum fuit in d. gloss. Agentes, &c. de dictione videlicet inferius dicetur in gloss. prædicti emptores, ut supra, agentes, &c.

Et dictus Antonius agens nomine dicti sui patris, pro quo de rato, & ratihabitione omnium, & singulorum infrascriptorum, & in præsenti instrumento contentorum.

SVMMARIA.

1 Filius acquirendo nomine patris sibi acquirit.
Filius non potest patrem obligare, eius præiudicare.
Filius maior annis vigintiquinque potest pro alio fideiubere, & promittere.
2 Pater si vult rem suo nomine per filium emptam; debet approbare totum contractum suo nomine gestum, et sic delegationem factam per filium.
Si tamen delegatio sit facta per filium eodem contractu, secus, si ex interuallo re iam patri acquisita.

GLOSSA II.

Filius acquirendo nomine patris, sibi acquirit ut dictum fuit supra, in Clausula, præsenti, ementi, &c.
1 non tamen ita passim † potest patrẽ obligare, C. ne fil. pro patre, in rubr. & nigro, nec ei præiudicare, l. filius paciscendo, cum ibi not. C. de pact. l. nec filius, C. de reb. cred. ut infra in Clausula, Sponte, &c. & propterea opus est quod se obliget pro patre, & pro eo promittat ut cautum sit contrahenti; si sit enim maior annis vigintiquinque, põt pro alio fideiubere, & promittere, l. nulla, C.
2 quod cum eo. Et † si pater uellet rem suo nomine emptam, tenetur approbare totum cõtractum suo nomine gestum, & sic delegationem factam per filium, ex quo est facta eodem contractu, l. cum quæritur, ff. de admin. tut. Cagnol. in l. secundum naturam, ff. de regul. iur. nu. 8. & in l. 2. C. de pact. int. emptor. & vend. quæst. 36. num. 148. & Tiraquell. in tract. de retractu Conuent. in fine, num. 4. & sequ. secùs si ex interuallo id fieret, iam re acquisita patri, per tradita per Alex. in consil. 106. lib. 7. Cagnol. in d. l. 2. quæst. 70. & 71. nu. 207. & sequ. & Tiraquell. loco præallegato. num. 1.

Sponte, & ex certa scientia.

GLOSSA III.

De his Clausulis satis dictum fuit suprà Clausul. 11. gloss. 1. & 2.

Dederunt, & delegauerunt.

SVMMARIA.

1 Delegare quid sit, & quid delegatio.
2 Delegatio propriè fit tribus concurrentibus.
Licèt duo alia requirat Cagnol. & male.
3 Delegatio ad hoc vt valida sit, numquid sit necessarium quod delegatus sit debitor delegantis.
Delegatio eius qui non est debitor delegantis, nõ est propriè delegatio.
Sicut etiam si fiat de debitore per non debitorem.
4 Delegatione in facienda duplex actus cõcurrit.
5 Delegatio an poßit fieri absente delegante per scripturam, vel nutu.
L. Delegare, la. 2. ff. de nouat. declarata.
6 Delegatio etiam fit per litis contestationem.
7 Emptores precij debitores, poßunt satisfacere venditoribus per delegationem.
8 Delegatio facit conuersionem de vno debito in aliud.
9 Delegans numquid dicatur soluere.

GLOS-

GLOSSA IIII.

1 Delegare † est vice sua alium dare creditori, vel cui creditor iusserit. l.delegare, la prima, in prin.ff.de nouat.& delegatio : vt tradit Ias. nu.36.& Cagnol. nu. 163. in l.singularia,ff. si cert. pet. est alterius debitoris loco sui per stipulationem creditori, vel cui iusserit facta
2 datio. Fit autem delegatio † propriè tribus concurrentibus; Primo, quod delegans sit debitor eius, cui delegat; Secundo, quod delegatus sit debitor delegantis; Tertio quod promittat delegatus per stipulationem secundo creditori, & sic ei, cui delegatur, d.l. delegare, §. 1. & l. 1. C.eod.tit.de nouat. licèt Cagnol.in d.l.singularia, nu.165.exigat duo alia, quæ verè non sunt necessaria, quia alterum comprehenditur in dictis tribus enumeratis; alterum verò exigitur quo ad nouationem faciendam, & inducendam citra delegationem, vt dicetur inferius : quod autem hæc tria exigantur copulatiuè, tenet Castrens.in d.l.delegare, in princ.& in l.quamuis, §.si mulier, il secondo per gloss.ibi, nu.3. ff.ad Velleian.& in l.qui vsumfructum.nu.3. & ibi Alex.nu.5.& Socin.nu. 10.ff.de verb. oblig. idem tenent Moderni, in d.l. singularia, saluantes opinionem Bartoli ibi hoc casu, quādo erat facta delegatio, vt ibi Aretin. nu.14.Socin.nu. 17. 3. Conclus. & conclus. vlt.nu.20. Ias.nu. 36. Dec.qui dicit communem, nu.27.quam etiam tenet Alex.cons.10. Visis depositionibus, nu. 3. & 4.in 2. vol. aliàs est cons.173.in 7.uol.& cons. 159.Circa primum, nu.3.eodem 2.uol.& cons.60.Viso titulo, 6. uol.quod admittit Socin. cons.37. ubi tamen reducit ad duo hæc tria comprehendentia, nu.6.uol.4.& Dec. qui in eodem casu contra Socin.consuluit, in cons.107.nu. 1.cui etiam subscribit Benuenut. Strach. in tract.de decoct.5 part. nu.5.Et licèt Aretin. in cons.5.In causa, & puncto, magis per modum dubitandi, quam decidendi videatur te-
3 nere, † nō esse necessarium, quod is, qui delegatur, sit debitor delegantis, per ea quæ ibi tradit, cum quo videtur tenere Afflict.decis. 353.& Alciat.in d. l. singularia, tamen eius opinio communiter reijcitur, ut per Doctores præallegatos, & Cagnol. in d.l. singularia, nu.174.& sequ. Quod autem necessariò exigatur stipulatio, tradit etiam Socin.cons. 267.in princ.2.uol.& Dec.cons. 421. nu.17. sed si fit delegatio de eo qui non sit debitor delegantis, illa non est propriè delegatio, sed impropriè, & largo modo, sicut etiam si fit de debitore, per non debitorem, ut tradit Castrēs. in d.l.delegare, & in l. si usus fructus, in princ.ff. de nouat.sequuntur Socin.in d.l.singularia, num.20.& Cagnol. numero 164.&
4 174. In delegatione † tamen facienda duplex actus concurrit, ut tradit Bart.in d.l.delegare, unus respectu obligationis dissoluendæ inter delegantem & delegatum, alter respectu contrahendæ inter delegatum, & s͞m creditorem, cui fit delegatio. Quo ad primū actum, (possunt.n.hęc fieri diuersis contractibus, licèt passim fiant unico tantum) cer-
5 tum est, † quod potest fieri etiam absente delegante per scripturam, uel etiam nutu, l.delegare, la secunda, ff.de nouat. Quo ad secundum actum exigitur stipulatio, ut suprà, & hoc casu loquitur §.primus, d. l. delegare, la prima, & d.l.prima, C.de nouat.ut declarant Bart. & Castr. in d.l. delegare, la prima, & la secunda. quod etiam sentit Azo. in fine, eod.tit. in sua summa, & Bald. in d.l.delegare, la secunda, Cagnol.in d. l. singularia, numero 173.& 179. quamuis Imola in d.l.delegare, la secunda, dixerit, non esse peccatum in spiritum sanctum, tenere illum textum loqui, in non valente loqui, cuius opinio reijci-
6 tur, ut sup. Fit et † delegatio per contestationē litis, ut in d.§.1.de qua tradit Ias.in l.1.C.de iudic.quæ cū ad materiam nostram non attineant, in ijs nihil scribam, sed uidendi sunt
7 Doctores in dictis locis. Dubium † autem non est, quin hoc casu emptores debitores pro precio potuerint per delegationem satis-
8 facere uenditoribus; quia per † eam conuersio de uno debito in aliud fieri potest, ut post Bart.tradunt omnes in d.l.singularia, ubi Ca-
9 gnol. numero 149. & quia † qui delegat soluere censetur, l.quamuis, §. interdum, ff. ad Velleian.l.Inter causas, §.abesse, ff.mandati, & l.Verbum exactè, ff.de verb. signif. tradit Aretin. in d. l.singularia, num. 13.& cæteri Moderni post eum, ubi Cagnol. nu. 166. licèt non sit propria solutio, sed ficta, & impropria, vt etiam inferius dicetur.

Ipsis venditoribus vt supra agentibus, præsentibus, stipulantibus, & recipientibus pro se, & suis heredibus.

SVMMARIA.

1 *Delegatio non valet non interueniente stipulatione.*
2 *Stipulatio quid sit, & vnde dicta.*
3 *Stipulatio olim solemnia quædam verba exigebat, hodie verò quibuscumque verbis concipi potest.*
Stipulatio necessario exigit verba.

Stipu-

Stipulatio rectè fit etiam si alter Græca, alter Latina lingua loquatur.
Notarius potest conficere instrumentum stipulationis, licèt non intelligat idioma contrahentium; quod quomodo procedat vide hic.
Notarius non potest conficere testamentum si non intelligit idioma testantis, etiam si adhibeantur interpretes.
Stipulatione in conficienda cur præcedere debeat interrogatio.
4 *Pactum nudum quale sit, & cur sic dictum.*
Pacti appellatione in dubio venit pactum nudum, etiam in instrumento.
5 *Delegatio fieri non potest pacto nudo etiam si esset constitutum.*
Quod etiam extenditur ad campsores nudo pacto promittentes.
6 *Nouatio pacto nudo non fit.*
Delegatio pacto nudo facta in curia mercatorum, an valeat.

GLOSSA. V.

QVia exigitur stipulatio creditoris cui fit delegatio, vt sup. dictũ est, ideò, hic est apposita hæc Clausula, & alia de qua infrà (præsentibus, & vt suprà stipulantibus) non † enim valeret delegatio si non interuenerit stipulatio, sed pactum nudum. Est autem † stipulatio verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum, facturumue se id quod interrogatus est respondet, l. stipulationum aliæ, §. stipulatio, ff. de verb. obligat. gloss. in uerbo stipulamur. Inst. de verb. oblig. in princ. tradunt Doctores in Rubr. ff. de verb. oblig. ubi Ripa, num. 1. & Alciat. nu. 16. vel ab eo deducta quod stipulum apud veteres firmum appellabatur, fortè à stipite descendens, ut traditur Inst. in d. tit. de verb. oblig. in princ. uel vt mauult Catellian. Cotta, in suis Memor. à stipe potius deducta, quod circa stipem id est pecuniam maximè consistat, cui aliqui ex Latinis consentiunt: hoc autem verbum, stipulantibus, vel simile, est apponendum: quia non potest dubitari an legitimè facta sit promissio, §. si scriptum, Inst. de inut. Stipul. Specul. in tit. de oblig. & solut. §. 1. versi. verbum stipulata, nu. 5. Et licet † olim ad stipulationẽ faciendam, & inducendam, quædam verba solemnia exigerentur, vt spondes, spondeo, promittis, promitto, & similia, de quibus in textu, in §. primo, Instit. dicto titulo, tamen hodie ex constitutione sublata est ista necessitas, & sufficit stipulationem fieri quibuscumque verbis contrahentium consensu eorum compositam, l. omnem, C. de contrahenda, & committ. stipulat. & dicto §. primo. Sunt tamen necessaria verba, & propterea inter præsentes fit, l. prima, in principio, ff. de verborum obligatione, & dicuntur præsentes, qui inuicem se audire possunt, ut per Doctores ibi, nec refert si alter ex cõtrahentibus Græca lingua alter Latina, vel vulgari loquatur, modo se intelligant, & congruenter ad interrogata respondeatur. dicto §. primo, & dicta l. prima, §. finali. Et quando notarius intelligit idioma, & linguam loquentium, potest conficere instrumentum, & sibi creditur, vt per Aretinum, in dicto §. primo, numero secundo, per tradita per Bart. quem cæteri sequuntur in dicto §. finali. Si verò non intelligit eos, tunc debent adhiberi interpretes duo, vel saltem vnus si plures haberi non possunt; Et notarius in subscriptione instrumenti tunc debet dicere partes sic fecisse, & dixisse, licèt lingua theutonica vel alia loquerentur, quod & constitit ex uerbis sibi tunc interpretatis, & declaratis per talem interpretem, vnum, uel plures ad hoc assumptum à partibus, in præsentia ipsius notarij, vt tradit Bartol. & alij sequuntur magis communiter, in d. §. fina. Non posset tamen notarius conficere testamentum, uel de eo rogari si non intelligat verba testatoris loquentis, puta lingua Hæbraica, vel Theutonica, nec hoc casu sufficeret quod vnus interpretaretur verba testantis, ut tradit Bald. in l. Iudices, in fi. C. de sent. & interlocut. omn. iud. & Crot. in d. §. fin. numero secũdo. Fuit inductum ut in stipulatione interueniret ac præcederet interrogatio, vt certior esset animus promittentis, qui magis deliberatè ad promissionem accedit, cum aliàs multi promittant plura, quæ non promitterent si scirent partem acceptaturam, ut tradunt Castr. & alij, in dicta Rubrica, ff. de uerborum obligatione, & ibi Ripa, numero secundo, & Alciatus, numero 23. Pactum † modo nudum est, quod fit nulla præcedente interrogatione, sed tamen parte præsente, & acceptante fit, cum sit duorum, pluriumue in idem placitum, & consensus, l. prima, ff. de pactis, tradit Crot. in dicta Rubrica, numero primo, & dicitur nudum, quando est in meris terminis naturalibus relictum, & nudum à forma, & approbatione ciuili, l. Iurisgentium, §. igitur nuda, ff. de pactis. Ripa, in dicta Rubrica, numero 20. ubi etiam agit de pactis vestitis, de quo etiam alij ibi; ubi ex Baldo, idem Ripa ibi dicit appellatione pacti in dubio de pacto nudo intelligendum esse.

esse, & idem tradit post Rimin. & Decium, Cagnol. in Rubrica, C. de pact. numero sexto, vbi extendit post Modern. in dicta Rubrica, hoc procedere, etiam si in instrumento dictum sit, aliquem pactum fecisse, ut per eos ibi; qui plura ad hanc materiam ponũt, quæ ne nimis onerem tractatum nostrum, missa
5 faciam. Quod autem † pacto nudo non possit fieri delegatio, etiam si esset constitutum, probatur in l. item illa, §. fina. ff. de const. pecun. tradit Castr. in dicta l. delegare, la prima, num. 2. & ibi num. 3. etiam extendit ad campsores pacto nudo promittentes. Sequitur Socin. in d. l. qui usumfructum, num. 11. & Purpur. in d. l. singularia, col. 2. & quod
6 † nouatio pacto nudo non fiat, tradit etiam Alex. in dicta Rubrica, num. 10. alios citans.
7 Si tamen † ageretur in Curia Mercatorum, ubi de æquitate proceditur, delegatio etiam facta pacto nudo, procederet, & ita uidisse consultum firmat Socin. in d. l. qui usumfructum, conclus. 7. nu. 18. & idem tenet in d. l. singularia, 3. Conclus. nu. 17. & fortè uidit consi. Dec. 107. qui idem tenet, in 2. col. licèt ipse Socin. in eadem causa uideatur contrarium consuluisse, in d. consi. 37. in 4. & idem admittit Dec. in d. consil. 421. nu. 17. Quod etiam tenet Benuen. in d. tract. de decoct. par. 5. nu. 5. & Cagnol. qui extendit etiam si causa agatur inter nobilem, & mercatorem, in d. l. singularia, nu. 181. & sequent.

Et ipsis de Amadæis agentibus pro dicto Iacobo, ac mihi notario infrascripto, vt publicæ personæ stipulantibus, & recipientibus pro ipso Iacobo, & suis hæredibus.

SVMMARIA.

1 *Stipulatio ius acquirit absenti, in tantum, vt reuocatio fieri nequeat sola voluntate promittentis.*

Declara tamen ac distingue vt hic.

2 *Donatio acceptari potest donatore etiam mortuo, virtute stipulationis pro absente factæ à notario instrumentum donationis conficiente.*

3 *Donatarij hæredes possunt etiam viuo donatore ratificare donationem defuncto factam.*

4 *Contractus in omnibus suis partibus debet ratificari ab eo cuius nomine factus est, non autem pro parte acceptari, & pro parte non.*

Et idem quando notarius stipulatus est pro absente.

5 *Absenti acquiritur etiam nulla interueniente stipulatione, si iuramentum in contractu fuerit additum.*

GLOSSA VI.

QVia delegatio, ut supra dictũ est, exigit ad eius ualiditatem stipulationem, & stipulatio inter absentes fieri non potest, ut proximè dictum est, ideo hic fuit necesse quod uendentes pro absente, & notarius ut publica persona pro eo acceptarent delegationem, & stipularentur à delegato debitore: quę qui
1 dem † stipulatio ius acquirit absenti, per ea, quæ latè tradita fuere in Clausula contrahẽtium, in uerbo, præsenti, ementi, &c. in tantum, ut reuocatio fieri non possit, sola uoluntate delegantis, ut ibi dictum fuit. ad quam quæstionem uidendus est Tiraquell. in tract. de constit. 3. parte 30. limit. Plot. in repet. l. si quando, nu. 12. C. Vnde vi, & Didac. Hispan. in 1. lib. suarum resolut. cap. 14. nu. 11. & plenius in Rubr. extra de testam. in 3. par. nu. 13. vbi declarat quomodo conciliandæ sint Doctorum opiniones in hac materia, tenentes ex stipulatione notarij ius acquiri absenti, vt actus reuocari non possit, sed tamen ratificatione non subsecuta, & interim facta rei alienatione in alium, præferri secundum acquirentem primo, ex stipulatione notarij acquirenti, sed post factum alium contractum in tertium, & re non integra ratificanti; cum id intelligendum sit, vt reuocari non possit nuda uoluntate, secùs si interim in
2 alium fiat translatio; Et ibi etiam tenet, † ex stipulatione notarij ius acceptandi donationem, vel aliud quidpiam acquiri etiam defuncto donatore, vel contrahente, & dominio quæsito hæredibus, licèt alij contrarium tenuerint, quos ipse citat, & quorum aliquos supra citauimus, loco præallegato, cum ipsi hæredes ex persona donatoris vel cõtrahentis defuncti teneantur actione personali ad obseruantiam, vt per eum ibi, vbi etiam agit,
3 numquid † hæredes donatarij possint donatore viuo ratificare donationem defuncto factam, apud illum hæc omnia videto; ex cuius dictis venit declarandum id, quod in hac materia scribit Cagnol. in d. l. singularia, nu. 155. de reuocatione facta de mandato de soluendo ante ratificationem creditoris, de quo etiam inferius aliqua dicentur. Illud tamen
4 non est omittendum, quod sicut is, † cuius nomine contractus aliquis initur, debet contractum ipsum in omnibus suis partibus acceptare, nec potest in partes diuidere, partem acceptando, & partem respuendo, ut suprà dictum fuit in Clausula, Et dictus Antonius, ita pa-

ita pariter dicendum eſt, quando notarius ex ſua ſtipulatione acquirit abſenti, ut de utroque tradit Tiraquell. in tract. de retract.
5 conuent. ad fin. nu. 7. Sed ſi pro abſente † nulla eſſet facta ſtipulatio, & in contractu additum ſit iuramentum, abſenti quæritur, ut dictum fuit ſupra, in Clauſula, pręſenti, ementi, &c. ad finem; & in delegatione in terminis tradit Pariſ. in conſi. 107. num. 49. & ſeq. 3. uol. ſi tamen illud ſit conſilium Pariſij, de quo iure ſuſpicandum eſt, cum illudmet mutatis nominibus reperiatur etiam inter conſilia Ruini conſi. 209. 1. uol.

Necnon & dicto Marco procuratori antedicto, præſenti, ſtipulanti, & recipienti pro dicto Ludouico eius principale, & eius hæredibus.

S V M M A R I A.

1 *Procurator constitutus ad precium recipiendum, vel etiam ſolutionem, non poteſt recipere delegationem.*

GLOSSA VII.

CVm delegatio ſit ficta, & impropria, non uera, & propria ſolutio glo. in d. l. quamuis, §. interdum, uer. ſoluit, & ibi Caſtrēſ. ff. mandat. Bald. in l. cum filiusfamil. in fine, ff. ſi
1 cert. pet. propterea habens † mandatum ad precium recipiendum, nō poſſet recipere delegationem, quæ non eſt uera ſolutio, ut ſupra, ut tradit Iaſ. in l. filius paciſcendo, ſupra allegata, 2. col. C. de pactis. & in l. eum qui ita, §. qui ſibi, col. 4. nu. 12. ff. de uerb. oblig. per text. in l. fugitiuus, ff. de ſolut. & idem ſi ad ſolutionem recipiendam quis conſtituatur procurator. Alex. conſ. 95. in 3. uol. & Alciat. in l. ſolutionis, ff. de uerb. ſignifi. ideo ad euadendas difficultates, benè inſpiciendum eſt procuratoris mandatum.

In debitorem ac pro debitore in & pro dicta ſumma.

S V M M A R I A.

1 *Debitor dans ſimpliciter creditori ſuo alium in debitorem, non cenſetur facere nouationem, nec ipſe liberatur niſi alia concurrant.*
Nouatio quid ſit.
2 *Debitor dicens ſuo creditori, non habeo paratam pecuniam, ſed dabo tibi vnum bonum debitorem, & ita det aliquem etiam campſorem, qui promittat pro eo, non liberatur, nec cenſetur feciſſe nouationem.*
3 *Debitor quis dicatur.*

GLOSSA VIII.

PEr hanc Clauſulam ſi non concurrent alia, quæ in hoc inſtrumēto concurrere finguntur, ex quibus conſtat eſſe factam delegationem de quibus ſupra ſatis abundè dictū eſt,
1 ſed tantum † debitor creditori ſuo dederit alium in debitorem non cenſeretur facta nouatio, nec liberaretur primus debitor, quæ quidem nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem uel ciuilem, uel naturalē transfuſio, atque tranſlatio, hoc eſt cum ex præcedenti cauſa ita noua conſtituitur, ut prima perimatur, ut tradit Raph. Com. in d. l. delega
2 re, la prima, dicens, quod ſi debitor dicat † creditori, nō habeo pecuniam paratam, ſed dabo tibi unum bonum debitorem, & ita det aliquem etiā campſorem qui promittat pro eo, non cenſetur facta delegatio, nec primus debitor liberatus, ſequitur Soc. in d. l. qui uſumfructum, numero 12. & Iaſ. in dicta l. ſingularia, numero 38. ubi etiam alij ſequuntur tenentes contra Bartolum ibi, quod tamen non procederet in nonnullis caſibus,
3 quos infra ſubijciam. Debitor † autem is intelligitur à quo inuito exigi pecunia poteſt, l. debitor, ubi Alciat. de uerb. ſignific. unde qui habet exceptionem legitimam, deſinit eſſe debitor l. Marcellus, ubi Cagnol. ff. de regul. iur. facit l. creditores, ff. de uerb. ſignifi. & l. creditor, ubi Alciat. ff. eod. tit.

Benedictum F. Q. Borſij de Ciffolinis Ciuem Ferrariæ, de contrata Sancti Stephani, præſentem, volentem, & conſentientem.

S V M M A R I A.

1 *Delegatio non fit niſi debitore delegando conſentiente, & permittente.*
Fallit tamen in dote.
Fallit etiam in debitore operarum.
2 *Creditor poteſt cedere iura ſua contra ſuum debitorem alteri ſuo creditori.*
Debitor per indirectum cogi poteſt ſoluere creditori creditoris.

GLOSSA IX.

1 NOn fit delegatio † niſi debitore delegando conſentiente, & permittente, l. 1. C. de nouat. nec inuitus delegari poteſt, l. nec creditoris. C. eod.

C.eod.tit. & tradunt omnes magis communiter in dictis locis, sed fauore dotis aliud in dote dispositum est, l. secunda, in princip.ff. soluto matrimonio, quod procedit etiam in debitore operarum, ut per Alexand. in l.si non sortem, §. libertus, nume. 10.ff.de condict.indebit. & ibi Socin.nume.16. Et quod inuitus debitor alteri delegari nequeat, nec cogatur mutare obligationem, uel promittere debitori creditoris, tenent Alex.num.27. Socin.num.11.& Ripa, num.44.in d.l.2.in
2 princip. Potest bene † creditor cedere iura sua contra suum debitorem alteri suo creditori, & hoc modo cogitur per indirectũ soluere debitor creditori creditoris, dicta l.prima, §. primo, ubi omnes, C.de nouat.& Ripa, d.nu.44.

Ac loco ipsorum emptorum.

SVMMARIA.

1 *Delegatio vera, & propria, numquid requirat quod debitor delegatus promittat loco debitoris delegantis.*

Cagnoli opinio reiecta.

2 *Nouatio an præsumatur facta delegata persona non debitoris, campsoris puta, uel alterius, qui dicat promitto loco talis nempe delegantis.*

3 *Nouatio quomodo facta censeatur delegato campsore dignoscitur ex verbis diuersimodè conceptis, ut hic.*

4 *Nouatio præsumitur facta nomine debitoris in solutum dato.*

GLOSSA X.

Cagnol. in d.l. singularia nu.165. & num.183. firmat hoc vltra tria supra requisita ad delegationem
1 † veram, & propriam esse necessarium vt etiam debitor delegatus promittat loco debitoris ei cui fit delegatio; sed tamen fallitur: quia in propria, & vera delegatione non est opus debitorem delegatum promittere loco debitoris delegantis. Et Bald. cuius fuit hæc originalis decisio, in l.2. nume. 7. C. de execut. rei iud. non loquitur in propria, & vera delegatione, sed in impro
2 pria, quia † delegatur non debitor, campsor, vel alius, & tunc censet, quod si dicatur, promitto loco talis, censetur facta nouatio, d.l. delegare, ex quo pars vnum debitorem pro alio accipere videtur; & licèt Castr. in d.l. quamuis, §.si mulier, il secundo, videatur recedere ab hac sententia Bald. cuius opinioni videtur adhærere Andr. Pomat. in addit. ad Bart. in d.l. singularia, sub num.19.in 6. quæst. tamen idem Castr. post Imol. in d.l. delegare, in prin. eam sequitur, quam etiam sequitur Alex. declarans hoc casu debitorem liberari, etsi non fiat propriè delegatio, in d.l. qui vsumfructum, num.6. vbi idem tenet Socin.num.14.& idem Socin. in d.l. singularia, 4. conclus. num.18. & Ias. num.40. licet subdubius, vbi etiam Dec.num.27. quam decisionem sequitur Alexander. in d.consi.10. in 2. aliàs 173. in 7. num.3. consi.159. Circa primum, num.3. in 2. & 60. in 6. vol. Paris. d. consi.107. num.24. & seq. & num.44. & Cagnol. in d.l. singularia, num.185. Et idem uoluit Paris. in d. consil. num.12. si sit dictum, quod quis promisit pro tali, quia idem est ac si diceret, loco talis, quem iure optimo in hoc reprobat Cagnol. d.nu. 185. adducens in terminis Imolam tenentem contrarium, in d.l. delegare, & Alex. d.consi.173. aliud tamen esset si quis daret alium debitorem pro se, vt Bald. tradit in l.fi. C. ad leg. Falcid. ubi
3 dicit, † quod si dicatur do tibi talem argentarium pro me, censetur facta nouatio, secus, si dicatur, in tantam quantitatem, uel propter me, dicens tamen quod in dubio non uidetur datus in satisfactionem, nisi aliter sit consuetudo, & hoc casu admonet, ut uideantur Codices rationum, ex quibus secundum sonum uerborum poterit dignosci an sit facta nouatio nec ne, sequit. Alex. d.consi.173. nume.5. multum igitur interest, an dicatur quod campsor promisit pro me, quia potest promisisse accessoriè ad meã obligationem citra nouationem, iuxta tradita per Bald. in d.l.2. num.7. an uerò quod dederim talem campsorem in debitorem pro me; nam hoc casu censetur facta nouatio, & liberatio pri-
4 mi debitoris, ut supra: sicut † etiam facta censetur quando nomen debitoris uidetur datum in solutum, iuxta not. per Bald. in l. Mœuia, in princip.ff. solut. matrim. & huius mentis uidetur fuisse Alex. in d.l. qui usumfructum, numeto sexto, & expressius Socin. in dicta l. singularia, numero 18.4. conclus. & in dicta l. qui usumfructum secunda conclus. nume.13. & Cagnol. in dicta l. singularia, numero 187. & quod ex libris campsoris, uel promittentis probatio, uel coniectura capiatur an sit facta nouatio inter partes, uel non, & liberatus sit primus debitor, tradit etiam Socin. dicto consilio. 267. col. fin. ad finem.

Sponte,

Sponte, & ex certa scientia obligando se, & omnia, & singula eius bona, præsentia, & futura, per se, & suos hæredes promittentem.

SVMMARIA.

1 *Promittere, uerbum, in instrumento, & scripturapositum, importat stipulationem, secùs si sit per testes prolatum.*

2 *Promittere, uerbum, numquid importet stipulationem, etiam si ab imperito, & ignaro litterarum sit in scriptis prolatum.*

GLOSSA XI.

ETiam si in instrumento non constaret aliter interuenisse stipulationem, si tamen est additum hoc verbum, promittentem, uel, pro-
1 misit, stipulatio † præsumitur interuenisse, l. 1. C. de contrahen. & committ. stipulat. §. si scriptum, Inst. de inut. stipul. tradunt Bart. & alij, in l. 1. C. de vsur. & in l. sciendum, ff. de verbo. oblig. & Morderni in Rubr. ff. eod. tit. secùs est in verbo, conuenit, ut per Doctores, in d. Rubr. vbi Galliaul. nũ. 27. Ripa nu. 16. & Cagnol. in l. lecta, num. 87. & sequ. & Fran. Viu. in suis Commun. opin. opin. 437. verbum, conuenit, 1. parte, secùs tamen est, si testes deponerent aliquem promisisse, quia intelligeretur per pactum, non per stipulationem, ut per gloss. Bart. & Bald. in d. l. 1. C. de usur. & rationem diuersitatis ponunt ibi Bartol. & alij, & Crot. post alios, in dicta l. sciendum, nu. 17. Et hoc procedit, siue istud uerbum, promissionis, sit positum in scriptura publica, siue priuata, ut per Bartolum, numero decimoquinto, Castrens. & alios, in dicta l. prima, C. de usur. Aretinum in dicto §. si scriptum. Gallia. in d. Rub. nu. 29. Et licet Socin. in alleg. cons. 267. col. 1. aliter uideatur voluisse in ista materia delegationis, maximè quando profertur à persona ignara, & uulgari, & materno sermone, quia vulgares non intelligunt stipulationem, citando Aretin. in d. l. sciendum, per not. per Iac. Butrig. in d. l. 1. C. de contrah. & committ. stipul. qui
2 idem tenuit, quod scilicet uerbum, † promisit, in scriptura priuata importat stipulationem, ita demum, si à iuris perito apponatur; quam limitationem mandant notari Bald. & Angel. ibi, & Socin. in hoc uidetur sequi Gallia. in d. Rubr. nume. 28. & tradit etiam Ias. in dicta l. lecta. colum. 4. tamen opinio Pauli de Castro in dicta l. delegare, numero 3. & verior, & communior est, quod indistinctè scilicet verbum, promisit, etiam in scriptura priuata materno sermone composita, & ab ignaro iuris, importat stipulationem, quam etiam tenet Alex. in d. cons. 173. nu. 5. Dec. d. cons. 107. 2. col. & ipsemet Socin. sibi parum constans in d. l. qui usumfructum, nu. 11. & est communis opinio, secundum Cagnol. in d. l. lecta. num. 92. licèt pro ista opinione alleget Socin. in d. cons. inaduertenter, qui tamen tenet contrarium. quam etiam tenet Viu. d. 1. parte, opin. 438. Verbum promitto. Et propterea si per campsorem in libris suis scriptum sit, se promisisse pro aliquo eius creditore, intelligeretur per stipulationem, & sic per delegationem, si alia duo necessaria concurrant, de quibus suprà, ut per Castr. in d. l. delegare, nume. 3. & Alexand. dicto consil. num. 5.

Prædictis venditoribus, & mihi notario infrascripto præsentibus, stipulantibus, & recipientibus, vt supra.

SVMMARIA.

1 *Emptor tenetur ad usuras recompensatiuas loco fructuum perceptorum uenditori.*

2 *Fallit tamen, quando uenditor delegasset emptorem alteri suo creditori, tunc enim emptor delegatus neutri teneretur ad usuras.*

3 *Sublimitatur tamen hæc fallentia, quando emptor promisit soluere quidquid occasione uenditionis, vel ex vendito dare, vel facere oportet.*

GLOSSA XII.

DEbent cauere debitores in accipiendo delegationem pro precio
1 sibi debito, quia licèt † emptor teneatur ad vsuras recompensatiuas loco fructuum perceptorum venditori, l. curabit, C. de action. empti. de quo suo lo-
2 co dicetur, ad eas tamen non † teneretur debitor delegatus, cum nouata sit illa actio ex vendito, immò, si venditor delegaret emptorem, qui sibi ad dictas vsuras tenetur alteri suo creditori, neutri ad dictas vsuras teneretur debitor delegatus, l. emptor, & ibi om-
3 nes, ff. de nouat. quod tamen † procedit secundum Bart. ibi, nisi promisio sit facta in rem, vt si emptor promittat soluere, quidquid occasione venditionis, vel ex vendito dare, vel facere oportet; sequitur Aretin. in §. præterea, ad finem, Institut. quibus modis tollit. obligatio.

Eiſdem, vel ſuis vt ſuprà, dicta libras ſeptingentas M. dare, ſoluere, & numerare hinc ad feſtum Paſcatis reſurrectionis dominicæ anni proximè futuri 1548.

SVMMARIA.

1 *Debitor qui promiſit purè ſine diei adiectione, tenetur ſtatim ſoluere, ipſi tamen aliquod temporis ſpacium eſt præſcribendum arbitrio iudicis.*

2 *A debitore non poteſt exigi eo die quo ſolutionem facere promiſit, cum tota dies beneficio ipſius cedat.*

Sed ſi promiſit hodie eodem etiam die agi poteſt.

3 *Debitor purè numquid poſſit delegari, ut teneatur ad diem, uel ſub conditione.*

4 *Debitor in diem delegari poteſt, & ſi promittat purè, ſibi præiudicat.*

GLOSSA XIII.

1 SI non fuiſſet † adiectus dies promiſſioni, promittens ſimpliciter ſtatim teneretur. Inſt. de verbor. oblig. §. omnis ſtipulatio, ubi Aret. l. eum qui Kalendis, §. fin. ff. eod. titul. de uerbor. oblig. l. in omnibus obligationibus, ubi Dec. & Cagnol. latè, ff. de reg. iur. quod tamen aliquod temperamentum recipit, ut non ſtatim ueniat cum ſacco paratus, ſed aliquod temporis ſpacium arbitrio iudicis detur debitori, l. quod dicimus, ff. de ſolut. niſi ſit dictum expreſsè in inſtrumento, ut illamet die ſolutio ſit facienda, ut per Aretin. in d. §. omnis ſtipulatio, & Dec. in d. l. in omni-
2 bus, ad finem, intelligendo tamen † ut etiam eo die exactio fieri non poſſit, cum tota dies cedat beneficio debitoris, d. §. omnis ſtipulatio, & dicto §. fin. vt per Cagnol. in d. l. in omnibus, nu. 4. & ſequ. licèt ſi promiſſio ſit facta de ſoluendo hodie, eodem etiam die agi poſſit, l. liber homo, §. decem hodie, ff. de verb. obligat. gloſ. in verbo, ne eo quidem, in d. §. omnis, de quo per Alex. & alios, in l. 3. vbi Ripa, nu. 36. ff. de leg. 1. & eundem Ripam in l. ita ſtipulatus, nu. 72. ff. de verb. oblig. Sed quia additum eſt tempus præfixum ſolutioni, obligatio eſt in diem, l. cedere diem, ff. de verb. ſign. & Cagnol. poſt alios, in d. l. in om-
3 nibus; Nec eſt dubitandum, † quin debitor purè poſſit delegari ut teneatur ad diem, quia cum liberatur à principali obligatione, ut inferius dicetur ſuo loco, & fiat nouatio, incipit teneri uirtute huius ſecundæ obligationis, & ſic ad diem, immo, & poteſt delegari, ut promittat ſub conditione ſecundo creditori, & tunc non tenebitur ſecundo creditori, niſi in euentum conditionis, quę ſi non purificaretur, remaneret obligatus priori creditori, l. pecuniam quam, intelligendo illam legem in delegatione, ut illam ibi Bal. dicit eſſe intelligendam, ff. ſi cert. pet. & facit l. quo-
4 ties, ff. de nouationibus, ſicut † etiam debitor in diem poteſt delegari, & ſi promittat purè, ſibi præiudicat, ut dicetur inferius.

Omni iuris, & facti exceptione remota.

SVMMARIA.

1 *Clauſula omni iuris, & facti exceptione remota, quid importet.*

2 *Debitor delegatus, an, & quibus in caſibus poſſit contra eum, cui fuit delegatus opponere exceptionem, quã competebat contra delegantem, & nu. ſequ. & 8.*

3 *Debitor delegatus ſi non erat uerus, ſed putatiuus, uumquid poſſit ſe defendere ab eo cui fuit facta delegatio.*

4 *Debitor delegatus cui competebat priuilegium ut non teneretur niſi in tantum, quantum facere poſſet, facta delegatione amittit huiuſmodi priuilegium.*

5 *Debitor delegatus poteſt opponere exceptionem nullitatis delegationis.*

6 *Statuto prohibente donationem in forenſem ſi forenſi ſit facta delegatio, delegatus poterit opponere de nullitate delegationis.*

GLOSSA XIIII.

1 ISta clauſula † importat ut nihil poſſit in iure, uel in facto allegari, ut Bald. tradit in addit. ad Specul. in tit. de emp. & vend. in principio ſequitur Celſ. Vg. in tract. Clauſul. in Clauſula, contractu. in uerb. ſine exceptione. nu. 3. vbi dicit ex Bal. ipſam excludere omnem exceptionem, & Soci. in conſ. 288. 5. q. nu. 31. vol. 2. de qua aliqua dicta fuere ſup. in Clauſ. Rati, in Clauſ. oĩbus iuris, &c. fol. 31. & ſuper iſtamet Clauſula latius etiã alibi ſu-
2 pra fol. 120. Regulariter † tñ debitor delegatus non põt opponere contra eum cui fuit delegatus exceptionem, quæ competebat aduerſus delegantem; quia patiendo ſe delegari & promittendo ſcienter, cenſetur exceptionem remittere, ſi ignorans exceptionem ſibi competere, habet regreſſum contra delegantem, l. ſi quis delegauerit, ubi Bart. & alij, ff. de nouat. & l. doli mali, ubi Din. & Bart. ponunt longam diſtinctionem, ff. de noua. quod non procedit in aliquibus caſibus, ut per eos ibi, & per Paul. de Caſtro, numer. 4. Primo,
3 † quando is cui eſt facta delegatio habebat cauſam lucratiuam, l. Iulianus, ff. de doli except. l. ſecunda §. aliud, de donat. gloſſ. in l. ſed Iulianus, §. non ſolum, in uerbo aduerſus, ff. ad Macedon. Secundo, quando eſt eadem

eadem causa nullitatis, & militat eadem exceptio in secũdo contractu, & sic in delegatione, quæ militabat in primo, ut si mulier, quæ non potest intercedere pro alio delegetur debitrix, uel minor viginti quinque annis, qui etiam in secundo contractu pariter læditur, dicta l. doli mali. tertio quando pecunia est reuersura ad delegantem, ut quando delegatur maritus, & facta est delegatio ex causa dotis, l. apud Celsum, §. apud Iulianum, ff. de doli except. cum alijs traditis ibi
4 per Doctores. Fortius etiam † si quis non esset debitor delegantis uerus, sed putatiuus, & credens se debitorem, patiatur se delegari, non habet exceptionem contra eum cui delegatur, sed habet condictionem aduersus delegantem, l. si non debitorem, ff. de nouat. etiam si dolo sit inductus ad promittendum à delegante, d. l. apud Celsum, §. item quæritur, l. si donaturus, §. 1. de cond. causa data, cum alijs citatis per Doctores in dictis locis, & maximè in d. l. doli mali, & Paris. d. cons. 107. nu. 19. in tertio vol. Potest tamen putatiuus iste debitor se tueri à creditore uel ab eo cui fuit delegatus, si ipse habeat causam lucratiuam, ut suprà, uel non erat uerus creditor delegantis, d. l. Iulianus, §. 1. l. 2. §. item si ei, ff. de donat. Bar. in d. l. si quis delegauerit, & in d. l. doli mali, nu. 9. vbi declarat. Minor
5 tamen est difficultas in exceptione, † quæ competit in priuilegium personæ, ut quia non teneatur nisi in quantum facere potest, cũ certũ sit eam oĩno excludi facta delegatione, l. si Titius, ff. de nouat. l. purè, §. si eum, ff. de doli except. l. Nesennius, ff. de re iud. & alijs pluribus ll. citatis per glos. & Doctores in locis prædictis: nam etiam contra habentem causam lucratiuam non potest opponi, ut in dictis iuribus, & tradit Bart. in d. l. doli
6 mali, nu. 10. Posset tamen debitor † delegatus opponere exceptionem nullitatis delegationis, l. vir cum uxori, ff. de don. int. uir. et uxor.
7 & ibi Bart. dicens, quod si ex forma † Statuti sit prohibita donatio in forensem, & ei fiat delegatio, potest delegatus opponere nullita
8 tem delegationis. Sic † etiam è contra, si debitor primus habebat exceptionem aduersus creditorem suum, & delegat debitorem suũ, & sic soluere uidetur, ut suprà dictum fuit, si scienter id facit: exceptionem remittere censetur, si ignoranter. Tamen hæc exceptio opponi non potest per debitorem delegatum, quia sua non interest, cum sit debitor, & soluere tenetur, secùs si esset debitor putatiuus, quia tunc interest sua magis non soluere, quam solutum repetere, ut per Paul. de Castro in d. l. doli mali, nu. 4. per text. cum glos. in l. 1. §. pen. ff. quar. rer. act. non detur.

Ad quam summam ipsis D. Rodulpho, & Baptistæ ex causa mutui ipse tenebatur.

SVMMARIA.

1 Debitor communis duorum reorum credẽdi, uel stipulandi, potest ab altero delegari, & liberatur à primo debito quo ad utrosque.

GLOSSA XV.

EX hac Clausula colligitur hic interuenisse tertium requisitum, de quo suprà fuit dictum, quod scilicèt delegatus sit debitor delegan-
1 tis. Sciendũ tñ † est, quod si sunt duo rei credendi, uel stipulandi, ut in hac specie uidentur fuisse, quod alter potest delegare communem debitorem, & liberatur debitor delegatus, l. si rem aliquam, §. 1. & ibi Bart. & omnes, ff. de nouat. Bart. in l. ex duobus, nu. 30. ff. de duobus reis.

Prout constat ex eius chirographo manuscripto.

SVMMARIA.

1 Chirographum quid sit, & an eius appellatione ueniat etiam scriptura publica, ut instrumentum.

2 Apocha, vel apodissa quid sit.

3 Antapocha quid sit.

GLOSSA XVI.

1 CHirographum, † et chirographus, est scriptura manu nostra scripta, in fidem alicuius, secundum Gramma. nec est scriptura publica, sed priuata, l. comparationes, cum glos. C. de fide instrumen. & de ea pluries in iure mentio fit, ut in l. si chirographum, ff. de probat. in Rubr. C. etiam ob chirographa. pecu. pign. tene. poss. in l. si quis testamentum, in fine princ. ff. ad leg. Aquil. vbi glos. in uerbo, pęnè, dicit, quod chirographum dicitur scriptura, quam quis sua manu emittit in suum præiudicium, licèt largius accipiatur etiam pro quolibet instrumento, in l. Chirographis, ff. de admin. tut. & in pluribus alijs legibus, quam scripturam plerique ex nostratibus apocham uocant, uel apodissam, secundum vulgarem usum, ut Bart. tradit in l. admonendi, nu. 25. quem magis communiter cæteri sequuntur, ff. de iureiur. licèt propriè
2 † apocha sit scriptura de recepto facta per cre
3 ditorẽ, & tradita debitori; antapocha † uero scriptura quã debitor facit creditori in prestationibus annuis necessariã propter præscri-

ptionem, ut in l. plures, C. de fide instrum. ita tradit Alciat. in libr. prætermiss. primo super eo uerbo. licèt gloss. in l. fin. §. si Titius, ff. de cond. indeb. hoc secundum non bene expresserit, ut etiam animaduertit Ripa, in d.l. admonendi, num. 95.

Quod ipse D. Rodulphus eidem Benedicto restituit, & relaxauit.

SVMMARIA.

1 *Chirographi restitutio numquid sit necessaria ad debitoris liberationem.*

2 *Debitor liberatur per restitutionem chirographi, uel instrumenti debiti sibi factam per creditorem.*

Etsi reddatur ei in cuius potestate est debitor.

Et liberatur etiam fideiussor.

3 *Debitor in aliquibus casibus non intelligitur liberatus per solam instrumenti debiti restitutionem, & ideo cautius erit, ut expressam in omni casu postulet liberationem.*

4 *Creditor renuncians instrumento, non propterea censetur renunciare obligationi, & debito, sed probationi.*

5 *Debitor allegans solutionem si est persona fide digna, & non familiaris creditoris, præsumitur liberatus, ex eo, quod habet penes se instrumentum crediti, licèt non constet de traditione, & concurrentibus alijs adminiculis, uel iuramento faciente plenam probationem.*

6 *Debitor numquid liberatus censeatur ex eo, quod reperitur penes creditorem, uel tertium instrumentum crediti cancellatum, remissiuè.*

GLOSSA XVII.

1 Restitutio† istius chirographi ad liberationem debitoris delegati, non esset necessaria, quia satis per delegationem liberatur, ut sæpè dictum fuit, & inferius latius dicetur: sed bene esset necessaria, quādo esset impropria delegato, ut quia daretur campsor, non debitor pro debitore creditori, & creditor tunc restitueret instrumentum, uel cautionem crediti, tunc enim fit liberatio, ut ad propositum tradit Bald. in d.l. 2. nu. 7. C. de execut. rei iudic. sequitur Ias. in d.l. singularia, num. 40. col. 2. & Andr. Pomat. ibi in addit. ad Bartol. in quinta quæst. Et idem esset si absolueret debitorem prædictum à debito ut per Afflictum decisione 353. Et licèt in casu illius decisionis cæteri Consiliarij fuerint in contraria sententia, id fortè accidit, quia ex alijs coniecturis sibi constabat debitori primo danti litteras cambij ad campsorem attinentem de proximo decocturum, huiusmodi futuræ decoctionis potuisse notitiam habere, ut tradit Benuen. dicta 5. parte, in tractat. de decoct. nume. 5. Quod autem† redditio instrumenti debiti facta per creditorem debitori, 2 inducat liberationem à debito, etiam citrà casum delegationis, uel mandati facti de soluendo alteri, probatur in l. prima, §. ille etiam, ubi Bald. & gloss. C. de latin. libert. tollen. in l. 2. ff. de pact. & ibi omnes, in l. si chirographum, ff. de probat. gloss. in l. 3. ff. de pact. in capit. fanè, in uerbo reddens, de renunci. in capit. ecclesia, il secundo in gloss. fin. & ibi Abb. latè, quæst. lite pend. Barto. in l. fullo, §. qui tabulas, ff. de furt. & d.l. secunda ubi alij, & Felin. in cap. accedens, il primo nu. 2. Vt lite non cont. quod procedit etiam si reddatur ei in cuius potestate est debitor, Angel. & Alexand. & Ias. in dicta l. 2. in princip. & etiam si creditor haberet duo instrumenta debiti, & unum reddat. Bal. Castr. & Ias. ibi: & hoc casu nedum liberatur debitor principalis sed etiam fideiussor. Bal. in d. §. ille etiam, nu. 5. Quod† tamen non procedit, si 3 ex alia causa potuisset reddi, quæ posset afferre aliquam vtilitatem debitori. Bald. Castr. & alij, in dicta l. 2. vel si fiat à procuratore non à domino, qui non habet mandatum ad remittendum debitum, uel donandum. Bal. in dicta l. 2. §. 1. num. 1. & Ias. colum. secunda. vel si probetur redditum contra uoluntatem creditoris, l. quod debitori, C. de solut. Et ideo cautius agit debitor, non fidens tantum redditioni instrumenti crediti, uel chirographi, si facit se expresè liberare à debito, ut docet Imper. in l. pecuniæ, C. eod. titul. 4 non censeretur † etiam liberatus debitor si creditor non redderet cautionem debiti, sed renunciaret instrumento: quia non propterea censeretur renunciatum obligationi, & debito, sed probationi. Bald. in dicta l. 2. §. primo, & Ias. colum. secunda, & Tiraquel. in tract. de retractu, tit. primo, §. secundo, glos. 5 1. num. 2. sed si† non constaret de traditione, sed tantum reperiretur instrumentum debiti penes debitorem, qui allegaret solutionem si esset persona fide digna, & non familiaris creditoris, qui potuisset subtrahere, inducitur præsumptio liberationis, quæ alijs concurrentibus, uel etiam iuramento in supplementum faceret probationem plenam, ut per Doctores in locis præallegatis, & Alexan. in consilio 59. Viso processu ad finem, secundo uolumine, & per Capel. Tholos. decisione 229. vbi Aufrer. in addit. & ibi po-6 nunt † quid si reperiatur cancellatum apud creditorem, uel apud tertium, ubi uidendum est.

Ad li-

Ad liberationem, & pro liberatione ipsius Benedicti.

SVMMARIA.

1 *Delegatione verè & propriè facta absque alia liberatione, prior actio tollitur ipso iure.*

2 *Nouatio numquid inducatur ex delegatione verè, & propriè facta.*

Fideiussores numquid liberentur facta delegatione per principalem debitorem.

L. fin. C. de nouat. an habeat locum in delegatione.

3 *Debitor in aliquibus casibus non liberatur, etiam facta delegatione.*

4 *Delegatio non censetur facta ex eo, quod debitor mandauit debitori suo quod solueret creditori suo certam quantitatem, & ipse promisit, nam nec liberatur promittens, nec etiã prior debitor.*

5 *Cagnoli doctrina reprobata.*

GLOSSA XVIII.

1 QVando est † facta delegatio debitoris vera, & propria, non est opus alia liberatione debitoris delegati, quia ipso iure tollitur prior actio, l. 2. & l. 3. C. de nouat. Bald. in l. fin. C. de constit. pecun. & in dicta l. 2. num. 7. C. de exec. rei iud. Socin. dicto consil. 267. 1. col. Ruin. consil. 45. nume. 4. in 5. Dec. d. consil. 107. nu. 1. col. 2. & 421. num. 16. quia secun-
2 dum † eos inducitur hoc casu nouatio, & hoc casu etiam liberantur fideiussores. Bart. & alij, in l. aliam, ff. de nouat. Dec. dicto consil. 107. nu. 1. Nec hoc casu habet locum dispositio l. fin. C. de nouat. quod nouatio non inducatur nisi expresse agatur, quia in delegatione nihil immutatum est per ius nouum, licèt Raph. in dicta l. singularia, uoluerit contrarium, & ibi etiam Roman. quod etiam uisa fuit tenere gloss. in l. 2. C. de noua. & Guil. quem ibi refert Bald. in l. pecuniam quam, ff. si cert. pet. & dixit Angel. in d. l. delegare, adeò hoc esse dubium, ut indigeret decisione Cæsarea, quia in contrarium est communis opinio, quam tenet Bald. in d. l. 2. num. 6. & uisus fuit in eam inclinare Bart. licèt non posuerit pro constanti, in dicta l. delegare, ubi Imola, Castr. & Cum. expressè, & idem Castr. in dicta l. quamuis, §. si mulier, il secundo, num. 3. ad Vellei. Castr. Alexand. & Socin. in dicta l. qui usumfructum, & in dicta l. singularia, ubi Castr. nu. 21. dicit, quod aliàs fuit in errore tenendo contrarium, & ibi cæteri tenent id communiter, ubi Cagnol. num. 167. Alex. d. cons. 173. nu. 1. & 3. Socin. dicto consil. 267. in princ. & Dec. d.
3 cons. 107. & 421. nu. 16. Aliquibus † tamen casibus non liberatur debitor etiam facta delegatione; & primò, si non fuit ex delegatione acquisita obligatio ei cui fit delegatio, l. si mulier, §. primo, & ibi Bart. ff. de iure dot. & probatur in l. pecuniam quam, suprà alleg. vbi Bald. ff. si cert. pet. & in l. quoties, in prin. ff. de nouat. Secundo, si facta sit delegatio periculo delegantis, l. si mandato meo, §. fin. ff. mand. vbi Doctores, & idem est, quando delegans promittit se facturum, & curaturum quod delegatus solueret. ut Bald. tradit in l. pro debito, ad fin. C. de bon. auctor. iud. possid. sequitur Alexan. in cons. 94. Viso puncto, nume. 4. vol. tertio, quod est notandum pro cautione creditoris delegationem recipientis, vel litteras cambij acceptantis, quo casu etiam loquitur Bald. ibi, si tamen esset facta delegatio cum expressa protestatione creditoris, quod casu quo debitor delegatus non solueret, delegans non censeretur liberatus, deberet creditor curare ut exigeret debito tempore à delegato suum creditum, & si fuerit in mora exigendi, & debitor efficiatur non soluendo, sibi esset imputandum, nec haberet regressum contra priorem debitorem, ut respondit Ruin. dicto consil. 45. numero 4. & sequ. 5. volum. Posset etiam pacto fieri reseruatio iurium priorum, & eo casu non erit facta nouatio, ut per Cagnol. in dicta l. singularia, num. 188. nisi tamen nomen debitoris esset datum in solutum, ut per Gozad. consil. 38. nume. 2. quod sequitur Cagnol. dicto numer. 188. ad aliud propositum. Tertio, non liberaretur etiam creditor prior, si delegauit debitorem, quem sciebat de proximo foro cessurum, & decocturum, ut per Bald. in dicta l. pro debito, & in l. si cum dotem, §. si mulier, & ibi etiam Alexan. ff. sol. matr. Socin. in d. l. qui usumfructum, nu. 17. & in l. singularia, num. 20. vbi Ias. nu. 40. & Cagnol. num. 190. & Pomat. in addit. ad Bart. q. 4. Alex. d. cons. 98. nu. 4. & Benuen. d. tract. de decoct. 5. par. nu. 4.

4 Sed si creditor † mandaret debitori suo, quod solueret creditori suo certam quantitatem sibi debitam, & ipse promitteret, non censeretur facta delegatio, nec liberaret promittens, nec etiam prior debitor, licèt Bart. & nonnulli alij aliter uoluerint, in d. l. singularia, quia debitor non seruauit fines mandati promittendo, l. si debitorem, & ibi expressè Castr. ff. de nouat. tradit idem Castrens. in d. l. delegare, nu. 4. & in d. l. vsumfructum, ad finem, & ibi etiam Alex. nu. 7. & Socin. nu. 15. & idem Socin. admittit d. cons. 37. & firmat d. cons. 267. num. 3. & in d. l. singularia, nume. 20. Ias. num. 36. Dec. num. 26. & Cagnol. qui dicit communiorem, nu. 161. Marsil. in Singu. 265, Fines, & Benuen. Stracch. d. tit. mand. numero 3. Et licèt Dec. in dicto

consil. 107. & Benuen. loco præallegato, uelint saltem respectu creditoris mandantis liberationem contingere, tamen eorum opinio reijcitur, ut per Cagnol. loco præallegato, voluntque Doctores in dictis locis, mandatum re integra factum de soluendo reuocari posse, cum nonnullis limitationibus, de quibus ibi per eos, & per Cagnol. num. 153.
5 & sequ. qui tamen nu. 165. & nu. 184. † inaduertenter uoluit, quod ad delegationem etiam hoc quintum requireretur, quod delegatus seruaret formam mandati, quia si est mandatum ut soluat, non debet promittere, sed hoc est superfluum, quia numquam fit delegatio nisi interueniente promissione, & stipulatione, ut suprà, quæ apud eos videnda sunt, qui etiam ponunt quid stante consuetudine an sine delegatione uera debitor ex mandato acceptato liberetur: satis enim sunt hæc quæ tacta sunt ad propositam materiam nostram.

CLAVSVLA XXXIIII.

Necnon, & scutos trecentos auri in auro, boni auri, & iusti ponderis.

SVMMARIA.

1 Creditor non tenetur recipere pecuniam reprobatam, & non expendibilem.

2 Scuti auri si sunt promissi, tenetur promissor soluere in auro, & non in monetis.

3 Creditor non tenetur accipere nummos illegitimi ponderis, etiam pro tanto quanti valent.

GLOSSA I.

1 QVia creditor, uel solutionem recipere debens non tenetur † recipere pecuniam reprobam, & non expendibilem, l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pign. act. Tiraquel. tit. primo in tract. de retract. §. 1. glos. 20. num. 11. propterea hanc Clausulam dicunt non necessariam in instrumentis. Bartol. num. 5. Angel. & alij, in l. lecta, ff. si cert. pet. Fabian. dicto tract. de empt. & vend. q. 5. colum. 2. num. 6. & post alios, Cagnol. defendit in dicta l. lecta, numer. 74. Non tamen esset sine effectu
2 operandi, si adijceretur † in promissione soluendi, scutos auri, ut per Modern. in dicta l. lecta, ubi Cagnol. nume. 75. quia teneretur promissor soluere in auro, & non in monetis, de quo etiam dictum fuit suprà, in verbo. Et in auro, & propter moram debitoris, ut per eos in dictis locis, si tamen diuersa essent pondera aureorum in loco solutionis, uel contractus, licèt solutio fieret in scutis minoris ponderis currentis non posset solutionem recipiens recusare, ut per Doctores, in dicta l. lecta, & ibi Cagnol. num. 75. in fine,
3 nec tenetur † creditor recipere nummos illegitimi ponderis, etiam pro tanto, quanti ualent Ioann. de Platea, in l. prima C. de uet. numism. pot. lib. 11. Tiraquel. loco præallegato. numer. 13.

In rationem prædictam.

SVMMARIA.

1 Qualitas in uno capitulo contractus adiecta, an censeatur repetita in alio remissiuè.

2 Verba tolerantur ad tollendam dubitationem, etiam si uideantur superflua.

3 Verborum inculcatio in contractibus, & instrumentis non reprobatur.

GLOSSA II.

AD maiorem declarationem additur hæc Clausula, ut tollatur quæstio posita per Bart. & Doctores, in l. si ita stipulatus, §. Chrisogo-
1 nus, ff. de verb. oblig. † an qualitas adiecta in vno capitulo contractus censeatur in alio re-
2 petita; tolerantur † enim verba ad tollendam dubitationem etiam si videantur superflua. l. quæ dubitationis. vbi abunde Cagnol. ff. de reg. iur. & supra dictum etiam fuit; & incul-
3 catio † verborum in contractibus non reprobatur, vel instrumentis, d. l. lecta, in verb. data, & soluta, & ibi Cagnol. 10. not. qui dicit hoc seruari ex inueterata consuetudine.

Prædicti emptores de pecunijs communibus ipsius D. Rodulphi, & dicti Baptistæ prout dixerunt, & confessi fuerunt.

SVMMARIA.

1 Emens nomine etiam alieno, et soluens precium, præsumitur soluisse de pecunia propria, non de pecunia eius, cuius nomine emit.

2 Quod tamen non procedit concurrentibus aliquibus coniecturis in contrarium.

3 Emens de propria pecunia alieno nomine nullum ius habet in re, uel dominij, uel hypothecæ. Quod tamen limitatur in milite, pupillo, ecclesia, uel similibus.

4 Emens rem alieno nomine de propria pecunia, haberet priuilegium inter personales actiones, si pecuniam credidit specialiter ad illam rem emendam, secùs si generaliter crediderit.

5 Emens rem alieno nomine de propria pecunia si rem teneat, & fructus percipiat, ad fructuum restitutionem tenetur.

6 Emens

6 *Emens rem alieno nomine de propria pecunia, debet sibi reseruare hypothecam.*

7 *Cautela vt quis habeat rem sine aliqua solutione precij.*

GLOSSA III.

1 Quia emens † nomine etiam alieno, & soluens precium, præsumitur soluisse de pecunia propria, non de pecunia eius cuius nomine emit, ut probatur in l. 2. & ibi expresè not. Bartol. & alij, C. pro soc. licèt aliter uideatur uelle Abb. in c. presbiter, in secundo notab. de pecul. cleric. quamuis idem Abb. melius sentiens teneat primam opinionem, in cons. 46. Tria mihi, in 3. dub. 1. vol. quam etiam tenet Bart. in l. si patruus, num. 4. C. commun. utr. iud. Alexan. consil. 134. Circa ea, in 5. & 77. in princip. in 6. Corn. consil. 98. in 4. Bertran. cons. 253. nu. 2. 3. par. priorum. Dec. latè, in cons. 21. nu. 10. 99. nu. 2. vbi tamen non loquitur in emente, sed in soluente, & in emente nomine alieno, ut hic in filio, in con-
2 silio 348. num. 4. & 628. nu. 2. quod † tamen venit temperandum nisi aliud ex coniecturis constet, ut per plura consuluit Crauet. consil. 129. nu. 2. & sequ. de quo etiam est uidendum cons. Baldi, 109. in 2. vol. Ioan. de Amic. cons. 16. nu. 9. & 124. nu. 7. & Capic. decis. 194. nu. 15. Corn. cons. 79. in primo, & 213. in 3. vol. & 310. eo. volum. & propterea cautela est pro eo, pro quo fit emptio, ut hæc Clausula addatur in instrumento ad tollendam difficultatem, secundum Bart. & alios,
3 in dicta l. 2. in fine. Si tamen † aliquis emeret de propria pecunia nomine alieno, nullum ius in re haberet uel dominij, uel hypothecæ, l. quamuis, la terza, C. de pignor. Neguf. tract. de pignor. in 5. part. 2. membro, nume. 19. tertia fallent. & latè Ripa, in l. 2. §. si quis cum tutor, nu. 15. ff. de priuil. cred. & in l. 1. nu. 10. & sequ. ff. in quib. caus. pign. vel hypoth. tac. contrahat. vbi limitat in pupillo, milite, ecclesia, & alijs personis, quibus de iure speciali acquiritur res empta ex eorum pecunia, de quo etiam per Neguf. loco præallegato, & ead. par. primo membro, num. 40. & Paris. consil. 80. nu. 17. & sequ. primo uol.
4 haberet † tamen soluens priuilegium inter personales actiones, si pecuniam specialiter credidit ad illam rem emendam, secùs si generaliter crediderit, & ex ea res aliqua sit empta, ut declarat Ripa, in locis præallegatis.
5 Et propterea † debet esse cautus emens, seu mutuans pecuniam ad rem emendam, ut cæteris creditoribus præferatur, ut faciat eam sibi expresè hypothecari, & conueniat ante uenditionem, ut sit sibi pro restitutione suæ pecuniæ specialiter hypothecata, ut per Neguf. dicto 2. membro, nu. 17. de quo per Afflict. decis. 306. & Ripam in dicta l. 1. nu. 13. vbi dicit, quod hæc cautela hodiernis tempo-
6 ribus est maximè necessaria. Et † si emens alieno nomine de proprijs pecunijs rem teneret, & fructus perciperet, teneretur ad fructuum restitutionem, Bald. in Rubrica C. de contrahen. empt. q. 10. nu. 15. Ias. in l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. Ripa, in l. serui electione, §. fin.
7 in fine, ff. de leg. primo. Et hæc † erit optima cautela ad habendam rem sine aliqua solutione precij, ut fiat mandatum alicui ad emendam rem nomine mandantis, & si mandatarius emat de suis pecunijs permittere ipsum tenere rem diu, & fructus percipere, quia fructus computabuntur in sortem, per prædicta, ut per Ferrat. caut. 54. & Ripam, d. l. 1. num. 12.

Me notario pro dicto Baptista recipiente.

GLOSSA IIII.

Hæc Clausula adijcitur per ea, quæ dicta fuere suprà, super Claus. Ad instantiam prædictorum emptorum.

Dederunt soluerunt.

SVMMARIA.

1 *Numeratio non probatur ex eo quod fuerit dictum in instrumento, datum, uel solutum fuisse.*

Mutui instrumentum si dictum sit dantem dedisse, & mutuasse, licèt pecunia non interuenerit, non propterea redditur falsum; quia potest uerificari in confessione, vel in delegatione, & sic in mutuo ciuili.

2 *Numeratio facta censetur, & solutio, si dictum sit in instrumento, quod creditor habuit, & recepit.*

Notarij non debent scribere numerationem, uel uerba illam importantia, si pecunia non interuenit.

3 *Numeratio non probatur per uerba habui, & recepi in chirographo, & sic in priuata scriptura apposita.*

Etiam si diceretur habui, & recepi ad præsentiam talium testium, secundum Salic. & malè.

4 *Solutio uera, & naturalis intelligitur facta, non ficta, & impropria, si in instrumento sit dictum solutam fuisse pecuniam, secùs autem si absque uoce pecuniam, & nu. 5.*

Solutionis uerbum comprehendit omnem liberationem quoquomodo factam.

GLOSSA V.

1 SI in instrumento † dictum sit fuisse aliquid datum vel solutum non semper probatur numerationem interuenisse, nisi sit expresse dictum, & propterea in casu mutui si dicatur dantem dedisse, & mutuasse, seu (dedit, & mutuauit) licèt pecunia non interuenerit non propterea instrumẽtum redditur falsum, nec reprobatur; quia potest verificari in confessione, vel delegatione, & sic in mutuo ciuili, ut tradit Bart. in dicta l. singularia, nu. 22. licèt Angel. dissentiat in l. prædia, ff. de acquiren. poss. & cum Bart. concordat Bald. in Rubrica C. de fide instrum. nu. 14. & sequuntur Castr. qui dicit hanc sententiam humaniorem, nu. 8. Alex. nu. 33. Ias. nu. 46. & sequ. & Dec. nu. 30. in d. l. singularia, Castr. & Alex. in d. l. prædia, Alex. in Cons. 179. Visa scriptura, nu. 6. 2. vol. & Felin. in d. capit. si cau-
2 tio, nu. 53. de fide instru. secùs verò esset † si in instrumento diceretur, quod vna ex partibus habuit, & recepit, tunc enim censetur facta solutio, & subsecuta numeratio, ut tradit glos. magna, in uerbo vel accepit, quę in hoc reddit cautos notarios, ut animaduertãt quomodo scribant. & ibi Bald. 3. q. nu. 7. Salic. in 8. oppos. vbi etiam admonet notarios ne scribant numerationem, uel verba eam importantia, si pecunia non interuenit & in 5. q. in d. l. si ex cautione, C. de non num. pecun. Aret. in §. actionum, nu. 13. & Socin. in cons. 3. nu. 2. 1. vol. pariter docentes notarios quomodo debeant scribere in instrumentis, uel confessionem, vel numerationem, quod etiã tenet Alex. in l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, nu. 11. ff. de verb. oblig. & in cons. 179. nu. 3. in 7. & Ias. in d. l. singularia, nu. 48. si ta-
3 men † in instrumento priuato, seu chirographo debitor, uel contrahens dicerent (habui, & recepi) non censeretur facta numeratio, uel actualis solutio, d. l. prædia, ubi Angel. & alij. Bartol. in dicta l. si ex cautione, prima lect. nume. 1. in fine, & ibi Castr. 2. column. nume. 4. & idem Castr. in fin. Rubricę C. de non num. pecun. & Salic. in dicta l. si ex cautione, col. antepen. amplians etiam si dicatur ad præsentiam infrà scriptorum testium, quod tamen non admittit Felin. dicto num. 53. cum illa uerba in actu confessionis tantum salua ratione recti sermonis intelligi non possint, quam opinionem sequitur Alexand. in dicto §. Chrisogonus. num. 12. no-
4 tandum tamen † est, quod quando in instrumento dicitur, fuisse solutam pecuniam, ut in casu isto, tunc de naturali, & vera solutione intelligendum est, non de ficta, & impropria, ut probatur in l. solutam, in princip. ff. de solut. licèt solutionis uerbum comprehendat omnem liberationem quoquomodo factam, l. solutionis uerbum, ff. eo. tit. l. solutionis, & l. liberationis, ff. de uerbor. significatione, secùs † si de solutione tantum men- 5
tio facta sit, absque illa uoce, pecuniam, ut aduersus Din. firmat Bartol. in dicta l. solutionis, Bald. & Castr. in d. l. solutam. Et licèt Ang. in dicta l. solutionis, aliter teneat, per text. in l. 4. §. soluisse, iuncto §. ait prætor, ff. de re iud. cuius opinionem dicit ibi per illum textum ueriorem Alexan. & sequuntur Ias. & Socin. in lectura noua, ibi, tamen opinio Bartoli est communior, & uerior, ut per Socin. consil. 65. secunda colum. in 4. Ripa in d. §. soluisse, & Alciat. in d. l. liberationis, qui respondent ad d. §. soluisse, ut ibi per eos, quam etiam tenet Cagnol. in l. nemo dubitat, nu. 3. & 4. ff. reg. iur. quod admittit Paris. d. cons. 107. nu. 132. vol. 3.

Et numerauerunt.

SVMMARIA.

1 *Numeratio nullo modo est scribenda per notarios si non interuenerit, quia si est additum istud verbum, non potest intelligi de mutuo ciuili, sed instrumentum conuinceretur de falso.*
Neque possunt hoc casu notarij à falsitate defendi.
Bartoli opinio reiecta.
2 *Numeratio non potest intelligi nisi uno modo pro naturali actu.*
3 *Pecunia si sit in marsupio notarius debet eam facere numerare, & si partes fateantur esse tantam quantitatem, cautius agit si magis loquatur per modum confessionis, quam per modum veritatis.*
Et debet ponere verba de uisu, non de numeratione.
4 *Pecunia in sacculo, vel in folle posita, perinde est ac si inter contrahentes, & rem de qua contrahitur esset in medio cortina, quæ uelat rem ab oculis suis.*
5 *Notarij circumspecti quando non vident quid, quale, & quantum, scribunt per modum confessionis partium.*
6 *Notarius excusatur à falso, si dicat partem habuisse, & recepisse in præsentia ipsius, & testium, licèt actualis numeratio facta non sit, sed si dicat numeratum, non excusatur.*
7 *Instrumentum reprobatur ex sola probatione numerationis non factæ.*
8 *Pecunia non præsumitur fuisse præsens, nisi probetur.*

9 Nota-

9 *Notarius excusatur à falso, si scripsit solutam pecuniam, quando ipsa tantum fuit præsens, & non numerata, stante tali consuetudine inter notarios.*

Etiam si esset consuetudo quod scriberetur de numeratione.

Dummodò non subiungatur numeratam fuisse pecuniam in præsentia ipsius, & testium, talis enim consuetudo non valeret, vide tamen numero 12.

10 *Notarius excusatur à falso si scripsit numerationem factam fuisse de consilio sapientis.*

11 *Numerationem factam fuisse si dicatur, intelligitur tempore præsenti ipsius contractus, licèt notarius locutus sit per verba, dedit & numerauit.*

GLOSSA VI.

1 NVmeratio†nullo modo est scribẽ-
da in instrumento per notarios, si
non interuenerit, quia si est addi-
tum istud verbum, non potest in-
telligi de mutuo ciuili per confessionem, vel
alio modo, sed instrumentum conuinceretur
de falso, vt Bar. tradit in d.l. singularia, num.
22. quem communi calculo cæteri sequũtur,
vt per Ias. ibi, nu. 46. qui admonẽt notarios,
vt caueant hoc uerbum in instrumẽtis adscri
bere, si uera numeratio non interuenit. &
Dec. nu. 33. Felin. d.c. si cautio, nu. 53. & Ca
stro, in d.l. prædia, num. 5. Et licèt Bar. in d.l.
prædia, post Iac. Butr. uoluerit etiam notariũ
excusari à falso hoc casu, tamen eius opinio
communiter reijcitur per scribentes ibi, & in
d.l. singularia, per Imolam & alios, in d. c. si
cautio, Ang. Imola, & alij in d. §. Chrisogo-
2 nus. numeratio†enim non potest intelligi ni
si uno modo pro naturali actu. Rain. de For
liu. in d.l. singularia, Bald. in d. rub. num. 14.
Alex. cons. 179. Visa scriptura, col. 2. in 2. uo
lum. & Dec. in d.l. singularia, nu. 33. Et pro-
3 pterea Bald. in d. Rubr. nu. 14. dicit, quod†si
pecunia sit in marsupio, notarius debet eam
facere numerare, & si partes fateantur esse tã
tam quãtitatem, cautius agit, si magis loqua-
tur per modum confessionis, quam per mo-
dum veritatis; quam decisionem etiam sequi
tur Ias. in d.l. singularia, nu. 48. immò secun-
dum Felin. d. num. 53. non sat est, si pro parte
numeretur; dicit etiam idem Bald. in d.l. si ex
cautione, 7. q. nu. 11. quod notarius debet po
nere uerba de uisu, eius quod uidere potuit,
non de numeratione si non uidit numerari.
Et inferius in d. Rubr. d. nu. 14. subiungit, qđ
4 †si pecunia est in sacculo, uel in folle, est si-
mile ac si inter notarium & contrahentes, &
rem de qua contrahitur, esset in medio corti
na quæ uelat rem ab oculis suis; & licèt excu
setur à dolo, propter assertionem partium, ta
men notarius non est multum peritus in arte
nec satis cautus, d.l. si ex cautione, & ideo no
5 tarij†circumspecti, quando non uidẽt quid,
quale, & quantum, scribunt per modum con
fessionis partium, & per modum præcisæ es-
sentiæ rei in se, hæc Bald. & sequuntur Alex.
in d.l. prædia, nu. 5. & Ias. d. num. 48. Et licet
6 †quando est dictum (habuit, & recepit) & e-
tiam sit addita clausula de qua infra (in præ-
sentia mei notarij, & testium suprascriptorũ)
si pecunia sit præsens, licèt non numeretur,
excusetur notarius à falso, tamen non excusa
retur, si etiam diceret fuisse numeratam, ut p
Bart. in d.l. singularia, num. 23. cum quo alij
transeunt, ut per Alex. num. 34. Ias. nu. 52. &
Dec. ad fin. Cagn. in l. si librarius. nu. 78. de
reg. iur. Bald. in l. si ex precio, nu. 2. C. si cert.
7 pet. ubi tamen uoluit† satis esse ad reproba-
tionem instrumenti, probare, nõ fuisse factã
8 numerationem, nec præsumi†pecuniam fuis
se præsentem, nisi probetur, & idem uidetur
tenere in d.l. si ex cautione, nu. 10. tenet Are.
in d. §. actionum, nu. 13. ad finem, & Felin. d.
9 nu. 23. Excusaretur†tamen notarius à falso,
si esset consuetudo scribendi solutam pecu-
niam, quando ipsa tantum fuit præsens, &
non numerata, ut per Bald. in d. Rubr. qui ta
men loquitur, quãdo esset simpliciter dictũ,
habuit, & recepit. & idem in alijs terminis,
quod confessio excuset in l. unica nu. 30. C.
de confess. Felin. d. nu. 53. in fine, & idem si
sit scriptum, numeratam fuisse, secũdum Ias.
qui dicit quendam notarium Placẽtinum eo
casu defendisse, qui scripsit numeratã, & non
fuit præsens pecunia (quod erat fortius) in d.
l. singularia, nu. 48. & Alciat. in d.l. singula-
ria, 1. pag. qui tenet excusari propter consue-
tudinem, quæ tamen consuetudo non proce
deret, si etiam additum fuisset, numerauit in
præsentia mei notarij, & testium, secundum
Dec. ibi, col. fi. quia talis consuetudo tanquã
repugnans iuri, & rationi naturali, non uale-
10 ret. Excusaretur etiam notarius†si de cõsilio
sapientis addiderit dictum verbum in instru
mento, ut per Ias. ibi, nu. 51. & Alciat. penul.
pag. Et quando in instrumento est dictum,
11 †dedit, & numerauit, debet intelligi tñ tem
pore contractus. Bal. in d.l. si ex cautione, &
Alex. d. cons. 179. nu. 5. in 2. Est uerum, quã
Dec. in d.l. singularia, col. fin. nititur concor-
dare opiniones Bart. dissonas, in d.l. prædia,
12 & in d.l. singularia, ut primo procedat, †qñ
fuit dictum tantum, dedit, & numerauit, &
hoc casu possit excusari à falso, si numeratio
non interueniat, secùs si sit etiam dictum co-
ram me notario & testibus, quo cum proce-
dat secunda opinio, & pro hac concordia ci-

tat

rat Rom. in d. l. prædia, Cępol. cõs. 20. Cõsultationis, col. 3. & Alex. in d. cons. sed fortè in practica non obtineretur propter communẽ opinionem de qua suprà, tenentem, quando est additum verbum, numerauit, non excusari notarium etiam si pecunia sit præsens; vt igitur amaritudines, & scopuli isti euitentur fiat numeratio, & tuto poterit addi hoc verbum, & si non fiat, non apponatur.

Realiter.

SVMMARIA.

1 *Realiter, dictio, in materia numerationis actũ veræ numerationis importat, quæ si non interuenisset, & addita fuisset, instrumentum reprobaretur.*

Et idem de verbis manualiter, & cum effectũ.

GLOSSA VII.

1 HAec dictio ostendit † etiam actum veræ numerationis interuenisse, quæ si non interuenisset, & additum fuisset, reprobaretur instrumentum, vt de verbo, manualiter, apposito in instrumento tradit Paul. de Castro, in l. singularia, nume. 9. & de hoc verbo realiter & de verbo etiam cum effectu, tradit Socin. idem affirmans, in cons. 143. nu. 4. 1. volum.

Coram me notario infrascripto & testibus suprascriptis.

SVMMARIA.

1 *Numeratio actualis præsumitur facta si notarius dicat, habuit, & recepit, cum adiectione uerborum, coram me notario, & testibus.*

2 *Hæc tamen verborum conceptio vsurpari etiam potest, & verè, licet numeratio non interuenerit sed pecunia fuit præsens.*

3 *Numerationẽ interuenisse si scriptum sit, licet postea pecunia restituta illico fuerit soluenti, an propterea instrumentum falsum reddatur.*

4 *Numeratio magnæ summæ numquid possit fieri numerãdo sæpius modicam summã remissiuè.*

GLOSSA VIII.

1 CLausula hæc ad ostendendũ actualem † numerationẽ factam fuisse consueuerũt apponere notarij in instrumentis, ut tradit Salic. in d. l. si ex cautione, col. 3. 9. oppositione, si enim apponatur in instrumento, in quo sit dictum quod aliquis confessus fuit habuisse, & recepisse 100. quę in veritate habuit & recepit, in præsentia mei notarij, & testium, instrumentum probat numerationem, non confessionẽ tantum, ut per Bart. in d. l. si ex cautione, nu. 1. vbi Salic. pen. col. Alex. 95. 37. Viso primo instrumento, nu. 8. in Aret. in tit. de liter. obl. instit. nu. 9. & in d. §. actionum, nu. 13. Alex. in d. l. prædia, Felin. in d. c. si cautio, nu. 52. & Socin. d. cons. 143. nu. 1. ac Cagnol. in d. l. si librarius, nu. 78. vbi dicit notariũ debere cauere, ut ab igne, ne attestetur numerationem interuenisse dicta reg. iur. minus tamen probat numerationem realem, quã verbum numerauit, cum sufficiat apposita† hæc clausu-
2 la, pecuniã fuisse præsentem sine numeratione, quod non est, si dictum sit fuisse numeratam, & si sit addita numerationi, numquam notarius potest excusari à falso, etiam secundum opinionem eorum, qui tenent opi. Bart. in dicta l. prædia, uel stante consuetudine de qua supra, ut dictum fuit supra. Non repro-
3 baretur † tamen instrumentum, si probaretur statim facta stipulatione instrumẽti pecuniam fuisse redditam soluenti, nisi etiam probaretur quod à principio actum fuit de reddendo. l. qui sic, ff. de solut. cum ex alio contractu uel ex mera liberalitate creditoris potuisset remanere soluenti, l. si quis duos, ff. de solut. ut tradit Bart. in d. l. singularia, nu. 25. & sequuntur alij ibi, quod tamen limitat Alex. nu. 35. non procedere in contractibus in quibus exigitur numeratio, propter præsumptionem simulationis, ut in cessione, l. per diuersas, & l. ab Anastasio, C. manda. quo casu non esset opus probare, pactum fuisse ab initio de reddendo. & sequitur Felin. in d. num. 53. Opinionem etiam Bart. tenet Aret. in d. tit. de liter. oblig. nu. 10. ubi dicit idem procedere etiam si sit additum in instrumẽto quod creditor habuit, & recepit, ac ad se traxit pecuniam. & in d. §. actionum, nu. 13. in fine, & Ias. in l. Titia, in princ. nu. 31. d. verbo. oblig. Vidi tamen quãdoque, peritos notarios scribere in instrumentis alias Clausulas, probantes omnino pecuniam remansisse recipienti (ut addendo præsenti, & ad se trahenti, & in
4 sua potestate retinenti) An † autem possit fieri numeratio magnæ summæ pecuniarum numerando sepius modicam summam, & quomodo valeat contractus ponunt idem Bart. & alij, in d. l. singularia, ad fin. uer. est uidendum.

Pro dictis Frederico & Paulo fratribus de Gandulphis minoribus venditoribus, & de consensu, voluntate & mandato ipsorum venditorum, vt supra agentium.

SVMMARIA.

1 *Debitor alteri soluens de mandato, & voluntate creditoris, liberatur.*

2 *Notarius potest scribere creditorem habuisse, & recepisse*

recepisse pecuniam alteri de eius voluntate numeratam.

3 *Debitor an & quibus in casibus possit creditori creditoris sui soluere hic distinguitur.*

GLOSSA IX.

NOn est dubium, quòd soluens alteri de mandato & voluntate creditoris, liberatur à debito, l.si ventri, §.1.ff. de † priuil. cred.l.nihil interest, C.de solut.l.solutum, §.solutam, ff. de pignor.action.l.1. & ibi Ripa, ad fin. vlt. not. ff.in quibus caus. pign. vel hypot.tacita contrah. vbi tamen declarat, nam & hoc casu potest † scribi securè per notarium creditorem habuisse, & recepisse pecuniam alteri de eius volũtate numeratam, vt tradit Bart. quẽ omnes sequuntur, in d.l.singularia, num.23. per l.falsus, §.sed is, ff.de furt.& l.si procuratori præsenti, ff.de verb.oblig. & sequitur ẽt Felin.d.c.si cautio, nu.53.immo etiam soluẽdo creditori † creditoris, liberatur debitor, si ipse creditor creditoris habebat ipsum debitorem soluentem vel eius bona obligatum, vel obligata, etiam inuito eius creditore, cũ posset etiam cogi ad soluendum per l.nomẽ, C.quæ res pign. oblig. pos.l.usum de consti. pecun. & idem si ideo teneretur debitor soluẽs suo creditori, quia ipse est creditor, alteri creditori teneretur, l.si liber homo.ff.de neg. gest. si extra hos casus soluit creditore ignorãte liberatur ope exceptionis, l.si opẽ, ff.de dol.except. si inuito non liberatur.l.si. C.de neg.gest. & l.inuito, ff.de solut.ita distinguẽdo declarat Bar.quẽ sequuntur ibi Bal. Cast. & alij, in d.l.solutum.§.solutã. Aret.in prin. tit. Institution. quibus mod. toll. ob.num.4. & est comunis opinio, ut dicit Socin.cõs.95. nu.54.uol.quam ẽt sequitur cons.5.199.col. fi.eo uol.& Paris.(si id tamen fuit eius respõsum, & nõ Ruin.ut supra,) in d.cons.107.nu. 128. & sequ. ubi loquitur in casu fortiori in quo scilicet erat condemnatus debitor ad soluendum puta Titio, & erat detentus in palatio sub pœna, & soluendum creditori ipsius Titij cui eius nomen erat hypothecatũ, respõdit esse liberatum à creditore suo, & potuisse impune recedere, ut per eum ibi, de quo articulo uidendus est etiam Corn. consil. 62. & 262. uolum.3.

D. Alberto. F. Q. Cæsaris de Isinardis Ciui Ferrariæ de contrata Sancti Blasij, eorum minorum creditori.

SVMMARIA.

1 *Creditores qui nam dicantur.*

2 *Credere verbum quam nam habeat significationem, & quibus personis adcommodetur.*

3 *Creditum, verbum, numquid sit strictius accipiendum, quam verbum creditor.*

GLOSSA X.

1 CReditores eos accipiendos esse cõstat quibus debetur ex quacumq; actione vel persequutione, vel iure ciuili, † sine vlla exceptionis ꝓpositæ remotione, vel ordinario vel extraordinario, siue pure, siue in diẽ, siue sub cõditione, siue ex mutuo, siue ex quolibet alio cõtractu quod debeatur, nõ tamen si natura tãtum debeatur, l.creditores, ff.de verbo.sign. Et non tantum hi accipiuntur qui pecuniam crediderũt, sed omnes q̃bus ex qualibet causa debetur, l.cred itor, ff.eod.tit. Sed & creditoris loco accipitur is, cui ex cõtractu, vel ex delicto, vel ex populari causa ante litẽ cõtest. debent, l.si cui, eo. tit. si tamen creditor exceptione proposita, submoueri pot, nõ est dicẽdus creditor, quia is est creditor qui nulla exceptione proposita submoueri potest, l.creditor, ff.eod.l.is cui, §.primo, ff.de action.& oblig.facit, l.Marcellus, & ibi not. Cagnol.ff. de reg.iur. si tamen quis temporalẽ exceptionem timet, similis est creditori conditionali,
2 d.l.creditor. Credẽdi † modo appellatio generalis est, cuicumque enim rei assentimur alienam fidẽ sequuti mox recepturi quod ex hoc contractu, credere dicimur, l.1.ff.si cert.pet. ubi Doctor. post Bart. disputant latè, an legatarius, vel is, cui ex delicto debet̃ propriè creditor sit, & idem de creditore in diem uel sub conditione ac cessionario; Et an uerbum,
3 † creditum, strictius sit accipiendum quã uerbum, creditor, in quo Bart. concludit quod sic, cum quo est magis communis opinio, licèt Salic. Fulgos. Rom. Dec. & Ripa dissentiant, de quo etiam tangit Alciat. in d.l.creditor, illuc recurendum est, quia nobis satis est aliqua attingere ad declarationem nostri instrumenti pertinentia.

Pręsenti, recipienti, et ad se trahenti, pro residuo maioris summæ.

SVMMARIA.

1 *Residui appellatione an veniat pars tantum, an verò aliquando totum.*

2 *Creditor recipiendo aliquam quantitatem pro residuo maioris summæ, censetur fateri se reliquam partem accepisse.*

3 *Creditor petens in iudicio centum puta ex contractu maioris summæ non propterea censetur fateri sibi nil plus deberi.*

4 *Creditor tacens si recipiat ea, quæ sibi soluit debitor*

bitor dicens ſe ſoluere ea, quæ tantum debet, poteſt reliquum petere.

5 *Confeſſio, & promiſſio ſine cauſa regulariter non valet.*

Fallit tamen in caſu quando quis confeſſus fuerit ſe debitorem, vel ſe obligauerit ſoluere certam quantitatem pro reſto, & ſaldo rationum inter partes facto.

GLOSSA XI.

RESidui appellatione uenit nedum pars ſed etiam totum, quando in parte uerificari hęc dictio nequit,
1 l.2.†ubi omnes, C.de hæred.inſt. l.cæterorum, & l.poteſt reliquorum, ff.de uerbor.ſign. & idem de uerbo, reſto, reliquo, cęteris, & ſimilibus dicendum eſt, ut in dictis
2 iuribus. & ibi not. Sed ſi creditor†aliquam quãtitatem recipit pro reſiduo maioris ſummæ, tunc cenſetur fateri ſe reliquam partem accepiſſe, vt poſt gloſ.in uerbo, reliquum, tradũt Ruin. Ang. Imo. & Caſtr. in l.ſi ex pluribus, in prin.ff.de ſolut. Bald. in l.ab Anaſtaſio, ad fi.C.mand. Bal. & Salic. Caſtr. & Iaſ. in l.ſi quidem, C.de tranſact. Caſt. Alex. & Iaſ.in d.l.2. Cæpol.caut. 177. Guido Papæ, loquens in petente in iudicio partem crediti pro reſto, quæſt.177. Fuit etiam, & Alciat.in d.l.põt reliquorũ. Alex.conſ.116.nu.4.uol. 6. Si uerò ſine hac dictione uel aliqua dictione taxatiua (tantum) uel ſimili, creditor pete-
3 ret etiam in iudicio†centum puta, ex contractu maioris ſummæ, non propterea cenſeretur ſibi plus non deberi. Bart. Bald. & alij, in d.l.ſi quidem, & dicit ibi Raph. Fulg. qđ habuit in facto, & quia neſciuit allegare Bar. ibi ſuccubuit, & idem tenent Bar. & Raph.in d. l.ſi cum dos, rer.amot. & Aret.in §.ſi minus, in 1.not.Inſtit.de actio. & Gũid.Papę, d.quæ
4 ſtio.177. Si uerò ſoluẽs dicat ſoluere†50.quę tantum debet, & creditor tacens recipiat, aliud eſt, quia poteſt reliquũ petere, et in hoc eſt differentia, an creditor petat taxatiuè, uel debitor offerat, & ſoluat taxatiuè. Bal. Salic. & Caſtr.in d.l.ſi quidem, licèt aliqualiter Iaſon ibi dubitare uideatur. Et licèt regulariter non ualeat promiſſio, uel cõfeſſio ſine cauſa, ut in ſequentibus uerbis dicetur, ſecùs ta-
5 men eſt, ſi quis confeſſus fuerit ſe†debitorẽ, uel ſe obligauerit ſoluere certam quantitatẽ pro reſto & ſaldo rationum inter partes facto, ut per Salic.in l.unica, colum.3.uerſi.ſed iuxta, C.de confeſ. Alexand. conſil.4. Circa primum, num.8.1.uol. Et huius mentis uidetur in conſ.83. In cauſa & lite, num.5.eod.1. uol. et conſ.141.nu.4.uol.6. & in add.ad Bartol.in add.magna, in l.cum de indebito, §.1. ante med.ff.de ꝓbat. licèt aliter uideatur uel le conſ.3.num.2.in 2.uol. & uidetur etiam ſequi Plot.in Repet.l.ſi quando, nu.36.C.Vnde ui, & tenet Bertrand.conſ....

In qua eidem tenebantur ex cauſa pretij vnius poſſeſſionis eis venditę per ipſum Dominum Albertum.

SVMMARIA.

1 *Cauſa ſemper in confeſſione, promiſſione, & obligatione eſt exprimẽda, aliàs obligatio eſt nulla. Etiam ſi ſtatutum diſponeret plenam eſſe ſcripturæ fidem adhibendam.*

GLOSSA XII.

CAuſa ſemper in confeſſione, permiſſione, & obligatione, eſt exprimenda, aliàs obliga. eſt nulla, d.l.
1 cum de†indebito, §.fina. & d.c.ſi cautio, ubi Felin. limitat in 16. caſibus, de fide inſtr. Alex.d.conſ.4.in primo, & tertio, in cauſa & lite, nu.2.in 2.ubi Ampliat, etiam ſi ſtatutum diſponeret plenam eſſe ſcripturę fidem adſcribendam; & in conſ.13. Ex his, numero 2.& ſeqq. 1.uol. & conſ.159. Circa primum, nu.2.in 2.& conſ.180.nu.7.in 7.& in l.à Titio, ubi etiã Iaſ.ff.de uerb. oblig. Marſ. Sing.219.& 249. Obligatio, & 482. Nedum docti, in l.1.§.pręterea, nu.59.ff.de conſti. & ſeq.num. & in Rubrica, de probat.nu.77.& ſeq. & Plot.d.nu.36.

Vt conſtat ex inſtrumento rogato per me notarium infraſcriptum tempore quo in eo.

SVMMARIA.

1 *Solutum tamquam indebitum repetitur ſi in inſtrumento ad quod facta fuit relatio aliter conſtet, quam aſſereretur, vt fieret ſolutio.*

2 *Minorum venditio non valet ſine cauſa expreſſione.*

GLOSSA XIII.

DE hac clauſula ſatis ſupra dictum fuit in Clauſula prout de ſuo ſpeciali, & Clauſula ſequenti. Si tamen in hoc inſtrumento aliter cõ
1 ſtaret†ſolutum, tamquam indebitum repeti poſſet, iuxta not.in d.l.cum de indebito, per gloſ.& Doctor. & per Alex.d.conſil.184.in princ.& ex hac Clauſula cõſtat de cauſa qua
2 re minores†deuenerunt ad uenditionem pręſentem, quæ exigatur, ut latè dictum fuit ſupra

pra scilicet, sed vt soluerent æs alienum, de quo etiam per Ioan. Bapt. Plot. in Repet. l. Si quando, nu. 198. C. Vnde vi.

CLAVSVLA XXXV.

Et propterea absoluenti, & liberanti ipsos de Gandulphis à dicto debito, & obligatione soluendi dictum precium.

SVMMARIA.

1 *Expressa magis prosunt, quam non expressa.*
Contractus vnus alteri inseri potest.
Contractus in testamento fieri potest.
2 *Absolutio & liberatio, numquid sint sinonima.*
3 *Liberationis verbum numquid, & quomodo differat à solutione.*
Absolutio, & liberatio semper fieri debet causa inserta.
4 *Creditor solutionem accipiens numquid possit cogi per debitorem sibi facere instrumentum absolutionis.*
5 *Debitor numquid possit cogi per creditorem sibi facere instrumentum obligationis de soluendo debitum.*
6 *Debitor, qui soluit potest petere cassari instrumentum de originali.*
7 *Creditor non tenetur facere liberationem, vel quietationem generalem.*
8 *Creditor non tenetur apponere clausulas generales in absolutione nisi in quantum venirent ad robur specialium.*
9 *Creditor liberans consultius agit si generalem sermonem non effundat.*

GLOSSA PRIMA.

LIcet ex Clausula supradicta (pro residuo maioris sūmę &c.) vt supra super ea dictum fuit, cēserētur dicti venditores liberari, tamen ad cautelam, & quia expressa magis prosunt q̄ non expressa, l. expressa, vbi Cagnol. nu. 3. ff. de reg. iur. additur specialis absolutio à debito, & sic alius contractus incidenter diuersus à contractu venditionis, certum enim est, q̄d
1 nedum † potest inseri alius contractus vni cōtractui, sed etiam contractus in testamento fieri potest, glos. in l. hæredes palam, §. fi. vbi omnes, ff. de testament. cum alijs citatis per Cagnol. in l. vinum, nu. 35. ff. si cert. pet. Ab-
2 solutio † modo, & liberatio, videntur Synonima, cum enim is qui iuris vinculo tenetur ad aliquid faciendum, vel soluendum, qui obligatus dicitur, vt probatur in princ. Instit. de obligat. soluit ab huiusmodi nexu tunc ab solutus, & liberatus censetur, vt probatur in l. 1. ff. de acceptil. & ipse dicitur soluisse, quo
3 fit, vt liberationis † uerbo solutio comprehendatur, l. liberationis, & ibi not. Alciat. ff. de uerb. sign. & facit l. solutionis, ff. eod. & l. solutionis, ff. de solut. de stricta tamen significatione liberatio differt à solutione, quia solutio est rerum, liberatio obligationum, ut tradit glos. in Rubrica, C. de solut. & liberat. & ff. eod. tit. etiam in Rubrica, ubi eam defendunt Bart. & Castr. dicētes, q̄d solutio est causa, & liberatio effectus, & solutio consistit in facto, & liberatio in iure, solutioque fit de re corporali, & liberatio de iure incorporali, cū obligatio sit ius incorporale; Ideo autem apponitur hic dictio illa (propterea) quæ denotat causam propter quā fit absolutio, scilicet propter solutionem factam: nam si absolutio uel liberatio non fit per acceptilationem, de quo inferius dicetur, semper additur causa in instrumento liberationis, uel quia fuit facta solutio, uel quia absoluens fuit confessus sibi satisfactum, ut ad propositum tradit Bartol. in l. Aurelio, §. Caius, num. 12. ff. de liberat. lega. ubi loquitur de illa Clausula solita apponi (Et hæc ideo fecit, &c.) sequitur Are. in §. item per acceptilationem, num. 7. Instit. quibus mod. tol. oblig. & Socin. cōs. 159. col. 5. uers. quarto & ultimo principaliter, 2. not. & Crauet. cons. 192. num. 21. Et potest cogi creditor solutionem recipiens ad faciendum absolutionem, & liberationem debitori sol-
4 uenti. † Bart. & alij, in l. cum Aquiliana, ff. de trāsac. Cast. cōs. 34. Ego Paulus, in principio 1. uol. Felin. in c. significauit, nu. 8. de testib. decis. Capel. Tholos. 307. & ibi Aufrer. in additione, sicut è cōtra, debitor potest cogi per creditorem sibi fieri instrumentum obligationis de soluendo debitum, ut per omnes, in
5 l. † 2. in prin. ff. sol. matr. & Tiraquel in tractatu de retractu, titu. 1. §. 29. glos. 5. in princ. de quo p D. Ant. Gales. in tract. de for. Camera oblig. 3. par. q. 3. & Rodo. Suarez. in l. post rē iudic. in §. incipit. item quæritur aliquis, nu.
6 2. de re iudic. fol. 725. sicut etiam † potest petere cassari etiam instrumentum de originali, s̄m Bart. Castr. & Dec. nu. 7. in Auth. Cassa, C. de sacros. Eccles. per l. 2. C. de condict. ex lege, de quo latius inferius dicetur in Clausu
7 la, necnon cassanti, licèt non † teneatur creditor facere liberationem, uel quietationem generalem, l. 3. §. contrarium, & ibi Bal. post antiquos, ff. de contraria, & uti. actio. tutel. Bar. Castr. & Ias. in d. l. cum Aquiliana, uel l. aquiliana præcedent. quas simul legunt. Felin. d. c. Aret. in d. §. per acceptilationem, nu. 7. Ias. in l. si de certa, nu. 5. C. de transact. Tiraquel in ipsa. l. si unquam, nu. 116. C. de reuocand. donat.

donat. Et dicit Bal. in l. pactum, 16. quæst. C.
8 de colla. quod non †tenetur creditor appone re Clausulas generales, nisi in quantum veni rent ad robur specialium sequitur et Felin. in c. accedens, il primo, nu. 5. vltima Conclusio ne, Vt lite nō contestata. est enim captiosa ta lis liberatio, d. l. cum Aquiliana, in fine, ideo
9 consultius †agit liberans, si generalem sermo nem non effundat, ne in promptum incidat periculum, l. fin. C. de dot. promiss. Bald. in d. quæst. Alex. cons. 42. Super præmisso, nu. 8. in 1. & cons. 11. Viso, ac vt oportet, nu. 8. & 9. vol. 2. quod etiam admonet Tiraquel ex Bal. & alijs per eum citatis in loco præallegato num. 120.

Et generaliter ab omnibus, & singulis quę ab eis occasione prędicta quouis modo ratione vel causa, de iure vel de facto.

SVMMARIA.

1 *Absolutio aliquando non excedit causam propter quam fit, aliquando verò extenditur ad omnes causas etiam non excogitatas, quæ tamen in genere potuerunt præuideri.*
2 *Liberatio in dubio strictè est interpretanda, & ad suam expressam causam restringenda. Declara tamen vt hic & nu. sequ.*
4 *Liberatio generaliter concepta an & quæ comprehendat, & quæ non.*
5 *Absolutio generaliter concepta numquid importet remissionem fideicommissi.*
6 *Agere permittitur aliquando nedum de iure, sed etiam de facto.*

GLOSSA SECVNDA.

MVltum intuēda sunt verba in istis gñalibus absolutionibus vt docet Aret. in d. §. item per acceptilationem, nu. 6. in fine, quia quin
1 que absolutio & liberatio †nō excedit causā propter quam fit: quādoq; verò extēditur ad omnes causas etiam non excogitatas, quàm tamen in genere potuerint prouidere, vt per Bart. in d. §. Caius, quod etiam alij trad. in locis infra allegandis. in dubio tamen liberatio strictè est interpretanda, & ad suam expres-
2 sam causam restringēda. Castr. in l. si ex †pluribus in princ. vbi est text. not. ff. de solut. Socin. cōs. 73. nu. 4. in primo. Ruin. cōs. 140. numero 3. in primo, & Paris. cons. 89. nu. 44. & cons. 100. nu. 64. etiam in 1. vol. et licèt sit per verba generalia confecta, conscriptaque, tamē si salua ratione recti sermonis ad rem vel causam specificatam restringi potest, non est vlterius extendenda, nisi aliter de mente partis constet, d. l. si ex pluribus, in princ. ita tradit Bart. & communiter cæteri, in d. l. si de certa, C. de transact. in d. l. Aquiliana, & in d. §. Caius, & in l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. Aret. in d. §. per acceptilationem, Socin. con. 103. 1. & 5. col. in 3. Ias. consil. 98. in fi. 1. lib. Crot. in l. q. Romę, §. duo fratres, nu. 45. ff. de verb. oblig. quod admittit Curt. iunior, cons. 101. nu. 1. iuncto fi. cōs. sequitur Ruin. consil. 25. nu. 9. in 1. & Paris. cons. 20. nu. 78. eod. 1. uol. quod procedit, etiam si sit dictum, qđ liberatio sit plena, & plenissima, secūdum Castrēs. in dicto §. Lucius, si tamen expresse partes limitarent, vlterius non extenderetur. Castr. cons. 396. nu. 4. 1. uol. in proposito tamen nō possent restringi verba, si sit dictum, ut solet dici, per notarios (teste Bar. in d. l. si de certa nu. 5.) quod generalis sit liberatio, & generaliter intelligatur, & porrigatur, etiam ad incognita; vel si sit dictum, quod fuit facta liberatio ab omni eo in quo sibi tenebatur ex quacumque causa quæ dici vel excogitari posset.
3 †vel si sit promissum non petere decem, nec aliam quātitatem, nec ex præsenti cā, nec ex alia, ut per Ias. ibi, num. 5. & 6. vel si ponatur Clausula generalis, (Ab omni eo, & toto, & ab omni iure, & actionibus debitis, & obligationib. contractis, & ab omnibus, & singulis ad quæ dictus debitor hactenus tenebatur) non enim hæc verba restringi possunt ad specificatam causam, salua ratione recti sermonis, ut per Soci. d. cons. 103. col. 4. nu. 4. Alia etiam Clausulam generalem ponit Alex. d. cons. 11. nu. 10. Paris. in d. cons. 20. nu. 35. & vbi mentio habetur de clausula quod extendatur ad quæcumque etiam incogitata, & penitus extranea, & licèt Paris. in d. cons. 20. voluerit dictam Clausulam restringi, & non generaliter extendi, nu. 83. tamen aliter uidetur dicendum in hac materia, secūdum Bart. in d. §. Caius, nu. 11. ubi vult, censeri etiam remissa ea quæ quis ignorat, si dictum sit generaliter, uolo quod omnis causa quę esse possit, sit remissa. & opinionem Paris. etiam reiecimus supra in c. immunitatum, in Clausula, & tam cogitatis, &c. f. 113. ubi alios in hanc sn̄iam citauimus. facilius tamen exstendetur liberatio, si nulla sit expressa, et subinde addita Clausula generalis, l. pluribus, ff. de accep. Bart. in d. §. Caius, Bald. in d. l. pactum, 14. et 15. quęst. Alex. dictis consilijs 42. nu. 7. et 11. nu. 12. et cons. 117. Visis supra narratis, 2. colum. 1. uol. et latè de generali liberatione scribit plures citans Tiraquel in l. si umquam, in prefatione, nu. 116. & seqq. C. de reuoc. don.

Illud tamen non est omittendū, quod etiā facta generali liberatione, censetur exclusus dolus

dolus liberati, vt per Bald. Castr. & Ias.in l.
4 sub prætextu, C.de†transact. Cast.in d.§.Lucius, Socin.d.cons.73. nu.3.in 1.190.nu.5.in 2.& 92.in 4.& Paris.cons.88.nume.40.& sequen.& 89.etiam nu.40.& seq.1.vol.nec repræhenduntur etiam ea, quæ per liberantem possunt vendicari. Alex.cons.46. Visis,& accuratè, num.4.in 1.& cons.170.col.2.& 3.in 2.& in d.l.sub prętextu,num.3.vbi etiam Ias. num.2.& est text.& ibi Bart.in l. Aurelius,§. Mæuia, ff.de liber.legat. & idem tenet Ias.in cons.171.col.3.in 1. & Ruin. d.cons.25.nu. 17. in 1. licet Alciat. dissentiat in l. pecuniæ verbum,§.hęc verbum,de verb.sign. Verum quia in casu huius nostri instrumenti restricta est Clausula liberationis, ex illis verbis (occasione prædicta) de cuius uerbi, occasione, abundè supra diximus, in Clausula cessionis, cum etiam quia fuit facta ob solutionem de debito factam, quo casu non se extendit nisi inquantum est solutum. Bald.in d.l.sub prętextu, nu.13. propterea solum censeretur facta specialis liberatio, & non extenderetur ad alia debita extra causam expressam pręter quam quo ad accessoria connexa, & dependentia, ut per Bar.in d.§.Caius, ubi dicit, qđ habentur formæ liberationis ita generales quæ omnia compræhendant, & trad. Castr. Alex.& Ias.in d.l.si de certa.

De hac autem Clausula, hic posita in ab-
5 solutione generali, qđ †importet remissionē fideicommissi, trad. Ioan. Andr. Crot.& alij, quos supra citauimus in dicta Clausula (Et tā cogitatis &c.) & de Clausula (quouis modo, ratione uel causa) dictum fuit etiam supra in d.c.immunitatum, de Clausula vero (de iure) aliqua dicta fuere pariter supra in claus. ratihabitionis super uerbis, tam de iure. fol.37.
6 Et quia qñque aliquis agit † uel petit, nedum de iure, sed etiam de facto, quod etiam quandoque pmittitur ut tradit Bar.& alij, post gl. in l.ubi pactum, C.de transact. propterea hic subijcitur ad excludendum etiam actorem ab hac petitione, quod de facto fieret, hæc clausula de iure uel de facto super qua clausula etiam inferius aliqua scribenda erunt.

Habere, petere, exigere, & consequi posset.

SVMMARIA.

1 *Habere, verbum, generalem habet significationem, & quid importet.*
2 *Exigere, verbum, quid importet propriè, et quid secundum latam significationem.*
3 *Procurator ad exigendum datus numquid possit a sponte soluente recipere.*

GLOSSA III.

1 VErbum habere, †est generale, compræhendens tam dominiū quàm possessionē & de facto detenationem, ut dictum fuit supra in Clausula cum introitibus, &c. super uerbis, & cū oībus & singulis, fol.125.text.tñ in l.habere, ff.de uerb.sig.etiam ibi citatus, dicit, duobus modis accipi: altero iure dominij, altero qđ importet obtinere sine interpellatione id, qđ quis emerit. De uerbo, petere, fuit etiam scriptum supra in Clausula cessionis, super verbo agere, fol.147. & de uerbo, consequi, in d. Clausula super eodem uerbo, fol. 154. & latè de uerbo potest, in eadem clausula super
2 uerb. possent fol.141. uerbum modo, †exigere, propriè importat ab inuito extorqre, l.debitor, ubi Alciat.in fine, ff.de uerb.sign. glos. in l.fideicommissa §.si rem, ff.de leg.3. Alci. in l.transacta, in princ.ff.eod.tit.de uerb.sig. & in l.uerbum exactæ; Cagnol.alios citans in l.bona fides, nu.8.ff.de reg.iur.de larga tātum significatione uenit exactio spontè facta per soluentem, ut per Alciat.in d.l.uerbū exa
3 ctę, & propterea infert procuratore † datum ad exigendum, posse à spōte soluente solutionem recipere, licet aliter Specul.senserit, quē sequitur Franc.in c.bona fides, de reg.iur. in 6.contra quem communiter tenent Doct. in l.non solum, sol.matr.& Cagnol.in d.nu.8. ubi alia adducit ad propositum huius uerbi. & idem Rodo.Suarez.in l.post rem iud.in c. incip.quia supra uisum est, num.11.& sequ. pag.682.

Facientique eisdem finem.

SVMMARIA.

1 *Obligatio quomodo finiatur, & quibus verbis uti debeant notarij ad demonstrandum finem ipsius obligationis.*

GLOSSA IIII.

FInitur res, & obligatio, cum debitor liberatur à creditore, consensu enim imponitur finis, l.1.§.fi.
1 ff.ad†Senatuscons. Tertyl.& l.1. ubi Doct. & ibi Cagnol. latè in secūdo not. nu.10.& seq.C.de pact.& nō solū transactione, sed etiam quocumque actu quo cōcordia inducatur, ut tradit Alcia.in l.transacta, ff.de uerb.sign. & faciunt etiam tradita in l. sequ. eod.tit.facit etiam tex. cum glo.in c.1.de lit. contestat.in 6.propterea not. apponunt hæc uerba in liberationibus, ut ostendant consensu partium impositum esse finem rei. Practici autem,

autem, vt Roland. & Speculat. qui ab eo formam sumpsit, in tit. de pactis & transaction. in §.2. in prin. nu. 1. & nu. 4. ponunt formam & Clausulam hanc, quod facit finem, refutationem, transactionem, & pactum.

Quietationem absolutionem liberationem.

SVMMARIA.

1 *Quietatio, absolutio, liberatio, & alia similia sunt synonima.*

2 *Remissio numquid importet dationem.*

GLOSSA V.

1 De huiusmodi verbis † promiscuè loquuntur Doct. in pluribus ex locis citatis, tamquã de synonimis, & præsertim in d. l. sub prætextu, & in d. l. si de certa, licèt Spec. in loco præallegato ponat alia uerba, scilicet refutationem, & transactionem, quæ speciali liberationi parum mihi conuenire uidentur; quod etiam uidetur innuere idem Spec. in d. tit. in §. primo, in fi. ubi dicit, quod finis, remissio, & refutatio, & huiusmodi, referuntur ad idem, licet non adeo ęquipolleant, quia diuersum habeant significãdi modum. De remissione uerò, de qua meminit Spec. quod importet da-
2 tionem, quia qui ab obligatione † liberatur, uidetur accepisse, l. si quis obligatione, ubi Dec. & Cagnol. & l. si mulier, de condict. ob caus. uidendi sunt Scribentes in dictis locis, & Felin. in c. ueniens, il primo, de testib. in 3. not. Socin. in l. Iulianus, ff. de condit. & demonstr. & Alcia. in l. dedisse, ff. de uerb. sign. de quo per Tiraquel. in d. l. si vnquam in uerbo donatione largitus, nu. 171. & sequent.

Et pactum perpetuum de aliquid vlterius in futurum non petendo.

SVMMARIA.

1 *Pactum de non petendo à quocumque creditore etiam ex sententia, fieri potest.*

Pacto de non petendo remitti potest ius priuatum non ius publicum.

2 *Pactum de non petendo quot effectus operetur.*

3 *Pactum de non petendo potest fieri & in perpetuum, & ad tempus.*

4 *Pactum de non petendo aliquando in rem est, aliquando personale est, & quomodo distinguatur.*

5 *Pactum de non petendo personale non transit ad hæredes, nec egreditur personam eius cui factum est, secus si sit reale.*

6 *Pactum de non petendo prodest omnibus quorum pecuniariter interest, & ideo liberat etiam fideiussorem.*

7 *Pactum de non petendo habet multa specialia remissiuè.*

8 *Pactum de non petendo nullam causam requirit, si tamen apponeretur esset habenda consideratio an esset potens, vel valida.*

9 *Obligatio facta per pactum obligatorium domino & principali non acquiritur per procuratorem nisi mediante cessione, secus si per pactum de non petendo.*

10 *Pactum de non petendo non solum expressis, sed & tacitis verbis fieri potest.*

11 *Pactum de non petendo habet vim donationis.*

12 *Pactum de non petendo numquid insinuatione indigeat ex eo quod habet vim donationis.*

13 *Donare qui non potest, non poterit etiam pactum de non petendo facere.*

14 *Pactum de non petendo pro parte debiti fieri potest & pro parte reliqua ex solutione debitor liberari.*

15 *Pactum de non petendo quomodo differat à pacto de non agendo, & in quibus.*

GLOSSA VI.

Clausula hęc adijcitur absolutioni, & liberationi factæ in instrumento, per Spec. post Rolan. in d. §. 2. & de materia ipsius aliqua scribit in §. 3. quę materia in diuersis locis tractatur per glos. & Doct. sed tantum aliqua tãgemus ad declarationem, & dotem huius clausulæ facientia. Pactum itaque de non petẽdo, potest fieri regulariter per quemcumque cre-
1 ditorem, etiam ex sententia, & per ipsum † ius priuatum, non autem publicum remitti potest, nisi ius commune repugnet, l. iuris gentium, §. si paciscar, ff. de pact. ubi not. Et ope-
2 ratur † quatuor not. per gl. magnã, post med. & in fi. in l. si unus, §. pactus ne peteret, quam ibi sequuntur Bart. & communiter cæteri, ff. eod. tit. quia primo tollit obligationem naturalem eius, cui fit pactum, secundo elidit ciuilem, tertio obligat naturaliter paciscentem ad non petendum, & quarto parit exceptiones reo, & hæc etiam tria prima ponit glo. in §. præterea debitor, & text. ibi, quartum probat. uide Aret. Instit. de exception. & de hoc quarto est etiam text. in l. creditori, C. de pactis, in quibus locis Doctores ponũt aliquas limitationes, & declarationes, quas non pro-
3 sequor. Et † potest fieri in perpetuum, & ad tẽpus, vt l. si vnus, §. si cum eo, ff. de pact. & propterea ad tollendum dubium, ne duceretur factum ad tempus, adijcitur hic verbum (perpetuum) & id inuunt etiam verba sequentia
4 (aliquid vlterius in futurum) Fit modo quandoque

doq; in rem, quãdoq; personale, & id digno scitur tam ex verbis contrahentium, quam ex mente, d.l. iuris gentium, §. pactorum, & in hoc Doct. distingunt, vt ibi per eos, & latè per Aret. in d. §. præterea, nu. 2. concludentes, quod si persona est adiecta, vt ostẽdatur cũ cũ quo sit factum pactum verbo obligatiuo, vt promitto tibi non petere, censetur reale, si executio, vt promitto à te nõ petere, est personale, in dubio tamen, vt in casu nostro, cẽsetur reale, vt Bart. Bald. Alex. & Ias. trad. in d. §. pactorum, & Aret. d. nu. 2. effectus est magnus, an sit personale, vel reale, quia si
5 personale † non transit ad hæredes, nec excedit personam eius cui est factum, secùs si reale; de primo est text. in l si tibi, §. si quis paciscatur, & in l. idem in duobus, §. personale, ff. de pactis, de secundo in l. & hæredi, §. 1. ff.
6 eod. vbi habetur, quòd prodest † oĩbus quorum pecuniariter interest, & propterea liberat etiam fideiussorem, l. nisi, ff. eod. licèt aliud sit, si fiat fideiussori, respectu rei, l. fideiussoris, ff. eod. tit. in quibus locis etiam Doct. aliquas declarationes ponunt, quas non cu-
7 ramus referre, habetque † multa specialia, ut in dictis locis prosequuntur Doct. & maximè quia licet in pacto obligatorio exigatur causa, d.l. cum de indebito, in fin. de probat. & c. si cautio, de fide instrum. ut supra dixi-
8 mus, in pacto † tamen liberatorio nulla exigitur causa, licet Glos. & Odofr. aliter uoluerint, in d.l. creditori, ut tenent glos. Bart. & omnes, in l. tale pactum, in princ. ff. de pact. & in dicta l. creditori, & Cagnol. in dicta l. si quis obligatione, in fin. ff. de reg. iur. licèt si apponerent, tunc esset habenda consideratio, an esset petens aliter ualida, vt per Alex.
9 Ias. Socin. ac alios, in d. l. creditori; sic † etiam licèt obligatio facta per pactum obligatorium domino, & principali non aquiratur per procuratorem, nisi mediante cessione, l. possessio quoq;, §. & si possessio, ff. de acquir. possess. tamen si fiat pactum de non petendo, procurator acquiret directo sine cessione Domino. Bald. & Ias. in l. rescripto, §. fina. ff. de pact. Castr. in l. idem in duobus, §. 1. num. 2.
10 ff. eod. tit. & † non tantum fit uerbis expressis pactum de non petẽdo, sed etiam tacitis, ut si quis confiteatur aliquem ibi præsentem sibi non teneri, d.l. tale pactum in principio
11 ubi Doct. Et † quia pactum huiusmodi habet vim donationis, communi calculo conclu-
12 dit, insinuationem in eo esse † necessariam, si quingentos aureos excedat, sicut in donatione uera exigitur, ut per Castr. Alexand. & communiter cæteros, in d.l. creditori, contra Salicet. ibi, Cagnol. in d.l. si quis obligatione, nu. 4. & Ruin. consil. 133. num. 5. in 4. &
13 † quemadmodum is non potest donare sine causa, uel sine solemnitatibus quę à iure communi uel municipali prohibetur, ita non poterit facere pactum de non petendo sine causa, & sine ipsis solẽnitatibus, cum habeat inclusam causam donationis, ut per Aret. in l. pactum curatoris, C. de pact. Cagnol. in d.l. si quis obligatione, num. 6. ita tradit Socin.
14 in d.l. creditori, nu. 4. Potest tamen † pactum de non petendo fieri pro parte debiti, & pro parte reliqua ex solutione debitor liberari, d.l. creditori, ubi habetur, quod si contra pactum fiat exactio, datur repetitio, & cõdictio indebiti, ut per Cast. Alex. & Ias. ibi; Differt
15 † modo hoc pactum de nõ petendo, à pacto de non agendo, in quatuor, ut tradunt Doct. post Bartol. in d. §. pactus ne peteret, ubi Ias. post alios, nu. 36. quia istud de non agendo non tollit obligationem naturalem, nec impedit extraiudicialem conuentionem, nec exactionem, seu solutionem, sed tamen impedit litis contestationem, & litis ingressum, quod tamen non impedit hoc de non petendo, ut tradunt etiam Doct. in d.l. creditori.

Vel quæstionem.

SVMMARIA.

1 *Quæstio quid sit, & quotupliciter sumatur.*
2 *Quæstionem si aliquis promisit non mouere, si mouit controuersiam aliquam, incidit in stipulatum.*
3 *Quæstio, turbatio, & controuersia idem important.*
4 *Quæstio intelligitur mota etiam resistendo.*
5 *Quæstio si est prohibita moueri per legem, intelligitur post litem contestatam si per hominem etiam ante, secundum Bart.*
Sed male secundum Alciatum.

GLOSSA VII.

Quæstio est dubitabilis præpositio, l. quęstionem, C. de fideicomm. l. vlti. C. de pact. ut tradit Bart. in l.
1 amplius † non peti, nu. 6. ff. rẽ rat. habe. licet quandoque aliter, atque aliter accipiatur, ut per eum ibi, & fit ẽt de facto, sine lite, & cã, extra iudicium. Bald. in l. 2. & in l. cãs, uel lites, C. de trãsact. & idẽ importat ꝙ cõtrouersia uel molestia, ut ꝑ gl. in l. Lucius, la 2. §. tres hæredes, ff. ad Trebel. si igitur sit
2 promissum non † mouere quæstionem, committitur stipulatio si parti molestia aliqua inferatur, ut tradit Bart. in d.l. amplius non peti, nu. 5. & sequitur Alex. in consi. 52. Viso te

stamento nu.2.2.uol.duplicato consi.177.in
3 5.& quod quæstio, † turbatio, & controuersia, sint eiusdem importantiæ, & quod con-
4 ueniatur † etiam resistendo, tradit Bald.in l. 1.in prin. C.de test.de quo Marant.in tracta. iudic.seu Spec.aureo, 5.par.nu.68.& Corn. cons.268.litera Q.in 4.uol. Bart.tamen facit
5 differētiam in d.l.amplius, nu.5. si à lege† sit prohibitum, quæstionem non moueri, vel ab homine, ut primo casu intelligatur per litis contestationem, secundo, ēt ante, per l.3.C. fin.regund.quod non admittit Alciat.in l.litis, in fine, ff.de uerb.signifi.

Seu controuersiam aliquam mouendo.

SVMMARIA.

1 *Practica notariorum Ferrariensum postponitur practica Rolan.& Specul.circa pactum de non mouendo controuersiam.*

2 *Controuersia quid importet.*

3 *Controuersiam non mouere promittens tenetur si contra faciat, & committitur stipulatio etiā ante litem contestatam.*

4 *Controuersiam mouere intelligitur tam agendo quam excipiendo, & siue de iure, siue de facto resistendo.*

5 *Promißio de non mouendo controuersiam inducit exceptionem pacti de non petendo, & impedit litis ingressum.*

6 *Promißio de non mouendo controuersiam tollit restitutionem in integrum.*

7 *Promißio de non mouendo controuersiam non tollit quin poßint peti ea, quæ sunt de natura contractus.*

GLOSSA VIII.

SPec.in d.§.2.in tit.de pact.& transact. nu.1. & nu.4. post Roland. de non mouendo quæstionem, uel controuersiā, scilicet per uiā promissionis, & per verba clariora, & mihi
1 magis placet illa praxis, quā hæc† notariorū nostrorum Ferrariensum, apponitur enim hæc Clausula sub hoc tenore Nec non promittens soleni stipulatione eidem. N.litem uel controuersia seu quęstionem aliquam ei, uel eius hæredib. prædictorū occasione, uel alia quacumque, per se, uel alium, de iure, uel de facto ullo tempore non inferre, nec inferenti consentire. Controuersia igitur idē importat, qđ molestia, uel inquietudo, seu turbatio, ut per Bar.in d.l.1.& Tiraquel in tract. de retractu, tit.1.§.35.glos.4.num.39.& qui
3 promittit † non mouere controuersiam, tenetur si contra faciat, & committitur stipulatio etiam ante litem contest.l.diuus, & l.sed etsi, §. ante litem, ff. de petit.hæredit. Spec. in tit.de empt.& uend.§.1.nu.35.uersi.nota,
4 quod promitttens, † & siue agendo, siue excipiendo, l.non solum, §.status, ff.de procur.facit l.cōtrouersia, C.de euict.glos.in d.§.tres, hæredes, in uerb.mouerit, ubi siue de iure siue de facto etiam resistēdo, & ibi Bar.& idē Bar.in d.l.amplius non peti, num.3. & idem Bald.in d.l.1. & in d.l. causas, uel lites, & cū Bart.in d.l.amplius, transit Alex.alios citās, in d.l.si quis maior, nu.6.C.de transact.& in d.consi.52.1.col.Felin. in c.super quęstione, nu.6.de offi.delegati.& Marantha loco prę-allegato.Bald. Salic. Soci. Ias.& Dec.in l.cū
5 postea quam, C.de pact.ubi dicunt, quod † ex promissione de nō mouēdo cōtrouersiā, inducitur exceptio pacti de nō petendo, & impe-
6 dit litis ingressum, secundum Socin.ibi, † tollitq; etiam restitutionē in integrum, ut per Alex.in consi.151. Viso themate, in fi.2.uol.
7 & Tiraquel d.nu.39.non † tamen tollit quin possint peti, ea quæ sunt de natura contractus, ut per Bald.in l.1.nu.13.C.de usufr.admittit Alex.d.consil.52. nu.6. & sequitur Felin.in c.causam quæ, nu.22.& sequent.de rescript. vbi agit de Clausula de non molestādo, de qua etiā tract. Didac.Hispan.in c.Rainaldus, §.1.nu.8.de testamen.& Ruin.consi. 77.nu.6.2.uolumine.

Vel petentibus, seu mouentibus, consentiendo.

SVMMARIA.

1 *Pactum de non petendo qui fecit, tenetur etiam curare ne alius, quem ipse potest prohibere, contraueniat, vel molestet.*

Declara tamen vt hic.

GLOSSA IX.

CLausula hęc vr̄ magis superflua q̄ necessaria, quia† quod promittit
1 nō petere, seu facit pactū, & quietationē de nō petendo, tenetur ēt curare ne alius quē ipse pōt prohibere cōtraueniat, uel molestet absolutum, scilicet procuratorem suū, uel alium similem, l.cū filius, §.in hac, & l.in illa stipulatione per te nō fieri, & ibi not.ff.de uerb.obl.prohibendo ne instrumenta debiti ad procuratorē uel aliū qui nomine suo petere posset deuenirent, ut per Bart.in d.l. in illa stipulatione. Sed si procurator generalis uel constitutus ante liberationem, peteret quem ipse prius admonere non potuisset, excusaretur à pęna, secùs si potuisset, & nō fecisset, ut p Castr.& Alex.in d.

l.licet

l. licèt Bartol. ibi aliter uoluisse uideatur, tamen quia numquam obest bene exprimere quoscumque casus ad dubitationem tollendam, ideo addita est ut etiam eam addit Specul. in d. §. 2. num. 1.

Etiam per acceptilationem.

SVMMARIA.

1 *Acceptilatio quid sit.*
Acceptilatio in quo differat a pacto de non petendo.
2 *Acceptilatio generaliter fieri potest ab omnibus obligationibus, & ab vna re tantum, & a parte vnius rei, & obligationis.*
3 *Acceptilationis uerba conuenire debent verbis primæ obligationis.*
4 *Acceptilatio non tollit nisi obligationem uerborum.*
5 *Acceptilatio si non ualet uti facta est quia peccat in materia an valeat saltem in uim pacti.*
Et quid si peccat in forma.
6 *Acceptilatio an recipiat diem, uel conditionem expressam, uel tacitam.*
7 *Acceptilatio per Aquilianam stipulationem facta, tollit omnes actiones, et obligationes ex quacumque causa competentes.*
8 *Acceptilatione fideiussori facta liberatur principalis.*
9 *Acceptilatione vni correo facta liberantur omnes correi.*
10 *Acceptilatio fieri potest etiam per procuratorem specialiter constitutum, vel generalem cum libera.*
11 *Acceptilatio ualeret si fieret præcedente nouatione facta per procuratorem etiam generalem, vel tutorem, & curatorem, & eo modo liberaretur etiam absens.*
12 *Acceptilatio non habet locum si est facta solutio.*
13 *Acceptilatio numquid sapiat donationem, & propterea indigeat insinuatione.*
14 *Acceptilatio numquid comprehendatur sub statuto de solutione loquente.*
15 *Acceptilatio potest fieri ex causa expressa donationis quo casu omnis agendi uia est perempta, nisi sit facta ab eo qui libere de bonis suis dispo nere non poterat.*
16 *Acceptilatione facta si is cui facta est postea soluat repetere potest indebitè solutum.*

GLOSSA X.

NVnc de acceptilatione dicendum est, quæ passim apponitur in omnibus instrumentis absolutionũ, & liberationum, & tamen ut dicit Bald. in Rubrica, C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. nu. 6. idiotę, non capiunt quid sit acceptilatio, immò pauci tabelliones sunt qui intelligant hos apices iuris. Est autem
1 † acceptilatio, liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio, l. 1. ff. de acceptil. & est imaginaria solutio, ut dicit Imperator in §. itẽ per acceptilationem, Instit. quibus mod. tol. obl. glos. in Rubrica & Azo in summa, C. eo. tit. dicit tamen Cast. in d. l. 1. quod non ponitur in illa l. diffinitio, sed magis effectus acceptilationis, & ipse ponit diffinitionem, qđ acceptilatio est quidam distractus uerbis solemnibus celebratus ad similitudinem stipulationis, in quo debet præcedere interrogatio debitoris, & responsio creditoris incontinenti, & per eam tollitur ciuilis, & naturalis obligatio. Et subiungit, qđ in hoc differt à pacto de non petendo, cum per ipsum non tollatur nisi sola naturalis, de quo supra diximus, super Clausula (Et pactum perpetuum) Dum autem dicitur in d. l. 1. quod uterque liberatur à nexu, intelligit ibi glos. & Bart. & Azo in Summa, illud procedere, quoniam, quando nouãtur omnes obligationes præcedentes, duplex interuenit stipulatio, ut de Aquiliana stipulatione dicetur, & tunc uterque cõtrahentium liberari dicitur, aliàs respectu creditoris in propriè dicetur facta liberatio, ut etiam inpropriè accipitur in l. 1. §. non autẽ, ff. de exer. & in l. quoties, §. sicut, ff. de admin. tut. quibus addi potest, quod cum iura, & actiones sint infixa creditori sicut caracter fidei, & sacramentã spiritualia, & non possint facilè separari, ut dicit glos. in l. 3. ff. pro soc. & facit l. quod ergo, in fi. & l. si Sticho, ff. de pecul. potest dici ab eis etiam liberari creditor solutione uera uel ficta. Potest modo fieri acceptilatio generalis ab omnibus obligationibus, & ab una re tantum, l. pluri-
2 bus, & l. sanè, ff. de † acceptil. immò & de parte unius rei vel obligationis, l. pars stipulationis, cum l. seq. & l. qui hominem, cum l. seq. in princ. & §. 1. ver. sicut autem, eo. tit. verba
3 † autem acceptilationis debẽt conuenire uerbis prioris obligationis, ut acceptilatio respiciat ipsam priorem obligationem, l. nisi ff. eo.
4 tit. Sciendumque est, quod † acceptilatio non tollit nisi obligationem uerborum, seu uerbis inductam tantum, cum & ipsa verbis fiat, l. an inutilis, §. acceptum, ff. eod. tit. & d. §. item per acceptilationem, Azo in Summa, num. 3. Castrens. declarans in d. l. 1. & Aret. in d. §. item per acceptilationem, & tradunt etiam DD. in l. ut responsum, C. de transact.
5 licèt hoc casu † si fieret acceptilatio de debito ex alia causa quam ex stipulatione, licèt non ualeret ut acceptilatio, competeret exceptio ueluti ex pacto l. si acceptolatũ, in prin. qñ enim acceptilatio peccat in materia, ut

quia est facta ratione rei debitæ, vel ex cõtra ctu iuris gentium, vel ex alia causa quam ex stipulatione, & tunc ualet saltem ut pactum, l. cum emptor, in princ. ff. de rescind. vend. l. si vnus, §. pen. & ibi glos. ff. de pact. & d. l. si accepto latum, secùs verò, si defectus sit in forma, ut quia fuit facta sub conditione, uel in diẽ, vel inter absentes, d. l. inutilis, in prin.
6 quod autem non † recipiat diem uel conditionem expressam, licèt tacitam, est text. in l. actus legitimi, ubi Cagnol. ff. de reg. iur. & in l. acceptilatio, cum l. sequen. ff. de acceptil. licèt possit fieri sub modo, l. si quis accepto, nu. 2. ff. de cond. ob caus. quam distinctionẽ post Azon. in summa nu. 4. sequuntur omnes, in d. §. pen. Aret. in d. §. item per acceptilationẽ, nu. 3. Bar. & omnes magis communiter, in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. vbi Ripa, nu.
7 19. & 23. & Alciat. nu. 39. sed si fiat † acceptilatio per Aquilianam stipulationem, tolluntur omnino omnes actiones, & obligationes ex quacumque causa competentes, ut super
8 sequenti Clausula dicetur. Ex † acceptilatione facta etiam fideiussori, cum sit ficta solutio ut suprà liberatur reus, etiam re obligatus, l. & per iusiurandum, §. & si fideiussori, & l. si
9 ex pluribus, §. 1. ff. eo. tit. sicut † etiam liberãtur omnes correi facta acceptilatione uni, l. si ex pluribus, eo. tit. Bart. & alij, in l. 1. C. de
10 transact. requiritur † etiam speciale mandatum, utriusque ad hanc acceptilationem faciendam, vel generale cum libera, l. per procuratorem, cum ibi not. eod. tit. & Azo
11 in d. Summa, ad fin. Valeret tamen, † si fieret præcedente nouatione facta per procuratorem, etiam generalem, vel tutorem, & curatorem, & eo modo liberaretur absens, d. l. & per iusiurandum, §. tutor. Et liberatur reus, etsi pecunia soluta non sit, d. l. si accepto la-
12 tum, §. 1. immo † si fieret solutio, non haberet locũ acceptilatio, ut tradit Bart. in l. si in stipulatu, ff. de dona. in l. 1. ff. quę in fraud. cred. & Socin. cons. 92. col. fin. in 4. de quo etiam in-
13 ferius dicemus, & propterea † insinuatio sicut vera donatio exigit, ut per Socin. ibi, & Alciat. in d. l. dedisse, ff. de verbo. sign. Tiraquel. in d. l. si unquam, in verbo, donatione largitus, num. 176. sicut etiam suprà diximus, in pacto de non petendo; & cum sit non vera, sed ficta solutio, ut suprà de quo etiam diximus suprà super verbo, quietationem,
14 non † cõprehenderetur in statuto de solutione loquente, ut per Aret. in d. §. item, per ac-
15 ceptilationem, nu. 1. potest † tamẽ fieri etiam ex causa expressa donationis, & tunc omnis uia agendi est perempta, l. 2. C. de acceptil. quod tamen procedit in eo, quod de bonis suis liberè arbitrio suo disponere potest, ut
16 per Socin. in d. cons. Si quis autem, † cui accepto latum fuerit, soluerit, post acceptilationem repetere potest indebitè solutum, l. 1. C. de acceptil. cum ibi notatis.

Et Aquilianam stipulationem.

SVMMARIA.

1 *Acceptilatio non potest tollere omnes obligationes.*

2 *Aquiliana stipulatio quænam sit, & quomodo accipiatur.*

3 *Aquiliana stipulatio etiam generalissimè concepta non comprehendit quæ partes ignorabant.*

4 *Acceptilatio, & Aquiliana stipulatio numquid sint apponendæ in omnibus absolutionibus.*

5 *Absoluens non per acceptilationem, sed quia confitetur sibi de omnibus satisfactum præsumitur habuisse scientiam, & de omnibus cogitasse a quibus partem aduersam liberauit, secus autem si sit addita acceptilatio.*

6 *Acceptilatio non tollit ipso iure obligationem de iure gentium inductam, sed ope exceptionis. Declara tamen ut hic.*

7 *Veritas non potest obumbrari imperitia loquentium, & fictione.*

8 *Liberatio naturalis per solutionem facta nunquam se extendit nisi in quantum est solutum. Et idem si est liberatio ciuilis cui natura cooperatur. Secus si est liberatio ciuilis per pactum, uel per acceptilationem.*

GLOSSA XI.

1 QVia ut supra in Clausula præcedenti dictũ est, acceptilatio † non potest passim tollere omnes obligationes maximè à iure gentium inductas, cum ipsa sit a iure ciuili inuenta, & eas quę uerbis non sunt inductę, ut etiam tradunt Doct. in l. actione, C. de transact. vbi Dec. 2. notabili, licèt ex quadam æquitate obliget faciens acceptilationem ad non petendum, d. l. si acceptolatum, & trad. etiam Bar. & alij, in l. vbi pactum, ubi Ias. nu. 6. C. de trãsact. propterea inuenta fuit à Gallo Aquilio stipulatio, & uerborum conceptio quædam, qua renouantur omnes obligationes cuius-
2 cumque generalis, & postea † acceptilatione subsequente, tolluntur, & l. & uno, §. 1. ff. de accept. & d. §. item per acceptilationem, uer. est autem, Instit. quibus mod. tol. oblig. ubi Are. in glos. in quibus locis ponitur forma ipsius conceptionis, quod ẽt probatur in l. fi. C. eo. vbi Bald. in l. Aquiliana, ff. de transact. & in l. vt responsum, C. eod. tit. Formam etiam huius Aquilianæ, stipulationis ponit Spec. in tit. de obli. & solut. §. 2. vers. Aquiliana autem, nu. 25. quæ talis est describenda in

tertia

tertia psona. A. debitor, ad interrogationē T. creditoris, solemni stipulatione interueniente, promisit d. T. dare, soluere, & facere, quicquid eidem ex quacumque causa oportet, oportuit, oportebitue, purè, in diem, aut sub conditione, quarumcumque rerum ipsi T. cum d. A. actio queq; ab eo, petitio uel aduersus eum prosequutio est, vel erit, quodq; ipse A. eiusdem T. habet, tenet, possidet, & doloue malo fecerit quo minus possideret quantique earum rerum res erit, tantam pecuniam dari stipulatus est ipse T. & subinde ipse A. interrogauit dictum T. præsentem, & intelligentem, numquid acceptum haberet, quod eidem daret, & sibi ut suprà promiserit, spoponderitque, qui T. sponte acceptum fecit, & tulit. Et hec, est forma plenior, & magis conformis, dictis ll. quam descripta per
3 Spec. in d. loco. Est benè uerum, quòd ista † etiam generalissima liberatio non comprehēdit ex interpretatione prudentum, quæ partes ignorabant, d. l. cum Aquiliana, ff. de trāsact. vbi dicitur, quod liberalitatem captiosam interpretatio prudentium fregit: de quo dicendum est, ut per Bart. in allegato §. Caius, nu. 11. & supra dictum fuit in Clausula,
4 & generaliter. Illud † autem sciendum est, quod ista Clausula acceptilationis, & Aquilianę stipulationis non est apponenda in omnib. absolutionibus, & liberationibus, & maximè particularibus, sed tantum in quietationibus generalibus, ut & facit Spec. in d. §. 2. nu. 1. & num. 4. & maximè quando liberatio fit per eum, qui est prohibitus donare, ut per Socin. in d. consil. 92. col. fin. Preterea, ut Bart. animaduertit in d. §. Caius, num. 12. & sequitur Aret. reddens cautos contrahentes, in d. §. item per acceptilationem, num. 7.
5 quando absolutio, † & liberatio non est facta per acceptilationem, sed quando confessus est liberans, sibi de omnibus satisfactum, prēsumitur habuisse scientiam, & in genere cogitasse de omnibus, à quibus generaliter aduersam partem liberauit, secùs si sit addita acceptilatio quia illa confessio præsumitur addita ad solennizandum acceptilationem magis quā quod hoc sit uerum quod etiam firmauit Bart. in d. l. si in stipulatum, de don. & in dicta l. 1. quæ in fraud. credit. Et idem videtur uoluisse in l. si ex pluribus, in prin. ff. de solut. & videtur in effectu sequi inspecto rigore verborum, Bald. in d. Rubr. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. nume. 6. vbi dicit
6 † obligationem de iure gentium inductam non tolli per acceptilationem ipso iure, sed ope exceptionis, quod intellige, nisi etiam interuenerit Aquiliana stipulatio, ut suprà, quia etiam illas nouat, & perimit, & opinionem Bart. sequitur etiam Socin. d. consilio col. fin. sed si in instrumento constaret (ut in hoc nostro constat) de actuali solutione debiti, tunc cessaret decisio Bartoli, vt tradit Bald. in d. Rubrica numer. 6. vbi dicit, quod si sit dictum, habuit, & recepit, uerbum acceptilationis per imperitiam prolatum, for-
7 mam uniuersitatis † mutare non potest, l. si filiæ, in principio, ff. famil. ercis. & idem tenet in d. l. 2. C. de acceptil. vbi dicit quod sustinentur instrumenta in quibus constat de solutione reali, quia ueritas non debet obumbrari fictione. Pro hoc etiam facit quod distinguendo tradit idem Bald. & sequitur Ias. ibi, in allegata l. sub prętextu, nu. 13. C. de trā-
8 sact. quod liberatio † naturalis per solutionē facta, numquam se extendit, nisi inquantum est solutū, l. si ex maiore, C. de except. & in l. si ex pluribus, in princ. de solut. & idem si liberatio est ciuilis, cui natura cooperatur, qa. iuuatur adminiculo actus naturalis, & ad ipsum restringitur, secùs in liberatione ciuili, per pactum uel per acceptilationem, quia si habet speciales terminos per se, uel per relationem ad aliud, ultra non extenditur, si est generalis in se, & in relatione ad aliud, tunc generalis refutatio generaliter operatur, & sic patet, quod attenditur solutio, & sic actus naturalis magis quàm ciuilis, & fictus.

Legitimè interpositam.

SVMMARIA.

1 *Aquiliana stipulatio ita fit ut pracedat ipsa, & subsequatur acceptilatio.*

2 *Legitimè uerbum concernit factum, ac modum, & ordinem iuris.*

GLOSSA XII.

Quia in hac forma, ut etiam in forma posita per Spec. in d. §. 2. numer. 4. dicitur factam fuisse abso-
1 lutionem, † & liberationem per acceptilatione, & Aquilianam stipulationem, cum imò deberet dici, per Aquilianam stipulationem, & acceptilationem subsequutam, quę debet subsequi, ut in d. l. & uno, §. 1. & in d. §. item per acceptilationem, & locis supra citatis propterea ad tollendum omnem difficultatem, ne posset dici nulla, quasi forma non seruata, addita sunt hæc uerba, ostendentia factam fuisse, prout fieri debuerat, quod importat aduerbium, legitimè, concernens factum, & modum, ac ordinem iuris. glos. & Abb. in capitulo consanguinei, de re iudic. tradunt Doct. in capitulo factum legitimè, in princip. de reg. iur. in 6. de quo diximus suprà in Clausula, legitimè fol. 62.

CLAVSVLA XXXVI.

Nec non cassanti annullanti, & irritanti dictum instrumentum.

SVMMARIA.

1 *Clausula, cassans, irritans, & annullans unde sumpta.*

2 *Cassari numquid dicatur solum id quod ualidum est, an uerò etiam id quod nullum est, & de facto processit.*

Cassare, uerbum, numquid importet ipso iure actum esse nullum.

3 *Debitor potest petere cancellari instrumentum debiti de originali statim atque fecit solutionem.*

4 *Notarius, an, & quando de consensu partium possit cancellare instrumentum, & an possit abradere, & delere.*

5 *Instrumentum etiam cancellatum probat debitum præcessisse.*

6 *Prothocollum numquid possit cancellari.*

GLOSSA I.

Clausula hæc, quam ponit etiam Spec. in d. §. 2. nu. 4. uidetur sumpta ex textu in d. l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. ibi (si quod instrumentum à te emissum idest scriptum cuiuscumque summæ, ex quacumque causa apud me remãsit, uanũ & pro cancellato habebit) De verbo Cassum & irritum, habetur in Au-
1 then. Cassa, & †irrita, C. de sacrosanct. eccle. vbi Doctor. citant alia loca concordantia. Et de verbis cassum, & inutile, in l. nõ dubium, vbi Bal. 6. notabili, 6. & Ias. 10. n. 25. C. de legi. & de verbo, irritum, in d. l. cum postea, ubi Socin. & Dec. C. de pact. & de verbis, cassum et iname, in d. cap. accedens, il 1. Vt lite non conte. Et ample, de hac Clausula scribit Tiraquel in d. l. si unquàm, in uerbo, reuerta-
2 tur, 4. fallent. nu. 46. & sequent. Et licèt† propriè dicatur cassari id, quod ualidum est, d. c. accedens, Vt litè non contest. & Dec. in d. Authen. Cassa, nu. 6. tamen quandoque dicimus cassare ẽt quod nullũ est, & de facto processit, glos. in c. proposuit, de conces. præben. sed tunc inpropriè dicitur, ut per Dec. nu. 7. in d. Auth. ubi disputat, an ista verba importent ipso iure actum esse nullum, de quo etiam per eundem Dec. post Soci. in d. l. cum
3 postea. Sciendum tamen est, †quòd facta solutione per debitorem creditori de debito, et etiam habita quietatione à debito, potest soluens petere, ut cassetur instrumentum de originali, ne ullo tempore in futurum posset iterum conueniri, l. dissolutæ, C. de condic. ex lege, & l. fin. vbi Bald. C. ad exibend. ita tradit not. Bart. in d. Auth. Cassa, in fi. quem ibi sequuntur Castr. & Dec. nu. 12. & hoc casu not. de cõsensu partium soluto debito posset cancellare licèt non abradere vel delere, ita ut non possit legi, secundum Bald. post
4 Nic. de† Mattar. in Rubrica, C. de fide instrument. nu. 28. Ang. & Alex. nu. 8. in l. acta, ff. de re iud. declarantes tamen id non procedere, quando resultat præiudicium tertij ex di-
5 cta cancellatione, quod instrumentum † etiã cancellatum probat debitum processisse, in quo ualdè esset animaduertẽdum, cũ regulariter non credatur cancellationi factæ alio tempore per notarium de instrumẽto etiam si dicatur de consensu partium, cum dicta cãcellatio non habet diem uel consulem, & alias solemnitates, secundum Bal. Ang. Cast. Alex. ac Ias. post Io. Andr. per eos citatum, in l. si unus, C. de testament. & Castr. in cons. 131. dubium facit, 2. col. 2. vol. nouissimorum, & alios citat Cagnol. in l. si librarius al
6 leganda, nu. 54. tum etiam, quia † non est expeditum, quod prothocollum possit cancellari, & multi tenent contrarium quos citat Cagnol. in l. si librarius, nu. 55. ff. de reg. iur. nec consulerẽ notario, vt iudice nõ mandante id faceret; Et cum hic casus accideret, uidi aliter seruari quod partes fecerunt fieri instrumentũ absolutionis, & postea per notarium rogatum de instrumento debiti fecerunt scribi ante ipsorum instrumentum in prothocollo, fuit facta absolutio ab isto debito ex instrumento rogato per me, uel per talem notarium tali tempore ad finem ut si longo interuallo temporis interueniente reperiretur illud instrumentum crediti, & illa notula etiam constet unde haberi possit instrumentum absolutionis.

In ea parte, in qua constat de debito prædictorum venditorum.

SVMMARIA.

1 *Inducta ad fauorem non debent retorquere in odium.*

GLOSSA II.

Non sine causa additur hæc Clausula, ad tollendum omnes difficultates, quia licèt ista cassatio facta per creditorem, censeatur facta
1 ad fauorem debitoris, quo casu† non deberet in eius odium, & incommodum retorqueri, l. quod fauore, C. de legi. tamen quando fit generalis sermo de cassatione instrumentorum, etiam si altera pars casset ea quæ faciant ad damnum cassantis, & fauorem alterius partis, quod facere non posse certum est, si altera pars creditrix acceptet scripturam, dictæ cassationis, uel sit præsens, nec contradi-

tradicat, ſed acceptet, ſibi præiudicat, per text.in d. §. Lucius, vbi Bartol. Bald. & omnes ſcribentes, non mirum igitur ſi ad euitandum hoc dubium, notarij ſæpè vtuntur, hac Clauſula in iſtis abſolutionibus.

Ac omnem aliam ſcripturam tam publicam quàm priuatam, in qua conſtaret ipſos venditores ſibi ex dicta cauſa quomodo libet teneri.

SVMMARIA.

1 *Cancellatio inſtrumenti ſufficit ad liberationem debitoris licèt non cancelletur prothocollum.*

GLOSSA III.

Qvando conſtat de mente partis liberantis aliquem à debito nihil refert, quòd caſſet omnia inſtrumenta de dicto debito loquentia, ſed ſufficeret etiamſi caſſaret unum, ſicut liberatur debitor ex uenditione vnius inſtrumenti debiti ſibi facta per creditorē, etiā ſi plura de dicto debito extarēt, ut tradunt Gui. Bar. Bald. & Iaſ. in allegata l. 2. ff. de pact. & de cancellatione inſtrumenti, quòd ſufficiat ad
1 liberationem debitoris,† ēt ſi per prothocollum non cancelletur ex quo conſtat de mente, tradit Bar. in l.fin.ff.de his quæ in teſta.delentur. & Bald.in l.noſtram, nume.5.C.de teſtamentis.

Volens, & mandans id, & eam haberi pro caſſis, vanis, irritis.

SVMMARIA.

1 *Caſſatio numquid, & quomodo poſsit fieri per partem.*

2 *Cancellatio, & inductio quomodo differant.*

GLOSSA IIII.

1 CAſſatio per partem poteſt fieri, nedum facto, ſed etiam† nudo uerbo, ut probatur in d.§. Lucius, & ibi tradunt omnes, ſi tamen ex pacto conueniunt, partes de caſſando, id facto fieri debet, cum aliter nihil intereſſet expreſsè pacto conuenire vel verbo caſſare, tum quia poteſt intereſſe partis ut caſſatio omnino fiat, ut aduerſus Bart. ibi tradunt Angel. Fulg. Paul. & Iaſ. nume. 7. in d. §. Lucius, & Dec.in d. Authen. Caſſa.num. 10. iſta autem caſſatio facienda, ut etiam diximus ſuprà in verbo Caſſari, debet, etiam cancellatio, non abraſio, vel deletio, ita ut legi nequeat. Can-
2 cellatio autem differt†ab inductione, quia illa fit per tranſuerſum per modum crucis, inductio verò continuata linea, & per medium ducta, gloſ. in l. ſi quis libertatem, in verbo inducatur, ubi not.ff.de pet.hære. & in l. inductum, C. de ſolut. & tradit Bart.in l.cancellauerat, num.3.ff.de his quæ in teſtamen. delent.

Et nullis, ac nullius valoris.

SVMMARIA.

1 *Inſtrumentum nullum non eſt inſtrumentum.*
Inſtrumenti, uel ſcripturæ mentio ſi habeatur, intelligitur de ualido, ſeu ualida.
Inſtrumento annullato an cenſeantur annullatæ Clauſulæ acceſſoriæ.

2 *Inſtrumento annullato, an & quando cenſeatur annullatus contractus.*

GLOSSA V.

INſtrumentum nullum non eſt inſtrumētum, quia quoties de inſtrumento vel ſcriptura publica, ſen-
1 tentia, uel† alio huiuſmodi ſermo habetur, de ualido, ſeu ualida intelligendum eſt, l.non putauit, §.non quæuis, & ibi Bar.ff. de bon.poſſ.cōtratabu.l.4.§.condemnatum, & ibi omnes, ubi Ripa, nu.3.ff.de re iud.trad. Feli.in c.ex tenore, nu.4.& ſequen.de Reſcriptis, & annullato inſtrumento, Clauſula guarentigiæ, & omnes aliæ Clauſulæ acceſſoriæ annullatæ cenſentur. Bal.in l.ſi abſentis, nu. 11.in fi.& ibi in add. C.ſi cert.pet.Felin.in c. cum uenerabilis, nu.25.de exce.cum alijs citatis per Marſ.in ſua practic.crimin. in §. ſe-
2 cunda quæſtio, nu. 10. & ſequen. Et licèt†annullato inſtrumento non cenſeatur annullatus cōtractus in eo deſcriptus, qui ab eo differt tanquam quid diuerſum ut per Cagnol. poſt Bart.in l.ſi librarius, ad fi.nu. 83. de reg. iuris, & latè Tiraquel.in tract. de retract. tit. 1.§.1.gloſ. 1. nu.1.& nu.2.tamen non ſic eſt in caſu iſto, in quo cōſtat de mente partium, ne dum uoluiſſe caſſare inſtrumentum; ſed etiam tollere obligationem, & contractum quo caſu ceſſant quæ tradit Caſtr. Alexan.& alij, in l. ſeruum filij, §. eum qui chirographum, de leg. 1.& in alijs locis Docto. citati, per Tiraq.d.nu. 2. ponderantes mentem legis uel ſtatuti ſeu partis annullantis inſtrumentum.

Roboris efficaciæ, vel momenti.

SVMMARIA.

1 *Clauſula, nullius roboris, efficaciæ, uel momenti omnimodam nullitatem inſtrumenti, & ſcripturæ importat.*

2 *Clauſula, nullius momenti, importat nullitatem ipſo iure.*

GLOSSA VI.

Clausulæ Istæ denotant omnimodam nullitatem instrumenti, & scripturæ debiti, ut probatur in c. 1 cæterum, de † præscript. ubi dicitur alicuius roboris non obtineant firmitatẽ, & in c. ne captandæ, de concess. præben. in 6. dicit text. viribus careant, nec aliquam roboris obtineant firmitatem, de quibus Clausulis tradit & Feli. in c. Rodulphus, num. 30. de Rescrip. de Clausula verò nullius momenti, est text. in dicto §. condemnatum, & in l. qui in carcerem, ff. quod met. causa, in l. si quis Sempronium in fine, ff. de hæred. instit. & in c. ordinarij, in fine, de offic. ord. in 6. dicitur, nullius penitus sit momẽti, de qua Clau-
2 sula † quod importet nullitatem ipso iure tradũt Ias. & Ripa, nu. 1. in d. §. condemnatum, sed quamplura alia loca citat Tiraquel. vbi disputat de uiribus huius Clausulæ, in d. l. si unquàm, in verbo reuertatur, 24. Fallen. nu. 97. & sequen. C. de reuoc. don.

CLAVSVLA XXXVII.

Et libras ducentum M. & actualiter vt supra dederunt, soluerunt, & numerarunt, prædictis Amadæo, & Andreæ fratribus.

SVMMARIA.

1 Vt supra, dictio, quid importet.

GLOSSA I.

Quia quandoque soluitur precium rei uenditæ uenditoribus actualiter in cõtractu, ideo apponit̃ hęc Clausula, de qua etiam loquitur Spec. in d. §. 1. de emp. & uend. nu. 27. nec est ut etiam ipse dicit ibi, opus apponere Replicationem exceptionis non num. pecun. sed si numeratur pecunia, dicitur ut hic, soluit, & numerauit, emptor uenditori, si sit presens in sacculo, uel aceruo, dicitur, dedit, & soluit, coram me notario & testibus, 100. libras, prout ipse uenditor confessus fuit, tantam esse quantitatem, exceptioni non num. pec. &c. Et quia supra super eisdẽ et uerbis abundè scripsimus, ad alia transibimus, dum primo admonuerimus illam Clausulam (ut suprà) repetere omnes qualitates, quæ suprà in mater. realis solutionis expressę fuere, l. 1. §. deinde, & Bart. ibi, in §. ex hoc edicto, ff. de postul. de quo supra dictum fuit in Clausula immunitatis.

De consensu, & voluntate cæterorum venditorum.

GLOSSA II.

Ideo apponitur hæc Clausula, ut soluentes etiam pro ista rata his nominatis soluta à conuenditoribus, & consocijs liberẽtur, per ea quę supradicta fuere in Clausula, & de cõsensu uoluntateq; . Verum quia fieret præiudiciũ consentientibus in reliquo persoluendo, ut ipsi suas ratas integras postea exigere non possent, quasi hæc pars soluta etiam cederet ad eorum beneficium, ideo subditur Clausula sequens.

Ad computum, & pro parte suarum ratarum, quas habent in dictis bonis, vt suprà venditis.

SVMMARIA.

1 Rata quid significet, & quid uerbum pro rata.
2 Venditores omnes tenentur de euictione si ex instrumento constat omnes suam partem precij recepisse.

GLOSSA III.

Rata dicitur qñque pars uirilis contrahẽtis uel hæredis, l. 1. vbi glo.
1 C. Vnde lib. & l. fin. † C. de impub. & alijs substit. quandoque hæreditaria, ut in l. 1. C. eo. licèt in dictis locis de hoc uerbo rata mentio non habeatur, ut dicit Bald. in d. l. fin. num. 1. scias ergo alibi dicit Bal. in Auth. Defuncto, nu. 11. C. ad Tertyl. quòd verbum, pro rata, debet intelligi pro portione, quæ se contingit, & secundum naturam subiacentem, idest pro portione, quam iuris ratio unicuiq; distribuit, quo sensu etiam accipitur in l. sic pro rata, ff. de relig. & sump. funer. & tradit Dec. in d. l. 1. in princ. C. Vnde lib. & abundè Tiraquel. in tractat. de retractu, tit. 1. §. 11. glos. 8. per totam. sequitur Benuen. Strach. in trac. de decoctor. vltim. parte, nu. 28. expresè igitur ad tollen. omnes dubitationes hic declaratur, quod
2 importet hic uerbum ratarum, & not. † est, quod quando in instrumento constat omnes uenditores uel uenditioni consentientes suã partem, & ratam precij recepisse, haud dubiè tenentur de euictione, ut Bar. tradit in l. quidam, in fi. ff. de euict. & Fab. in tract. de emp. & uend. 34. q. in fi. 3. q. principalis, nu. 59. vbi dicunt, qđ ideo cautè in instrumentis apponitur, omnes uenditores pro sua parte, & rata se precium habuisse confessos fuisse.

Præsen-

Præsentibus & ad se trahentibus, & in sua potestate retinentibus, tantamque fuisse quantitatem confitentibus, in tot monetis aureis, & argenteis, bonis, & expendibilibus.

SVMMARIA.

1 Emptor tenetur facere precium venditoris, & sic in eum dominium transferre, licet aliàs teneatur emptor respectu rei, & ratio.
2 Emptor non dicitur soluisse precium si non mansit penes uenditorem, sed statim redditum fuit.
3 Emptor si soluit precium de pecunia aliena quãdiu extat dicta pecunia, ita vt non fuerit consumpta, & commixta, non dicitur soluisse.
4 Pecuniæ dominium transfertur per consumptionem & commixtionem.

GLOSSA IIII.

De istis Clausulis & earum materia satis dictum fuit supra super verb. et numerauerunt, cum sequẽtibus verbis, et supra proximè sup ver. bis, & libras 200. citãdo Spec. solum duo hic etiam addenda censuimus. primum, quod te-
1 netur† emptor precium facere venditoris, & sic in eum dominium transferre, licèt aliàs teneatur venditor respectu rei (vt suo loco dicetur,) l. ex empto, in fine princ. vbi glos. ponit rationẽ, qđ ideo tenetur, quia latius tenetur, cum teneatur in genere, & vẽditor in specie, & ibi quoq; Doct. ff. de action. empt. Aret. in §. actionũ, nu. 7. Insti. de actio. et Fab. d. tract. 5. quæst. principali, col. 7. circa sextum & vltimum, nu. 34. Secundum, quod precium dẽt esse mãsurũ, penes venditorẽ, vnde si statim
2 redderetur, non diceretur solutũ, †vt citando Bald. tradit idem Fab. ibi, nu. 33. de quo tñ dicẽdum est vt supra diximus in Clausula (Coram me notario) ad tollendas verò difficultates addita est illa Clausula (& in sua potestate
3 retinentibus) si ẽt† solueretur pecunia aliena venditori non prodest solutio emptori, cũ pecunia ipsa si extet possit vindicari, & ꝑpterea nõ transfertur dñium rei in emptorem, vt inferius dicetur. ita trad. glo. verb. emptori, in l. cum fundus, §. seruũ tuum, et ibi Salic. & alij post eũ, ff. si cert. pet. quod procedit donec sit facta cõsumptio, vel commixtio, ita quod discerni, & ad oculũ demostrari non possint, l. si alieni, ff. de solut. l. nõ oĩs, §. 1. ff. si cert. pet. Castr. in d. §. seruum tuum, in fi. & tradit idẽ Castr. in l. procuratoris, §. pen. nu. 5. ff. de tri-
4 but. De consumptione† aũt pecuniẽ, seu commixtione per quam transfertur ipsius dominium, tradit Bar. & alij latè, in l. singularia, in primo speciali pecuniæ, & ibi latissimè Cagnol. nu. 133. & sequen. supra allegata.

CLAVSVLA XXX VIII.

Residuum vero dicti precij quod fuit & est, in, & de libris 5075. M.

SVMMARIA.

1 Venditæ rei dominium ad hoc vt transferatur necesse est vel precium esse solutum, uel alio modo venditori satisfactum ex promißione, vel pignore, vel habita fide de precio, etiam si modica summa remanserit soluenda.
2 Venditor potest retinere rem venditam loco pignoris nisi sibi sit integrè de precio satisfactum.
3 Venditæ rei dominium pro parte non transit licet soluta sit pars precij.
Licet quo ad fructus aliud sit.
4 Venditor potest rem venditam vindicare si tradita sit quando non fuit habita fides de precio nisi emptor paratus sit precium soluere.
5 Venditor uidetur habuisse fidem de precio rei traditione facta, etiam si venditor dixerit se habere fidem per decem dies: nam non retransfertur dominium elapso tempore præscripto sine noua traditione.
6 Venditæ rei dominium non soluto etiam precio transfertur si venditor permittit rem per emptorem exportari, nec nuncium mittat cum eo.
Declara tamen & intellige vt hic.
7 Venditor non censetur habuisse fidem de precio in nundinis personæ ignotæ, & recessuræ vendens.
8 Venditor non præsumitur habuisse fidem de precio, si ei vendidit qui iam inierat consilium decoquendi.
9 Venditio perficitur habita fide de precio, & dominium transfertur data dilatione ad soluendum.
10 Vendens alieno nomine, an & quando poßit fidem de precio habere.
11 Procurator fisci vendens nõ potest habere fidem de precio.
12 Minor seu eius administrator vendens non potest fidem de precio habere.
13 Prælatus, vel ecclesiæ administrator vendens fidem de precio habere nequit.
14 Procurator generalis potest & vendere, & fidem de precio habere.
15 Procurator specialis ad vendendum numquid poßit fidem de precio habere.
16 Venditæ rei dominium non transfertur in casibus, in quib. fides de precio haberi nequit etiã si sit habita pro modica summa.
17 Venditionis contractus fide de precio non habita valet, licet dominium non transferatur, ualet inquam quo ad actionem personalem ad repetendum precium.
18 Venditione facta si precium pure sit promißum, statim debetur.

19 Pro-

19 *Procurator licet regulariter fidem de precio habere non possit, habere tamen poterit si ita vigeat consuetudo vel loci, vel mandantis, vel etiam ipsius procuratoris.*

20 *Procurator fidem habere potest de precio, quando est coactus ad id faciendum, & non potest resistere etiam propter nimiam reuerentiam, vel id ex rerum qualitate faciendum erat.*

21 *Procurator fidem de precio habere poterit quando promissio emptionis reputaretur pecunia numerata, & fuit dilatio breuius duorum, vel trium dierum data.*

22 *Executor testamentarius an, & quomodo possit vendens fidem de precio habere.*

23 *Creditor vendens pignus numquid fidem de precio habere possit.*

24 *Vendere coactus rem suam non tenetur fidem de precio habere.*

GLOSSA PRIMA.

AD hoc vt dominium rei venditæ,
transferatur in emptorem, necesse est precium esse solutum, vel a-
1 lio modo † venditori satisfactum
expromissore, vel pignore: vel sit habita fides
de precio, §. venditæ, vbi Doct. Instit. de rerũ
diuis. l. quod vendidi, ff. de contrah. empt. d. l.
procuratoris, §. pen. vbi Castrens. nu. 5. de tri
but. tradit Bal. in l. inciuile, C. de rei vend. &
in l. si non donationis, C. de contrah. empt.
Fab. d. tract. 5. q. vers. circa sextum, nu. 33. &
supra in 16. quest. 3. quæst. principalis, nu. 32.
quod procedit etiam si modica summa remã
serit persoluenda, l. quamdiu, C. de distract.
pign. Fab. d. nu. 32. & in d. 5. quæst. nu. 43. &
latissimè Tiraquel. qui alios citat, in tracta. de
retractu conuention. §. 4. glos. 6. nu. 24. in qui
2 bus locis dicunt Doct. licere † venditori retinere rem venditam loco pignoris, nisi sibi sit
satisfactũ integrè de precio, l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. glos. in d. §. venditæ,
in verbo, res, Fab. locis preallegatis in primo
nu. 35. in 2. nu. 44. de quo etiam per Alex. cõs.
90. 2. col. 5. uol. Io. de Amic. cons. 73. nũ. 2. &
Bertran. 95. 1. nu. 39. 1. par. priorum admittit
Socin. cõs. 109. nu. 2. 1. uol. & trad. Capic. de
3 cisione 119. nu. 14. & licet † sit soluta pars pre
cij, tamen nõ acquiritur pro parte dominium
rei, licet quo ad fructus aliud dicẽdum sit; de
quo suo loco dicetur, ut per Tiraquel. qui plu
res citat in d. tract. de retractu conuention. in
fine, nu. 70. 71. Boer. cons. 23. num. 12. Ruin.
cons. 144. nu. 3. 1. uol. & Io. Pirrhus, in repe. l.
contractus, 2. col. 5. quæst. ff. de reg. iur. & po
4 test etiam res † uendicari, si tradita sit, quando non fuit habita fides de precio, nisi emptor paratus precium soluere, d. §. penul. ubi
Castr. glos. in d. l. quod uendidi, & in d. §. uen
ditæ; in uerbo dato, Bald. in d. l. si non dona
tionis, Fab. d. quæst. 5. num. 36. In dubio autem facta traditione rei, uidetur uenditor fidem habere de precio, glos. in d. l. quod uen-
5 didi, & in † d. §. pen. & Castr. in d. §. uenditæ,
in uerbo fidem, Bald. in l. inciuile, & Castrẽ.
C. de rei uendic. & est communis opinio etiã
si sit dictum quod uenditor confidit de emptore, usque ad decem dies tantum, quia trãslato dominio nõ retransfertur sine alio actu
retraditionis, ut per Bald. in d. l. inciuile, &
Aret. in §. uenditę, prędicto nu. 2. *Alex. cons.*
86. num. 6. in 6. licet Fab. in d. 5. quæst. num.
40. pluribus rationibus nitatur contrariam
partem tueri; Fortius uoluit Salic. post Guil.
in d. l. inciuile, & Aret. sequitur in d. §. nu. 2.
6 quod sufficiat, † quod uenditor permittat rem
per emptorem exportari, nec nuncium mittat cum eo, qđ tamen in aliquibus casibus nõ
procedit, ut quando agebatur inter contrahẽtes, quod statim precium solueretur, *l. si quasi,*
ubi omnes, ff. de pign. action. Bald. *in d. l. inci*
uile, num. 1. ubi etiam Castr. & idem si creditur res per duos uel tres dies, quando promissio debitoris communiter habebat̃ pro pecunia numerata, ut dicetur infra de procuratore habente fidem de precio, nec in his in quibus statim consueuit precium solui, uel ex cõiectura ta mente partium, idem dicendum es-
7 set, ut quia † res uenditur in nundinis, & personæ ignotæ & recessuræ, cui non est uerisimile uenditorem noluisse credere, & dare dilationem ad soluendum, ut per Bald. in d. l. si
non donationis, Castr. in d. §. pen. & Fab. d.
8 5. quæst. nu. 40. & idem est, † quando mercator iam inniuerat consilium decoquendi, &
fugiendi, tunc propter eius dolum *non cense*
tur habita fides de precio, vt per *Ang. & Ale.*
in l. si cum dotem, §. fin. ff. sol. matr. cum alijs
traditis ꝑ Benuen. Strach. in tract. de decoct.
9 3. par. num. 31. Habita † itaque fide de precio,
perficitur uenditio, ut d. §. uenditæ, & alijs iuri b. sup. citatis, & tradit Alex. in cons. 173. numero 11. 6. uol. & dominium transfertur data dilatione ad soluẽ. ut hic, iuribus, sup. citatis, & tradit Socin. cons. 130. nu. 2. in 4. uolu.

Sed nunquid procurator, uel alius administrator uendens alieno nomine, possit habe-
10 re fidem de precio, & ualeat † contractus? &
11 respectu procuratoris † fisci certum est quod
non, l. si procurator, §. 1. ubi Bart. ff. de iure fisci. glo. Bal. & Salic. in l. cum uendente, C. ubi caus. fiscal. glos. & Bart. in l. 1. C. de fide instrum. & iure hastæ fisc. lib. 10. Bald. & Salic.
post antiquos, in l. inciuile, C. de rei uend. &
trad. omnes, in l. à diuo Pio, §. sed si emptor,
12 post Bart. ff. de re iudic. Et idem † est in minore uendente seu eius administratore, qui non

potest

potest vendere nisi ex causa, l. magis puto, §.
non passim, ff. de rebus eorũ, de quo dictũ fuit
13 supra, & idẽ † in prelato vel administrator Ec
clesiæ, qui sine causa legitima res Ecclesiæ a-
lienare non potest. Authẽ. Hoc ius porrectũ,
C. de sacrosanct. Eccles. in his enim quia cau
sa propter quam fit venditio, precio nõ rece-
pto non adimpleretur, non potest alienando
fidem de precio habere, vt tradit glos. in d. l.
si procurator, §. 1. ubi Bart. & in hoc conue-
niũt omnes, in d. l. inciuile, & in d. §. sed si em
ptor, Abb. in c. 2. de precar. & in c. cum olim
Abbas, & ibi Felin. nu. 5. de offic. deleg. Ca-
stro, in l. eleganter, §. si uendiderit, ff. de pign.
act. Fab. d. tract. in 16. quæst. 3. quæst. princi-
14 palis, nu. 31. in procuratore † uerò generali,
omnes etiam concordant, quod possit uende
re, & habere fidem de precio, nisi id sibi sit
prohibitum, ad notata per tex. in l. quicumq.
§. item si institor, ff. de instit. & tradunt Doct.
in locis præallegatis, & Aret. in §. uendita,
præallegato, Bart. in l. 1. 1. lectura, ff. de offic.
15 procur. Cæsar. In procuratore † uerò speciali
ter ad uendendum, controuertunt Doctores
nam antiqui Guil. & Iac. de Aret. & Cin. in
d. l. inciuile, uidẽtur indistinctè tenere, quod
non possit habere fidem de precio, sed pecu-
nia præsenti uendere debeat, cui opinioni ui-
detur adhærere Barto. in d. l. 1. licet mihi ui-
deatur se remittere in d. §. sed si emptor, pro-
ut etiam se remittit in pluribus alijs locis, &
huic opinioni ẽt accedere uident Salic. in d.
l. inciuile, adducens rationem diuersitatis, q͞a
procurator generalis põt in alia negocia dñi
erogare precium, secùs in speciali, qui debet
statim soluere domino. quem sequitur etiam
Aret. in d. §. uenditæ, col. 2. & huius opinio-
nis uidetur fuisse Castr. in d. l. quicũque, §. nõ
tamen. Sed tamen aliter distinguendo decla-
rant Bart. in d. §. sed si emptor, quod autẽ pro
curator specialis habet mãdatum limitatum
ad uendendum pro certo precio, & tunc ha-
bendo fidem de precio, cẽseretur minus uẽ-
dere, propter dilationem, l. si predio, in diem
in fi. ff. de in diẽ addict. §. plus autem, Inst. de
actio. tradit Corn. cons. 303. in 3. & plura ad
hoc citat Tiraquel in tract. de retractu, tit. 1.
§. primo, glos. 18. num. 35. & seq. & tunc non
potest, quia excederet fines mandati, l. dili-
genter, ff. mand. Et idem est quando ob certã
causam fit uẽditio, ut d. §. sed si emptor, aliàs
posset procurator habere fidẽ de precio, ma-
ximè quando cedit ad utilitatem domini,
l. qui fundum, §. procurator tuus, ff. pro emp.
h1. §. 1. ff. de excep. rei. uend. & tradit. cum
Bart. concordat Bald. in d. l. inciuile, & Bald.
& Castr. uidentur sequi ad Bar. se remittẽdo,
in d. l. quicumque, §. ne tamen, & idem Cast.

in l. fin aũt dominicam, quam legit cum §. 1.
præcedent. ff. de pact. & in d. §. si uendiderit,
Abb. in d. c. 2. & in d. c. cum olim Abbas, uide
etiam Felin. qui dicit, q͞d omnes concordant
cum Bar. nihil mutantes, q͞d de Salic. & Are.
supra citatis in contrariũ dici non põt. Ale. &
Ias. in d. §. sed si emptor, & Fab. d. 3. quæst. nu
me. 30. Ang. in l. 2. ff. de iurisd. omi. iud. & in
cons. 43. ad fin. & Benuen. Strach. in tract. de
16 mercat. in tit. manda. nu. 26. His igitur † casi-
bus quibus non potest haberi fides de precio
per uendentem, dominium non transfertur,
etsi pro modica summa sit habita fides nõ pro
toto. Bal. in d. l. inciuile, nu. 4. licèt quo ad a-
ctionem personalem ad repetẽdum precium
valeat contractus, licet dominium non trans-
feratur. Bal. et Salic. in d. l. inciuile, nu. 4. et in
d. l. cum uendente, Fab. d. quæst. nu. 32. Alex.
nu. 8. & Ias. nu. 7. in d. §. sed si emptor, & Fel.
in d. c. nu. 5. & propterea his casibus cautius
esset quod non daretur dilatio ad soluendum
ut hic fingitur data, sed procurator cõfitetur
habuisse precium, ut per Bar. in d. l. si procura
tor, §. fin. Abb. in d. c. 2. de precar. & sequun-
tur nonnulli ex supra citatis. Est uerum, ut te
nent Bald. et Salic. in d. l. inciuile, quod si fit
18 facta † uẽditio, et purè sit promissum preciũ,
quia statim deberetur, §. omnis stipulatio In
stit. de uer. obli. et supra dictum fuit in Clau
sula (Eisdẽ, uel suis) fol. 185. ualet cõtractus,
quod tunc non soluatur, secùs si ad diem uel
sub conditione. sequitur etiam Fab. d. nu. 32.
In aliquibus tamen casibus potest etiam pro
curator, qui regulariter non posset habere fi-
dem de precio, ut supra uendere, et ipsam, fi-
dem habere dando dilationem ad soluẽdum
19 pure, si † sit consuetudo in illa regione uendẽ
di ad credentiam ut uocãt, seu habita fide, ut
tradunt Raph. et Alex. nu. 7. in d. §. sed si em-
ptor, Castr. in cons. 305. Visis, et ponderatis,
2. col. in princ. 1. uol. nouissimorum, et Aret.
in d. §. uẽditæ, 2. col. ubi idem dicit, si talis sit
consuetudo domini mandantis, uel procura
toris uendentis, et id sciuit mandans, et idem
20 firmat Castr. in d. cõs. si † procurator fuit coa
ctus id facere et non potuisset resistere, etiam
propter nimiam reuerentiam, uel id ex quali
tate rerum erat faciẽdum, et idem secundum
21 Raph. et Alex. in d. §. quando † promissio em-
ptoris reputabatur pecunia numerata, et fuit
data dilatio breuis duorum uel triũ dierum.

In executore uerò ultimæ uoluntatis, si sit
datus simpliciter, nõ potest habere fidem de
22 precio, ut per † Bar. et omnes, in d. §. sed si em
ptor, et per Canõ. in d. c. cum olim Abb. si cũ
libera potest, secundum Bart. in l. alio, nu. 22.
ff. de alim. et cib. leg. Aret. in d. §. uenditæ, 2.
col. et Ias. in d. §. sed si emptor, nu. 8. licèt Fa-
bian. ali-

bian. aliter voluerit loco præallegato nu. 31. quod tamen concordando opiniones tenet Imo. in d. §. sed si emptor, & sequuntur Alex. & Ias. & Felin. in d. c. nu. 6. modo in tempore dato ad soluendum possit satisfieri legatis & voluntati testatoris, & sic quod dilatio ad soluendum precium data, non sit longior & excedat tempus quo debet satisfieri legatis.
23 An autem creditor † vendendo pignus possit habere fidem de precio, est text. & ibi not. Doct. in d. l. eleganter, §. si vendiderit, de pig. act. de quo etiam per Alex. & Felin. in dictis locis. Illud autem non est omittendum, quod
24 † si quis ex dispositione legis vel statuti, cogitur vendere rem suã, non tenetur fidem habere de precio, glos. in verbo, necessitatem, in l. 1. C. de commun. ser. manu. Tiraquel in trac. de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 3. in principio.

Saluo iure verioris calculi.

SVMMARIA.

1 *Clausula, saluo iure verioris calculi, quemnam habeat effectum, & quid importet.*

2 *Instrumentum certam habet executionẽ licet pacto conuentum sit quod si facto calculo reperiretur minus deberi q̃ fuerit quãtitas promissa, illa tantũ minor quantitas censeatur promissa.*

GLOSSA II.

1 ISta Clausula † solet esse in usu, & est similis Clausulæ illi, plus minus, de qua habetur in l. Publia §. fin. ff. depos. quam Clausulam antiqui duabus litteris. P. M. scribere solebant, ut tradit Alciat. in l. hæc adiectio, in princ. ff. de uerb. sign. & eundem hęc, quem illa habet effectum, nec enim suspenditur obligatio, sed interim certa est summa, nisi aliter ex calculo reprobetur, ut uidetur probari in l. 2. cum gl. ff. de in diem addict. nec propterea diminuitur confessio uel obligatio licèt possit resolui alio cõstito, ut supra, ut Bar. tradit, & sequuntur Bald. & Castr. in d. §. fin. & Bart. in l. in actione, in fi. princ. ff. de furt. facit etiam l. hæc uenditio, §. fin. ubi idem tenet Bald. ff. de contrahend. empt. & idem Bald. in Rubrica, C. depositi, 6. quæst. nu. 6. Dec. in l. is damnum, §. quod pendet, & in l. plerumque, nu. 5. ff. de reg. iur. & ad propositũ tradit Socin. in l. pecuniam, ultimo not. nu. 10. ff. si cert. pet. quod si in instrumento dictum sit, & pacto conuentũ, qđ si facto calculo reperiretur minus dẽri quam fuerit quantitas promissa, illa tantum minor quãtitas censeretur promissa, interim
2 † tamen instrumẽtum habet executionem, tãquam certam quantitatem continens, & ita dicit pluries obtinuisse, quod etiam firmat in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ad finem, ff. de condit. & demonstr. sequitur. Dec. in d. l. pecuniam, nu. 8. & Cagnol. in d. §. quod pendet, nu. 4. & Tiraquel in tract. de retractu cõuention. §. 2. glos. unica, nu. 74. in quibus locis plura citantur ad hoc propositum. & idẽ de Clausula quamtęcum que sit quantitatis, tradit Alex. cons. 7. col. 2. in 4. citato supra super Clausula, Vel cuiuscumque fol. 102. & Gales. in tract. ad for. Came. oblig. 3. par. 5. quęst. in tit. de ui instr. oblig. Came. num. 34.

Prædicti emptores vt supra agentes, videlicet Dominus Antonius nomine dicti patris, & Dominus Rodulphus suo nomine proprio.

SVMMARIA.

1 *Videlicet, dictio, quot modis sumatur.*

2 *Scilicet, dictio, idem importat quod videlicet.*

3 *Id est, dictio, idem quod scilicet, & videlicet.*

GLOSSA III.

1 DE ista dictione † (uidelicet) quę quãdoque stat limitatiuè, & restrictiuè, ut in l. tempus, ff. de re iud. quãdoque declaratiuè, l. filio quem pater, in prin. ubi Aret. in fi. ff. delib. & posth. quibus modis hic stare potest, & aliquando alijs modis, ut per Bart. in l. 1. ff. ad l. Aquil. et per Bart. in l. 1. ff. ad l. Aquil. & per Bal. de dictione scilicet, quæ uidetur eiusdem significationis, in l. 1. ff. quando act. de pecul. est annal. & latè Ias. qui plura citat, in d. l. tempus,
3 in princ. et de dictione idest, † Alex. in l. sunt qui, nu. 6. ff. de re iud. præter ea quæ de dictis dictionibus tradit Alber. in Dictionario suo, super illis uerbis, et de qua Clausula aliqua etiam diximus supra fol. 182. et de ea etiam Paris. cons. 92. nu. 33. in 1. 6. nu. 21. eod. uolu. Ruin. cons. 97. nu. 13. et 15. uol. 2.

Sponte vt supra obligantes dictus Antonius prædictum Baptistam eius patrem, & omnia, & singula eius bona, præsentia & futura, per se, & suos hæredes.

SVMMARIA.

1 *Filius non potest obligare patrem nisi habeat mãdatum seu de peculio, vel de in rem verso, & similibus causis.*

Obligare regulariter nemo potest alium.

2 *Filius potest meliorem patris conditionem facere eique acquirere.*

3 *Pater obligatur ex contractu filij secuta ipsius ratificatione.*

GLOS-

GLOSSA IIII.

1 Filius non†potest obligare patrem nec eius bona, vt supra ēt dictum fuit, super verbis, & dictus Antonius nisi habeat mādatum seu de peculio, vel de in rem verso, & similibus causis, sicut nec quilibet alius alium regulariter obligare potest, l. nec filius, allegata cum gl. C. de rebus cred. & d. l. filius, C. de pact. & l. contra iuris, §. fi. cum l. sequen. ff. eod. tit. sed
2 †bene potest facere meliorem conditionem patris, & acquirere ei obligationem, l. filiusfam. ff. de solut. & idem in seruo l. 3. C. de pa-
3 ctis, cum ibi not. tamen subsequuta†ratificatione patris, obligatur pater, & reconualescit obligatio facta per filium, d. l. nec filius, & ratihabitio renouabitur, & habet vim mandati, c. ratihabitionem, de reg. iur. in 6. & l. semper qui non prohibet, ff. eod. tit. vbi Modern. & latè dictū fuit supra in Clausula ratihabitionis, super verbo ratificabit, fol. 33. & quia tenetur permittens de rato, non sequuta ratificatione ut in eadem Clausula in verbo, Et pro quo de rato, & in uerbo. Et se facturos, & curaturos, fol. 30. & 31.

CLAVSVLA XXXIX.

Et ipsi ambo & vna cum eis.

SVMMARIA.

1 *Vnà, dictio, quid importet.*
Notarij clausulas ponunt in instrumentis illis abutentes tamquam ignari.
2 *Fideiussor quis sit, & quotupliciter sumatur.*
3 *Fideiussor differt à mandatore, sponsore, constitutore, & expromissore.*
4 *Mandator quis dicatur, & quomodo à fideiussore differat.*
5 *Sponsor quis dicatur.*
6 *Constitutor quis dicatur.*
7 *Expromissor quis dicatur.*
8 *Interceditur pro alio quinque modis mandando, fideiubendo, constituendo, nouando, & promittendo.*
9 *Fideiussor quibus obligationibus possit accedere.*
10 *Fideiussor accedere potest etiam si principalis officio iudicis tantum teneatur.*
11 *Fideiussor fideiussoris esse potest.*
12 *Fideiussor obligari potest pro seruo, & pro pupillo, et potest cogi ad soluendum licet non possit cogi principalis, vel ipse non haberet contra eum regressum.*
Declara tamen vt hic.
13 *Fideiussor obligari potest pro obligatione ortum habente à delicto, licet non pro ipso delicto.*
14 *Fideiussor verbis tantum obligatur, & quibus.*
15 *Fideiussor nedum tenetur quando pro alio debitore simpliciter promisit, sed etiam si sit dictum quod teneatur si debitor non soluerit.*
16 *Fideiussor obligatur etiam si promittat pro persona repræsentata vt pro hæreditate iacente.*
17 *Fideiussor nedum fauore creditoris, sed & fauore debitoris accipitur.*
18 *Fideiubens pro alio, male vti dicitur substantia sua.*
19 *Exercitium nullum, ars nulla est, quod, quæve addisci, vel exerceri magis damnosum, aut dānosa addiscenti, exercentique ipsi, quam pro alijs fideiubere.*

GLOSSA PRIMA.

1 Dictio, †Vnà, idē importat quod simul, l. fin. & ibi Bald. in 6. oppos. nu. 8. & Ias. col. fin. C. de impub. & alijs substit. & idem Bald. in l. vnica, §. his itaque, num. 2. C. de cad. tollend.

Et quia hic fingitur factam esse permissionem de soluēdo reliquum precij cum fideiussore, & per plures obligatos, ideo hic venit tractanda materia fideiussorum, & plurium rerum obligatarum; quantum tamen attinet ad declarationem clausularum nostri instrumenti, & vltra etiā prout videbitur posse expedire tam contractibus quàm tabellionibus, qui clausulas istas ponunt in instrumentis, & eis abutuntur tamquam ignari, vt dicit Spec. in tit. de rennūc. & conclus. §. 1. nu. 10. Et à fideiussoribus initium faciēdo, de pluribus, reis postea inferius suo loco dicet, pri
2 mo sciendum est, quod†fideiussor quādoque generaliter accipitur, seu est nomen generale. quandoque specialiter seu speciale. si generaliter accipiatur, compræhendit etiā mandatorem, & constitutorem, & eum qui ex toto in se trāsfert obligationem, qui expromissor dicitur, ut tradit Azo in Summa tit. C. de fideius. nu. 1. & Bart. in Auth. Hoc itaque, 4. quæst. nu. 68. C. de duob. reis. propriè uerò et strictè, fideiussor est, qui accessoriè obligatur ad maiorem cautelam creditoris, vt probatur Instit. de fideius. in princ. & ibi Aret. nu. 1. qđ etiam Pet. de Vazo. ponit in sua pract. seu appara. Notariæ, in tit. de benef. competere fideius. nu. 1. & Io. Oldendorp. in tract. de iur. singul. in tit. de priuil. fideius. sed latius ipsum definiuit vel descripsit Hostiens. in prin. eius Summæ, in eo. tit. quod fideiussor est ille, qui alienam obligationem in suam suscipit fidē, principali tamen debitore remanente obligato, sequitur Marsil. in Rubrica, de fideiuss. num. 2. & Paris. cons. 110. nu. 7. 1. uol. sed addendū est, ut per Azon. in d. tit. in prin. (per stipulationem) cum fideiussor tantum uerbis obligetur, l. blanditus, videantur Bart. & alij. C. de

C.de fideiuſ. Alexander, in l.5. §.ſtipulatio,
numero 4.ff.de verbor.obligat & etiam dice
3 tur inferius.Et differt†fideiuſſor à mandato-
re, ſponſore, conſtitutore, & expromiſſore,
vt per gloſſ. in uerbo fideiuſſorem, in Auth.
de fideiuſ.in princip.collat.prima,aliqua per
gloſ.& Doctor.in Rubrica, ff.& C.eod.titu.
& gloſ.in locis citatis, per Alexand. in dicto
§.ſtipulatio, numero ſecundo. Pet.de Vnzo.
& Ioan.Oldendorp.locis præallegatis. Are-
tin.in dicto princip.Inſtitut. eod.tit.& Marſ.
in dicta Rubrica prima & 2.columna. nam
4 †mandator eſt, qui alteri mandat ut fideiu-
beat, uel eum rogat,ut per Marſ.ibi,numero
tertio,et ſemper ante fideiuſſorem obligatur,
niſi in aliquibus caſibus ſpecialibus, ut l.ſi ue
ro non remunerandi, §.ſi poſt, & §.planè,ff.
mand. fideiuſſor uerò ante & poſt accipitur
§.fideiuſſor, il 2.Inſtit.eod.tit.de fid.& l.4.§.
1.ff.eod. licet quæſitum ad effectum obliga-
tionis ſemper eius obligatio ſubſequatur, de
quo etiam latè Pariſ. conſilio prædicto 110.
num.71. & ſequen.in primo, tametſi contra
ctus ipſius poſſit procedere,ut per Caſtr.poſt
alios,in dicta Rubrica, & Marſil. numero 6.
qui ponunt alias differentias, ut etiam Aret.
in dicto principio,ut quia mandator obliga-
tur conſenſu, fideiuſſor uerbis, ut ſupra ille
ex bonæ fidei iudicio, hic actione ſtricti iu-
5 ris,ut per eos ibi. Sponſor†eſt,qui ſponte, &
ſine rogamine ꝓ alio intercedit, l.q patitur,
6 ff.manda. Conſtitutor, †qui poſt obligatio-
nem rei pro eo ſine ſtipulatione promittit, §.
de conſtituta,Inſtit.de action.l.fin.C.de con
ſtit.pecun.& tradit Aretin. in dicto prin. ubi
ponit etiam differentias inter ipſum & fide-
iuſſorem.Expromiſſor qui promittit pro alio
non obligato,l.& eleganter, §.ſeruus pactio
8 nis,ff.de dolo. His†igitur quinque modis in-
terceditur pro alio,mandando,fideiubendo,
conſtituendo,nouando,& pormittendo pro
eo qui nullo modo eſt obligatus, ut Baldus,
tradit in l.cum alter, C.de fideiuſ.& Aretin.
per alia uerba, in dicto princ.nume.3. Omni
autem obligationi accedere poteſt fideiuſſor
ſiue re, ſiue uerbis, ſiue litteris, uel conſenſu
contractę,& ſiue naturali,ſiue ciuili tantum,
§.1. Inſtit.eo.tit. uide Aretin.l.1.ff.eod.tit.l.
quod enim,l.Græce,§.1.& §.generaliter, &
l.fideiuſſor obligari, §.fideiuſſor, ff.eo.tit. ẽt
10 †ſi principalis tantum officio Iudicis tenea-
tur,Bar.in l.Marcellus, nu.4. & Caſtr.in l.1.
ff.eo.tit. Aret.d.§.1.num.2. Alex. poſt Imol.
in l.1.nu.25. ff.de leg.1.& Guid. Pap.quæſt.
11 570.nu.5.immo, †& obligationi acceſſoriæ
alterius fideiuſſoris accedere poteſt,d.l.Grę-
ce,§.fi.& gloſ.in d.princ.Inſtit.eo.& Azo in
12 Sum. nu.2. & obligari†poteſt pro ſeruo, &
pro pupillo,l.2.ff.eod.& l.ſi à reo,§.adeo,de
clarando ut per Azon.ibi, num.2.& tali caſu
poteſt cogi ad ſoluendum, licet nõ poſſet exi
gi principalis,uel ipſe non haberet contra eũ
regreſſum,ut per Azon.ibi,& Aret.in d.§.1.
in prin.quod etiam procederet, niſi lex omni
no annullaret contractũ pupilli,uel minoris,
puta non ſeruata certa ſolennitate,l.qui con-
tra,& l.ſi quis,& l.cum lex, cum leg.ſequen.
ff.de fideiuſſ.& Azo in d. Sum.nu.2.in fin.&
Corn.conſ.249.nu.5.in 3. & cõſ.214.nu.12.
in 2.& 121. nu.7. in 4.de quo & nos abundè
diximus ſupra,ſuper ſtatuto de indemnit.mu
13 lier.in 2.quæſt.nu.3.fol.53.& poteſt†obliga
ri pro obligatione ortũ habente à delicto,li-
cet non pro delicto ipſo, l.ſi à reo, §.fin.de fi-
de.& cum uerbis obligatio fideiuſſoris cõtra
hãt ut ſupra d.l.blãditus,ut trad.omnes in d.
14 Rubrica, ſufficit†fuiſſe ſcriptũ ipſum promiſ
ſiſſe uel fideiuſſiſſe;§.fin. Inſtit.eo.immo alia
uerba etiam ſufficiũt,ut ſi dicatur fideiubeo,
volo,cupio,affirmo,dico,l. Gręce,in princ.&
§.pen. Inſtit.eo.uel (quia igitur uis faciã) d.l.
blanditus,& idem ſi quis dicat;uel ſcribat ali
cui,periculo meo crede,vel bñ credis,l.ſi ue-
ro non remunerandi,§.ſi quis mandauerit,ff.
mãd.uel ſi dicatur,ſu ꝑ me, ſeu periculo meo
habebitis fidem.Bart.in l.Lucius,poſt princ.
ff.de fideiuſ.Rip.in Rubrica,de pignor.nu.5.
uel ſi quis dicat facio te ſecurũ pro tali.Imol.
in l.delegare,ff.de noua.Alex.in cõſ.174.nu.
15 9.in 7.vol.tenetur ẽt fideiuſſor, †nedum qñ
ꝓ alio debitore ſimpliciter promiſit, ſed etiã
ſi ſit dictum,ꝙ teneatur ſi debitor non ſolue-
rit,qđ vulgariter ſolet fieri,& tũc facta inter-
pellatione rei,uel cedẽte reo,tenetur;l.fideiuſ
16 ſor obligari, §.fi.ff.eo.& obligari,ẽtſi†ꝓmit
tat pro ꝑſona repręſentata, ut ꝓ hrẽditate iacẽ
te, l.mortuo reo, ff.de fideiuſ.& licèt fauore
creditoris,ut ſibi magis cautũ ſit,fideiuſſores
17 †accipiãtur,ut in prin.d.tit.inſtit.tñ & in fa-
uorem debitoris præſtitus fideiuſſor cẽſetur,
ut prioribus rationibus comprobat Socin.
conſ.23. nu.26.in 4.ubi non ualere fideiuſſio
nem filij pro patre ſtante ſtatuto,de quo in il
lo caſu,reſpondit,ut per eum ibi. Vltimo no-
18 tdum eſt, quòd ille dicitur male†uti ſubſtã-
tia ſua, qui pro alio fideiubet, ut tradit Ang.
in l.in perſona, §.1. & ibi ſequitur Iaſ. ff.de
pact.ſequuntur Alex.& Ripa,in l.ſi conſtãte,
in prin.ille nu.13.in fi. hic nu.38.ff.ſol.matr.
et hoc excipiẽtia rerũ magiſtra,c.q̃ ſit,de ele.
in 6.probatur,cum nihil lucrari, multum ue-
ro fideiuſſor ex fideiuſſione amittere põt, &
ꝑpea audiui ſæpius iocosè dici, nullum eſſe
19 exercitium nullãve artẽ,†quod uel q̃ addiſci
uel exerceri poſſit magis dãnoſũ damnoſãve
addiſcẽti exercẽtiq; ipſi,q̃ ꝓ alijs fideiubere.

Et co-

Et eorum precibus & instantia motus. D. Antonius Maria filius quõdam Petri de Fallatis, ciuis Ferrariæ de contrata Sancti Andreæ.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor habet actionem mandati aduersus principalem quibuscumque verbis obtinuerit principalis illum pro se promittere.*
Quod etiam in mandato ad maleficium committendum procedit.

2 *Fideiussores esse possunt omnes, qui obligari possunt.*
Mulier, miles, clericus fideiubere nequeunt nisi expresse priuilegijs suis renuncient.

3 *Fideiussorem dare obligatus ex contractu, vel ex pacto inito tenetur dare ipsum in loco contractus, & de hominibus illius loci.*

4 *Fideiubens in contractu venditionis, vel alio quouis censetur contractum ipsum approbare et ei consentire, ita ut sibi in iuribus suis praeiudicet vltra fideiussoriam obligationem.*

GLOSSA II.

Aliqui tabelliones solent scribere precibus, & mandato, vt Spec. ponit multas formas in tit. de fideius. per totũ, & ita dicit Aret. in prin. d. tit. Insti. de fideiuss. nu. 2. sed tamen nihil refert, si dicatur Instantia, vt hic, ut e-
1 tiam dicit Marsi. in d. Rubrica nu. 3. quia † actione mandati tenetur principalis, siue roget, siue mandet, siue aliquibus alijs verbis eundem sensum inferentibus obtineat aliquem pro eo promittere, quod procedit etiã, in mandato ad maleficium committendum, ut per Bar. in l. non solum, §. si mandato, nu. 2. ff. de iniur. Vt autem constet aliquem non pro suo sed pro alieno debito promisisse, & non esse principalem, sed fideiussorem, hæc Clausula addijcitur, ut per Aret. & Marsi. in dictis locis. Sciendum est tamen quod regulariter omnes, qui possunt obligari, possunt pro alijs fideiubere, tamen hoc fallit in muliere, quæ iuuatur Velleiano, tot. tit. ff. & C. ad Velleianum, in milite, & in clerico, l. milites, C. loca. l. de die, §. 1. ff. qui satisd. cogant. & in Auth. de sacrosanctis Episc. §. Deo aũt amabilibus. collat. 9. secũdum Azon. in Summa, d. tit. nu. 4. glos. in l. curialis, C. loca. dicit tamen Azo, quod si expresse renuncient suis priuilegijs, (quod possunt) obligantur. Sed in clerico prohibetur obligari, tñ si fideiubeat obligatur, ut uidetur tenere Bart. in l. 3. nu. 11. de fideiuss. & expressius Rom. cõsi. 409. Quo ad primum, num. 18. quo ad secundum, per text. in c. peruenit, & in c. constitutus, de fidei. & sequitur Ias. in l. patre furioso, n. 14. 3. col. vers. 3. facit, ff. de his q. sũt sui uel alie. iuris. & in l. 1. nu. 10. ff. si quis in ius uoc. non ierit, & Mars. in d. Rubrica 4. quęst. 2. nu. 310. Cautius tamen erit, si apponetur in eorum obligationibus, & fideiussionibus, expressa renunciatio suorum priuilegiorum, ad tollendum omnes difficultates.

Et quia hic dicitur datum fuisse in fideiussorem Ciuem Ferrariæ, illud non extra pro-
3 positum addam, quòd si quis † tenetur dare fideiussorem alicui, uel ex contractu, seu ex pacto, cũ eo facto, tenetur dare ipsum in loco cõtractus, & de hominibus illius loci, ut tradit Bar. & communiter omnes post eum, in l. si fideiussor, §. si necessaria, ff. qui satisd. cogant. Marsi. in l. De minorum, §. plurimũ, nu. 35. ff. de quæstion. & in d. Rubr. de fideius. nu. 262. & Boer. decisione 99. num. 4. & Rodo. Suares, in declaratione l. 2. foro ll. lib. 2. tit. de los emplazamientos, in §. incip. vlterius quæritur, nu. 17. fo. 75 1. de quo etiam dicetur infra.

Illud etiam sciẽdum est, quod fideiubens in contractu uenditionis, uel alio contractu,
4 censetur contractum ipsum † approbare, & eidem consentire, adeo, quod sibi in iuribus suis sibi præiudicet, ultra obligationem fideiussorum, l. 1. §. sed & si serui, ubi glos. & Doct. ff. quod ius. l. exceptione, & ibi glo. & Bald. C. de euict. cum alijs traditis per Tiraquel. in tract. de retractu, tit. 1. §. 1. glos. 9. num. 268.

Sciens se non teneri, sed teneri, & efficaciter obligari volens.

SVMMARIA.

1 *Clausula, Sciens se non teneri, sed teneri volens, cur apponatur, & quem effectum habeat.*

2 *Fideiussorem dare obligatus, an liberetur dando aliquem qui efficaciter non obligetur.*

3 *Fideiussorem idoneum dans si hic taliter datus efficiatur minus idoneus, an teneatur etiam ille qui dedit alium dare.*

GLOSSA III.

1 Clausula ista ideo † apponitur secũdum Mars. in d. Rubrica, nu. 3. eadem ratione de qua supra in præcedenti, ut ostendatur alium esse mandatorem principalẽ obligatum pro quo fideiubet fideiussor, sed & alium effectũ potest operari, ut non possit fideiussor allegare se errasse in fideiubendo, & se obligando, credens se

dens se teneri ad illud debitum, per ea quę supra dicta fuere super Clausula, (& ex certa scientia,) & Clausula sequen. fol. 72. & 73. Et sciendum est, quod qui tenetur dare fide-
2 iussorem, †non liberatur dando aliquē, quod efficaciter non obligetur, ut quia non potest obligari, & conueniri, l. 3. in prin. & ibi Bar. & oēs, ff. de fideiuss. l. 1. ff. si quis in ius uocat. non ierit, l. quoties, & l. de die, §. 1. & §. si seruus, ff. qui satisd. cogant. quod procedit etiā, si scienter receptus fuerit, ut per glos. in uerbo, impletam, in d. l. 3. & in uerbo, pro nō dato, in fi. in d. l. 1. quæ communiter approbatur, ut per Alex. & Socin. ibi, & per Bart. & alios, in d. l. 3. Secùs uerò, si fideiussor datus non esset idoneus facultatibus, quia imputādum est recipieti, d. l. 3. in fine, l. si is à quo, §. fin. ff. vt in pos. lega. facit l. inter causas, §. abesse, ff. mand. quod procedit sine dubio in sciente, sed dubium est si ignorāter receptus sit, in quo glos. uidentur contrariæ, in d. l. 3. & in d. §. abesse. Bart. tamen in d. l. 3. nu. 8. uidetur uelle, quod ignorantia iusta excuset, & tunc teneatur debitor ad interesse, si teneatur ex promissione, uel pacto, secùs si officio iudicis, quia ex quo durat obligat ipsum ad iterum fideiubendum, & Cast. idem in eo qui ignorauit iustissima causa motus, uel si dolo dātis fideiussorem, asserentis ipsum esse idoneum illum accepit, ut per eū ibi, in fine, qui docet, contrahentes cauere in accipiendo huiusmodi fideiussores, & licet specialiter Bal. in d. l. 1. uelle uideatur, quod ignorātia excuset, & in d. l. quoties, tamen in dubio dicendum est, sibi præiudicare acceptans nō idoneum, quia debet perquirere de qualitatibus ipsius cum eo contrahentis, l. qui cum alio, ff. de reg. iur. & præsumitur scire, uel sciuisse eius qualitates, & scienter acceptasse, ut per Alex. num. 4. licet aliqualiter dubitet, & Socin. num. 13. in l. si ab arbitro, ff. qui satisd. cogant. & Mars. in d. Rubrica, quęst. 2. num. 66. & sequ. & in l. si quis ne quæstio. nu. 45. ff. de quæstion. & Cagnol. in d. l. qui cum alio, in princ. si tamen ex uerbis aduersarij asserentis eum idoneum, uel ex alia iustissima causa quæ probari posset fuisset motus recipiens, posset sibi succurri, ut per Ang. Castr. & Ias. num. 10. in dicta l. 1. Alexand. in consil. 60. Consideratis, uol. 5. Marsil. in dicta Rubrica 3. quæst. num. 73. & Cagnol. in d. l. qui cum alio, num. 7. & num. 11. tenentes, quod hoc casu possit agi ad interesse, non autem vt de-
3 tur alius fideiussor, vt per eos ibi. Sed †si datus sit fideiussor idoneus, qui ex post facto efficiatur non soluendo, non tenetur datus alium dare si sit fideiussor contractus, secùs si teneretur officio iudicis, vel ex stipulatione, prætoria, ut tradit Bart. in d. l. 3. in fine. Ang. & Paris. in d. l. quoties, & in l. arbitro, nu. 7. Aretin. in consil. 133. Clarissime, & latè Marsi. in dicta Rubrica, quęst. 4. num. 74. vbi limitat nō procedere in fideiussore dotis, per not. in l. si cum dotē, §. si mulier, ff. sol. matr. vbi vidēdū est, licet Spec. voluerit contrariū in tit. de fideius. §. 1. nu. 3. de quo ēt tradit Bēuenu. Strach. in tract. de decoct. 5. par. nu. 2. vbi tenet primam opinionem.

Et se principalem constituens.

SVMMARIA.

1. *Fideiussor, qui se principalem constituit numquid, & quando teneatur ut principalis, & possit ante principalem conueniri.*
2. *Fideiubere qui pro alio promisit, non tenetur se principaliter obligare sed si ipse principalis prius se obliget.*

GLOSSA IIII.

DVbiū facit ista Clausula quam ponit in omnibus obligationibus fideiussorū Spec. in d. tit. de fideius. an fideiussor teneatur vt principalis, & ante tanquā principalis possit conueniri, & non tāquam fideiussor? quā quęst. tetigit Salic. in Auth. pręsente, in 5. quęst. C. de fideius. vbi distinguit, & tandem in decisam reliquit. In qua tamen concludendum est, fideiussorem non amplius teneri quam si non esset apposita hæc Clausula, quando cō-
1 stat negotium †ad alium pertinere, nisi nouatio interueniat, & liberetur principalis, l. si paternam, cū ibi not. C. ad Velle. ita firmat d. glos. cum qua ibi transit Ang. in d. Auth. de fideiussoribus, in princ. in verbo fideiussorem, ad fi. coll. 1. & Azo in summa ipsius tit. super Auth. num. 6. Petr. de Vnzo. in d. tit. de benefi. compet. fideius. num. 3. Spec. in tit. de renunc. & conclus. num. 18. versi. sed si fideiussor. Aret. in l. in duobus §. 1. col. pe. ff. de duob. reis. Abb. in c. 2. de fideius. Dec. in l. fi. in princ. num. 27. ff. si cert. pet. & Dec. Tholosa. 80. Admittit. Cur. sen. consi. 6. in princ. & Alexand. in l. vbi autem, §. illud, num. 4. ff. de verbor. oblig. sequitur Ruin. consi. 99. num. 1. vol. 5. & vide eundem consi. 140. num. 8. in princ. Guid. Pap. d. quæst. 570. nu. 6. & Aret. in §. si plures, in fin. vbi declarat, Instit. de fideius. licèt. Guil. de Cun. & Paul. de Castro, qui eum citat, in l. 3. §. 1. nu. 2. aliter uelle uideantur, & idem Paul. clarius in l. in personam, §. 1. col. fi. vbi mādat notari. ff. de pact. & in l. reos, nume. 4. de duob. reis, & in l. uir vxori, §. fi. co. pen. ff. ad Velleian. licèt Alex. plures

plures hinc inde citat, nil decidens, in l. dictantibus, C. de Testamen. Barb. tenet consilio 86. num. sexto, in quarto. Boer. decis. du centesima uigesimaprima, numero 13. in fine, & licet Marsil. in dicta Rubrica debilibus motus rationibus, in prima quæstione, numero 62. cōtrarium defendere nitatur, quorum opinio nullo modo attenderetur in practica, propterea nisi sit renunciatum beneficijs de fideiussoribus, & alijs de quibus infra suo loco dicetur, ut per Aret. in d. §. sciendum † est tamen, quòd si quis promiserit fideiubere pro aliquo, non tenetur se obligare principaliter, sed si ipse prius se obliget, ut Bal. trad. in l. sancimus, num. 5. ubi Ias. in fin. C. de uerborum significatione.

Obligantes se, & omnia & singula eorum, & cuilibet eorum bona, præsentia & futura, & dicti emptores dictam rem vt supra venditam.

SVMMARIA.

1 *Obligatione in generali non veniunt ea, quæ quis verisimiliter in specie non esset obligaturus.*

Declara tamen vt hic.

2 *Filius licet non sit idoneus fideiussor pro aliquo extraneo, potest tamen pro patre obligari.*

Pater pro filio fideiubere potest.

3 *Fideiussor vnus esse potest pro duobus correis.*

4 *Fideiubere quis potest pro vno correo tantum et pro tota quantitate.*

5 *Fideiussor sui ipsius nemo esse potest.*

6 *Cuiuslibet, dictio, attribuit actum cuilibet in solidum.*

7 *Contrahentes licet obligentur in virilem eorum, tamen bona in solidum obligari possunt.*

Venditor si sibi precium non soluatur quasi iure pignoris retinere sibi potest rem venditam.

Obligatio generalis rem ipsam comprehendit.

8 *Venditor in re vendita postponitur creditori emptoris quando est habita fides de precio.*

9 *Venditor præfertur anterioribus si faciat sibi expresse rem venditam obligare.*

Venditor si sibi reseruauit dominium, præfertur omnibus.

10 *Creditori habenti specialem, & generalem hypothecam an debeat prius satisfieri in specialiter, quàm in generaliter obligatis.*

GLOSSA V.

De Clausula ista obligationis bonorū supra dictū fuit, sup eadē Clausula fol. 74. & seq. sed hic addēdū
1 est, quòd licèt † in generali obligatione non veniant ea quæ verisimiliter in specie non esset obligaturus, tamen secùs est, si fideiussor nulla alia bona haberet, quia tunc ea veniunt, vt pluribus rationibus comprobat Mars. in d. Rubrica, 27. quęst. nume. 194. Et quia hic filius se obligat pro patre, ꝓ quo de rato promisit, sciendum est, qđ licèt quando filius non habet bona, non sit idoneus fideiussor, pro aliquo extraneo, d. l. 3. ff. de fide
2 ius. tamen potest † obligari pro patre, l. si dubitet, §. fin. & ibi declarat Castr. post alios, ff. de fideius. & est text. in l. filiusfam. C. eod. tit. latè tradit Marsi. qui tamen non distinguit, vt Castr. in d. Rubrica, de fideius. 41. quæst. nu. 307. sicut pater potest fideiubere, è cōtra pro filio, vt per eum ibi, & quia etiam alter D. Rodulphus emptor est principalis respectu dimidiæ precij soluendi, ipse censetur se obligando pro toto precio, ut inferius dicetur, etiam fideiubere pro ea parte, pro coemptore & fideiussor pro vtroque principali, quod potest
3 fieri, quia † pro duobus correis vnus fideiubere potest, l. hæres, §. cum tu, ff. de fideiuss. im
4 mò, † & pro tota quātitate etiam pro uno correo tantum, quis obligari, & fideiubere potest, l. cum duo, & l. duos reos, in princ. ff. de duob. reis. Sed pro se ipso non potest dici fideiubere dictus emptor, quia non valeret fideiussio, in vim fideiussionis, d. l. hęres, §. seruo.
5 Obligatione † vero principaliū cassata, & annullata, tolleretur etiam accessoria fideiussorum, ut per Socin. consil. 273. colum. 2. volu.
6 2. De dictione modo † (Cuiuslibet) quæ attribuit actum cuilibet in solidum, tradit Bar. in dicta Auth. Hoc ita, prima quæstione, nume. secundo. Illud autem sciendum est, quod
7 † licèt contrahentes obligentur in virilem, tamen eorum bona possunt obligari in solidum, vt per Bartolum, in l. 4. §. actor, ad fi. ff. de re iudic. Baldus, in l. prima, §. quod si nemo, secunda columna, ff. quod cuiusque vniuers. nom. & licèt Aretinus, in l. prima, colūna tertia, versiculo tertio principaliter, ff. de duob. reis, & Alexander, & Ias. in dicta l. 4. in fine prin. videantur dubitare, tamen eam defendit Rip. in fi. ibi. Et Clausula ista est maximę importantię, quia licet venditor si sibi precium non soluatur, possit quasi iure pignoris rem venditam retinere, l. Iulianus, §. offeri, ff. de action. empt. & res empta veniat etiam in generali obligatione, vt per Neguſ. in tracta.
8 de pig. 2. par. 2. mēb. nu. 33. tñ † qñ est habita

fides de precio, anterior creditor ipsius emptoris præferretur ipsi venditori in sua re, l. procuratoris, §. planè, uers. sed si dedi, ubi Castrens. de tribut. l. quidam fundum, ff. de in rē uerso, tradit Bar. & communiter omnes, in l. si cum dotem, §. fin. ad fi. ff. sol. matr. Negus. in tract. de pignor. 5. par. 2. membro, nu. 13. Ripa, in l. si uentri, §. in bonis, nu. 6. & seq. ff. de priuil. cred. et Benuen. Stracha, in tract. de
9 decoctor. ult. parte, num. 5. & propterea † si faciat sibi expresè obligari rem uenditam, præfertur uēditor anterioribus, l. licet, C. qui potior. in pign. hab. ubi Alber. Negus. d. 2. membro, nu. 18. & alij citati per Strach. d. nu. 5. sed quia in hoc instrumento supra fuit reseruatum dominium, donec integrum precium solueretur, ut supra in Clausula, Donec, & Quousque &c. fol. 81. cessat oīs difficultas, per ea quæ tradit idem Benuenut. ibi, nu. 7. ultra tradita supra per nos d. fol. 81. sciendum ta-
10 men est, † quòd habens specialem & generalem hypothecam, debet prius in speciali sibi satisfieri, antequā ad generalē obligationem procedat, quando tamen cōtrouersia est cum alijs posterioribus creditoribus ut est text. in l. 2. C. de pigno. ad cuius text. ampliationem & declarationem uidēda sunt tradita per Negus. d. tract. de pignor. & hypoth. 5. parte, 2. membro, ad fi. Ripa in l. priuilegia, nu. 19. & seq. ff. de priuil. cred. & Didac. Hispan. lib. 3. capitulo 18. suarum resolutionum, ubi ad saturitatem, de quo etiam per Paris. cons. 103. uolumine 3.

Per se, & suos hæredes.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor si decedat suos hæredes relinquit obligatos.*

2 *Fideiussor delicti si decessit ante condemnationem non relinquit hæredes obligatos maxime si non promisit certam quantitatem pro pœna.*

GLOSSA VI.

VLtrà eā quæ super hac Clausula diximus supra fol. 75. admonendi sumus, quòd nedum fideiussor te-
1 netur ex fideiussione, sed etiam † sine alia expressione, si decedat, obligatos hæredes relinquit, l. 4. ff. de fideiuss. §. fideiussor non tantum, Instit. eod. tit. & l. fideiusso-
2 ris, in prin. C. eo. tit. quod procedit, nisi † quis fideiusserit pro maleficio pro aliquo, & idem fideiussor postea decessit ante condemnationem rei, hæres ipsius non est obligatus, maximè si non promisit certam quantitatem pro pœna, ut per glos. & Doctor. in dicto §. fideiussor non tantum, Aret. in tractatu Malefic. in glos. pro quibus et quolibet eorum, penultima quæstione, & Marsil. Singul. 159. Obligatio.

Principaliter, & in solidum.

SVMMARIA.

1 *In solidum, dictio, attribuit totum vnicuique & propriè conuenit promittentibus non autem vendentibus.*

Duo non possunt esse domini vnius rei in solidum.

2 *Fideiussor se obligans in solidum non propterea amittit beneficia, quæ fideiussoribus competunt.*

Fideiussores in solidum etiam si id non exprimatur tenentur.

Expressio eorum quæ tacitè insunt nihil operantur.

3 *Duo rei debendi quomodo constituantur.*

Rei promittendi, & rei stipulandi qui sint.

Obligari pro virilibus portionibus an vero in solidum quomodo dignoscatur.

4 *Duo plures ve rei debendi numquid per alia verba æquipollentia quàm per verba in solidum possint constitui.*

Rei plures à fideiussoribus differunt.

5 *Correi ad quos non peruenit pecunia vel non pertinet negotium, & in effectu sunt fideiussores, si non renunciauerint beneficijs de fideiussoribus, & Epistolæ Diui Adriani numquid ipsis beneficijs vti possint stante obligatione principaliter, & in solidum facta.*

GLOSSA VII.

1 DIctio † in solidū attribuit totum unicuique, ut ex infinitis legibus probatur, & in materia ista in l. 3. C. de fideiuss. in §. si plures, Instit. eo. tit. in l. si non singula. C. si cert. pet. & in l. si diuisa, C. loca. & propriè conuenit promittētibus non autem uendentibus rem unam: quia duo nō possunt esse domini unius rei in solidum, l. si ut certo, §. fin. ff. commo. ut tradit Specul. in tit. de empt. & uendit. §. 1. nu. 58. uersic. hoc tamen nota. Et sciendum est,
2 quòd licèt † fideiussor se obliget in solidum, non tamen propterea amittit beneficia quæ fideiussoribus competunt, Epistolę diui Adriani maximè, de quo infra dicetur, dicta l. 3. ubi Bartol. & Salic. quia cum semper fideiussores

iussores in solidum etiam si id nõ exprimatur teneantur dicta l.tertia, & dicto §. si plures, expressio eorum quæ insunt, nihil operatur, d. l. 3. & cum non renuncient beneficio Epistolę & de fideiussoribus, dictio, in solidũ, non alterat obligationem fideiussoris quãdo ipse solus pro alio se obligaret in solidum, sine dictis renunciationibus. Sed quando plures obligantur principaliter, & in solidum, licet in veritate vnus sit principalis, quia negotium ad ipsum pertinet, & alter sit fideiussor, efficiuntur duo rei debendi seu promittendi, & tenentur ambo in solidum, ut in l.2. ff. de duob.reis, in l.1.C.eo.& in §.ex huiusmodi, Instit.eod.tit.& in d.l.si non singulari, & infinitis alijs legibus, qui quidem rei fieri posũt, & obligari re, verbis, consensu, & testamento, l.eandem, in princ.ff.de duob.reis Bart. in Repet.Auth.Hoc ita, C.de duob.reis, 1.quæstione num.2.& qui se obligant hoc modo ut in solidum, ad solutionem teneantur, dicũtur rei promittendi: qui verò in solidum promissionem recipiunt stipulandi, l.1.ff.eod.tit. & Instit.eodem tit. in princ. & §. 1. Et licèt, quando plures se obligant pro aliqua re, in dubio censeantur pro uirilibus portionibus, & sic quilibet pro sua parte, l.reos. §.1.ff. de duob.reis, tamen quando in solidum se obligant, aliud est dicendum.ut supra, & possunt constitui, etiamsi pecunia uni numeretur de voluntate aliorum d.l.si non singuli, vbi not. & l.penultima, C.eod.tit.de duob.reis. Et in his licet obligatio in persona vnius sit inutilis, non tamen respectu alterius vel aliorum est nulla, l.his verbis, in princ. ff.eod.tit.potest bene creditor si pro correis interuenit etiam fideiussor, partem debiti à correo, partem à fideiussore petere, l.3.§.1.ff.eod.tit.ubi Castr.& Aret.Sed etsi etiam hæc vox addita

4 ta non sit(in solidum)tamen etiam† constitui possunt duo pluresve rei debendi, ꝑ alia uerba ęquipollentia, etiam de iure nouissimo, cũ in modo constituendi nihil sit immutatum, vt per Bart.in dicta Auth.Hoc ita, 5.opposi. & prima quæstione, num.primo.in qua quæstione ipse agit de modo eos constituendi.& sequitur Salic.ibi, prima quæstione, & Aret. in dicta l.1.columna 3.ff.eo. Differunt tamẽ plures rei à fideiussoribus cum habeant diuersa beneficia, ut in Auth.de fideiusso. & in Auth.de duob.reis, in corpo. & inferius dicetur, ut tradit glos.in verbo tenentur, in dicto §.si plures, Instit.de fideius. & Barto.in dicta Auth.hoc ita, 7.quæstione numero nono, & in l.eandem, quinta quæstione numero quinto, ff.eod.titu.stante itaque obligatione facta principaliter, & in solidum, ut hic, dubium est non leue, an illi qui ut correi obligãtur ad quos non peruenit pecunia, uel non pertinet

5 negotium, & in effectu sunt† fideiussores, si non renunciauerint beneficijs de fideiuss. & epistolę D.Adriani, de quibus suo loco dicetur, possunt vti dictis beneficijs.in quo articulo non leuiter cõtrouertunt Doct.1.enim qđ fideiussores, & mandatores non possint fieri duo rei, nisi hoc expresse agatur, per l.vir vxori, §.fin.cum l.sequ.ad Vel.etiam si sit actũ quod teneantur in solidum, per d.l.3.C.de fideius.tenet Bart.in d.Auth.7.quæst. pri.par. nu.9.& in d.l.tandem, 5.quęst.nu.5.& in d.l. 3.§.1.7.quæst.ff.eo.firmat. quod si est actum cum creditore, quod pecunia tota perueniat ad vnum, licèt voluerit quod omnes principaliter promitterent, potest petere fideiussor. ut prius excutiatur principalis, & sic habet beneficium de fideius. Q̃ũo habeat beneficiũ Epistolę Diui Adriani, ad plures fideius.obligari in solidum, tenet gl.auferri & Bal.in d.l. si diuisa, C.loca. & videtur etiã firmare Pet. de Vnzo.in tract.prędicto.nota.in tit.de bñ. plur.reorum, nu.4.& dicit Alex.in l.Marcellus, in fi.in addit.ad Bar.ff.de fideius.ita fuisse obtentum per l.Iulianus, §.item si duos, ff.ad Maced.& per alia not.ibi per eũ, & hanc tan q̃ cõem vr̃ tenere, & sequi Aret.in d.§.1.col. pen.licet dicat opinionem Castr.aliud tenentis ibi, de subtilitate iuris procedere. Hanc ẽt tenent Rom.Anan.& Are.in consilijs citatis per Mars.in Sing.suo, 2. Si plures, ubi ẽt ipse hoc tenet, licèt Are.in cons.33.per eũ citato, teneat cõtrariũ magis, & Rom.cõs.114.Visis supra cõsultis, prout idẽ tenet in d.Rubr.1.q. nu.65.& q.57.nu.370. licèt ibi citet Guil.de Cun.pro ista opinione qui vr̃ tenere cõtrariũ & ꝑ hac opinione vr̃ facere cõsiliũ Cast.331. In cã Syluestri, in princ.vol.1.& alij quos citat Apostil.ad Alex. in cõs.29.col.fi.7.vol.& Boer.decis.255.num.5.sed tñ non desunt qui contrariam partẽ sint sequuti, quam vr̃ velle tenere Bar.in d.l.reos, 1.quæst.2.col.vt aĩaduertit ibi Castr.& cui vr̃ adhęrere Azo in Sũma in Auth.de fideius.2.col.& Pet.de Vnzo. d.tit.de pluribus reis, nu.5.& quam expresse firmat Bal.in l.pen.col.4.n.17.C.de exec.rei iudic.& in l.dictantibus, nu.2.ubi ẽt sequitur Salic. C.de testamen.quam in pluribus locis tenet Castr.& maximè, in d.l.uir uxori, §.fi. in fine, in d.l.3.§. 1.ult.oppos. nu.2.& in d.l. reos, in princ.col.2.nu.4. ff.de duob.reis, citans Guil.idẽ tenentẽ, in d.l.sed & Iulianus, in prin.ad Maced.fatẽt tñ oẽs, ꝙ si fuit color q̃situs, ut in d.l.uir uxori, §.fi.ut q̃a mulier nõ poterat fideiubere, & intercedere pro alio, se principaliter obligauit, hoc casu principalis hẽatur pro fideiussore. Et similiter admittũt oẽs ꝙ licèt isti fideiussores, q̃ principaliter se obli-

obligant, non habeant beneficia competentia fideiussoribus, vt tenent ij qui secundam partem sequuntur supra citati, tamen habēt beneficium Auth. de duob. reis, scilicet diuisionis debiti, de quo inferius dicetur, nisi ei sit renunciatum. ideo ad euitādum omnes istas difficultates, debent cauti notarij apponere renunciationem omnium istorum beneficiorum, simul nouarum constitutionum de fideius. & de pluribus reis debēdi, ut dicit Bart. notarios facere in d. Auth. Hoc ita, 10. quæst. 2. part. nu. 33. & in l. si ex duobus, §. 1. nu. 4. ff. eod. tit. & Aret. in d. §. si plures, in fine, de quibus beneficijs, & renuncijs nunc latè dicturi sumus.

CLAVSVLA XL.

Renunciantes beneficijs.

SVMMARIA.

1 Beneficium quid sit, & quotupliciter sumatur.
2 Beneficium a priuilegio, & rescipto differt.

GLOSSA I.

1 Beneficiū † diuersimodè accipitur nam capiendo generaliter, est beneuola actio gaudum tribuēs capiēti, §. in primis, in tit. in quibus caus. feu. amittat. Bald. in l. pen. aliàs fina. in prin. ff. de consti. princ. ubi ēt de hoc beneficio Alber. latè col. 3. propriè verò capiendo, est beneuola actio præter ius, Felin. in Rubr. de rescript. nu. 8. seu (vt dicit Alex. in l. quia tale, in princ. ff. sol. mat.) concessio præter ius commune emanans, uel gratia à principe cōcessa præter ius, ut per Ripam in d. Rubr. nu. 24. quæ omnes diffinitiones eundem sensum
2 habere videntur; differt † autem à priuilegio, & à Rescripto, ut per dictos Doctor. in dictis locis, & præsertim Alex. & Ripam, quia priuilegium conceditur contra ius commune, Rescriptum, ad obseruationē iuris communis; Aliquas remissiones etiā de beneficio, citat Alex. in l. beneficio, ff. ad. l. Falcid. & latè Mode. in d. l. pen. quam multi allegant per l. fi. de constit. princip.

Epistolæ Diui Adriani.

SVMMARIA.

1 Antiquiora sunt præponenda.
Beneficium Epistolæ Diui Adriani non est scriptum in iure verbis extensis prout extant aliæ Epistolæ aliorum Imperatorum.
2 Beneficium Epistolæ Diui Adriani quibus, & quando competat, & ad quid detur.
3 Beneficium Epistolæ Diui Adriani competit mādatoribus, & constitutoribus.
4 Beneficium Epistolæ Diui Adriani nedum opponi potest ante litem contestatam, sed & quandocumque ante sententiam, & post sententiam etiam in causa appellationis.
5 Beneficium Epistolæ Diui Adriani competit etiam pluribus tutoribus, curatoribus, & similibus.
6 Fideiussor vnus si non sit soluendo, vel non potest conueniri, hoc cæteros onerat.
7 Fideiussoris bona si sint confiscata succedentis fisci ratio haberi debet quo ad obligationem, & beneficium etiam Epistolæ Diui Adriani.
8 Fideiussorum facta diuisione beneficio Epistolæ Diui Adriani periculum pertinet ad creditorem si aliquis postea efficiatur non soluendo.
9 Fideiussorum diuisio quomodo censeatur facta.
10 Minor qui facit diuisionem fideiussorum propter periculum superuenientis inopiæ non potest restitui aduersus diuitem, & soluendo, & ratio.
11 Beneficium Epistolæ Diui Adriani numquid competat pluribus fideiussoribus non eodem tempore fideiussoribus.
12 Beneficium Epistolæ Diui Adriani numquid detur fideiussori, qui fuit purè receptus vel purè promisit, cum alius sub conditione promiserit, & quomodo.
13 Beneficium Epistolæ Diui Adriani quibus casibus cesset.
Fideiussor tutoris non habet beneficium epist. Diui Adriani.
Fideiussor fideiussoris Diui Adriani beneficio non fruitur.
Fideiussores diuersorum non habent beneficium Adriani.
Fideiussores si omnes non sunt soluendo, non gaudent beneficio Adriani.
Fideiussores, si aliqui eorum sint absentes Adriani beneficio non vtuntur.
14 Fideiussor negās se fideiussorem numquid amittat Adriani beneficium.
15 Beneficio Epistolæ Diui Adriani renunciari potest.
16 Statutum excludens omnem exceptionem, intelligitur etiam excludere beneficium Adriani.

GLOS-

GLOSSA II.

Licèt notarij ut plurimum soleant prius ponere beneficia sequentia de fideiussoribus, & de duob. re. quod etiam ponit Spec. in d. §. 1. tit. de fideius. tamen in hoc non est facienda uis. mihi plus placet, ut primo procedat hoc beneficium, tamquam antiquus, §. singulorum, Insti. de rerum diuis. nam, & Spec. ipse qui de omnibus his beneficijs abundè tractauit, latèq; disseruit, in tit. de renunciat. & conclus. numero 10. initium fecit ab hoc Epistolæ Diui Adr. Beneficium igitur hoc non habemus scriptum in iure uerbis extensis, prout extant aliæ Epistolæ aliorum Imperatorum, ut omnes consentiunt, & tradit glos. in §. si plures, Instit. de fideius. & Spec. in dicto numero 10. sed tantum habemus sensum, & effectum ipsius in pluribus legib. & præsertim in dicto §. si plures; Competit † autem
2 pluribus fideiussoribus, qui pro aliquo fideiusserint, & habeant hoc beneficium diuisionis debiti, pro quo se obligauerint, nec grauari possint, nisi pro parte eos tangente, & omnes alij qui soluendo sint tempore litis contestatæ conueniantur; sed si quis non est soluendo ex fideiussoribus, hoc cæteros onerat: imputatur tamen non opponenti, sed solidum soluenti, si eo beneficio uti noluit, ut in dicto §. si plures, & l. inter fideiussores, & l. inter eos, §. 1. ff. eod. tit. de fideius. Specul. dicto numero 10. qui unum addit, quod ad hoc ut habet locum, oportet etiam omnes esse præsentes fideiussores, per l. si dubitet, in principio, ff. eodem titulo, quia absentes non sunt conueniendi, quod idem repetit numero 12. nec audiretur fideiussor si absentem infra terminũ sibi prefigendum putare uellet, ut per eum ibi, nume. 13. & de hac Epistola tradit etiam Azo, in Summa, C. de fideius. nume. 7. glos. in l. 3. C. eod. Bart. in dicta Authent. Hoc ita. C. de duob. reis. 8. quæstione, primæ par. numero 10. 6. quæstione secundæ part. numero 28. & in l. 3. §. 1. 6. quæstione, nu. 14. ff. eod. tit. ubi etiam Aret. col. antepen. Bald. in l. fideiussor, C. eod. Aret. in dicto §. si plures, &
3 alij in alijs locis. Et hoc † beneficium competit etiam mandatoribus, & constitutoribus. l. fina. C. de non numer. pecun. & Spec. loco præallegato, numero 11. & nedum potest
4 † opponi ante litem contestatam, sed etiam quandocumq; ante sententiam, dicta l. fideiussor, ubi Bald. & Spec. ibi, nume. 14. Bart. in l. si dubitet, in princip. imò etiam post sententiam, in causa appellationis si fuit appellatum, ut per Bartol. & alios ibi, & Aret. in dicto §. si plures, numero septimo, ad exemplum etiam fideiussorum datur hoc benefi-
5 ciũ † diuisionis pluribus tutoribus, curatoribus, & similibus, l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutel. & ration. distr. Bar. in dicta Auth. Hoc ita, d. 2. quæst. num. 28. de quo et per Aret. in
6 d. §. si plures, num. 3. Et † licet si vnus ex fideiussoribus non sit soluendo vel non possit conueniri, hoc cæteros oneret, dicto §. si plures, & l. si Titius. ff. de fideius. tamen si bona
7 † sunt vnius fideiussoris confiscata, etiam fisci sucedentis, est habenda ratio. l. inter eos,
8 §. finali, ff. eodem titulo, facta † autem diuisione, periculum pertinet ad creditorem, si aliquis efficiatur non soluendo, dicta l. inter eos, §. cum inter, & facta diuisio censetur, si
9 contra † alterum sit lis contestata in iudicio in quo pars petitur, l. liberum, C. de fideius. licèt sola electio non excludat agentem, l.
10 reos, & l. finali, C. eod. nec hoc casu, † periculum post diuisionem inopiæ superuenientis operatur, ut minor restitui possit aduersus diuitem, & soluendo, cum sit vsus iure communi, nec potest dici læsus, dicto §. cum inter, secùs si læsio à principio ex diuisione contingat, l. amissi, §. primo, ff. eodem titulo, si tamen fideiussores non simpliciter promitterent, quo casu in solidum tenentur, vt supra, uel non promitterent solidum, & viriles partes, quo etiam casu in solidum tenentur, sed alternatiuè solidum uel viriles partes, non esset locus Epistolæ, dicta l. inter
11 eos, in principio. Sed numquid † competat pluribus fideiussoribus, non eodem tempore fideiubentibus sed diuersis unus post alium. Specul. post Azon. loco præallegato numero 13. tenet quod non, per l. si plures, in principio, & dicta l. si Titius, vbi glos. ff. eod. sed contrarium ibi tenet Bartol. quia illud quod dicitur in dicta l. si Titius, procedit, quia secunda fideiussio non ualuit. Et idem tenuit Cin. in l. si fideiussor, in fine, C. eod. & Aret. in dicto §. si plures, numero tertio, Castr. uerò in d. l. si plures, & in dicta l. si Titius, conciliat opiniones, ut prior, Spec. procedat si à principio non fuit conuentum, quod præstarentur plures fideiussores, quo casu primus non habet hoc beneficium, quasi qui hac spe motus fideiusserit, licèt ex euentu fuerint alij præstiti, sed tunc secundus præstitus habet si sciuit alium præstitum fuisse. Aut verò fuit conuentum, & procedat opinio Bart. & Cini. Datur etiam hoc beneficium fideiussori qui fuit purè receptus, uel purè promisit:
12 cum alius sub † conditione fideiusserit, ut interim tantum grauetur pro sua parte, donec certum sit, an existat conditio; quod si non existat, uel tempore purificatæ conditionis alter non sit soluendo, in ipsum

obligatum purè restituitur obligatio l.si plures in principio, ff.de fideius.Bal.in dicta l.si fideiussor,num.2. C. eod.sed si dubitatur an alij sint soluendo, & creditor conueniat unū in solidum, potest conuentus opposito hoc beneficio, petere, vt suo periculo excutiantur cæteri, & cauere,& creditor tenetur id facere,l.si dubitet, in princip.ff.eod.Azo in d. tit.num.7. Bald.in dicta l. si fideiussor,num. 2.uel probare potest alios esse soluendo, ut per Bart. in d. Authen.Si ita,dicto num.28. & in dicta l.3.§.1. num.14. Aliquibus modo
13 † casibus cessat beneficium dictæ Epistolæ, vt per glos.in d.§.si plures, & Spec.loco præ allegato, & primo in fideiussoribus tutoris, uel curatoris,l.fin.ff.rem pupil.sal.fore,licet enim competat tutoribus ut supra, id æquū est, cum tutor cogatur illud munus à fure suscipere, fideiussor verò uoluntariè obligetur,ut in dicta l.finali, & glos.prædicta idem in fideiussore fideiussoris, dicta l. si plures,§. finali,quia prior fideiussor loco rei est,ut ibi. idem quando sunt fideiussores diuersorum, l.si à Titio, & l.inter eos,§.duo rei,ff.eod.& idem quando non sunt omnes soluendo, ut dictum fuit supra, & tali casu attenditur tempus litis cōtestatæ.ut dicto §.si plures, & d.l. inter eos,§.primo.uel sunt absentes,ut supra.
14 Addunt Glos. & Spec.alium casum,†quando fideiussor negauit se fideiussorē, propter mendacium enim amittit hoc beneficium, dicta l.si dubitet, §. ita demum, tradit Salic. in dicta l.3. C. eod. tit. quod intelligendum est, si specialiter negetur,non si generaliter, negando narrata, prout narrantur, vt per Bart.Castren.& alios,in dicto §.ita demum, uel si peniteat ante litem contestatam,ut per Castr. & Alexand. in add. ad Bart.ibi,& de negante generaliter Are.in d.§.si plures, nu. 5.de quo latius inferius dicemus dum tractabimus an propter mendacium fideiussor etiā amittat alia beneficia fideiussoribus competentia, super Clausula sequenti. Et ultimo si huic beneficio sit renunciatum cui
15 †potest renunciari.l.pen.C.de pact.Spec.d. nu.10. & 15. & ibi Bald. in addit.& propterea secundum Spec.d.nu.15. notarij addunt hanc Clausulam, & renunciauit beneficio seu Epistolæ Diui Adr.quod etiam possit renunciari,trad.Aret.in d.§.num.6.& Marsil. in d.Rubrica num.27. & ante omnes Pet.de Vnzo. loco præallegato scilicet in tit.de benef.compet. fideiuss. nu. 2. & num. 5. addit Angel.alium casum in d.§. ita demum,si ex-
16 stat † statutum quod instrumenta guarentigiata habeant executionē paratam, & nulla exceptio impediens executionē cōtra ea opponi possit,tunc cessabit hæc exceptio huius beneficij sequitur Castr.ibi.& Rodo.Suarez in repe.l. post rem iudic.& declaratione l.regni.in 1.part.num.43.fol.653. ubi tamen illius l. ipse tenet contrarium, licet in casu dicti statuti cum Ang.transeat.

Nouarum Constitutionum.

SVMMARIA.

1 *Constitutio quid sit, & quotupliciter sumatur.*
2 *Constitutionis etymologia,& cur sic dicta.*

GLOSSA III.

Constitutio proprie, & in specie sūpta est lex Imperialis uel supremi
1 Principis.l.1.ff. de consti.†princ. fi. sed, & quod Principi, Insti. de iure nat.gen.& ciui. & c.cōstitutio, distin.2. in genere uero, & largo modo sumpta pro qualibet lege etiam inferioris accipitur,l.omnes, C.de quad.præscript. trad. Azo.Bart.& alij in Rubrica, C. de legi.& constit.omnes in Rubrica extra de cōst. & ibi latè Ripa.nu. 6. & sequ.qui dicit, quod Cōst.est quod rex, uel princeps statuit, uel Principis edictum.
2 Et licet † aliqui in dicta Rubrica uelint ideo dictam esse cōstitutionem, quasi simul sit statutio, ut etiam per Felin. ibi.in princip.post Abb. tamen melior uidetur eiusdem Ripę, sensus, & interpretatio, ut dicatur cōstitutio quasi considerata, & deliberata statutio, seu quasi constans statutio, ut per eum ibi,num. 13. sed hic intelligimus de constitutionibus Iustiniani quas Nouellas appellauit,quę etiā liber authenticorum uocantur, ut in inscriptione ipsius libri, & trad.Ioan.in eius summa super dictis Auth. quæ imprimitur post summā Azo. in proœmio ipsius lib. in quarum constitutionum numero exstant sequentes constitutiones quibus in specie renunciatur, & quod dicta Authen. de fideius.de qua infra, dicatur noua constitutio, dicit Bald.in Authen.præsente. C.de fideius.& Dec.consil.27.num.5.

De fideiussoribus.

SVMMARIA.

1 *Auth.præsente.C.de fideiussor.quænam priuilegia fideiussoribus tribuat.*
Fideiussor habet beneficium excussionis opponendæ.

Fideius-

Fideiussori soluenti creditor tenetur iura sua cedere aduersus principalem debitorem.

2 Excußionis exceptio ante litem contestatam est opponenda.

Excussio quid sit.

Excussionis exceptio est dilatoria.

Excußio non opposita in principali opponi pariter non potest in appellationis iudicio.

Excussionis beneficium opponi non potest absente principali, uide tamen hic.

Præsens quis dicatur in materia excussionis.

Absens quis dicatur in materia excussionis.

Excussio numquid, & quando fieri debeat extra territorium creditoris.

3 Excußio non solum fieri debet quo ad bona, sed quo ad personam.

Excußio fieri potest, & eodem tempore etiam potest dari tenuta bonorum.

Excußio non solum vnius rei, sed plurium si plures sint, & sic omnium fieri debet etiam si fideiussor pro vno ex eis tantum fideiussisset.

Excußione facta, & non reperto debitore quod sit soluendo, bona superuenientia non prosunt fideiußori conuento cum quo fuit lis contestata.

Excußio non solum fieri debet contra principalem, sed & contra fiscum, qui principali successit.

Excußio nedum respicit ordinem, sed & interesse partis.

Excußio numquid admittatur in foro mercatorum, & in causis in quibus proceditur sola facti veritate inspecta.

4 Excußionis beneficio renunciari potest.

Excußionis beneficio renunciatum censetur per generalem renunciationem etiam si sit facta, seu concepta clausula renuntiationis cæterata; puta Renuncians &c.

Excußionis renunciatio apponi non potest per notarium si instrumentum sit cæteratum, & non adsit saltem principium ipsius clausulæ renunciationis cæteratum.

Excußionis renunciatio nihil operatur in fideiussore indemnitatis, seu qui promiserit soluere id quod creditor a debitore minus consequi potest.

5 Excußionis beneficium quibus casibus locum sibi non vendicet remißiuè.

6 Excußio fieri debet quando principalis est obligatus, & potest conueniri, secus si non posset conueniri, vt quia minor sine auctoritate administratoris promisit.

Excußionis beneficium non competit fideiussori qui per negationem factam conuictus est de mendacio.

Excußio non exigitur quando quis promisit soluere si alius puta Titius non soluerit, eo enim non soluente, vel quia non poßit, vel quia noluit absque alio tenetur fideiussor.

Pater, an & quando teneatur pro filio vt fideiussor, ita quod non sit necessaria excußio filij principalis remißiuè.

Ceßio actionum fienda per creditorem fideiussori ne dum de iure nouo, sed & de iure antiquo competebat.

7 Ceßionis actionum beneficium quibus competat an solum fideiussoribus, an verò etiam alijs, vide hic plures enumeratos.

Creditor cedendo actiones fideiussori, qui sibi soluit videtur quodammodo nomen debitoris vendere.

8 Creditor vltra ceßionem actionum tenetur etiam restituere pignora, quæ habet debitoris ipsi fideiussori soluenti.

Creditor numquid teneatur fideiussori soluenti vltra ceßionem actionum ipsi etiam exhibere instrumentum obligationis principalis ita vt si illud non habeat, non poßit etiam executioni mandari sententia lata contra fideiussorem.

Ceßio actionum fienda per creditorem fideiussori soluenti, quando sit facienda, an ante, an vero post solutionem.

Exceptio cedendarum actionum nedum impedit processum si apponatur ante sententiam sed etiam impedit executionem si post sententiam opponatur per condemnatum in solidum.

Creditor, qui nullas habet actiones cedendas, excluditur a petitione sua a fideiussore, vel mandatore.

Creditor in tantum cogitur cedere actiones, ut aliter non poßit compellere fideiussorem ad soluendum.

Statutum excludens exceptionem, ac defensiones omnes, non censetur excludere exceptionem cedendarum actionum.

9 Exceptioni cedendarum actionum renunciari potest.

Beneficio cedendarum actionum renunciari debet in specie, neque sufficit generalis renunciatio vel si sit etiam renunciatum beneficio diuisionis.

10 Beneficio cedendarum actionum numquid censeatur renunciatum per renunciationem beneficij de fideiussoribus factam.

Ceßio actionum an & quando sit facienda pro tota summa, & in solidum, & quando pro rata.

11 Fideiussor cui facta est ceßio actionum per creditorem an teneatur actiones sibi cessas confideiussori cedere.

12 Creditor succedens fideiussori, numquid teneatur cedere iura confideiussori soluenti contra seipsum.

13 *Pater non habet beneficium cedendarum actionum cum pro filio intercedit.*

14 *Mulier quæ consentit viro alienanti, & renunciauit hypothecæ, si agat contra possidentem alia bona, vel obligatum pro restitutione dotis, an teneatur cedere iura respectu bonorum quorum alienationi consentit.*

GLOSSA IIII.

HÆc est constitutio Iustiniani quæ habetur in tit. de fideiuſ. & manda. in Authē. Colla. 1. quæ summatim posita est in Auth. præsente, C. de fideiussor. Ex ista constitutione fideiussores, & cęteri qui pro alijs se obligant, vt mandatores, sponsores, & constitutores, de quibus in glos. Crediderit, in §. 1. d. Authent. omnibus enim datur hoc beneficium qui pro alio intercedūt, modo principalis sit obligatus. Sali. in dicta Auth. Præsentem, 3. quæstione, & dictum fuit supra. Et duplex
1 † habent beneficium, primum est, quod licet de iure antiquo tenerentur in solidum, dicta l. 3. C. de fideius. & l. iure nostro, C. eod. tit. licet habuerint beneficium Epistolæ Diui Adri. vt supra dictum fuit, tamen nunc ex dicta constitutione possunt opponere, primo agendum esse contra principalem, & ipsum prius excutiendum si pſens est, & soluendo, & tenetur creditor id facere antequam agat contra fideiussores. Si verò absens sit principalis, arbitrio iudicis fideiussoribus datur dilatio ad ipsum præsentandum, qua elapsa, eo non præsentante, conueniri potest. Secundum est beneficiū, quod tenetur creditor cedere iura sua fideiussori soluenti contra principalem debitorem, & eius bona. De primo itaque beneficio dicamus aliqua scitu non indigna, maximè tyronibus, postea de secundo dicemus.

Ad hoc enim primo vt hoc beneficium competat, opus est vt fideiussor ante litē con-
2 testatam opponat † exceptionem istam excussionis contra principalem faciendę, est enim excussio (vt dicit Bald. in §. 1. in princ. in noua addit. l. fin. ff. si cert. pet.) bonorum ac rerum principalis debitoris ad vnguem vsque ad sacculum, & peram per iudicem facta discussio, quod etiam tradunt alij de excussione tractantes infra citandi, est enim dilatoria ut tradit Bartol. Comens. & Socin. numero nono, in l. secunda, §. primo, ff. de exceptio. Bald. in dicta Authent. præsente, prima columna. Abb. in cap. 2. num. 5. de fideius. Alexand. consil. 78. In causa, & lite, ad fi. 1. uol. Guid. Pap. d. quæst. 570. num. 6. Decis. Tholos. 166. & Steph. Aufrer. in add. ad dictas decisiones Capel. Tholos. decisione 81. tradit etiam Boer. decisione 59. nume. 10. & 221. n. 16. Quo fit, ut lite contestata in causa principali non possit opponi in causa appellationis. Alexand. consil. 34. Consultus, in 4. 73. & 83. in 6. vol. Dec. in d. l. fina. in princ. nume. 29. & Negussant. in tracta. de pignor. 8. par. 1. membro, num. 36. Et si pro parte fideiussoris non opponeretur, valeret iudiciū, ut per Bart. in dicta l. finali, in fine princ. vbi Ias. nume. 11. & Dec. nume. 29. Castr. & Alexand. in l. decem, primus num. 6. secundus num. 15. ff. de uerbor. obligat. Ias. in §. item si quis in fraudem, num. 81. post Aret. Insti. de action. Socin. Reg. 134. Excussio 6. Fallent. Tholos. decisione 81. Guid. Pap. quæstione 94. & Boer. decisione prædicta 221. num. 16. Sic etiam vt hoc beneficium competat fideiussori, necesse est quod principalis debitor sit præsens, vt in dicta Authent. quod & tradit Bald. in dicta l. fin. in lectura noua, §. 1. 3. col. & alij post eum ibi. Socin. dicta Regula 3. Fallent. Alexand. consi. 100. Discussis, nu. 11. in 5. & Marsi. in dicta Rubrica de fideius. num. 14. Et in proposito ille dicitur præsens, qui est in eo territorio, ut per glos. in d. Authen. in corpore, in uerbo. præsentes, in fine. Bart. in dicta Auth. Hoc ita, 8. quæstione, 2. part. num. 30. Salic. in dicta Auth. præsente, quæstio. quarta, & in dicta Authen. Hoc ita, vndecima quæstione, Barto. in l. tertia §. primo, octaua quæstio. nume. 16. ff. de duobus reis. vbi Roncheg. num. 179. & sequ. Bald. in dicta l. fin. §. 1. 3. col. Alexand. dicto consilio 100. Roman. consil. 93. Visis quæ superius, Dec. in d. l. fin. nume. 26. Steph. Aufr. in add. ad decisionem Tholos. 196. & Negusant. d. 1. membro, nu. 42. Diceretur etiam absens, si latitaret, secundum Guid. Papæ, qui dicit ita fuisse decisum dicta quæstione 570. in princ. licèt Salic. in dicta Auth. pręsente, uelit nihil obstare absentiam principalis, si habet domicilium, & bona in foro creditoris, & est soluendo, cuius opinionem uidi seruari in praxi. pro qua optimè facit, quod licet regulariter excussio non sit facienda de bonis existentibus extra territorium ne creditor cogatur peregrinari, ut per glos. in dicta Auth. Alex. consi. 84. In causa nume. 11. vol. 3. & consil. 91. num. 5. in 7. uol. tamē si bona sint in loco vicino, in quibus commodè creditori satisfieri possit, de illis etiam facienda est excussio, ut per Alexand. in dictis consilijs. Dec. post alios, in dicta l. finali, num. 26. Socin. dicta Regula, 8. Fallent. Negus. dicto primo membro, nume. 42. Marsil. Singul. 220. Fideiussor. & Rodo. Suarez. in declarat. l. secundę foro Legum libro secundo, capit. seu §. incip.

incip. queritur vltimus, nu. 4. & seq. pag. 791. de quo etiam per Paris. consil. 80. num. 43. & consi. 50. num. 65. 1. uol. Et nedum sunt accipienda bona rei principalis antequam ad fi-
3 deiussorem deueniatur, sed etiam † accipienda est eius persona, ut per Bart. in d. Authen. Hoc ita, 8. quæstione 2. part. num. 30. & in d. l. 3. §. 1. 8. questione, num. 16. ff. de duob. reis, licèt non propterea liberetur fideiussor quin teneatur, & exigi possit, si à principali creditor suum consequi creditum nequeat. Bald. in dicta l. fin. §. 1. in fin. & Marsi. in dicta Rubrica, nume. 380. & supra nume. 378. ponit, qđ etiam utroque tempore potest dari tenuta bonorum, & deueniri ad capturam debitoris. Et non tantum vnus reus excutiendus est ante principalem, sed plures, si plures sint rei, adeo quod omnes debent prius excuti, etiam si fideiussor pro vno ex eis tantum fide deiusisset. Aret. in d. §. item si quis in fraudē, num. 7. versiculo, & aduertas, & Alex. consi. 73. col. 1. in 6. Sic tamē reus est absens, & data dilatione fideiussori ad eum præsentandum non presentauerit ipsum, & contra eundem fideiussorem fuerit motum iudicium, nihil sibi prodesset si pendente iudicio reuerteretur lite contestata cum eo. Salice. in Authent. præsente, prædicta quæstione octaua, & Aufrer. in add. ad dictam decisionem 81. sicut etiam facta excussione contra reum, & reo non reperto soluendo, licèt superueniant ei bona, non prodest fideiussori conuento, cum quo fuit litis contestata, ut per Bald. & Castr. nume. 10. Ias. nu. 8. Decium, numero 33. in dicta l. finali, in princi. Socin. in dicta Regula, quinta Fallen. licèt Alexan. in dicta l. fin. numero 15. & in dicto consilio 100. & Roma. citatus per Socin. in dicta Fallent. & Marsil. qui plures citat pro sua sententia, qui contrarium tenet, in dicta Rubrica nume. 24. Non solum autem conueniendus est principalis antequam ad fideiussorē deueniatur, sed etiam fiscus, si ipsi principali successerit ob cōfiscationē, ut aduers' Bart. in d. l. fin. in princ. tenent Fulgos. Castr. Alexander Ias. & Dec. ibi, & uidetur tenere Bal. in l. prima, C. de fideius. firmat Rom. consil. 93. Visis, num. 2. & latè Crauet. consil. 263. num. 7. licèt cum Bart. teneant Salic. in dicta l. finali, Anch. consil. 283. Ex prædictis, & Abb. consil. 29. In quæstione, num. 3. uol. 2. Et cum ista exceptio discussionis de reo principali faciendæ, nedum respiciat ordinem sed etiam interesse partis, cum intersit fideiussoris ne litibus uexetur, & expensis, ideo uerior uidetur sententia illorum qui tenent etiam de equitate debere admitti in Curia mercatorum, & in causis in quibus proceditur sola facti ueritatē inspectas ut per Dec. & Alciat. in dicta l. fina. in quo amplectanda est distinctio Corn. in consil. 55. littera, S. in 3. Neguś. loco præallegato, nu. 28. & Benuen. Strach. qui etiam citat Blanc. in tract. de compro. ut ibi per eum, in dicto tract. de mercat. in tit. quomodo in caus. merca. procedendum sit, in Rubrica de excep. nume. 4. quę etiam procedit in eo, qui uoluit posse grauari more debitorum fiscalium. Guid. Pap. d. quæst. 570. num. 1.

Vt igitur hoc beneficium tollatur, & fideiussor possit in solidum conueniri, ut poterat iure antiquo, & creditori facilius satisfiat inuenta hæc est uia, ut renuncietur dicto be-
4 neficio, cui renunciari potest, † ut per glos. accedat, in dicto §. 1. in Auth. de fidei. in fine Spec. in dicto tit. de renunc. & conclus. num. 16. Bald. in dicta Authent. præsente, in fine. Imola consi. 46. In casu. Abb. in cap. 2. de §-dei. Ro. cons. 392. Circa primū. Abb. cōs. 72. num. 1. 2. uol. Aret. consi. 33. num. 8. ubi uoluit generalem renunciationem sufficere; Alexand. consi. 78. ad fin. 1. uol. Guid. Pap. quęstione 94. Steph. Aufrer. in add. ad quęst. 80. & 196. Capel. Tholos. Dec. in dicta l. fin. nu. 20. & in consi. 27. num. 6. & num. 8. & Mars. in dicta Rubrica nume. 77. imò satis esset, si in instrumēto esset dictum, Renuncians, &c. secundum Cur. seniorem consil. 6. in princ. cum de cōmuni stilo notariorum dicta Clausula esset extendenda ut censeatur renunciatum dicto beneficio, licet si non adesset principium illius Clausulæ cæteratum, notarius non posset apponere, nisi esset instrumentum factum cum pacto, qđ extendatur ad consilium sapientis, ut tradit Bald. in Rubrica, C. de reuo. his quæ in frau. cred. num. 6. versic. & not. quod Bar. & sequitur Tiraq. in tract. de constit. ult. par. ult. limit. nu. 11.

Ista tamen renunciatio nullum effectum operaretur in fideiussore indemnitatis, seu qui promiserint soluere id, quod creditor à debitore minus consequi posset, ut in l. si fideiussores, in princip. ff. de fideius. in dicta l. finali, in princip. & in dicta l. decem, de uerb. oblig. nam cum omnino prius sit agendum contra principalē, ut uideatur quid, & quantū soluere possit, quia pro reliquo fideiussor tenetur, nihil faceret renuciatio huius fideiussoris, qui etiam potest dici fideiussor hoc casu, ut per Dec. in dicta l. finali, 1. col. ita tenent Angel. Alexand. Ias. & Dec. qui dicit communem, num. 7. in dicta l. fin. citando alias decisiones Rom. consil. 211. Allegationes num. 2. & 241. Spectabiles Domini, nu. 6. Marsil. in dicta Rubrica num. 23. Socin. in l. cum filiusfamiliàs, §. 1. nume. 3. ff. de uerb. oblig.

obligat. & per Boër. decisione prædicta 221. nu. 12. & Rodor. Suarez in declaratione l. 2. foro legũ lib. 2. Tit. de los empladamiẽtos. §. incip. quæritur vlt. num. 7. & sequ. fol. 792.

Ad hanc regulam huius beneficij dantur plures fallentię per Doct. quas prosequi non
5 pertinet ad rem nostram, † sed uideantur in locis supra citatis, quia ad eos sufficiet remissio, Socin. plures ponit in dicta Regula 134. Ias. post Aret. in dicto §. si quis in fraudem, omnes in d. l. fina. & in d. l. 10. Negus. in d. 8. mẽbro. Aufr. in add. ad d. quæst. 196. Firmã. in suo Repert. uerbo discussio, uer. 12. cum duobus sequentibus, & plures casus ẽt ponit Marsil. in dicta Rubrica, in quibus excussio non est necessaria, incipiendo à nu. 8. vsq; ad nume. 23. De modo faciendi excussionem ultra tract. Iac. de Aret. qui latissimè tractat materiam, qui attribuitur Bar. ponunt etiam Doctores in dictis locis.

6 Solum tres casus tangam ex multis † ibi tactis. primus est, quod id qđ dicitur de dicta excussione facienda, habet locum quando principalis est obligatus, & potest conueniri, secùs si non posset conueniri, ut quia minor, quod sine auctoritate administratoris promisit, ut in l. Marcellus, ut ibi Bar. & alij, ff. de fideius. Bart. in d. Authent. hoc ita, 10. quæst. secundæ part. num. 32. Bald. in d. Authent. Præsente, ad fin. decis. Tholos. 196. & ibi Aufrer. in addit. & Negus. in dicto primo membro, num. 33. Secundus est casus benementi tenendus, per fideiussores, de quo etiã aliqua diximus supra in beneficio Epistolæ Diui Adr. quod per negationem factam per fideiussorẽ si conuincatur de mendacio, amittit beneficium excussionis, dicta l. si dubitet, §. ita demũ, de fideius. & in his terminis tradit Bald. in Auth. cõtra propriam, 2. not. nu. 7. C. de non num. pecun. Salic. in d. Authen. Pręsente, 7. quæst. Alex. in l. etiam, §. 1. num. 9. ff. sol. matr. & in l. non tantum, §. quod autem, num. 2. ff. de re iud. ubi multipliciter limitat. Corn. consil. 90. nu. 42. in 2. uol. Ias. in d. §. item si quis in fraudem, num. 79. 6. limit. Aufrer. in addit. ad dictas quæst. 80. & 196. & Marsi. d. Rubrica num. 19. & 322. & sequ. Tertius, est casus, quando quis promisit soluere si alius puta Titius non soluerit, eod. n. non soluente, uel quia nõ potuit, uel quia noluit, tenetur fideiussor, nec exigitur aliqua excussio, vt tradit Ripa, in l. ita stipulatus, nu. 50. ff. de uerbor. obligat. An & quando pater teneatur pro filio, ut fideiussor, ita qđ non sit necessaria excussio filij principalis, abundè habetur in d. decisione Boer. 221. per totam.

Nunc de secũdo beneficio cessionis actionum per creditorem faciendę, dicendum est, quod quidem beneficium, licet etiam competat ex dispositione d. Auth. ut in ea expresse dicitur, tamen etiam competebat de iure antiquo, ff. & etiam C. ut in l. fideiussoribus, in l. ut fideiussor, & alijs quam pluribus legibus, ff. de fideius. & quod hoc sit beneficium ueteris constitutionis, tradit expresè Bald. in l. si diuisa, supra allegata, C. locati, et quod beneficium competit tam fideiussoribus, & mandatoribus, quam correis, & tertijs possessorib. necnõ & negotiorum gestoribus, procuratoribus, & alijs soluentibus pro alio, de fideiussoribus probant leges allegatæ, & alię infra allegandæ. Spec. in d. tit. de renunc. & conclus. nu. 21. uersi. postremo dicendum, & Negusant. qui ponit regulam, in tracta. de pignor. 1. parte tertij membri 5. part. principalis, nu. 33. de correis probatur in l. 1. secundũ antiquos Codices, nunc secundũ nouos, est l. 2. C. de duob. reis, ubi Bald. & alij, Bart. in l. Modestinus, 1. quæstione, nu. 5. ff. de solut. Bal. in d. l. si diuisa, & ante eos Spec. loco prę allegato, nume. 20. uersic. sed numquid uni, quod etiam tenent nonnulli ex infra allegandis. De possessore est text. in l. mulier, ff. qui pot. in pign. habeant. & probatur in l. si res, ubi Doct. de leg. 1. Spec. in d. tit. versi, sed pone emi domum, nu. 22. Dec. in consil. 104. num. 2. & consi. 446. in princ. & Negus. loco præallegato nu. 25. De alijs quarto loco, & vltimo expressis, tradũt Ang. & Paul. de Castro, num. 3. in l. si stipulatus, §. 1. ff. de fideius. per l. si mandato meo, ff. eod. tit. vbi dicunt, tali casu non sufficere renunciationem beneficij de fideius. & de duob. reis, cũ hæc his alijs non competant, qui non sunt fideiussores uel rei, & propterea dant cautelã, ut renunciato expressa fiat exceptioni cedendarum. Cõpetit itaq; fideiussoribus, & alijs correis obligatis, beneficium hoc, seu exceptio cessionis faciẽdæ, per creditorem uni ex obligatis solidum soluenti, contra reum principalem, & alios confideiussores, & obligatos, d. l. ut fideiussor, l. cũ alter, quæ loquitur etiam in fisco qui credere tenetur, & l. sicut, C. eod. tit. de fideius. l. cum is, & l. si mandato ff. eod. & tenetur nedum ad cedendum actionem personalem sibi competẽtem, sed ẽt hypothecariam quæ aliàs regulariter fideiussori non competeret, l. mandati, C. eo. tit. & d. l. cum alter, tradunt Bart. & alij post glos. in d. l. fideiussoribus. Dec. admittit consi. 27. in princ. & firmat consi. 446. in princ. imò, & tenetur cedere naturalem obligationem, & officium iudicis contra præsentem, & fideiussorem, ut per Bart. in d. l. Modestinus, nu. 12. per quam cessionem censetur quodammodo creditor uendere nomẽ debitoris, d. l. fideiussori-

soribus, licèt suum recipiat; dicta l. cum is, quod procedit, siue conueniatur ad soluendum fideiussor, seu reus, siue sponte offerat solutionem. Castr. d.l. fideiussoribus, et Neg. loco præallegato d.3. quæst. nu.33. Et vltrà cessionem ipsam iurium, tenetur etiam creditor restituere pignora, quæ habet debitoris
8 †ipsi fideiussori soluenti, l. Paulus, ff. de fideius. & l. cum eorum, C. de sentēt. & interloc. om. iudic. fortius uoluit Bal. post Alber. Gal. in l. si nomen, ff. de hæred. uel action. uendit. & sequitur Alex. in l. sciendum, nu.10. ff. de verb. oblig. quod teneantur etiam exhibere instrumentū obligationis principalis in cessione facienda, inferrentes, quod si illud non haberet, non posset etiam exequi sententia lata contra fideiussorem, & Rodo. Suarez in repet. l. post rem iudicatam, & declarationē l. regni, in c. incip. Visum est supra, nume.6. fol.669. cuius tamen contrarium in hoc vlt. voluit idem Bald. in d.l. in noua addit. Cessio autem ante factam solutionem, uel post incontinenti facienda est, uel in solutione addendum est pactum de facienda post, aliàs regulariter non valet, d.l. Modestinus, ff. de solut. vbi glos. & Bart. alia iura citant, glos. in d.l. mandato, C. de fideius. Spec. loco præallegatū nu.22. latè Tiraquel in tit. de retract. tit.1. §.26. glos.1. num.53. licèt in pluribus casibus etiam facta solutione sit facienda, l. Stichum, §. si mandato, ff. de solut. & not. in l. Papinianus, ff. mandati, & in l. cum is, vbi Cast. ff. de fideius. & in d.l. vt fideiussor, Bartol. Castr. & alij, in d.l. Modestinus, Et nedum exceptio ista actionum cedēdarum impedit processum si opponatur ante sententiam, sed etiam impedit executionem, si post latam sentētiam opponantur per condemnatum in solidum, l. si fideiussores, §.1. ff. de fideius. facit l. si minoris, ff. de admin. tut. Azo in Summa, in tit. de fideius. nu.8. Spec. in d. tit. nume.23. & Io. Andr. in addit. sub num.21. Bald. in d.l. si nomen, & in d. §.1. Castr. in l. si mandatori, ff. de fideius. & Aret. Instit. quibus modis tol. oblig. in fine, princ. sed si creditor nullas haberet actiones cedendas, excluderentur à petitione sua à fideiussore vel mandatore d.l. Stichum, §. pen. de solut. glo. magna, in d.l. stipulatus, §.1. & ibi Cast. post Bar. distingunt plures casus, & limitāt Spec. d. nu.21. Alex. in l. nisi, quam legit cum l. præced. ff. de pact. & Negus. qui multipliciter limitat loco præallegato, nu.36. Et in tantum tenetur creditor credere actiones, nec potest aliter cogere fideiussorem vel correū ad soluendum, ut etiam stante statuto quod instrumenta guarentigiata indistinctè, & non attēta aliqua defensione mittātur executioni nō propterea excluditur hæc exceptio quæ uenit ex eadem causa, & inest. Bald. in d. Auth. Præsente, nu.4. Dec. in consi.27. nu.1. dictis consilijs 104. nu.2. in fine, & 446. in prin. & Rodo. in d.l. post rem iudic. in cap. seu §. sed pro euidentia, nu.42. fol.652.

Vt autem hoc beneficium tollatur fideiussori uel correo obligato, ne possit petere huiusmodi cessionem, & possit creditor gratificare alicui amico fideiussori, uel correo, ut dicit Specu. loco præallegato nu.21. uel tollatur dubitatio, an quis teneatur credere iura, quādo quis liberauit aliquem ex eis nulla facta solutione, reseruato sibi iure consequendi suum creditum à cæteris. Vel renunciauit iuribus suis respectu aliquorum bonorum alienatorum per debitorem, iuxta tradita in l. iubemus, C. ad Vellei. ubi Bal. & alij; seu teneretur cederi iura contra se ipsum possidentem aliqua bona debitoris virtute posterioris obligationis, ut per Dec. in d. consil. 104. in quo tamen casu aliter sentit Negus. loco præallegato, quæst.4. nu.32. Vel si in casibus aliquibus traditis per Socin. in consil.206. in 2. uol. inuentum est ut renuncietur huiusmodi beneficio, cui renunciari potest, ut per gl.
9 in d.l. si stipulatus, §.1. vbi †Bart. nu.3. Spec. d. nu.21. & 24. Bart. in d.l. Modestinus, 1. quęstione, nu.5. gl. & Doct. in d.l. nisi, ff. de pact. Bal. & Ang. in l.2. C. de fideius. in d. Authen. Hoc ita, nu.2. Socin. in consi.200. nu.3. & 4. uol.2. duplicato consi.125. in 4. Corn. qui in eodem casu consuluit, in consil.51. 1. col.2. uol. Afflict. decisione 182. nu.10. & 12. & Negus. d.3. membro, nu.24. & nu.36. & Marsi. in Rubr. prædicta de fideius. nu.29. Non censeretur tamen renunciatum huic beneficio, si tantum beneficio diuisionis renunciaretur, ut per Bart. in d.l. Modestinus, nu.5. & Bald. in l.2. C. de fideius. uel si in genere omnibus beneficijs esset renunciatum, ut tradit Bal. in d.l. si diuisa, C. locati, sed debet esse expressa renunciatio, secundum Roman. cons.472. In eo quod quęritur, ut uidetur etiam tenere Castr. in cons.239. Super hoc facto, nu.3. 1. uol. sequitur Afflict. d. decisione 182. nu.12. & latius Marsi. d. nu.29. licèt etiam nō desint qui aliter uolunt, ut sat sit renunciare omni iuris auxilio de quo dicetur infra, super ea Clausula; sed tamen si ut hic fingitur, sit renunciatū
10 beneficio de fideius. censetur† renunciatum beneficio cedendarum, ut tradūt Bald. & Angel. in d.l.2. C. de fideius. vbi dicūt, quod notarij dīt propterea in instrumētis quod fideiusores renunciant beneficio nouarum constitutionum de fideius. & de pluribus reis debendi, quam formam etiam ponunt cū plures rei se obligant, quia ita renūciando renūciatur

ciatur beneficio ceden darum, tam in hypothecaria quam uidetur personali, per dictam legē, & per alias ibi allegatas. idē tenēt Soc. d.cons.200.nu.4.col.pen.in fine, & Cor.51. col.pen. Affliƈt.d. decis.nu.12. Dec.d.consil. 27.nu.5.& in d.l.fin.in prin.nu.21. ff. si cert. pet.& Neguſ.d.3 mēbr.nu.25. Cum tamen cessio venit faciēda alicui fideiussori, uel correo, non semper est facienda pro tota summa & in solidū, sed pro rata, quia si fit cōtra principalem ad quem peruenit tota pecunia, vel totum negociū pertinet, in solidum fieri poterit, & pro tota summa; Si verò contra correum, vel contra fideiussorem, pro rata tantum est facienda, glos. in d.l.fideiussoribus, vbi Castr. & in l.cum pupillus, ff.de tutel.& rat.distr. Spec. loco præallegato, num.20. & 23. Azo.in Sūma, d.tituli, nu.8.glos.& Bald. in d.l.1.aliàs 2.C.de duob.reis, & Bald.in d. l.si diuisa, in add.de quo per Bart. & Castr.in d.l.Modestinus, de quo etiam aliquid per Alex.in l.in lege Falcidia, nume.3.ff.ad legem Falcid. licèt si sunt plures correi, uel fideiussores, puta tres, uel quatuor, possit soluens, et actionum recipiens cessionem, agere contra unum ex cæteris in solidum, ad repetitionē soluti, detracta tamen sua 3. vel 4. parte, pro qua non potest fieri cessio, ut supra, ut tradit glo.fi.in fine, in d.l.1.& ibi Bal.in fine Spec. d.nu.20. Bart.in d.l.Modestinus, nu.10. vbi tamen temperat, & Bald.in d.l.si diuisa. Et te-
11 netur etiam hic † cessionarius actiones sibi cessas cedere con fideiussori, & correo soluēti solidum, contra alios correos, & con fideiussores, pro rata, ut per Bart.in d.l.Modesti-
12 nus, nu.11. Vltimo in hac materia † sciendū, est, quod si creditor successit fideiussori, non tenetur cedere iura con fideiussori soluenti contra se ipsum, licèt secùs esset, si succederet correo, ad quem spectat totum negocium, & ad quem emolumentum totum peruenit: quia excluditur ea exceptione, ut tradunt Paul. Alex. & Socin.in d.l. de die, §.fideiussor, ff. qui satisdare cogant.& Affliƈt.d.deci-
13 sione 182.num.12. De patre † quod non habeat hoc beneficium cum pro filio intercedat, tradit Boer.d.decisione 221.num.11.&
14 de muliere, † quæ consensit uiro alienanti, & renunciauit hypothecæ, quod agenti contra possidentem alia bona, uel obligatum pro restitutione dotis non teneatur cedere iura respectu illorum bonorum quorum alienationi consentit, tradūt Io. Andr.in add.ad Spec. in loco prællegato, nu.22. Socin.& Corn.in dictis cōsilijs Affliƈt.decisione 343.ubi limitat, nisi mulier fuisset in dolo, quod ultimum etiam tenet Castr. in d. consil.239.num.3.in princ.& Neguſ.d.3.quæstione, nu.29.

Et de duobus reis promittendi.

SVMMARIA.

1 *Duorum reorum promittendi beneficium quodnam sit.*

Correi debendi numquid possint in solidum conueniri, & grauari, & quando.

Beneficio duorum reorum debendi renunciari potest.

2 *Cessionis actionum beneficium competit correis debendi.*

Correus etiam non facta cessione repetit ab altero partem pro eo solutam.

3 *Duo rei promittendi, seu debendi an censeantur inuicem fideiubere remissiuè.*

4 *Creditor qui duos reos habet obligatos si vnum conueniat pro parte, vel partem suam debiti recepit ab vno, an videatur diuisionem fecisse.*

5 *Beneficium duorum reorum locum non habet stante statuto quod contra executionem nihil possit opponi.*

6 *Ioannes Ronchegallus laudatur.*

GLOSSA V.

ALiqui notarij dicunt, de pluribus reis debendi, & ita dicit Bart.in d. Auth. hoc ita, in 10.quæstione secundæ part.num.33.quod notarij dicunt, quod renunciauit beneficio nouarum constitutionum de fideiussoribus, & de pluribus reis debendi, sed illud de fideiussoribus additur ad cautelam, ut ibi per eum. Bald. autem in d.Auth. Hoc ita, nu.2.dicit, quod appellatur beneficium nouæ constitutionis, de duobus reis, & quia hæc uerba conueniunt dictæ Rubricæ in corpore Authent. mihi magis placet ut hoc modo describatur, quod eo modo, ut refert Bartol. Beneficium modo de duobus reis, quod datur correis obligatis, per dictā Auth. de duob.reis, coll. 7.inuenta in tit.de duob.reis, in c.autem præsente, in eo consistit, quod licèt correi teneantur in solidum, & possint, & conueniri, & exigi in solidum, l.2.ff.de duob.reis, & §.ex huiusmodi, Instit.eod. tit.cum alijs supra deductis super Clausula, Principaliter, & in solidum, tamen per dictam Authenticam datur eis beneficium diuisionis debiti, ad instar beneficij Epistolę Diui Adr. de quo supra dictum fuit, & sic non possunt in solidum conueniri, sed omnes conueniendi sunt, si sunt præsentes, & soluendo, & negocium contra omnes communiter est examinandum, sed
1 executio † facienda est contra omnes qui sunt soluendo, ut tradit Bartol.in l.tertia, §. primo, num.10.& Castr.num.5.ff. de duob. reis, &

reis, & Bald. in d. Auth. Hoc ita, in princ. & ibi etiam Bar. in 6. quæst. 2. p. nu. 28. Ad hoc igitur ut correi in solidum possint conueniri, & grauari, solet apponi in Instrumentis hæc renunciatio dictæ constitutioni, cui procul dubio renũciari potest, ut per glos. in uerbo cedere, in d. Auth. in corpore, & ibi Ang. 1. col. & in glo. fin. in d. Auth. Hoc ita, Spec. d. tit. de renunc. & conclus. nu. 17. & ibi Bal. in add. Bart. in d. Auth. Hoc ita 11. quæstione 2. par. nu. 33. Bald. nu. 5. & Salic. in 4. quæstione Castr. in d. l. 3. §. 1. & Aret. in §. 1. nu.
2 4. de duob. reis instit. Beneficium etiam † cessionis competit correis, ut supra dictum fuit in glos. præcedenti, ut tradit etiam Bald. in d. add. ad Spec. in d. tit. etiam non facta cessione repetit correus soluens ab altero partem pro eo solutam, l. 1. & 2. & ibi glos. C. eod. tit. de quo per Bart. in d. Auth. 2. quęstione ult. part. nu. 70. An autem censeantur in
3 uicem † fideiubere, latè ponit Bar. in d. Auth. Hoc ita, 4. parte 1. quæstione nu. 67. & in l. reos, ubi etiam alij, ff. eod. tit.
4 Et an si creditor † unum conuenit ex correis pro parte, uel partem suam debiti recepit, uideatur facta diuisio? ponit Castr. consi. 391. Non reperio, & Ias. in d. l. fin. in princ. nu. 7. ff. si cert. pet. latè Ripa post alios, in l. si ex toto, §. 1. ff. de leg. 1. Non habet tamen lo
5 cum beneficium d. Auth. † stante statuto, ut est Florētię, quod cōtra executionē nihil possit opponi, ut per Bal. in d. Auth. Hoc ita, nu. 2. Et quia hæc materia duorum reorum, latè est tractata per Bar. in d. Auth. & ferè in omnibus ll. eiusdem tit. ff. & latissime ac subtili
6 ter eam tractauit Excellētissimus † D. Ioan. Ronchegallus, mihi uti frater, & maior honorandus, in sua Lectura, tit. prædicti, cum etiam non pertineat ad nostrum tractatum, satis erit lectorem ad eos remittere, et ad alia procedere.

Et omni alij iuris, legum, & statutorum auxilio, & beneficio.

S V M M A R I A.

1 *Renunciatio generalis omni iuris, legum, & statutorum auxilio, & beneficio, an idem operetur ac si specialiter beneficia essent expressa.*
Et an comprehendat beneficium diuisionis, & excussionis.
2 *Renunciatio generalis omni iuris, legum & c. an tollat beneficium cedendarum actionum fideiussori soluenti competens.*
3 *Renunciatio omni iuris, legum & c. multa tollit beneficia ut hic exemplificatur.*
Mulier renuncians omni iuris, legum & c. Velleiano renunciare censetur, & beneficio ne possit carcerari maximè in materia tutelæ.
4 *Renuncians omni iuris, legum & c. censetur etiam renunciare beneficio speciali ratione indulto vt restitutionis integrum, & ne conueniatur nisi in quantum facere possit.*
Mulier quæ renunciauit omni iuris & c. censetur etiam renunciasse beneficio sibi competenti ne dos sibi retineatur.
Renunciatio generalis omni iuris & c. an censeatur includere renunciationem l. de his. ff. de transact.
5 *Renuncians generaliter omni iuris & c. an censeatur renunciare facultati petendi remissionem ob casum fortuitum.*
Renuncians generaliter omni iuris & c. an censeatur renunciare difficultati, & impossibilitati in promissione facti alieni.
6 *Renunciatio generalis omni iuris & c. an tollat remedium l. 2. C. de rescind. vend.*
Et an tollat l. si vmquam. C. de reuoc. donat.
7 *Renuncians omni iuris auxilio an censeatur renunciasse nedum iuris ciuilis, sed etiam municipalis auxilio, & beneficio.*

GLOSSA VI.

HÆc Clausula est maximæ importantię per eam enim etiam si non fuisset expresè renunciatum di-
1 ctis beneficijs † competentibus fideiussoribus, & pluribus reis, ut supra, uideretur eis renunciatum, & hæc generalis renunciatio renunciantibus noceret, ne eis uti possent, nam de beneficio diuisionis de quo supra dictum fuit, super Clausula Epistolæ Diui Adriani, & in Clausula præcedenti, quod per hanc renunciationem tollatur firmat Imola in consilio 46. In casu præmisso. Aret. in allegato consilio 33. columna pen. Guid. Papæ, quæstione 367. In aliquo contractu, ubi dicit ita practicatum, & indicatum fuisse, & Tiraquel. in repetitione l. si unquam, in præfatione, numero 121. C. de reuocandis donationib. De beneficio uerò ordinis, & sic excussionis, de quo supra dictum fuit, in Clausula de fideiussoribus, idem tradit Guido Papæ, dicta quæstione, & ante eum Baldus, in l. prima, colum. tertia, C. de conuen. fisci debit. libro 10. Aretinus, dicto consilio trigesimotertio colum. penult. numero octauo. Alexand. consilio trigesimotertio. Consultus, colum. prima, quarto uol. & latius consilio vigesimonono, numero trigesimoquarto in septimo. Est uerum, quod Alexand. Ias. & Dec. in dicta l. finali, in prin. ff. si cert.

ff.si cert.petat.tenent contrarium,sed tamen loquuntur in excussione necessaria in fideiussore indemnitatis, in qua non sat est renunciare expresè huic beneficio, in quo tamen Bald. quam Alexan.contrarium firmauerant, de quo supra diximus in Clausula, de fideiussoribus, & cum ista opinione uidetur etiam transire Tiraquel. dicto numero 121.licèt Boer.in dicta decisione 221. num. 10.dicat, aliam opinionem communiorem, quod ego intelligo in casu fideiussoris indemnitatem promittentis, ut suprà. An autem tollat exceptionem cedendarum,est maior difficultas, per ea quæ suprà diximus in
2 glos.†præcedenti; namque licèt Bald. Rom. Marf.& alij ibi citati,teneant, quod non censeatur per hanc Clausulam generalem huic beneficio renunciatum, quod etiam admittit Dec. dicto consilio 27. numero 6. & expresè firmat in consilio 99.nume. 3.& consilio prædicto 446. numero primo, & idem uidetur tenere Alexand.consilio 196.vltim. columη. 6.volum.& sequitur Paris. consilio 110. numero 98. in primo,Ripa in dicta l.si unquam, quæst. 57. nume. 118.& hanc opinionem dicit æquorem Tiraquel. dicto numero 121. Contrariam tamen partem consulendi tenuerunt Socin. & Com.in eadem causa cõsulentes,in consilijs supra citatis,primus 200.secundo volum. & secundus 51.colum. 3. in secundo, & huic opinioni videtur adhærere in effectu Affict. dicta decisione pro altera parte citata.182.numero 13.& ante omnes Bald.sibi contrarius, in consilio 4. Quæritur unum, primo uol. qui dicit hanc esse veriorem. Dec. etiam sibi contrarius, in consilio 452. numero 19.quam etiam sequitur Boer. in tractatu de potestate legati à latere,prima quæstione 8. colum.nume. 83.licèt alleget Rom. tenere hanc partẽ qui tenet contrariam; Et huic etiam parti uidetur adhærere Tiraquellus dicto numero 121.licèt etiam ipse citet pro hac parte Angel.& Dec. in consilio 27.& 446.suprà in contrarium citatos, qui eam non tenent, & quasi subdubius in neutram partem uidetur inclinare; mihi magis placet prima opinio, quæ est æquior, & iudicio meo uerior & cõmunior, per rationes pro ea parte adductas.Præter dicta beneficia fideiussoribus, & correis com-
3 petentia,dicta Clausula tollit etiam†alia beneficia,quorum plura enumerat Tiraquel.dicto numero 121. quæ quia propriè conuenit materiæ nostri tractatus,nolui omittere, per eam enim tollitur beneficium Velleiani cõpetens mulieri, quando maximè obligat se pro tutela;& beneficium ne possit carcerari, ut tradit Bartol.numero 12.& Bald.numero 3.in Authen. Matri & auiæ, C. quando mul. tutel. offic. fungi potest, & in corpore unde sumitur, ubi disponitur, matrem uel auiam omnis iuris auxilio debere renunciare, ut tutelam administrent. Idem Bartolus in l.si quis sub conditione,numer. 17.ff.de testam. tutel. Matthes. not. 109. Nota casum, Ias. in dicta l.fin.in princip.nume.4. Socin.in l.plerique,7.quæstione,numero 40.& in consilio 180. colum. tertia numero 2. volu.secundo, Ripa dicto nume.†118.Boer.dicto tractatu, dicto numero 83. etiam Tiraquellus dicto numero 121. licèt aliter obligatio esset nulla,ut per Bart. in l.antiquæ,§.fin. C.ad Velleian. sicut etiam tollitur beneficium speciali ratione indultum, ut restitutionis in inte-
4 grum, Cur.iun.consilio 18. colum. †fin. & Tiraquel. vbi supra, imo censetur renunciatum omnibus exceptionibus in fauorem renunciantis facientibus, Bal.in dicta l.prima. C.de conuen.fisci debit. lib. 10. colum. 4.& Marf. in dicta Rubrica numero 35.cum alijs citatis per Paris. dicto consilio 110.numero 22. Et beneficio dictæ l. plerique, de in ius uoc. ut quis capi non possit in domo, ut per Ias.in dicta l.colum.4.Ripa, dicto num.118. etiam Tiraquel. 121. & idem ut tollatur beneficium, ne conueniatur renuncians vltra quam facere possit, Corne.consilio 128.col. fina. in tertio. Ripa et Tiraquel. in dictis locis,tollitur etiam beneficium concessum mulieri,ne sibi dos retineatur,l.unica §. taceat, C.de rei uxor.actio.nam retineri poterit pro adminstratione tutelæ, ut consuluit Socin. consilio 126. columη. 3. in primo duplicato consilio 180. in secundo uolum. Quod per eam censeatur renunciatum dispositioni l. de his, ff. de transact.tenuit Alexander consilio 11. Viso, columna quinta in secundo. Socin.dicto consilio 200.& Dec.dicto consilio 452.numero 18. Crot. in repet. l. quartæ §. Cato. in secunda lectura, nona oppositione,numer.35.& Ripa licèt dubitet,etiam stante iuramento dicto nu. 118. sed contraria opinio videtur uerior,& communior, ut per Socin. sibi contrarium, in consilio 214. columna septima,numero sexto, in secundo uolum. & Tiraquel.in dicta præfatione,numero 145.Et licèt ibi citet aliquos tenentes saltem addito iuramento, tamen inferius numero 161. & sequent. tenet contrarium, & alios citat in eandem sententiam. Per istam etiam Clausulam uoluit Alber. in l. item quæritur, §. si exercitu, ff. locati, & sequitur Crot. in dicta nona opposition. numero trigesimo quarto, quod censeatur renunciatum facultati petendi remissionem ob casum fortuitum. Capicius decisione

87.num.

87.num.10.quod non puto verum,& plures scio tenere contrariũ,de quo inferius dicetur in promissione solutionis affictus in recompensationem fructuum, sicut etiam tenet idem Crot. quod per talem Clausulam censeatur renunciatum difficultati, & impossibilitati in promissione facti alieni,cuius contrarium tenet Paris.d.cons.110.nu.42.& sequen.de quo etiam diximus in Clausula promissionis de rato, super verbo omnibus iuris & facti, &c. An autem tollat remedium l.2. C.de rescind.vendit.quod non tradit A-
6 lexan.cons.42. Super †promisso,nu.5. in 1. Paris.cons.20.nu.99 in 1.Tiraquel.loco præ allegato nu.122.& Cagnol.in d.l.2.nu.134. An vero d.l.si vnquam, C. de reuoc. donat. disputant Ripa in d.q.57.Ruin.cons.60.nu. 17.3.vol.& latissimè Tiraq.inquid præfatione, nume. 115. & sequen. num. uidentur tenere partem negatiuam. Illud autem ultimo loco non est omittendum, quod per renunciationem omni iuris auxilio, nedum iuris
7 Ciuilis, sed etiam † municipalis auxilio seu beneficio renunciatum censeretur, ut per Rom.cõs.251. Clarissime. Dec.d. cons.452. nu.19.& Tiraquel.d.num.121.in fine,& maximè si sit dictum,iuris,& legum,secundum Ruin.consil.51.nume.21.1.vol. verum quia Mars.in d.Rubr.nu.35.dubitauit de decisio. Rom.vt tollatur omnis scrupulus,fuit etiam additum illud verbum, (statutorum) aliqua etiam pertinentia ad hanc Clausulas dicentur infrà super Clausula, omni iuris, & facti exceptione, &c.

Sibi quomodo libet competenti, vel competituro.

S V M M A R I A.

1 *Renunciari numquid possit, & quomodo iuri competituro.*
Renunciatio facta beneficijs legum,numquid requirat certiorationem dictorum beneficiorum.

GLOSSA VII.

IVri competituro potest renunciari expresse ut dictũ fuit supra in Clausula cessionis in verbo sperarẽt.fol.41.& propter hãc Clausulam Alex. in d. cons.196.col.vltima in 6. tenuit illam opinionem, quod censeretur renunciatum exceptioni cedendarum de quo
2 suprà dictum est. Sed an requiratur †certioratio dictorum beneficiorum de fideiussoribus & cæterorum facienda renunciantibus? Specul.in d.tit.de renunc.& conclus.nu.15.mouet quæstionem, & arguit ad partes hinc inde, & licèt concludat non esse necessariam certiorationem, sed sine ea renunciationem ualere, dicit tamen, quod ideo discreti tabelliones apponunt in instrumentis, & renunciauerunt tali beneficio, quod est tale, super hoc certiorati a me tabellione. Bald. autem in addit. ibi, limitat, nisi renunciantes sint personæ quæ præsumantur ius ignorare, ut mulier, & minor, qui sunt certiorandi, laudans addendam esse certiorationem,& idem tradit Mars. loquens etiam in rustico, in d. Rubrica,numer.36.si tamen adderetur iuramentum certioratio etiam in his non esset necessaria, secundum opinionem communiorem,de qua per Docto.in l.sciendum, ff. de verbor.obligat. & Mars.d.Rubrica,num. 38.& Tiraquel.in d.præfactione, num. 135. & sequent. de quo etiam inferius dicetur in Clausula renunciationis Velleiani.

CLAVSVLA XLI.

Promisserunt, & conuenerunt prædictis de Amadeis, venditoribus vt supra, agentibus, & mihi notario infrascripto, ac domino procuratori præsentibus & vt suprà stipulantibus,&c.

S V M M A R I A.

1 *Fideiussor an possit in duriorem causam, quam principalis obligari, & si sit datus pro maiori summa quam principalis an valeat saltem fideiussio pro ea summa, pro qua principalis tenetur,& infra num.3.*
2 *Plus, quot modis dicatur in materia obligationis.*
3 *Vtile per inutile vitiatur.*
4 *Fideiussor efficacius obligari potest quam principalis.*
5 *Constitutor in plus tempore obligari potest quam principalis.*

GLOSSA I.

DE verbis promiserunt, & conuenerũt, satis supra dictũ fuit super verbo promittentem,fol.185. Et quod stipulatio cẽseatur solemniter facta, si scriptum sit aliquem fideiussisse, & promisisse, ut in §.fi. Inst. de fideius. diximus super verbo,& vna cum eis, fol.199.

Sed quid si principales tenebantur in minori quantitate quam in ea pro qua fideiussor promi-

promisit, numquid ualeat promissio, & fideiussio, saltem pro ea summa pro qua tenebantur principales? Et dicendum est, quod † licèt
1 fideiussor possit obligari pro quacumq; summa pecuniarum etiam in futurum credenda principali, l. si ita stipulatus, ff. de fideius. non tamen potest in plus obligari, uel in duriorem & grauorem casum, quã teneatur principalis, ut est text. in l. Grecæ, §. illud, ff. de fideius. & in §. fideiussores, Instit. eod. tit. plus autem vel grauius quis dicitur obligari, re,
2 tempore, loco, & causa, §. plus autem, † Insti. de action. Glos. in d. §. illud, & ibi Cast. quando autem est disparitas inter obligationem principalis, & fideiussorẽ, an ualeat nec ne? Bart. post Din. ponit longam distinctionem in l. hi qui, ff. eod. quam refert ferè ad literam Aret. in d. §. fideiussores, sed in proposito nostro, an ualeat obligatio in minori summa? glo. in d. §. illud, & clarius in d. §. fideiussores, tenet, quod non: quia cum sit defectus in forma obligationis, vtile per inutile viciatur. Et ita tenent Bart. qui dicit ita communiter teneri, Bald. & Castr. in d. §. illud, Bart. Ioan. Fab. & Aret. nu. 3. in d. §. fideiussores, Roman. cons. 66. Vir eximie; & videtur cum ea transire Bald. in l. si ultra, C. eod. Et licèt hãc opinionem improbent Dec. in l. in eo, quod plus, ff. de reg. iur. Galliau. in l. 1. §. si stipulari, col. penul. 7. limitatione, num. 9. ff. de uerbor. obligat. & Crot. in prima lectura, 3. fallent. & in secunda lectura, col. fi. & Hier. Butigel. in repet. d. l. 1. §. sed si mihi, nu. 10. & 11. quod uidetur etiam tenere Christoph. Portius, in d. §. fideiussores, tamen præcedens opinio est communior, & seruaretur in practica, ut per Cagnol. in d. l. in eo quod, ante fin. & per Alciat. qui eam defendit, in d. §. si stipulari, num. 38. Quæ tamen opinio non procederet, si esset appositum iuramentum fideiussoris, ut per Bartol. in l. si quis pro eo, in princ. uersic. octauo prohibetur, nu. 15. ff. de fideius. Aret. in d. §. fideiussores, ad fi. vbi mãdat notari, & Cagnol. d. l. in eo quod, in fin. quod tenuerunt Ang. & Imo. in d. l. hi qui, & quamplures alij, quos suprà citauimus super statuto de indemnit. mulier. 2. q. fol. 53. quæ amplius non repetam, & ultra eos alios citat Didac. Hispan. qui dicit communem, licèt nimis duram, in Repet. c. Quamuis, 2. parte §. 6. nu. 4. Et si principaliter, (ut in casu huius instrumẽti) fideiussor se obligaret, ut per Bart. in d. l. hi qui, nu. 16. vbi etiam Castr. & Aret. d. §. num. 7. cum alijs suprà citatis d. 2. quæstione sed eo. 534. Sed licèt fideiussor in plus non possit obligari quam principalis, potest tamen obligari efficacius, ut publico instrumento guarentigiato, habente ex forma statuti executionem paratam, licèt principalis non esset obligatus instrumento, ut per Bart. in d. l. hi qui, nu. 11. Aret. d. §. nu. 5. Socin. in Rubrica, ff. de verbo. obli. num. 20. Mars. in d. Rubrica, ff. de fideius. 38. quæstione, nu. 293. & Rod. Suar. in declaratione l. Regni, ad lectur. l. post rem iudicatam, in ca. seu §. incipiente Visum est suprà, nu. 7. sicut etiam potest promittere penam si fuerit in mora soluendi. Bart. d. l. hi qui, nu. 12. Castr. in d. §. illud, in fi. Aret. d. nu. 5. Socin. in l. 2. §. in fideiussorem, nu. 8. ff. qui satisd. cogant. Ripa, in d. l. 1. §. si quis ita, nu. 16. ff. de verbor. oblig. & Mars. d. quæst. num. 291. & 292. De
5 constitutione † verò, quod in plus tempore obligari possit, probatur in l. si citeriori, ff. de constit. pecun. Bart. in d. l. hi qui, nu. 9. Castr. in d. §. illud. Aret. in d. §. fideiussores, col. 2. vers. circa quintum.

Dare soluere, & numerare eisdem de Amadeis, & suis vt suprà, ac dicto procuratori vel domino eius principali.

S V M M A R I A.

1 *Promittens soluere alicui solutioni adiecto, potest soluere si vult, sed ei non est obligatus, puta si dictum sit promitto tibi, quod soluam Titio.*
Fideiussio data pro promittente soluere alij solutioni adiecto puta Titio, non ualet.
2 *Procuratori non habenti legitimum mandatum soluens precium uigore contractus cum eo initi, an liberetur.*
Filio contrahenti rectè soluitur.
3 *Fideiussor numquid, & quando possit in mercedem ac præmium suæ fideiussionis aliquid recipere licitè sine vsurarum suspicione, & labe.*

GLOSSA II.

Sed quid si fuit etiam promissum soluere alicui adiecto solutioni, puta Titio, iuxta l. eum qui, §. qui sibi, cum ibi not. ff. de verborum obligatione, & §. planè, Instit. de inutili stip. certè potest ei solui, ut in dictis iuribus, sed tamen promittens ei non est obligatus, adeo
1 quod non ualeret † fideiussio, si huic adiecto præstaretur, ex quo promittens ei non est obligatus, l. si mihi, aut Titio, ff. de fideius. & facit l. sed etsi filiofamil. §. primo, ff. de constitut. pecun. tradit Azo. in Sum. de fideiussoribus, numero 3.

Et quia

Et quia hic fit promissio soluendi precium procuratori vendenti, qui precium recipere potest, si habet mandatum, ad uendendum, ut conclusum fuit suprà super verbo, de quo precio, &c. sciendum est, quod etiam si non haberet mandatum legitimum ad uendendum, tamen soluens uigore contractus cum eo celebrati, liberaretur à debito precij uigore illius contractus, quod procedit, nisi sciret eum non habere potestatem exigendi pre-
2 cium, & ipse † procurator non esset soluendo, ut probatur in l. filiæ, & ibi Bart. & Castr. ff. de solu. & in l. si vrbana, & ibi expresè Pau. Castr. num. 2. ff. de condict. indeb. vbi ijdem Doct. loquuntur in prædone, prælato intruso, & similibus, quibus ex suis contractibus solui potest, & de filio contrahente, quod possit sibi solui, probatur ex textu in l. quod seruus, ff. de sol. & in l. quod seruus, ff. depossiti. & tradit Ias. & alij, in allegata supra l. filius, C. de pactis.

Sed numquid fideiubens pro aliquo, possit aliquam mercedem uel premium aliquod
3 recipere à debitore pro † sua fideiussione, licitè sine labe usurarum, & tenendum est quod sic, per tex. in l. si remunerandi, §. fi. ff. mandati, in l. hoc iure, §. 1. ff. de donat. & utrobique Doct. tradit Bald. et per illum text. in l. antiquę, in princ. C. ad Vellei. & est cõis opinio tam Legistarum quam Canon. ut tradit Didac. Couar. 3. lib. resolut. c. 2. nu. 6. licèt ipse illam limitet procedere, nisi inspecta qualitate, & conditione debitoris nullum immineret periculũ fideiussori, quo casu pactio illa, ficto, & simulato periculo in fraudem usurarum inita cenferetur, ut per eum ibi.

Intra tempus, & terminum duorum annorum proximè futurorum.

S V M M A R I A.

1 *Terminus solutioni præfixus in emptione quando, & a quo tempore currere incipiat, & num. sequ.*

2 *Tempus ad legatum præstandum præstitutum an incipiat currere a die mortis, an uerò a die adita hæreditatis.*

Venditor an a traditione per constitutum sit liberatus.

Venditor non potest rei precium petere ante traditionem.

Tempus solutioni præfixum non debet prius currere quam ipse uenditor agere possit.

Emptor licet sit facta traditio ipsi per constitutum, compellere tamen potest uenditorem ad actualem traditionem.

3 *Tempore solutioni præstituto, an, & quando in principio, vel in fine temporis sit facienda solutio.*

4 *Solutio est facienda in fine anni si dictum sit, quolibet anno, secùs si dictum sit singulis annis secundum gloss. sed malè, ut hic.*

Tempore præstitato causa limitandæ obligationis, ut quia promissor non vult teneri, nisi usque ad certum tempus numquid ex spectari debeat finis, an uerò statim agi possit.

Solutio numquid in principio sit facienda si promissio sit facta de soluendo usque ad Pascha, vel nundinas.

5 *Solutio facienda est in tribus terminis iuxta conuenta de quibus terminis intelligatur, an de tribus annis.*

Soluere obligatus triennio certam summam singulo anno ratam soluere debet.

Soluere promittens annis, mensibus, vel diebus, de duobus proximis intelligitur.

Sicut etiam si promisisset soluere in diebus illis, nisi iocosè esset dictum.

In diebus illis uerba secundum uulgum tempus infinitum videtur importare vel numquam.

Et ita respondit dæmon cuidam incantatori.

6 *Tempore ad soluendum simpliciter dato si non est dictum quid uel quantum de quanto intelligendum sit.*

Tempus mensis si datum est incipit eo die, & finit eodem die mensis subsequentis licet inciperet de mense Februarij.

7 *Venditio non valeret si esset dictum quod emptor precium quandocumque vellet solueret.*

8 *Creditor numquid possit agere ante tempus solutioni præfixum, & si agat numquid in aliquo puniatur.*

9 *Creditor potest agere ante tempus solutioni a lege præfixum, sed debitor non potest condemnari nisi adueniente die, quod in quibus casibus procedat uide hic.*

Afflictus a Cagnolo defensus.

10 *Debitor regulariter potest soluere ante tempus solutioni præfixum.*

GLOSSA III.

Sed quo tẽpore terminus iste biennij initium accipere debet? Et dicendum est, quod tempore factæ traditionis rei, per l. tali, in princip. ff. de iure dot. Ita determinant Bart.
1 † & communiter omnes, in l. si cui legetur, in princ. ff. de legat. 1. vbi Ias. num. 16. Aret. cons. 94. ad fin. Ruin. consil. 63. num. 1. in 5. vol. Corn. cons. 245. col. fin. 4. vol. Socin. in l. si in diem, num. 7. ff. de cond. & demonstr.

& alij quos citat Tiraquel. in tractatu de retract. tit. 1. §. 1. glos. 10. num. 108. & idem sequitur tit. 2. §. 2. glos. vnica, num. 16. Idem tenuerunt Gozad. & Cagnol. in Repet. l. 2. C. de pact. inter. empt. & uendit. primus q. 7. secundus quæstio. 37. num. 152. quod tamen procedit nisi tempus esset additum in specie, ut in festo Pascatis præsentis anni, ut Bald. tradit in l. fin. §. 1. in lectura antiqua, ff. de rescind. vend. vbi dicit, quod tali casu tempus currit, sine tamen præiudicio emptoris, & idem tenet in Rubrica, C. de contrahen. emption. quæst. 23. sequuntur Aret. Alexander, & Ias. in d. l. si cui. Socin. d. num. 7. Gozad. & Cagnol. locis præallegatis. Et idem si sit dictum ab hodierna die usque ad annum, nam tunc censetur tempus appositum in specie, secundum Salic. in l. 2. ad fin. C. de contrahenda empt. & ita limitat Ant. de Butr. in cons. 57. In quæstione surgente. sequuntur Aret. & Ias. num. 20. in d. l. si cui, & Cagnol. d. nume. 152. & Tiraquel. in d. tract. de retract. titul. 2. §. 1. glos. 2. num. 63. licèt Corn. aliter uoluerit in d. cons. 255. cuius opinio ob dictas decisiones non procederet, & distinguit Socin. in d. l. si in diem, ad fin. nihil tamen facit si sit additum, ut in hoc instrumento, proximè futurorum, quia id etiam erat in d. l. tali. Et ita etiam firmat Socin. d. nu. 7. Alciat. cons. 73. 1. dub. lib. 8. sic etiam similis fit interpretatio
2 in legato † relicto per testatorem, soluendo intra certum tempus, quia illud tempus non currit à die mortis, sed aditæ hæreditatis, l. statu liberos, §. si quis hæredi, ff. de statu liber. vbi est etiam verbum, proximos, tradit Abb. & alij, in capit. nos quidem, ubi Didac. Hispan. num. 1. & sequent. de testament. sed inquantum Gozad. & Cagnol. in locis præallegatis censent tempus ad retroemendum assignatum ex pacto, censeri initium capere tempore traditionis rei, id non videtur tenendum, ut per Tiraquel. d. tractatu titulo 2. §. 1. glos. 2. num. 63. nec rationes quibus mouentur Doctores in hac quæstio. ad firmandum tempus ad soluendum precium, initium accipere à tempore traditionis, habent aliquid commune, uel conueniunt cum illa. Sed si traditio fieret per constitutum, ut fit communiter in omnibus instrumentis, non tamen tempus tunc inciperet occurrere, sed tempore actualis traditionis, ut tradit Gozad. d. 7. quæst. contra tenet Cagnol. in q. 38. nu. 153. cum uenditor à traditione per constitutum sit liberatus, ut per Doctores in l. ab emptione, ff. de pact. quæ opinio si uera esset, quæstio ista raro accideret, cum ut dictum est in omnibus instrumentis uenditionum apponatur constitutum, sed solum in uenditionibus rerum mobilium, uel de quibus non fierent instrumenta locum haberet, tamen plus placet opinio Gozad. quia inter cæteras rationes adductas per Doct. in dictis locis, & præsertim per Ias. post Alex. in d. l. si cui, nu. 16. ad firmandum dictam decisionem una est potissima, quod non potest uenditor petere precium ante rei traditionem emptori factam, l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empt. quod etiam tradit Tiraquel. d. glos. vnica, num. 57. non mirum igitur, si tempus præfixum solutioni non debet prius currere quam ipse uenditor agere possit, quæ ratio militat etiam facta traditione per constitutum. Nec est verum simpliciter, quod uenditor per constitutū sit liberatus ab actione ex empto, quia imo potest agi contra eum ad actualem possessionis traditionem, ut latè tradit Tiraquel. in tractatu de constitu. 1. par. nu. 10. & firmat idem Cagnol. in l. contractus, nu. 27. col. 3. ver. sed licèt. ff. de reg. iur. Ruin. cons. 94. nu. 1. vol. 2. & Io. Bapt. Plotus in Repet. l. si quando, nu. 172. C. Vnde vi.

Solutio autem facienda est in fine termini duorum annorum, sicut si esset dictum in-
3 fra terminum † unius anni, l. qui hoc anno, cum ibi not. ff. de verbor. obligatio. & §. qui hoc anno, Instit. de inutili stipulatione, & facit l. quod quis, ff. de action. & obligat. & in hoc concordant omnes, quando unica solutio est facienda, licèt Bart. in d. l. qui hoc anno, & nonnulli alij distinxerint, an tempus in accusatiuo, uel in ablatiuo apponeretur, de quo etiam per Bald. post Bart. in d. l. si cui, in principio, ff. de leg. 1. nam contrarium tenet idem Bald. in l. prima num. 11. C. quando dies leg. ced. Alexan. & Ias. in dicta l. qui hoc anno, & in dicta l. si cui, & Aret. in §. at si ita stipuleris, prima col. ff. de verbor. obligatione, & in d. §. qui hoc anno. Secus verò, si essent faciendæ plures solutiones annuæ, quia tali casu in principio cuiuslibet anni facienda est solutio, quod procedit si causa multiplicandæ obligationis dispositio uel promissio fiat, dicto §. at si ita stipuleris, & dicta l. prima C. quando dies leg. ced. & l. nec semel, in fine, ff. eodem titulo. & est communis opinio, ut per omnes, in d. l. qui hoc anno, nisi causa differendæ solutionis solutio in plures annos diuisa fuerit, ut in casu huius contractus, l. lecta, ubi Cagnol. 15. not. numero 93. ff. si cert. pet. & dicta l. nec semel, in principio, & tradunt omnes, in dicta l. qui hoc anno, & in dicta l. si cui, in principio, & Aretin. in dicto §. at si ita stipuleris, prima columna. Et idem nisi sint præstandi certi fructus alicuius rei, quæ in principio anni haberi non possunt, l. Firmio, §. pater, ff. quan-

quando dies legat. ced. Bartolus & alij, in d.l. qui hoc anno, uel si aliquid per partem est implendum, quia in fine, & post implementum, & non ante petere potest. Alex. & Ias.in d.l.qui hoc anno,& Aretin.d.§.2.col. nu.5. Et idem in fine temporis debetur, si sit dictum quolibet anno,glos.2.in d.§.qui hoc anno, secùs si sit dictum singulis annis, ut per glos.in d.§. at si ita stipuleris, & in d.l.1. verbo annuos,sed tamen opinio dictę primę glos. reijcitur, quia utroque casu saluis casibus prædictis solutio in princ.anni est facienda, ut probatur in d.l.nec semel, §. nouissimè, vbi idem si dicatur in annos, uel quotannis seu annuos, gl.in d.l.1. & in d.§.an si ita stipuleris,ver.annuos. Bar.in d.l.qui hoc anno,in princ. & Aret.in d.§.1.col. nume.2. hoc enim casu,cum plures solutiones sint faciendæ pluribus annis, habet locum regula tradita in locis prædictis, & carmina posita in glos. & relata per aliquos ex Docto. suprà citatis

Annua si debes, tunc inspicies caput anni.
Anno si debes, in fine teneberis anni.

Sunt vera, si vnica solutio tantum anno uno est facienda, non si pluribus,ut suprà, & per Bald.in d.l.1.nu.2. vbi idem dicit, si sint promissa decem ꝑ primo anno,& decem secundo anno. Quando autem tempus est appositum cā limittandæ obligationis, ut quia promissor, vel fideiussor non uult teneri, nisi usque ad certum tempus, l. eum qui ita, §. qui ita,ubi not.Bar.& alij,ff.de verb.oblig. & in fideiussore est text.in l. pen.ff.de fideius. non expectatur finis,sed statim agi potest, ut per omnes,in d.l.qui hoc anno; Si verò fiat promissio de soluendo usque ad tempus,puta pasca,uel nundinas,sunt opiniones,ut per Are. in d.§.qui hoc anno,nu.1.qui tenet, quod in principio sit facienda solutio, licèt secùs si sit facta promissio de soluendo singulis annis, usque ad decem annos. Alex.post Imol.in d. l.qui hoc anno,num.5.

Quid sit facta promissio de soluendo in tribus terminis? Bart.censuit de tribus annis in
5 telligendum fore, in† l.3.per illum text.in fine,ff.de annuis legat. quem sequitur Roma. & Alex.in l.qui bona,§.fi.ff. de dam.infecto. Alex.in l.eum qui calendis, quam legit cum §.fin.l. præcedent.ff.de verbor.obligat. Contra tenent Imola, & Roman.ibi,sed quod ille text.in d.l.3.non probet opin. Bart.tenent ibi Com. & Ias.in d.l.eum qui calend.. nu. 3. & plenè comprobat Didac. Hispan. libr. 2. Var.resolut. c. 11.nu.5. vbi ponit de solutione facienda annua, bima, trima die, scilicèt primo,secundo,& tertio anno, de quo etiam Cagnol.dicit 15.not.nu.97. sed si certa summa triennio sit soluenda, singulo anno tertiam ratum soluendam esse censet Didac. d. num.5.vers.primam hanc. Si uerò promissio sit facta de soluendo annis, mensibus, uel diebus, de duobus proximis intelligendum est, l.inter illam,§.1. ff.de uerbor. significat. gl. in d.l.eum qui calendis, in princ. Tiraquel.in repetitione l.boues,§.hoc sermone, in regula,num.22. & idem est si diceretur promitto soluere in diebus illis, quod secundum commune vulgare, tempus infinitum uidetur importare,uel numquàm, ut refert Castr. in d.l.eum qui calendis, in princ.eo sensu fuisse responsum per dęmonem cuidam mago, seu incantatori ipsum interoganti, quando salua retur, nam ualida censetur huiusmodi promissio, & debetur solutio elapsis duobus diebus.Bart. Castr. Alex. & Ias. in d.l.in princ. Ang. citatus per Alex.ibi,& Aret. in §. omnis stipulatio,nu.4.Instit.eod. tit. de verbor. oblig.contrarium tñ tenent Imola, & Rom. ibi, Alciat.verò in d.l.inter illam,§.1.hoc remittit ad arbitrium iudicis,ut inspiciat an serio, uel ioco sit facta promissio, & idem tradit Didac.loco præallegato, vbi etiam terminum ad soluendum esse hoc casu debere arbitrarium iudici autumat,ut per eum ibi, ad finem. Sed si simpliciter sit datum tempus ad soluendum, nec sit dictum, quod, uel quan-
6 tum,an de uno anno† uel decēnio intelligendum sit, uidenda sunt quæ allegat Tiraquel. qui hanc secundam partem tenet in tractatu de retractu, tit.1. §.1.glos.10.nu.7.& in tractatu de præscription.§.1.glos.4.col.9. vbi si sit dictum tempora in plurali vel dimidium temporis,de quo Bald.in l.usuræ, C.de usur. & idem Tiraquel. clarius in dicto tractatu, titul.2.glos.2.nume.4. si autem daretur tempus mensis ad soluendum eo die quo incipit tempus alterius mensis, puta 15. Febr. incipit tempus, & 15. Martij finem accipiet, tametsi ille mensis non habeat regulariter nisi 28. dies, Aret. in dicto §.qui hoc anno, num.3. Bart. & Alciat.in l.cum bissextus, ff. de uerborum significatione.

Illud tamen notandum est, quod non ua-
7 leret uenditio† si esset dictum, quod emptor solueret precium quandocumque uellet, quia esset obligatio potestatiua, non necessaria. Bald. in l.in uendentis, 2.col. C.de contrahenda empt. Fab.d.tract.d.5.quæst.num. 21.de empt.& uendit.

Sed an antè tēpus pręfixum solutioni possit creditor agere? & dicendū est qđ nō, aliàs
8 duplicantur† inducię, sed tempus illud statutū ad soluendū §.hodie aūt, Inst.de excep.ca. 1.de plus peti.habetur per Bar. & oēs,in l.pecuniam, ff.si cert.pet.vbi declarant, quod in

agente ante conditionem, & quod tempus sit duplicandum limitando hanc regulam aliquibus casibus, & Doct. in §. si quis agens, & in versi. seu, §. sed hæc quidem, Instit. de action. Si tamen ageretur, nec opponeretur per reum hæc exceptio, agis ante diem, procederet iudicium, & posset condemnari reus ad soluen. non pure, si ex eodem met instrumento constat, quod adhuc non est finita dilatio, & non uenit dies, sed adueniente die, ut per Bartol. & alios, in l. lecta, ubi Cagnol. num. 159. & sequent. ff. si cert. pet. & Ripa in l. ita stipulatus, num. 87. ff. de verbor. oblig.

9 Si tamen † dilatio sit concessa à lege miserationis causa, ut in dote restituenda, l. unica, §. exactio, C. de rei uxor. actio. potest actor agere ante tempus, non ut sibi ante tempus soluatur, sed adueniente die. Ripa in d. l. ita stipulatus, nume. 79. vers. quarta utilitas, ubi conciliat opiniones, & in l. intra dies, in princip. ff. de re iudic. Afflict. decisione 279. ad quos se remittit Cagnol. in d. l. lecta, nu. 166. & tenet in l. in omnibus obligationibus, nu. 16. ff. de reg. iur. licèt ibi reprehendat inaduertenter Afflict. in dicta decisione qui non dicit id, ad quod ipse eum allegat, ad quod uidendus est Ripa qui generaliter tenet per illum text. posse agi ante diem, ut tamen fiat condemnatio ad soluendum adueniente die, in l. in illa stipulatione, num. 9. & 10. ff. de verb. oblig. & Paul. de Castro, quod est contrarię sententię in l. continuus, §. cum

10 ita, num. 2. ff. de verbor. oblig. Vltimo † sciendum est, quod regulariter potest debitor soluere ante tempus præfixum solutioni, & maximè, quando eius gratia est additum, d. l. qui hoc anno, ubi omnes, & l. qui Romæ, in princip. & ibi tradunt Doctor. hanc regulam limitantes, ff. de verbor. obli. Aret. in d. §. qui hoc anno. Dec. & Cagnol. in l. cum tempus, ff. de reg. iuris.

In Ciuitate Ferrariæ.

SVMMARIA.

1 *Solutio absque alio si nil dictum sit regulariter in contractus loco est facienda.*
Forum sortimur diuersis ex causis, & præcipuè ratione contractus.
2 *Contractus censetur celebratus in eo loco vbi solutio est destinata.*
3 *Promissione facta de soluendo certo loco numquid statim reus possit conueniri.*
Promissio facta hodie Ferrariæ de soluendo hodie Romæ, non ualet tamquam impossibilis.
Debitori promittenti soluere in certo loco dilatio iudicis arbitrio est præstituenda.
Sicuti & eius fideiussori.
Fideiussor non potest conueniri antequam possit conueniri principalis.
Solutio si non sit facta loco conuento actio arbitraria competit, qua iudex arbitratur alteram partem in plus, uel minus teneri, quam sit summa promissa.
4 *Solutione certo loco promissa debitor non potest inuito stipulatore alibi soluere nisi soluat etiam interesse respectu loci.*
Debitor qui promisit soluere certo loco in loco contractus conueniri nequit, nec alibi, sed in loco tantum destinato, & infra nu. 6. in fi. vbi unde.
Declara tamen, & intellige ut hic.
5 *Solutione pluribus in locis destinata, quo loco soluendum sit.*
6 *Creditor si non potest accedere ad locum solutioni destinatum, numquid possit in loco domicilij rei, uel alibi petere.*
Solutionis locus numquid sit in libello exprimendus.
Solutionis in alto loco faciendæ destinatio numquid possit fieri etiam ex interuallo post contractum.
Solutionis locus tacitè aliquando destinatur incipiendo puta illam in uno loco facere.
Solutio si est destinata in uno loco, & dies solutioni præfixa, licèt reus die statuta non fuerit in loco illo, si tamen actor etiam illuc non accessisse probetur, non incurrit debitor moram.
Limita tamen ut hic.
Debitor si fuit in loco solutioni destinato die præstituta numquid, & quãdo excusatur à mora.
Debitor quibus casibus teneatur perquirere creditorem.
7 *Debitor numquid, & quando teneatur accedere ad domum creditoris pro solutione facienda distinguitur.*
Debitor numquid debeat proprijs expensis rem soluendam ad domum creditoris deferre.
Debitor, si creditor mutauit domum ad quam tenebatur deferre pecuniam, numquid teneatur ire ad mutatam.
8 *Debitor numquid teneatur domi suæ facere protestationem per se non stare ex quo creditor non accessit recepturus ab ipso solutionem.*
9 *Solutio rei nõ censetur in dubio aliquo certo loco destinata si est faciẽda in genere secus si in spẽ.*
10 *Solutione destinata in aliquo loco, creditum ibi esse censetur, & in eo statuta, & consuetudines illius loci sunt seruanda.*

GLOSSA IIII.

CVm omnes partes essent, seu fingantur Ciues Ferrarię, & contractus ipse in hac Ciuitate fingatur celebratus, non esset opus addere hãc Clausulam, quam tñ pleriq; tabelliones ad ma-

ad maiorem declaratione apponunt, quia si addita non sit, subintelligitur, ut sit facienda in loco contractus, l. hæres absens, §. primo, & ibi Bart. & alij, ff. † de iud. Ias. in §. plus au-
1 tem, nume. 20. Instit. de action. vel magis in loco, vbi petitio est facienda, quam in loco, ubi reus sortitur forum facienda est, quando non est actum in quo loco facienda sit, l. fin. ff. de triticar. tradit Socin. in l. cum filiusfamilias, §. fin. ante finem, ff. de verbo. obligat. & Bartol. & alij, in l. vinum, vbi Cagnol. nu. 58. ff. si cert. pet. Sortitur modo forum in pluribus locis ex diuersis causis, cap. fin. cum ibi latè traditis per Canon. de foro compet. & de foro quod quis sortitur ratione contractus, habetur in c. Romana, §. contrahentes, eod. tit. in 6. super cuius materia plura abundè scripsit Didac. Couar. in c. 10. suarum practic. quæst. ad quem recurrēdum est. Interim aliqua de hac Clausula qua in aliquo loco per partes solutio facienda destinatur, cuius causa hæc Clausula hic addita est, uideamus.

2 Et primo sciendum est, quod † contractus censetur celebratus in eo loco in quo solutio destinata est, l. contraxisse, ff. de action. & obligat. tradit Castr. in l. 1. numer. 3. ff. de eo quod certo loco, Ias. in d. §. plus autem, nu. 15. & Cagnol. in d. l. vinum, nume. 57. in tantum, q. Bald. in l. multum interest, quem ibi sequitur Salic. col. fin. num. 11. C. si quis alteri uel sibi, qđ propriè, & uerè censetur ibi celebratus, adeo, quod statutum loquens de soluenda gabella pro contractu, in hoc locum sibi uendicare deberet; quod etiam tenent alij, quos citat Ias. qui licèt subdubiis in hac partem videtur inclinare, d. nu. 15. & refert Felin. d. cap. fin. nume. 18. quod tamen non est uerum, & contrarium est verius, & magis communiter tenetur, ut per Aret. in §. præterea, nume. 31. Instit. de action. Felin. dicto numero 18. & Ripa in cap. 1. num. 62. de iudic. Et quando promissio fit de soluendo certo loco, non statim potest reus conueniri, sed ipso iure censetur † adiectum tempus quo pos-
3 sit illuc accedi: immò, non ualeret promissio facta hodie Ferrariæ de soluendo hodie Romæ, tanquam impossibilis, text. est in §. loca, Instit. de verbor. obligat. arbitrio tamen boni uiri idest iudicis debet dari reo dilatio congrua ad accedendum ad locum destinatum pro solutione facienda, l. continuus, §. cum ita, ff. de uerbor. obligatio. licèt si citius illuc peruenerit, statim teneatur, ut ibi, quamuis in iudicialibus tempus itineranti sit præfixum 20. millia passuum, pro quolibet die, l. prima, ff. si quis caut. Et quod aliter non ualeat stipulatio, probatur etiam in l. 3. §. si quis ita, il secūdo, ff. de eo, quod certo loco, qđ tamen uenit declarandum, nisi partes conuenissent, ut eo die solutio per procuratores uel agentes suos in eo loco quos antea illuc destinassent solutionem huiusmodi facere, & recipere deberent l. fin. §. si inter eos, ff. de uerbor. oblig. glos. fin. in d. §. loca, & in dicto §. si quis ita, in fine, vbi Bart. Et quod dictum est de reo, quod dilationem hāc ad illuc commodè accedendum habere debet, & aliàs non constituitur in mora, procedit etiam in fideiussore, l. si testamento, §. fin. de fideiuss. ita quod licèt reus potuisset in loco destinato solutionis conueniri, ut quia ibi esset, uel illuc citius accessisset, si tamen fideiussor adhuc illuc accedere non potuisset, conueniri non posset, ut ibi, & tradit Castr. in dicto §. si quis ita, sicut econtra non teneretur fideiussor, licèt primo accesserit ad locum destinatum, uel in eo esset antequam laberetur tempus quo reus posset illuc accedere, quia non potest conueniri antequam possit conueniri principalis, dicto §. fin. & l. fideiussor, la terza, ff. de fideius. Propter locum autem additum promissioni, & solutioni, datur actio arbitraria, qua iudex arbitratur alteram partem in plus, uel minus teneri, quam sit summa promissa, propter solutionem in loco conuento non factam, dicto §. præterea, gloss. Bartolus, & Castrē. in l. vnica, C. ubi conueniat qui certo loco dare promis. hoc modo declarantes, quare dicatur actio arbitraria, nam habetur ratio tamen actoris, quam rei, propter locum, l. secunda, in principio, & l. tertia §. nunc de officio, ff. de eo quod certo loco, & habetur in dicto §. præterea, qua actione arbitraria tenetur etiam fideiussor, l. centum Capuæ, & l. fina. ff. eodem titulo. Et cum facta est promissio de soluendo certo destinato loco, inuito sti-
4 pulatore non potest † promissor alibi soluere, l. penult. ff. eodem titulo, nisi tamen soluat etiam interesse creditoris respectu loci, l. qui Romæ, in principio, vbi omnes, ff. de verborum obligatione, & tradunt Bartolus, & Castrē. in dicta l. penult. Nec potest etiam in loco contractus debitor conueniri, quia conueniendus est in dicto loco destinato, l. quæro, ubi Bartolus, ff. de solution. glos. Bartolus Bald. & Castrēs. in dicta l. prima, ff. de eo quod certo loco, & in dicta l. prima, C. eodem. Ias. in dicto §. plus autem, numero 18. Felin. in dicto capitulo fin. numero 19. & Ripa in dicto capit. primo, de iudic. numer. 63. vers. tertia conclusio, nisi tamen in loco contractus debitor haberet domicilium, ut per Ias. & Felin. in dictis
5 locis. Est verum, quod † si in loco destinato non reperiatur reus, poterit in quolibet alio

loco conueniri, in quo tamen aliàs forum sortiatur, ut per glos. in d. l. 1. ff. de eo quod certo loco, & in l. 1. C. eod. & glos. in d. §. plus autem, in verbo sine commemoratione, licèt Bart. in d. l. 1. ff. eod. tit. post Nic. de Mattarel. voluerit, quod etiam in alijs locis ubi forum non sortitur, tali casu conueniri possit. quam opinionem dicit ibi Bald. esse consonam iuri, tamen contraria glos. est communis, ut ibi ipse fatetur, & tradunt ibi etiam Castr. & Aret. in d. §. præterea, nu. 31. & Ias. in d. §. plus autem, licèt uideatur corruptus, nu. 18. Sed si solutio non in uno tantum loco, sed in pluribus copulatiuè destinaretur, in quolibet pro parte, & rata agi potest, & debet, d. l. 3. §. 1. ff. de eo quod certo loco. Si verò alternatiuè, est in electione actoris petere in quo magis uelit, licèt reus possit ante litem contestatam soluere, etiam in loco ubi non fit petitio, si magis sibi libeat, post lit. contest. non, d. l. 3. in princ. vbi glos. & Doctores.

Sciendum tamen est, quod si creditor non posset accedere ex aliqua iusta causa ad locum
6 cum destinatum solutioni, † ut quia esset relegatus uel bannitus ab eo, posset in loco domicilij rei solutionem petere vel in alio loco ubi reus sortiretur forum. Bald. in l. vsuras, C. de solut. Ias. in l. 2. quæst. 39. num. 95. C. de iure emphyt. & Rum. cons. 32. num. 8. in 5. vol. vel si propter pestem, ut tradit Ripa in tract. de peste in tit. de priuil. contract. causa pest. nu. 2. An autem in libello sit exprimendum solutionem fuisse promissam certo loco, habetur in l. 2. §. fin. vbi Bart. & idem Bart. in d. l. 3. in princ. nu. 8. ff. eod. tit. de eo quod certo loco. Aret. d. §. præterea, num. 31. 3. col. vers. item ad alium finem, & Ias. in d. §. plus autem, nu. 14. vbi uidendum est. Et quod æstimatio solutionis in alio loco faciendæ possit etiam fieri ex interuallo post contractum, ponunt Aret. & Felin. in d. c. fin. nu. 17. in fine, de foro compet. vbi quod etiam tacitè incipiendo facere solutionem in uno loco, ut ibi per eos. Vnum tamen non est omittendum in hac materia, quod si solutio in alio loco est destinata, & præfixa certa dies solutioni, licèt reus die statuta non fuerit in loco illo, si tamen etiam actor illuc non accessisse probet, non incurrit debitor moram, l. item illa, in princ. & ibi Bart. & omnes, ff. de constit. pecun. Alex. cons. 172. Visis, & oportunè, col. 2. in 2. vol. 41. Visis in 4. vol. 210. col. 1. in 6. Dec. cons. 566. & latè Tiraquel. in tract. de retractu, tit. 1. §. 15. glos. 2. nu. 10. quod limitat Ioan. de Amic. in cons. 152. procedere in casu quo creditori constaret debitorem nõ posse in loco destinato rem tradere, ex multis per eum citatis ibi, super qua limitatione amplius esset deliberandum, cum habeat contradictiones, ut per eum ibi. Sed si debitor die statuta fuerit in loco destinatæ solutionis, et non fuerit interpellatus ad soluendum, non incidit in pœnam, secundum Ioan. Fab. & Aret. in d. §. loca, in fine, quod tamen intelligo procedere, si fecerit diligentiam in perquirendo in loco creditorem, ut excusaretur à mora, iuxta ea quæ tradit Bal. in d. l. item illa, in princ. nu. 12. & sequent. quem sequitur Abb. in c. significante, de pignor. vbi declarat, quibus casibus teneat perquirere debitor creditorem, & per Gozad. cons. 58. vbi nu. 12. vult, stante iuramento teneri debitorem, si cõstet creditorem fuisse in loco destinato. Dum autem supradictum est, debitorem in loco destinatę solutionis posse, & debere conueniri, debet intelligi si ibi inueniatur, secus si ibi non inueniatur, per d. §. cohærentes, quia non potest ibi conueniri nisi ibi aliter sortiatur forum ut diffinitiuè condemnari possit, ut per Ripam in d. c. 1. nu. 64. 4. conclusione, ubi tamen pluribus modis limitat, de quo etiam per Didac. d. c. 10. nu. 4. & seqq.

Sed nunquid debitor teneatur accedere ad domum creditoris pro solutione facien-
7 da, uel è contra, quando non est destinata solutio in aliquo speciali loco, ut hic? Bart. in d. l. item illa, in princ. nu. 9. post glos. & antiquos distinguit notabiliter, quem cæteri sequuntur communiter ibi, quod quando sunt eiusdem fori contrahentes, seu partes, debitor tenetur accedere ad domum creditoris ad soluendum pecuniam debitam. si uerò sint diuersi fori, ut quia vnus habitat in una Ciuitate, alius in alia, eiusdem etiam Domini, vel præsidis, uel etiam vnus in Ciuitate, alius in Comitatu territorio, ut per eum ibi, nu. 13. & tunc debitor non tenetur accedere ad domum creditoris, sed creditor tenetur accedere ad debitorem, & hoc casu sat est, si debitor domi suæ protestetur per se non stare, quin solueret, si haberet cui. Hanc etiam opinionem quod non teneatur tali casu debitor, tenet Bald. in l. acceptam, 12. q. nu. 12. C. de vsur. Socin. post alios, in l. cum filius, §. fi. ff. de uerb. oblig. Aret. d. §. pręterea, nu. 35. Ias. in l. 2. q. 37. nu. 92. & q. sequen. C. de iur. emphyt. Alex. cõs. 92. Perspectis, col. 4. in 1. Gozad. cons. 71. nu. 7. Ponunt tamen Doct. plures casus in locis prędictis quibus tenet debitor accedere ad domum creditoris, etiam si sit diuersi fori, ut qñ solutio sit faciẽda respectu rei existentis in foro creditoris, ut per Bart. post Guil. ibi, quem alij sequuntur, & idem si solutio respiciat commodum personę, l. quod nisi, ff. de oper. libert. Bartol. & Castrens. in dicta l. item illa, uel si uolo aliquem

quem

quem mihi obligare, vel mihi aliquid acquirere, ut per eos ibi, & per Tiraquel. dicto titulo primo §. 9. glos. 3. numero 6. vel si reus iam incurrit moram, & vult etiam purgare, addit Aret. in d. §. præterea, nu. 35. quando quis tenetur ex delicto, c. 1. de raptor. his casibus teneatur debitor ad creditorem accedere. Cuius autem expensis res soluenda sit deferẽda ad domum creditoris, habetur per Bart. & Castr. in d. l. item illa, in fine, Bald. tradit in d. l. acceptam, nu. 24. Aret. d. nu. 35. Ias. in d. l. 2. quæst. 41. num. 77. & de expensis tam vecturæ, quàm Gabellæ, Bart. in l. 1. de alim. lega. Bal. in l. acceptam, 15. quæst. & Salic. 3. oppos. col. 7. & 8. C. de vsur. & Bertach in tract. de Gabell. in 7. par. quæst. 2. & 16. numero 37. sed si creditor mutaret habitationẽ ad quam tenebatur debitor rẽ deferre, si multum grauaretur ob talem mutationem, non teneretur reus ad mutatam accedere. Baldus, quæst. 14. d. l. acceptam, d. nu. 24. Socin. in d. §. fin. Ias. d. 39. quæst. nu. 94.

Et in quantum supra dictum est, quod quã do debitor non tenetur accedere ad creditorem, satis est domi suæ facere protestatorem,
8 ut per Bart. † in d. l. item illa, & in l. si reus paratus, ff. de procurat. cum quo transit Alexander, cons. 120. Ponderatis, num. 12. in 5. & in cons. 20. nu. 3. in 7. & Gozad. cons. præallegato 71. nu. 7. & alij, quos citat Tiraquel in d. §. 9. glos. 3. num. 21. ubi innuunt protestationem hanc ad euitandum moram esse necessariã, tenendum est, quòd licèt hæc protestatio sit vtilis ad cautelam, tamen non est necessaria, ita, ut ea nõ facta, debitor in mora constituatur, ut tradit Aret. in cons. 161. Verum est. Alex. d. cons. 92. in 1. Castr. in l. si emptorem, in princ. ff. de act. empt. Bauer. in tract. de mora col. fin. Dec. d. cons. 566. Ruin. cons. 150. nu. 16. & 151. nu. 3. & sequen. & Gozad. consilio 66. nu. 8. & alij quos citat Tiraquel loco præallegato nu. 20. Aduertendum etiam & ad id quod tradit Gozad. in hac materia in d. cons. 71. nu. 7. quod licet excusetur debitor ob non solutionem tempore debito nõ factam, quia non accessit ad eum creditor, uel per protestationem per eum factam, si tamẽ exinde cum potuit soluere, non soluit, non excusatur, ut per eum ibi, non est uerum indistinctè, si noua non interuenit interpellatio quæ hoc casu exigitur, ut per Bart. in d. l. item illa, numero 11.

Vltimò, illud non erit omittendum, quod
9 solutio † rei non censetur destinata in aliquo loco in dubio, cum in genere sit facienda solutio, secus si promissio fiat de soluendo aliquid in specie, uel genere subalterno, ut si promitteretur solui uinum Mutinense uel quantitas uini Mutinæ, seu de Mutina, tũc enim propter expressionem huius loci, censeretur conuentum ut in eo loco fieret solutio. Alex. & alij magis communiter, in l. uinum, ubi Ca-
10 gnol. nu. 58. ff. si cert. pet. Et qđ si solutio † est destinata in aliquo loco, ubi debitor possit cõueniri, tunc creditum, & ius illud censetur esse in eo loco, & in eo statuta & consuetudines illius loci uenient obseruãda. Lap. allegatione 91. Casus est, col. fin. nu. 8. & Rubeus, cons. 136. nu. 2.

In pecunia numerata, & non in alia re, vel specie.

S V M M A R I A.

1 *Pecuniam soluere promittens tenetur soluere numeratam licet expressè non sit dictum.*
Pecuniæ appellatione uenit res, & non solum numerata pecunia, sed omnes res tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam iura.
2 *Rei appellatio generalis, & latior quam pecunia.*
Species diuersimodè accipitur sicuti etiam genus.
Creditori inuito regulariter aliud pro alio solui nequit.
Habet tamen regula hæc multas limitationes, ut hic, remissiuè.
3 *Debitor qui non habet unde satisfaciat in pecunia numerata, nec reperit qui emat bona sua, satis est si offerat de melioribus bonis suis creditori in satisfactionem.*
Plura tamen sint seruanda ad hoc vt talis oblatio sufficiat, vide tamen nu. sequ.
Fallit in Ecclesia, quæ de mediocribus bonis creditori offerre potest pro iusta æstimatione addita etiam decima parte precij.
4 *Auth. Hoc nisi. C. de solut. explicatur, eiusque materia.*

GLOSSA V.

PRomittens soluere aliquam pecuniarum summam, etsi expressè non dicatur, ut hic, tenetur solue-
1 re in † pecunia numerata, l. solutam, cum ibi not. in prin. ff. de solu. ut dictum fuit abũdè suprà, super Clausula, Dederunt, soluerunt, &c. fol. 188. uerũ qa ẽt illa opinio habet contradictores, ut ibi dictum fuit, ideo ad tollendum omnem difficultatem, periti notarij hanc Clausulam addunt instrumentis, l. quæ dubitationis, ff. de reg. iur. Pecuniæ uero appellatione uenit res, l. pecuniæ appellatione, ff. de uerbo. signific. & non solum numerata pecunia, sed omnes res, tam soli, quam mobiles, & tam corpora, quam iura conti-

continetur l. pecuniæ nomine, vbi Alciat. eo. tit. de quo aliqua diximus supra in Clausula precij in verbo, pro secunda vero pœna, fol. 163.

Rei appellatio generalis est, l. prima, in fine, ff. si cert. pet. & latiorem habet significa-
2 tionem quam pecunia, l. † rei appellatione, & ibi Alciat. ff. de uerbor. significatione, de quo etiam per eundem in l. sequen. eod. tit. & compræhendit tam pecuniam, quam omnẽ speciem, glos. § n. in dicta l. prima, ubi Doct. & Ripa, ibi, nu. 104 & sequent. de quo etiam aliqua tradit Baldus, in l. prima, ff. de statu homin.

Species modo diuersimodè accipitur, & aliter secundum Logicos, & aliter secundum Legistas, ut per glos. Bart. & omnes, in d. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. sicut etiam genus aliter accipitur, ut per dictam glos. & per Bart. in l. legato generaliter, in princip. ff. de lega. primo, & in l. Meuius, §. duobus, in princip. ff. de legat. 2. & remissiuè per Cagnol. in l. omnis diffinitio, num. 51. ff. de reg. iuris, hic accipitur pro qualibet particulari re, & sic, pro quolibet indiuiduo, ut etiam accipitur in d. §. 1. ubi Bar. numero 2.

Clausula ista etiam uidetur superflua cum aliud pro alio inuito creditore solui non possit, dicto §. 1. in fin. l. item liberatum, §. 1. ff. quibus modis pign. uel hypoth. solu. & probatur in l. promissor, §. fi. ff. de constit. pec. & alias concordantias citat glos. in d. §. 2. in fi. & ibi Ripa post alios, num. 21. & sequen. nec species pro quantitate, l. cum à quo, C. de solut. Bartol. in d. §. 1. in fine, quæ regula tamen patitur multas limitationes, ut per eos ibi, quarum una facit ad nostrum propositum, ad quam euitandam addita est hæc in instrumento quæ habetur ex Auth. Hoc nisi, C. de sol. & in corpore in Auth. de fideiuss. §. quod
3 autem, collat. 1. quod debitor, † qui non habet modum soluendi in pecunia numerata, uel in bonis mobilibus, nec potest inuenire emptorem suorum immobilium, ut creditori satisfaciat, potest offerre de melioribus bonis suis in satisfactionem creditori suo, qui tenetur ea accipere in solutum, & hoc modo euitabit carceres, tradit Capel. Tholos. quæstio. 68. & dicit Socin. in d. §. 1. nu. 11. quod fecit seruari in practica, licet aliud statutum sit in Ecclesia, quæ potest dare de mediocribus bonis creditori pro æstimatione iusta, addita etiam decima parte precij, §. si uero secundum prædictum, in Auth. de alien. & emphi. coll. 9. & transumptiuè in Authen. Hoc amplius, C. de sacrosanct. Eccles. quæ tamen limitatio procedit pluribus concurrentibus; primo quod exprimatur causa, quare sit talis oblatio, quæ est impotentia soluendi uel habendi pecunias, ut tradit Rom. in consil. 63. Constitutio, numero 3.

Secundo quod in ueritate fecerit diligentiam suam debitor, & inuenire non potuerit, ut tradit Ripa in dicto §. 1. nume. 25. Tertio, quod non extent mobilia, quod est probandum, saltem per discussionem. Rom. dicto numero 3. & Gozad. cons. 32. nume. 8. Quarto oblatio debet fieri cum iuramento, ut tradit Practic. Papiens. dicens ita practicari in forma respons. libel. in action. hypot. in glos. exception. solutionis, nu. 3. & licet hoc alij non ponant, & forte iure non probaretur, tamen ad cautelam esset seruandam.

Quinto, qđ oblatio fiat ad electionem creditoris, Ripa post alios ibi, quod tamen sano modo intelligendum est, ut creditor pro mẽsura debiti proportionabiliter rem accipiat, & non rem ualentem magnum precium, & meliorem pro modico debito, ut per eum ibi numero 26. Sexto, quod ostendat instrumenta & titulos dictorum bonorum quæ offert. Rom. dicto consilio quod tamquam æquum sequitur Ripa, dicto numero 25. Septima quod caueat de euictione Rom. & Ripa ibi, licet Rom. velit, quod teneatur cauere cum fideiussore, quod extra casum statuti vel consuetudinis loci in quo consuluit non procederet. Octauum addidit Rom. de translatione dominij. & nouum Moderni Taurinens. in d. §. 1. qđ debitor probet non potuisse reperire emptorem ob diffamationem creditoris, quę reprobatur per Ripã in loco præallegato. Si igitur in instrumento apponatur hæc Clausula, quod solutio sit facienda in pecunia numerata, non potest debitor se iuuare dicto remedio, & beneficio soluendi in bonis immobilibus, vt tradit Practic. Papiens. loco præallegato numero 4. licet Ripa in dicto §. 1. dicto numer. 25. alleget ipsum tenentem oppositum. Est bene verum, quod idem Practic. tenet aliam opinionem quando ipsi debitori contingeret casus ut facta omni diligentia, non posset habere pecuniam pro solutione facienda,
4 quæ cum sit † necessaria ut habeat locum dispositio dictæ Auth. ut supra bene intellexit Ripa, Pract. intellexisse non sat esse si promissio ista fieret expressa hoc modo: sed tamen bene operatur hæc Clausula, quando esset renunciatum dispositioni dictę Auth. ut per Ripã, post Alex. per eum citatum, in dicto §. nu. 28. potest enim ei renunciari Salic. in d. Aut. Hoc nisi debitor. & Steph. Aufrer. in addit. ad dictã quæstio. 68. Capel. Tholos. uel si interuenit iuramentum, ut in terminis istis tradit Alex. in cons. 37. Viso, & oportunè, num. 27. uol. 2. Ripa d. nu. 28. & Gozad. d. cons. 32. nu. 8.

numero octauo, quos refert Benuenut. Stracha, in tractatu, de decoctor. tertia parte, numero quadragesimotertio. Est verum, quod etiam Ripa ibi limitat hoc procedere, nisi post renunciationem, & iuramentum casus inopinatus superuenerit debitori, quo ipse non possit debitum soluere, quia renunciatio & iuramentum, debent intelligi rebus sic stantibus. l. quod Seruius, vbi Iason, de cōdictione ob caus. cuius contrarium tenet expresse Gozad. dicto consilio, numero decimoseptimo, & quando est facta expressa renunciatio dictæ Auth. vel quando est apposita hæc Clausula, & additum iuramentum, prout erat in casu Alexandri, non crediderim ob casum superuenientem excusari debitorem, cum satis constet de hoc casu, cogitasse; ad tollēdam igitur omnem difficultatem, possent omnia ista apponi in instrumento, promissio de soluendo in pecunia numerata cum iuramento, & renūciatione expressa, dictę Authen. Hoc nisi, & erit tutus creditor quod debitor non posset illum cogere accipere bona in solutum, vt si exstaret statutum de hoc disponens, ut uidi in pluribus locis extare, bene etiam esset illius statuti beneficio renunciari facere debitorem, per prædicta.

Nisi processerit de voluntate ipsorum emptorum.

SVMMARIA.

1 *Creditor si vult potest aliud pro pecunia sibi debita recipere.*

Creditor non potest cogere debitorem pro pecunia sibi debita aliam rem tradere.

GLOSSA VI.

Hæc Clausula exprimit id quod est de iure communi, quia creditor, si vult, potest aliud pro pecunia sibi debita recipere, l. manifesti, C. de solutio. l. prima, §. an possit, ff. de constituta pecunia, tradit Alexander, in dicto §. primo, numero primo. Et sicut non potest debitor regulariter cogere creditorem ad recipiendum rem vel speciem pro pecunia debi-
1 ta, ita è conuerso non potest † creditor cogere debitorem pro pecunia sibi debita dare rem, vel speciem, l. domini prædiorum, C. de agriculis, & censitis, libro vndecimo, & tradit Ripa in dicto §. primo, num. 29. ubi multipliciter limitat.

Omni iuris & facti exceptione.

SVMMARIA.

1 *Excussionis exceptio non censetur exclusa per renunciationem omni iuris, & facti exceptioni.*

Fideiussor qui promisit soluere liberè, & sine aliqua exceptione intelligitur de friuola, & iniusta, non de ea, quæ ex natura contractus sibi competit, & sic non intelligitur voluisse renuntiare excussioni.

2 *Excussio an sit necessaria si promissum sit solui omni iuris, & facti exceptione remotis, adiecto iuramento.*

3 *Excussio an sit necessaria, quando tota pecunia ad vnum ex contrahentibus peruenit, vel totum negocium ad vnum pertinet licet omnes principaliter & in solidum essent obligati.*

Creditor non potest vnum ex in solidum obligatis pro tota summa conuenire nisi omnes sint in mora soluendi.

4 *Fideiussor potest opponere regulariter illas ipsas exceptiones, quas & reus potest, & hoc quidem etiam reo inuito.*

Limi. tamen vt hic remissiuè.

Correus numquid possit opponere exceptiones illas, quas alius correus opponere potest remissiuè.

5 *Fideiussor numquid liberatus censeatur si lapso tempore solutioni præfixo creditor prorogauit ad aliud tempus solutionem ad instantiam debitoris.*

Fideiussor in dubio censetur obligatus pro toto tempore, quo tenetur reus.

Nouatio in dubio factanō censetur ad effectum liberandi.

6 *Fideiussor numquid liberans censeatur si debitor dedit creditori in solutum rem aliquam, quæ postea fuit euicta.*

7 *Fideiussor, an, & quando censeatur liberatus si debitor disposuit quantitatem debitam iuxta l. acceptam, C. de vsur. & postea ipsemet debitor repetijt, & reluit debitum.*

GLOSSA VII.

Satis de effectu, & importantia huius Clausulæ supra in tribus locis dictum fuit, videlicet, folio 31. 120. & 185. nunc autem illud tantum dicendum est, hanc Clausulam non importare, ut per eam censeatur exclusa exceptio excussionis competens fideiussori, de qua supra abundè diximus, etiam si sit dictum, quod fideiussor promisit soluere libe-

re liberè, & sine aliqua exceptione, quia debet intelligi de friuola, & iniusta, non de ea quæ ex natura contractus sibi competit, ut tradit Rom. in aliàs allegato consilio 211. columna secunda, Iason, in l. prima, columna secunda, numero septimo, C. de sacrosanct. Eccles. Felin. in capitulo, causam quæ, numero vigesimosecundo, de rescriptis. Marsil. in dicta Rubrica, de fideiuss. numero ducentesimo septuagesimosecundo, & in practi. criminali, §. vltima quæstio. numero secundo, & in Singul. 332. Credo. quam etiam opinionem tenet Tiraquel. in Repet. l. si vnquam, in præfatione numero 121. C. de reuocand. donation.

Sed difficultas non leuis est, si sit huic promissioni additum iuramentum an requiratur excussio propter opiniones contrarias Doctorum, in hoc puncto dissentientium? quod
2 enim tollatur, & non sit † necessaria, tenuerunt Baldus, & Anchar. in capitulo, ex rescripto, de iureiurando. Are. consilio trigesimotertio, numero decimo. Alexander, consilio trigesimosecundo, in causa executionis, columna vltima, in quarto, & consilio uigesimonono, numero trigesimoseptimo, in septimo. Socin. in Regul. 134. Excussio, prima fallent. Corset. in tractatu de iureiurando, in titulo, de iurisiurandi priuile. duodecimo, primi. numero trigesimosexto, vbi dicit, pro hac parte obtinuisse Bauer. in tractatu, de virtute iuram. vndecimo effectu, nume. vigesimotertio. Afflict. decisione 182. numero decimo tertio, & secundum hanc sententiam fuit decisum in Capel. Tholos. vt in decisione 137. & huic opinioni adhæret Marsil. in dicta Rubrica, numero nono, licèt dicat Alexandrũ, fuisse contrariũ, contra eius morem, & quòd Socin. consilio vigesimoquarto, in primo volumine columna finali, propter contrarietatem Doctorum, non fuerit ausus alteri ex ipsis sententijs accedere. Hanc etiam tenet Gozad. dicto consilio trigesimosecundo, numero decimoquarto, & si addatur huic parti Bapti. de Sancto Blas. & Ioan. Lup. citati pro Tiraquel. in dicta pręfatione, dictę l. si unquam, numero 152. in fine, & ipsummet Tiraquel. qui citando hos tenentes contrarium, videtur magis huic parti accedere quam tenuere ij, quos ipse supra citauit numero 137. difficile erit in praxi obtinere contrarium, cum hæc magis communis videatur sententia, quam vt magis communem sequitur Anton. Gab. libro tertio suarum Conclusionum, titulo de fideiussor. Conclusione prima, limi. prima, numero quadragesimotertio, & decisio. Pedemont. 44. nu. 14.

Contrariam tamen partem, quæ verior videtur, & melioribus suffulta rationibus, firmauit Baldus, sibi contrarius, in capitulo, cum contingat, 5. columna, septima conclusione de iureiurando, Alexander, sibi contrarius, Iason, & Decius, numero decimo, & numero decimooctauo, in dicta l. fin. in prin. ff. si cert. petat. Felin. in dicto capitulo, ex rescripto, numero decimonono, & secundum hanc late consuluit Barb. consilio quadragesimotertio, columna sexta, dubio tertio, volũmine secundo, quam etiam tenet Guil. Bene. in Repet. capituli Raynutius, in verbo testamen. il terzo, numero vigesimosexto, uersiculo, quarto inducitur. de testam. & Alciat. in dicto capitulo, cum contingat, numero 174. ac Didac. Hispan. in Repet. capituli, quamuis, prima parte, §. quarto, numero quarto, de pactis, in sexto.

Excussio tamen necessaria esset, quando pecunia tota peruenisset ad unum ex contrahentibus, uel totum negotium ad unum perftineret, quia etsi aliter excussio non esset necessaria, quia omnes ut principales in solidũ fuissent obligati, hoc tamen casu venit faciẽda expensis rei seu fideiussoris, ad quem non
3 peruenit pecunia, seu non pertinet † negotiũ, l. unde quæritur, ubi Baldus, & Castrẽ. qui tamen eam legunt cum §. finali, l. si ut certo, ff. commod. & ibi dicit Castr. habuisse in facto, & cum difficultate potuisse hanc doctrinam imprimere cuidam procuratori, & eum docere, & obtinuisse; & eam etiam tenet Bartol. in Auth. Hoc ita, in allegata septima quæstione, ultimæ partis, numero 29. & in l. tertia, §. primo, septima quæstione. Salic. in dicta Authent. decima quæstione, & licèt Castr. in dicto §. primo, prima columna, recedat à Bartolo, tamen opinio Bartoli, est communis, ut ibi dicit Aretinus, columna penultima, quod dicit de subtilitate iuris malè posse responderi rationi Castr. & contra Bartolum tenet etiam idem Aretinus, in allegato consilio trigesimotertio, numero septimo, & octauo. Opinionem tamen communem tenet Io. de Anan. consilio sexagesimo, In quæstione ista. Marsil. in Singul. secundo. Si plures, & in dicta Rubrica, numero sexagesimoquinto, & numero 370. quæstione quinquagesimaseptima, ubi alios citat. Boer. sequitur decisione 255. numero quinto, & Ronchegal. in l. tertia, §. ubi duo, numero 158. & seqq. ff. de duob. reis. Quę conclusio tamen nõ procederet, si sit renunciatum cuilibet beneficio, ut Baldus tradit in dicto §. finali, in lectura antiqua, quod etiam uidetur tenere Aretinus, dicto consilio, numero octauo, & idem si sit renunciatum omni iuris auxilio. Abbas consilio septuagesimosecundo. Videtur primo, columna

columna finali, secundo volumine, & Ronchegal. dicto §. vbi duo, numero 164. de qua Clausula nos supra plura diximus. Non poterit tamẽ vnum ex in solidum obligatis pro tota summa creditor conuenire, nisi omnes essent in mora soluendi, Castrẽs. in l. in executione, in principio, ff. de verborum obligatione, Alexander, in l. secunda, §. & harum, post principium, ff. de verborum obligatione, & Marsil. in Singul. 278. Habens.

Et sciendum est, ꝙ fideiussor potest opponere illasmet exceptiones regulariter, quas potest opponere reus, etiam reo inuito, l. si stipulatus esses, in principio, & l. si testamento, in principio, ff. de fideiuss. l. omnes, vbi Socin. ff. de exception. tradit Specul. in dicto §. in titulo de fideiusso. numero decimosexto, Alexander, consilio sexagesimosexto, numero tertio, in quarto. Paris. in consilio 96. numero trigesimonono, uolumine tertio, & late Marsil. qui hanc regulam limitat in dicta Rubrica, numero 267. & sequen. An autem correus possit eas opponere, dicendum est, vt per Bartolum, in dicta Auth. hoc ita, decima quarta quæstione, tertiæ partis numero 66. C. de duob. reis.

Sed ponamus, quod lapsum fuerit tempus præfixum solutioni, & dicti uenditores prorogauerint ad aliud tempus ad instantiam emptorum solutionem, numquid fideiussor censetur liberatus? & licet in hac q̃st. sint opiniones; quia quod censeatur liberatus firmare ui-
5 detur † Specul. in dicto §. primo, numero decimonono, & ibi Ioannes Andreas, in additione, & Capel. Tholos. quæstione 181. ubi dicitur ita fuisse iudicatum. cõtrarium tenuit Rota. decisione 859. Penes Titium, in antiquis, & quamplures alij eam partem sequuti fuere quos citat Tiraquel in tractatu de retractu, titulo secundo, §. primo, glos. septima, numero trigesimosecundo, & in hoc puncto illa uidetur communis, & uerior opinio ut fiat distinctio, aut fideiussor fuit receptus ad certum tẽpus, & sic se obligauit usque ad tempus puta pro quadam conductione temporali alicuius rei, & certum est quod si prorogetur conductio ipsa, liberatur fideiussor. l. item queritur, §. qui impleto. ff. loca. & l. si cum Hermes. C. eo titulo, de quo trad. omnes in l. si unus, in principio, ff. de pact. & Brun. in tractatu, de augumen. conclusione tertia, columna duodecima, numero quadragesimosexto. Aut modo fuit receptus pro solutione certo tempore facienda, & tunc per prorogationem factam reo fideiussor non liberatur, ut trad. distinguendo Iason, in l. prima, numero 18. C. de iudic. & in l. lecta, ubi moderniores, & ibi Cagnol. numero 99. dicit communem, ff. si cert. petat. Alexander, consilio septuagesimo secundo, sexto uolumine, Socin. consilio uigesimoprimo, numero decimo, in primo, & 91. numero decimoquarto, in quarto, ubi loquitur in primo membro huius distinctionis Decius, in consilio nonagesimotertio, numero quinto, & alij citati per Tiraquel loco prę allegato. quod etiam tenet Benuen. Strach. in tractatu, de decoctor. §. parte, in princ. & Gaeil. post decisionem Tholos. 181. in tractatu ad for. Came. oblig. tertia parte, quinta quæstione, ubi agit de ui instrumenti obligationis cameralis numero uigesimotertio, ubi quomodo debeat fieri prorogato, ut non præiudicet, ex Paris. consilio quadragesimotertio, in primo, & Paris. qui in dubio firmat fideiussorem obligatum censeri obligatũ pro toto tempore quo tenetur reus, in consilio quadragesimooctauo, numero decimoquarto, primo uolumine. quem sequitur quo ad hoc Cagnol. dicto numero 99. immo etiam per dationem aliorum fideiussorum nõ censentur primi liberati, sed accessorie cẽseantur dati, ut per Bartolũ, & omnes, in l. penultima, ff. de prætor. stipul. Fulgos. consilio 129. Matthæus Socin. consilio decimonono, numero decimoquarto, in primo, & Brun. d. tractatu, de augmento, 4. conclu. numero octauo, nisi sit alterata prima obligatio ut per Socin. consilio 62. numero uigesimotertio, in quarto, uel renouata dicta l. penultima, & l. nouatione, C. de fideius. & l. ubicumque, Digestis, eodem titulo, seu secundi fideiussores dentur loco priorum, ut per Ripã, in l. quarta, §. si ex conuentione, numero septimo, ff. de re iud. & ibi, numero octauo, firmat in dubio secundum magis communem opinionẽ non censeri factam nouationem ut liberetur primi fideiussores de quo nos aliqua ad propositum diximus supra in Clausula ad liberationem.

Non censeretur etiam liberatus fideiussor si reus dederit creditori in solutum rem aliquam quæ sibi euicta fuerit, quia restituetur sibi utilis actio aduersus fideiussorem, ut per Specul. dicto §. primo, in fi. quem in hoc sequitur Marsil. dicta Rubrica, numero 372. sed si adueniente tempore solutionis debitor
7 principalis † deposuisset debitam quantitatem, iuxta l. acceptam, C. de usur. licet postea ipse debitor repetierit, et reluerit depositum, tamen censeretur liberatus fideiussor, secundum eundem Specul. dicto §. primo, quid si tibi obtuli, numero uigesimo, licet Marsil. contra dicto numero 372. quinquagesimaoctaua quæstione, motus pluribus rationibus, ut ibi per eum, quorum cõtrarietas fęderę distinctionis posset conciliari; quia autem fuit

fuit factum depositum per debitorem quod ex aliqua iusta causa non fuit acceptatum per creditores vel non fuit sibi intimatum, & se ipsũ retrohabuerit habet pro non facto. Tiraquel. dicto tractatu, & titulo, §. septimo, glos. vltima, numero quarto, & latius titulo secundo, §. quarto, glos. vltima, & hoc casu non liberaretur etiam fideiussor non liberato principali. Si vero ex iniusta causa recusauit, quia pecuniæ ipsæ pereunt periculo creditoris, & ex depositione ipsa liberatur reus, & fideiuss. dicta l. acceptam, cum ibi not. licet ex post facto reus recuperaret depositum, quod tamen non putarem fieri iure posse, per trad. pereundẽ Tiraquel. dicto § quarto, glo. nona, numero secundo, & tertio, & tunc crederem fideiussorem iam liberatum non incidere in nouam obligationẽ, secundum opiniones Specul. licet reus teneretur propter receptionem pecuniarum.

Ac compensatione penitus remotis.

SVMMARIA.

1 *Emptor potest opponere aduersus venditorem precium petentem exceptionem compensationis, nisi à fisco emerit.*
2 *Compensatio quid sit.*
3 *Compensatio competit cuicumque creditori, qui ex alia causa esset debitor, vt creditor rem suam summouere posit.*
Compensans videtur dedisse, & soluisse.
4 *Fideiussor potest compensationem opponere tam pro credito proprio, quam pro credito principalis, & pro vtroque simul etiam inuito reo, vel non valente opponere talem exceptionem, puta quia est ex communicatus.*
5 *Correus non potest opponere compensationem de credito correi nisi sint socij.*
6 *Compensationis exceptioni renunciari numquid posit?*
7 *Compensatio numquid opponi posit non obstante renunciatione ipsi etiam cum iuramento facta.*
8 *Penitus, dictio, quid importet.*

GLOSSA VIII.

Non est dubium, quod emptor aduersus venditorem petentem precium potest opponere exceptionem compẽsationis† de alio debito nisi emerit à fisco; l. si ex venditione. C. de compensa. compensatio †autem est debiti, & crediti inuicem inter se contributio. l. prima, ff. de compensa. & competit† cuicumque creditori qui ex alia causa esset debitor, ut creditorem suum possit summouere, l. secunda, ff. eodem titulo, nam qui compensat dedisse videt, l. dedisse, ff. de verborum significatione, perinde enim est, ac si soluisset, l. debitor, ff. qui pot. in pign. habe. trad. latè Doctores, in §. in bonæ fidei, Instit. de actio sed & fideiussor† opponere eam potest contra creditorem tam pro credito proprio, quam pro credito principalis, & pro utroque simul, l. verum & l. sequen. ubi Doctores, ff. de compensa. glos. in l. eius. C. eodem titulo, Baldus, in l. tam mãdatori, numero nono, C. de non numerata pecunia, quod procedit etiam inuito reo, vel non valente eam exceptionem opponere ut quia excommunicatus. Paris. consilio 121. numero decimo, in primo uolumine. correus †tamen non potest obijcere compẽsationem de credito correi nisi sint socij. l. si duo, ff. de duo. re. addita igitur est hęc Clausula ut exceptio etiam compensationis censeatur reiecta nec possit opponi ad solutionem impediendam, nam uidetur, quod eidem possit† pars renuntiare, et eam remittere, l. penultima, C. de pact. sed tamen in praxi fortè non posset obtineri, ut censeretur exclusa compensatio quæ est bonæ fidei, etiã quod sit ei in instrumento renuntiatum, ex pluribus rationibus quas adducit Afflict. decisione 121. numero quarto, & sequen. si tamen additum sit Iureconsultum nullo modo poterit admitti quia licet sit alta quæstio inter Doctores, an iuramentum tollat compensationem cum debeat seruari in forma specifica, & illa videatur magis communis opinio Cano. quod excludatur, vt per Felin. post alios in capitulo, ad nostram, de iureiurando, quam opinionem sequuntur plures alij citati p Tiraquel. in tractatu, de retractu, titu. primo, §. primo, glos. tertia, numero sexto, contrariaque opinio maximè Legistarum videtur esse cum Bartolo, qui contrarium tenuit in l. amplius non peti. columna finali, ff. rem rat. habe. quã late defendit Socin. in l. Iulianus, circa fin. ff. de conditione, & demonstratione, Tynda. in tractatu compensatione, articulo septimo, numero decimo, & sequen. & Ioannes à Medi. in tractatu restitutionũ, quæstione tertia, causa vltima. & latè Didac. Couar. in repet. capituli, quamuis, prima parte, §. quarto, numero nono, & decimo, de pactis, in sexto, de quo habetur etiam in additione ad Alexan. in consilio nonagesimoprimo, secundo volumine, quam etiam videtur tenere Paris. consilio præallegato 121. numero trigesimoseptimo, & sequen. & quæ opinio semper mihi placuit, quando scilicet post promissionem iuratam superuenit creditum debitoris, & ius compensandi, vt per Socin. & alios proximè citatos,

citatos, & Parif. dicto conf. nu. 40. Si tamen addita sit expresſè hæc Clauſula per quam cenſetur renunciatum compenſationi, & appoſitũ iuramẽtum, & tunc opinio Cano. pro culdubio procedet, & non poterit opponi ut trad. Afflict. dicens ita fuiſſe iudicatum deciſione 381. nume. 5. Quæ tamen opinio Cano. vno caſu non procederet non tamen appoſita hac Clauſula, quando. f. debitor eſſet pauper, & non poſſet commode ſoluere debitum, tunc enim opinio contraria quam omnes humaniorem fatentur locum ſibi uendicaret, ut fuiſſe deciſum refert Afflict. deciſione 163. & ſequitur Tiraquel. d. nu. 6. & Pariſ. d. conſ. num. 41. ſicut econtra opinio Bartol. & contraria non procederet quoties debitum quod debitor iurauit ſoluere excederet creditum ipſius debitoris quia non excuſaretur à mora ut trad. Gozad. conſil. 69. numero 8.

8 Dictio modo † (penitus) importat idem quod ipſo iure, l. ſi qui aduocatorum, cum gloſ. fi. vbi Angel. & Raph. C. de poſtul. & eſt dictio præciſa, quæ non recipit limitationem aut modificationem, & importat idem, quod in totum vel ex toto habens eandem ſignificationem quam dictio omnino, de qua ſuprà diximus in Clauſula omnino, renunciantes, ut latè proſequitur Tiraquel. citans alios id tenentes in repe. l. ſi unquam in ver. reueratur, verſ. 26. nu. 105. & ſequen. de qua etiam aliqua diximus ſupra ſuper eodem ver.

CLAVSVLA XLII.

Quod quidem precij reſiduum ex pacto inter ipſas partes appoſito, & conuento.

S V M M A R I A.

1 Emptori vtile eſt quod fiat pactum de precio, uel eius part. inueſtienda pro ſua cautione.

2 Emptor habet hypothecam anteriorem, & præfertur omnibus creditoribus ipſius venditoris, & ſecundi emptoris in bonis, in quibus fuit inueſtitum precium rei per ſe emptæ ſtante pacto de inueſtiendo, uide tamen infra nu. 5.

3 Dominus, qui mutuat pecuniam colono ad emendum boues, debet facere conſtare de eius pecunia fuiſſe emptos, tunc enim præfertur omnibus etiam anterioribus coloni creditoribus.

4 Pactum quod res emenda ex pecunia per me mutuata ad illam emendam ſit mihi ſpecialiter obligata pro mea pecunia facit præferri etiam contra creditorem ex cauſa dotis ſecundum Neguſantium.

Durum tamen uidetur Auctori.

6 Pacti appellatione ſimpliciter uenit pactum nudum.

GLOSSA I.

HIc inſeritur pactum in contractu venditionis valdè utile pro emptore, ut precium, uel eius pars
1 † inueſtiatur in aliqua re immobili pro cautione emptoris, in caſu euictionis rei emptæ, & ſepè ſolet poni in inſtrumentis, & dicit Neguſ. in tractat. de pigno. & hypot. quinta parte, ſecundo membro, numero 18. quod practicatur Florentię. de quo pacto etiam trad. Alexand. & Iaſ. in l. ſi fideiuſſor §. ſi neceſſaria, ff. quiſatiſd. cogan. &
2 alij quos inferius citabimus † Effectus huius pacti eſt, quod cum precium ex pacto inueſtiatur in aliqua re quæ expreſsè hypothecetur, & obligetur emptori pro euictione ipſe in ea præfertur omnibus alijs, etiam creditoribus anterioribus ipſius venditoris pariterque & emptoris, per text. in l. licèt, C. qui potior. in pignor. habean. ubi Bartolus, & alij, & in l. procuratoris §. planè, & ibi Caſtro, ff. de tribut. action. trad. Neguſ. in dicto ſecundo membro numero 17. & in hoc pacto expreſsè dicto numero 18. & idem tenet in quarta parte quarta quæſtione numer. 34. & ſequent. Ripa citans Cepol. & alios
3 docentes hanc cautelam pro patrono † qui colono obærato ſeu ære alieno grauato mutuo dat pecuniam ad emendum boues ut faciat conſtare de eius pecunia fuiſſe emptos, & ſibi expreſsè obligetur, in l. priuilegia, numero trigeſimo ſecundo nona fallen. ff. de priuileg. credi. & in l. prima, numero 13. ff. in quibus cau. pign. vel hypoth. taci. contrahat. & Benuen. Strach. in tracta. de decocto. vltima parte numero quinto. Fortius uoluit Neguſ. in dicto ſecundo membro nu-
4 mero 17. vt priuilegium † hoc prælationis habeat locum etiam contra creditorem ex cauſa dotis, quod tamen durum eſſet obtinere, propter tex. in Auth. de ęqualitate dot. §. his conſequenter, collat. ſeptima, & quia contrarium tenent Spec. in titulo de oblig. & ſolutio. §. primo, verſ. quid ſi uendidi fundum, & ibi Ioan. Andr. in add. citans illum text. quod etiam tenet Bartolus in l. interdum, ff. qui potior. in ping. hab. & Ripa dicta nona limitatione num. 32. & Affli. deciſione 306. nume. 5. Et ad hoc † ut diſpoſitio d. l. licet, locum ſibi vendicet, uois de cuius pecunia empta ſit res cæteris anterioribus præferatur, cum res ſibi expreſsè obligetur, debet ipſa obligatio fieri ante traditionẽ rei ipſius, vel in traditione ipſa, nec ſufficit ſi fiat

post etiam in eodem instrumento, vt trad. Negus. d.q.4.num.35. quod etiam uix obtinebit cum in instrumēto nihil dicatur prius, vel posterius factum ante quā sit lectum, & publicatum, iuxta trad. per Cagnol. post alios in l. lecta, nu.151. & sequen. ff. si cert. pet. & expresse contra Negus. tenet Benue. in id citando cons. Cur. iun. 147. col.2. & Ruin. 214. num. 10.1. uol. in d. ultima par. nu.6. cautius tamē est ad euitandū difficultates hanc obligationem apponere in traditione ipsa, vel ante eam.

De pacto satis dictum fuit supra in Claus. ipsis venditoribus, &c. præsentibus, stipulātibus, sed qa verba hic posita, pacto apposito, & conuento non importarent stipulationem sed pactum nudum, ut trad. Bald. in c. cum in iure peritus, col. pen. de offi. deleg. Rip. in Rubrica de verb. oblig. nu.16. & Galia. num.28. Cagnol. in d. l. lecta, nu.87. & in Rubrica, C. de pact. nu.7. propterea addita sunt sequensita verba.

Ac solemni stipulatione firmato.

S V M M A R I A.

1 *Pactum solemniter firmatum, vel appositum, & pactum solemni stipulatione firmatum idem significant licet in primo de stipulatione mentio non sit facta.*

2 *Pactum nudum in contractu bonæ fidei, & valido appositum, producit actionem etiam si incontinenti fuisset appositum.*

GLOSSA II.

PEr hæc verba tollitur omnis difficultas, quæ fit per Doctor. in pacto nudo, an pariat actionem &
1 idem crederem † si tantum esset dictū soluatur firmato vel apposito de stipulatione, & pacto nudo satis dictum fuit & de solemnitatibus supra in Clausula rati. bene
2 verum est quod licet † pactum esset nudum, tamen ex quo fuit oppositū in contractu bonę fidei, & valido, cessat omnis difficultas quia ꝓducit actionem, quod procederet, etiam si incontinenti fuisset appositū l. in bonę fidei, & l. petens, cum ibi not. C. de pact. & d. l. lecta, vbi omnes.

Inuestiri & erogari debeat in vna re immobili.

S V M M A R I A.

1 *Venditor numquid possit inuestire precium in pluribus rebus, an verò teneatur inuestire in vna re tantum, stante pacto de inuestiendo. Dispositio de pluribus loquens, in vno non verificatur.*

2 *Fideiussorem vnum dare promittens duos dare non potest.*

3 *Immobilium appellatione an veniant annui redditus.*

GLOSSA III.

SEd numquid possent venditores plures res emere, & non vnam tātum cum ista quæstio in facto accidisset, fui in ea sententia, quod non. quia cum pactum de vna tantum loquatur, non debent plures emi, sicut econtra, quādo † dispositio de pluribus loquitur in vno non verificatur, vt trad. Ang. in cons. 56. quidam non suppositus, & sequitur Tiraquel in l. si vnquam, in ver. susceperit liberos, nume. 232. C. de reuocandis donatio. & per ea quæ tradit Ripa, in l. secunda, §. primo nūmero vigesimo tertio, ff. si certū petatur, de eo qui
2 † promisit dare vnum fideiussorem, qui non potest dare duos, de quo etiam inferius dicetur. sed an ueniant † annui reditus immobi-
3 lium appellatione, videbis Tiraq. in tract. de retractu. titulo primo, §. primo, numero tertio, & sequen. & de molendinis Rip. in l. quo minus numero 126. ff. de flum.

In ciuitate vel districtu Ferrariæ.

S V M M A R I A.

Precium si est inuestiendum ex pacto in re immobili, intelligitur in ciuitate, vel territorio vbi celebratus est contractus.

GLOSSA IIII.

HAec Clausula est posita ad maiorem declarationem, quia etiam si simpliciter dictum esset quod precium deberet inuestiri in re immobili, déret intelligi in Ciuitate, vel territorio vbi celebratus est contractus, ut trad. Ale
1 xander, † dicens ita consuluisse in ciuitate Bononiæ, & ibi sequitur Iason, & Iacob. de Sancto Georgio, in l. si fideiussor. §. si necessariæ. ff. qui satisd. coga. sequitur Marsil. alia adducens in l. de minore §. plurimum, ff. de quæstion. numero trigesimoseptimo, & in dicta Rubrica de fideiuss. quæstione trigesimaquarta, numero 262. & Boer. decisione 99. ad fin. & Rod. in dicta l. secunda, foro ll. libro secundo, §. vlterius quæritur, nume. 17. pag. 751. & Rolan. a Val. consilio 58. numero 19.1. uol. & Cæsar Vsil. in addi. ad Afflic. ad decisionem 137. num.4.

Quæ

Quæ perpetuò ſtare debeat hypothecata, & obligata pro euictione dictarum rerum vt ſupra venditarum.

SVMMARIA.

1 *Perpetuò, dictio, quot modis ſumatur.*
2 *Fundum obligare cenſetur qui mutuo accipit pecuniam, uel legat ſuper illo.*

GLOSSA V.

1 DIctio, perpetuò, † diuerſimodè accipitur quandoque ſine temporis præfinitione, quãque pro, tempore præfinitio, ut per Cagnol. in l. 2. nu. 78. & ſequen. C. de pact. inter empt. & uend. & latius Tiraquel. in tracta. de retract. tit. 2. §. 1. gloſ. 2. nu. 8. & ſequen. de obligatione, & hypotheca diximus ſuprà in Clauſula oĩa et ſingula fol. 74. & ultra ea adde Ripã in Rubrica, ff. de pigno. & hypo. nu. 4. Et ſciendum
2 eſt, † quod ſi quis mutuo acceperit pecuniã, uel legauerit ſuper aliquo ſuo fundo, cenſetur ipſum obligare. Bar. in l. fundus, de annu. lega. & in l. codicillis, §. inſtituto, per illum tex. de leg. 2. cum alijs citatis per Ripã, in d. Rubrica nu. 5. & Craue. conſ. 20. nu. 10.

Quantum ſit pro parte dictorum de Amadęis venditorum.

GLOSSA VI.

PEr hanc Clauſulam limitatur generalitas de qua ſupra in præcedenti Clauſula, quia non eſt æquum quod pars precij ſpectãs ad hos de Amadęis uenditores deberet inueſtiri in re quæ etiam pro partibus aliorum uenditorum eſſet obligata.

Vel præſtari debeat per ipſos de Amadęis venditores fideiuſſor.

SVMMARIA.

1 *Venditor non tenetur præſtare fideiuſſorem emptori de euictione, niſi per pactum expreſſè conuentum ſit quod præſtetur.*
2 *Venditor quibus caſibus teneatur de euictione fideiuſſorem præſtare licèt non ſit conuentum de hoc.*

GLOSSA VII.

1 REgulariter non tenetur uenditor † pręſtare fideiuſſorem de euictione emptori: ſi tamen per pactum expreſsè cõuentum eſt, quod præſtetur, pręſtandus eſt, l. illud quęritur, in prin. & l. emptori, in prin. ff. de euict. & talis fideiuſſor vulgo auctor ſecundus dicitur ut dicit text. in d. l. illud quæritur, qui etiam dicitur confirmator, §. & non ſolum, in Authẽ. de fideiuſſo. colla. 1. & quod quando eſt factum ſpeciale pactum de pręſtãdo, pręſtari debeat, eſt ẽt tex. in l. 1. §. ſtipulationũ, in fi. ff. de prætor. ſtip. vbi Bart. Caſtr. & alij in l. fi. §. 1. ff. de reſcin. vend. in l. ſi dictũ, in princ. de euict. in l. pacta. conuenta in princ. de contrahend. empt. Spec. in tit. de empt. & vend. §. 1. verſ. fideiuſſoris præſtatione, nu. 7. Bart. in d. §. ſtipulationum, & Fab. in tract. de emp. & uend.
2 6. q. princ. 12. q. nu. 51. vbi ponunt caſus † in quibus tenetur uenditor pręſtare fideiuſſorẽ de euictione vltra hunc quando eſt expreſſum, & conuentum per pactum, ſcilicet quãdo pater uendit bona filij, l. 1. vbi Bal. C. de bon. mat. quando uenditio per reſcriptũ principis confirmatur, l. vniuerſa, ubi Bald. C. de preci. Imper. offeren. ſi ſit conſuetudo in loco, l. quod ſi nolit §. qui aſſidua, ff. de edil. edict. & quando ante ſolutum precium mouetur quæſtio emptori l. ſi poſt perfectam, C. de euict. de quo inferius latius dicemus ſuper verbo. de euictione, & legitima defenſione, fol. ſequenti.

Idoneus.

SVMMARIA.

1 *Venditor ſi debet ex pacto cautum, uel ſecurum emptorem reddere etiam ſi ſit additum ad ſenſum ſapiẽtis nõ tenetur cauere cum fideiuſſore ſed per ſtipulationem cum obligatione bonorũ.*
2 *Secus tamen eſſet ſi ſit conuentum quod idonee caueatur, uel plenè, vel rectè, competenter, uel ſufficienter.*
3 *Fideiuſſorem dare obligatus, idoneũ dare debet.*
4 *Fideiuſſorem qui dare promiſit certam perſonam, quæ non vult ſe obligare, tenetur ad pœnam, & intereſſe, ſi obierit tenetur dare alium æque idoneum.*
5 *Fideiuſſorem dare obligatus, ſi ipſe principalis eſt idoneus, poteſt dare, & præſtare fideiuſſorem etiam parum diuitem.*
6 *Excuſſio bonorum fideiuſſoris eſt neceſſaria antequam deueniatur ad capturam principalis debitoris.*

GLOSSA VIII.

QVando eſt conuentum inter partes quod venditor debeat cautum vel ſecurum emptorem reddere etiam ſi ſit additum ad ſenſum ſapientis emptoris, non tenetur uenditor cauere cum fideiuſſore, ſed per ſtipulationẽ, cum obligatione bonorum, gl. accepta, in l. ſi mã
1 dato Titij, §. fi. vbi † Doct. ff. mand. trad. Spec. in d. §. 1. & ibi. Ioan. And. in addi. in verſ. ſed

quod si in instrumento nu. 9. Bart. Angel. & Cast. in d. l. 1. §. 1. ff. de prætó. stip. Bal. & Ias. in l. sancimus, nu. 4. C. de ver. sign. & est com munis secundum Ias. ibi, tamen secus esset si
2 sit conuentum, † quod idoneè caueatur, quia tunc intelligitur cum fideiussore d. §. fi. & ibi glos. & trad. omnes in l. 1. ff. qui satis. cogan. vbi Socin. nu. 8. & Ias. in d. l. sancimus nu. 3. Felin. qui etiam ponit regulam cum fallentijs in capit. ad nostram nu. 6. & nu. 8. de iure iur. & idem si sit dictum ut plene caueatur Spec. d. §. ver. q d si actum est, nu. 10. & Feli. d. nu. 8. & Ias. d. nu. 3. vel si dictum sit, quod recte, competenter, vel sufficienter caueatur, ut per eos in dictis locis, vel si cautio instrumentalis esset superflua ut quia aliàs promissor erat obligatus per instrumẽtum vel quia erat suspectus, ut forensis, ut per Ang. & Castro, in d. §. 1. & in d. l. 1. & Felin. in d. c. ad nostram, licèt Castr. in cons. 259. super vltimo 1. vol. aliter uoluerit, quando quis tenebatur idoneè cauere, & licèt Alex. in cons. 173. nu. 9. in 7. uideatur uoluisse, qđ qui tenetur facere securum teneatur dare fideiussorem vel pignus, quod dicit intelligi secundum no. in d. l. 1. ad quæ ipse se refert. Hoc autem verbum
3 videtur superfluum, quia qui † tenetur dare fideiussorem dẽt dare idoneum, ut per Spec. d. §. 1. vers. sed si uenditor nume. 8. & si certã
4 † pecuniam dare promiserit, & non vult se obligare tenetur ad pęnam vel interesse, & si obierit tenetur dare alium, ęquè idoneum, ut per eum ibi, posset etiam iuuare hęc expręssio in casu, quo principalis esset idoneus,
5 † quia sufficere deberet si præstaret fideiussorem, etiam parum diuitem, ut per Bart. in l. mulier, in fi. C. de iure dot. & Mars. in d. Rubrica, nu. 179. quia patrimonia ipsorum habentur pro uno, ut per eum ibi, & in singu. 3.
6 ad hoc ubi † uoluit excussionem bonorum fideiussoris etiam esse necessariam antequam ad capturam principalis debitoris deueniri possit si enim exprimatur quod detur, idoneus fideiussor dari debet, quia aliàs verba essent superflua, l. si stipulatus, de vsu. & l. si quã do, ff. de leg. 1.

Qui se, & sua bona principaliter, & in solidum obligando cum ipsis venditoribus se obliget.

SVMMARIA.

1 Fideiussoria obligatio alteratur per clausulam principaliter, & in solidum.

Fideiussor dandus regulariter non tenetur principaliter, & in solidum se obligare.

2 Fideiussor dandus dari debet in loco contractus.

3 Fideiussor si se obligare debet ad sensum sapientis emptoris, quomodo id intelligatur.

Sensus sapientis qualiter intelligendus.

GLOSSA IX.

De clausula ista principaliter, & in solidum satis fuit dictum suprà super ipsa Clausula, & hæc Clausula alterat † naturam obligationis
1 fideiussorię, quia regulariter fideiussor dãdus non tenetur principaliter se obligare in solidum, per trad. per Bal. nu. 5. & Ias. in fi. in d. l. sancimus. de quo etiam supra diximus super Clausula, & se principalem constituens, fide
2 iussor uero dandus, † debet dari in loco contractus, iuxta trad. per Bar. & alios per illum tex. in d. l. fideiussor. §. si necessaria, ff. qui satisd. cogan. de quo dictum fuit suprà in Clausula. Et eorũ precibus, &c. Hanc ẽt Clausulam ponit Spec. in d. §. 1. 2. col. 1. forma Inst.
3 vbi addit, quod se † obliget ad sensum sapientis emptoris de quo pacto ipse trad. in d. ver. sed, quid si in instrumento, numero 9. vbi, quod sensus sapientis debet esse ut legitime liget. & caute secundum naturã contractus.

In valida solemni, & ampla forma.

GLOSSA X.

De solemnitate, & forma, & quid sit, & quomodo intelligatur satis supra dictum fuit in Clausula ratihabitionis. ad hanc Clausulam facit Clausula Specu. in loco proximè allegato, ubi etiam in promissione facta per uenditorem de faciendo consentire uxorem uenditioni, & alios ius in re habere prætendentes, & de renunciari faciendo, iuribus suis addit, & in omnibus cartam rationabilem ei faciet, sed nostra Clausula maiorem habet efficaciam propter ampliora uerba.

De euictione, & legitima defensione dictarum rerum, vt suprà venditarum pro dicta parte, ad prædictos de Amadeis spectante, & per eos vendita vt suprà.

SVMMARIA.

1 Venditor qui adhuc pretium ab emptore nõ exegit si mota fuerit quæstio emptori super re uẽdita, tenetur præstare emptori fideiussorẽ de euictione, & de legitima defensione rei uenditæ.

Quod procedit nedum pro euictione litis motæ. sed etiam generaliter cuiuscumque alterius mouendæ.

Immò etiam uenditor tenetur licet emptor abtineret

neret in causa sibi mota, vel perierit actori instantia.

2 *Venditor non tenetur fideiussorem de euictione præstare, si constat agētem nullum ius habere, vel quando debitum est conditionale.*

3 *Cautela ne precium quocumque colore retineatur ab emptore.*

4 *Venditor soluto precio si lis de euictione moueatur an sit obligatus præstare fideiussorem.*

GLOSSA XI.

SVprà super verbis vel præstari debeat, &c. fuit dictū quod regulariter venditor non tenetur præstare fideiussorem de euictione, pręterquam in casibus ibi citatis, sed quia ultimus casus ibi tactus, quando imminet euictio in limine contractus sępius accidit, & conuenit materiæ nostræ, non erit impertinens aliqua super eo scribere, cætera ad materiam euictionis, & eius promissionis pertinentia suo loco reseruantes. Tenetur itaque uenditor, qui adhuc precium ab emptore non exegit si mota fuerit quæstio emptori super re uendita, præstare fideiussorem de euictione emptori & de legitima defensione rei
1 venditæ, l. pen. §. fi. ff. de periculo. † & cōm. rei. vend. & d. l. si post perfectam, C. de euict. & ibi Doct. trad. Spec. in d. §. 1. ver. verumtamen, nu. 8. Bart. & Cast. in d. l. 1. §. stipulationū de præto. stip. Fab. d. 12. q. num. 51. Quod procedit, nedum pro euictione illius litis motę, sed etiā generaliter cuiuscumque alterius mouendæ, glos. in verbo. satis, in d. l. si post perfectam. Ioan. Andr. in add. ad Spec. in d. ver. verumtamen. Bartol. in d. §. stipulationum, nu. 2. & Fab. d. 12. q. nu. 52. fortius uoluit Castr. in cons. 46. Super eo quod quæritur, nu. 1. 1. vol. quod etiā quādo emptor obtineret in causa sibi mota uel perierit instantia actori, tamen teneatur uenditor ad præstan. fideiussorem pro quacumque euictione generaliter, pro §. primum l. fi. ff. de rescind. uend. cuius tamen contrariū uidetur uoluisse Alex. in cons. 65. Omissis argumētis nu. 3. 5.
2 vol. vbi uoluit uenditorem † non teneri si constat agentem nullum ius habere, uel quando debitum est conditionale, in quo stādum est arbitrio iudicis qui debet considerare an actor fuerit submissus ab emptore ad inferendum litem, ut oneret emptorem fideiussione ad quam aliàs non tenebatur qui etiam potest deferre iuramentum ipsi actori an procurauerit dictam quæstionem moueri, ut per Ioan. And. in d. add. incipit facile erit sub d. vers. verumtamen. Cast. in d. §. stipulationū, in fi. de quo per Afflict. decisi. 171. Et quia facile potest emptor ne precium soluat submittere petitorem qui moueat qōnē, propterea Io. And. in d. addi. quem sequitur Fab. d. nu.
3 52. dat † Cautelam ut res non tradatur emptori nisi soluto precio, uel fiat pactum quod etiam lite mota non possit retinere precium sed illud soluere teneatur, uel censeatur eum habere precario à uenditore quo usque sibi fuerit solutum integrum precium, ut per eos
4 ibi, sed si soluto precio † moueretur, lis nō haberet locum regula prædicta de fideiussione prestāda pro euictione, licèt Io. And. in add. in d. ver. verumtamē, incipit, quia iste §. post Guid. de Suza. aliter voluerit, cuius contrarium est uerius, & communiter tenetur ut per gl. primam in d. l. si post perfectam. Bar. & Cast. in d. §. stipulationum, Castr. in dicto cons. 46. nu. 2. & Fab. d. nu. 52. de quo aliquid per Ripā in l. 1. §. si hæres, n. 31. ff. ad Trebel.

Nec aliter vel alio modo possint dicti emptores cogi ad solutionem dicti residui ipsius precij.

SVMMARIA.

1 *Emptor non potest dici in mora soluendi precium tempore statuto, & præfixo solutioni, si fideiussor de euictione non sit præstitus iuxta conuenta, stante maximè Clausula, quod aliter nec alio modo poßit cogi emptor ad solutionem precij.*

2 *Pactum, quod vel sit inempta non soluto precio locum non habet, cum per uenditorem stetit.*

3 *Venditor habet electionem si alternatiuè sit dictum quod inuestiat precium, vel fideiußorem det.*

GLOSSA XII.

DE ista Clausula quæ habet præcisam naturā suprà diximus sup ea
1 fol. 78. qua apposita † emptor nō uidetur posse dici in mora soluendi precium tempore statuto, & præfixo solutioni, licèt dies aliàs interpellet pro homine, l. magnam, C. de contrahen. & committen. stipulatione; immo etiam si esset factum pactum quod solutione precij non facta res esset
2 inempta, cum per † uenditorem stetisset pactum locum non haberet, ut est text. in d. l. in §. 1. ff. de rescind. vend. sed contrarium tenet Soci. in cons. vltimo nu. 3. vol. 3. Bero. cons. 136. nu. 6. & sequen. in 2. vol. & 200. in
3 fi. in 1. vbi videndū Et cum hic † factū sit pactum de inuestiendo, aut fideiussorem dando, electio erit venditoris, & sic debitoris, seu rei, qui alterum adimplere tenetur, l. plerumque in fi. ff. de iure dot. §. huic aūt, instit. de actio. & c. in alternatiuis, de regu. iur. in 6.

CLAVSVLA XLIII.

Quem Antonium Mariam fideiussorem, & principaliter obligatum vt supra.

SVMMARIA.

1 *Debitor tenetur conseruare indemnem fideiussorem, & resarcire omnia damna propterea passa licèt nihil sit dictum.*

2 *Fideiussor qui soluit pro reo habet actionem mandati contra ipsum reum.*

Quod procedit etiam si sine mandato, sed præsente reo fideiußisset.

GLOSSA I.

HÆc est clausula promissionis conseruationis indemnitatis fideiussoris factæ per reos, quam latioribus verbis ponit Specu. vbi facit instrumentum de hac promissione in d. tit. de fideiusso. §. sequitur. Et licet non apponeretur expresè in instrumentis, tamen non eo minus teneretur reus conseruare indemnem fideiussorem, & sibi reficere omnia dãna propterea passa. cap. 2. de fideiuss. & est de
1 † natura fideiussionis secundum Bal. in l. constitutionibus, C. de usur. trad. Abb. consi. 60. Quoniam, nu. 1. in prin. & cons. 82. conditoris omnium, in fi. & videtur tenere Alexand. cons. 114. Super eo. 3. vol. Mars. d. Rubrica de fideius. q. 26. nu. 193. & q. 44. num. 315. & admittit Paris. cons. 104. nu. 12. 3. vol. Et fi-
2 deiussor † qui soluit pro reo habet actionem mandati contra reum. §. si quid autem, Institut. de fideiuss. quod procedit etiam si sine mandato ipsius scilicet tantum eo præsente fideiussisset. l. qui fide. ff. mand. & facit. l. tutor. in fi. ff. de fideius. si vero pro absente haberet actionem negotiorum gestorum, l. ex mandato, ff. manda.

Dicti emptores vt supra agentes, & obligatens promiserunt prædicto D. Antonio Mariæ præsenti, & stipulanti pro se, & suis hæredibus, indemnem.

SVMMARIA.

1 *Conseruare indemnem ita intelligitur ut nullum damnum patiatur is cui fit promißio.*

Conseruare indemnem promittens, est statim obligatus licet exactio suspendatur.

Conseruare indemnem obligatus ad quæ teneatur.

Fideiussor indemnitatis quando teneatur etiam ultra sortem, & usuras.

Fideiussor indemnitatis conueniri nequit nisi excusso prius principale.

Declara tamen ut hic.

2 *Fideiussor indemnitatis non tenetur quando culpa illius cui fuit promißio indemnitatis facta damnum contigisset.*

3 *Fideiussor indemnitatis an, & quo casu ad usuras teneatur.*

4 *Fideiussor tenetur se defendere, & opponere exceptiones omnes sibi uel reo competentes, excepta exceptione procuratoria, & excusionis non factæ.*

5 *Fideiussor appellare debet si sibi sit facta iniuria.*

6 *Fideiussor si succumbit culpa sua, sibi est imputandum.*

7 *Fideiussor si non fouebat iustam causum, & uoluit litigare, nõ recuperat sumptus factos a reo.*

Quod intellige ut hic.

8 *Fideiussori sunt subministrandæ expensæ pendente etiam iudicio.*

9 *Fideiussor iudicatum solui, non tenetur defendere, & si iudicium subit, & succumbit, non recuperat expensas.*

GLOSSA II.

DE promissione indemnitatis habetur in l. 2. C. si mater ind. promis. & in l. quero in fin. prin. vbi not.
1 omnes, ff. loca. & qui † tenetur aliquem conseruare indemnem intelligitur secundum quod verbum sonat ut nullum damnum patiatur is cui promissio fit, ut per Bart. in d. l. quæro nu. 4. Bald. in l. 1. nu. 1. C. de reuo. his quæ in frau. cred. & in Rubrica, C. de uerbo. signif. 7. q. & statim est promittens obligatus licèt exactio suspendatur, ut per Bart. in l. 1. C. de conue. fis. debit. lib. 10. Alex. cõs. 29. Clarissime Doct. nu. 25. 7. vol. & Dec. admittit cons. 551. nu. 7. Et tenetur promittens ad sortem, & vsuras ut per omnes in d. l. quæro, in princ. & ad omnia dãna, & interesse, ut per Dec. d. cons. Paris. d. consi. 16. nu. 124. in 2. & in cõsilijs supra citatis, & in capit. immunitatis super eadem Clausula ubi etiam citauimus Ruin. & Socin. iun. ut ibi. quando autem fideius. teneatur ultra sortem etiam ad usuras, habetur in d. l. quæro per glos. & Doct. in l. fideiussores magistratuũ, §. j. ff. de fideius. & in l. fideiussor. C. eod. & Azo in summa eiusdem tit. Et tenetur promittens ad defensionem, & ad subeundum iudicium pro fideiussore, l. pater, ubi Bartol. numero primo, & tertio, iuncta l. secunda, ff. de dote prælegata. Bald. in l. cum tibi. C. de euicti, & alij citati suprà. Et licèt quando quis

quis promittit aliquem conseruare indemnẽ à fideiussione pro altero facta, censeat̃ fideiussor indemnitatis, qui non potest conueniri, nisi prius excusso principali pro quo fideiussio facta fuit, & idem in eo qui promisit soluere id quod minus à debitore consequi posset etiam si renunciasset beneficio de fideiussoribus ut supra dictum fuit super Clausula renunc. benefic. de fideius. secus tñ est in reo, qui promittit eius fideiussorem indemnẽ conseruare, tunc enim plenius hæc promissio interpretatur ut trad. Bald. in l. si ꝑ ea, 12. quęst. nu. 13. C. mand. Non procedunt tamen prædictam quando culpa † illius, cui indemnitas promissa fuit, damnum aliquod sibi contigisset, tunc enim promittens minime sibi teneretur. Alex. d. cons. 114. nu. 2. in 3. Socin consi. 70. in 3. uol. Paris. d. cons. 104. num. 12. & Cagnol. in l. quod quis ex sua culpa, in fi. ff. de regul. iur. ꝙ autem de vsuris ad quas promittẽs tenetur ut sup. declaratur procedere si modo fideiussor fuerit de facto coactus ad soluen. usuras ipsas, ut per Alber. in l. 1. col. fin. C. de Sum. Trinit. & Fide Catho. Alex. cons. 107. pro inuestigatione, col. pen. 2. uol. aliàs 8. nu. 2. in 6. Dec. cons. 456. nu. 2. 686. nu. 4. uel si iuratus soluere promisisset secus uero si opponendo potuisset se ab eis liberare non soluere ut per glos. in d. c. 2. Spec. in d. §. de fideius. quid si fideiussor, nu. 9. Bald. in d. l. confessionibus, Cagnol. post Alber. in d. l. quod qs ex sua culpa. & Bart. Brix. in qq. uenere. quæstio. 75. utrum fideiussor quam q̃st. disputat̃ Laur. de Rodul. in c. consuluit. quæst. 47. p er 12. conclusiones distinguens de usur. & Ambro. de Vigna. in d. c. seu tract. de usur. nu. 34. & sequen. Sciendum etiam est, quod fideiussor tenetur se defendere, & opponere exceptiones sibi uel reo competentes ut exceptionẽ doli, non nu. pecu. pacti conuenti, & similes si sciebat reo, uel sibi competere, l. si fideiussor, in princ. ff. manda. secus in exceptione procuratoria, d. l. §. quędam, & in exceptione excussionis non factæ Castr. cons. 232. in causa quã veriatur ad fi. vbi consuluit decisiuè. 2.
5 vol. immo, & debet † appellare si sibi sit facta iniuria si modo sibi constat de iniustitia. d. l. si pro ea, & ibi Bald. nu. 2. & trad. Io. Andr. in addit. Spec. in tit. de iudi. 4. par. §. specialia, in addit. incip. dicit Ioan. de Bla. & de quo in l. si procuratores, §. si ignorantes, ff. mand. etsi
6 culpa sua † fideiussor succumbat, sibi est imputandum. l. exceptione, vbi omnes, ff. de fideiuss. vbi Barto. & alij exemplificant in eo qui ineptè opposuit exceptionem vel non opposuit vel non conduxit aduocatum, vel conduxit ignarum, seu iudicem prouocauit, his uel similibus casibus non repetit, et idem est, quã
7 do non fouebat † iustam causam, & voluit litigare, nam non recuperaret sumptus factos à reo, vt per Paris. d. cons. 104. quod ego intelligo si notorie apparebat de non iure suo secus in dubio quia cum teneatur se defendere ut supra posset etiam recuperare expensas factas
8 immo pendente † iudicio tenetur reus illas sibi subministrare. Barto. in d. exceptione in fi. sequitur Marsil. in d. Rubrica, d. quæstio. 26. nu. 193. Et in dubio licet sibi sit facta iniuria, cum non cõstat de eius culpa repetit omnia à reo. Spec. d. §. 1. nu. 17. Abb. d. cons. 60. nu. 1. Ripa. in tractatu de pest. 2. par. de priui. contract. nu. 93. Aliud tamen est in fideiussore iu
9 dicatum † solui is enim nõ tenetur defendere. etsi iudicium suscipit, & succumbat, non recuperat expensas, secus si obtineat, text. est in l. iam tamen. §. in hac stipulatione, ff. iudic. solui.

Eiusque hæredes & bona indemnes & indemnia.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor indemnitatis non solum tenetur ei, qui promisit, sed & hæredibus, & bonis.*

2 *Fideiussor numquid possit ante quam soluat aduersus fideiussorem indemnitatis agere ut ipsum indemnem conseruet, & ab obligatione liberet.*

Fideiussor, qui stetit per multum tempus in fideiussione potest præsente se liberari.

3 *Fideiussor ad hoc ut possit ante solutionem quid faciendum.*

4 *Fideiussor aliquando licet per multum tempus steterit in obligatione non poterit tamen petere se liberari.*

GLOSSA III.

ETiam si de indemnitate hæredum vel bonorum nulla fieret mentio tamen promissio indemnitatis extenderetur ad eius hęredem & bona. l. si pactum, in fi. ff. de probat. & l. veteris, C. de contrahen. & committ. stipu. cum alijs
1 trad. † supra in Clausula prose, & suis hæredibus, & per Cagno. post Dec. in d. l. hęredem, num. 2. ff. de reg. iur. sic etiam non censeretur quis indemnis si eius bona grauarentur, & possent sibi vel habẽti causam ab eo auferri, tamen ad maiorem declarationem exprimitur ut sæpissime dictum fuit.

Sed nũquid fideiussor antequã soluat possit agere contra eum, vt ipsum indemnem cõ
2 seruet, & ab obligatione liberet, & † tenendum est quod non regulariter; tamen regula fallit in pluribus casibus, si est condemnatus ad sol-

ad soluen.l.fideiussor ꝑ venditore.ff.de fideius.si sit factum pactū à principio vt teneatur vsque ad tale tempus, & exinde debeat liberari; vel debitor principalis cæperit bona dilapidare vt iuste fideiussor timere possit ne efficiatur non soluendo, d.l.si pro ea. vel diu stetit in obligatione quod est arbitrarium iudici.l.Lucius, ff mand.& c. fi.qui tres ex dictis casib. ponit, de fideius. & ibi gl.addit quartū casum de pacto spāli. Io.And.in addi.in d.§.specialia, in tit.de iud.4.par.nu.3.Guid. Pap. decis.117. Fideiussor.Mars.d.Rubric.quæst. 31.num.216.& Afflic. qui ponit quinque casus, decis.241.nu.3.& idem est si de proximo esset condemnandus, ut per Doctor.in dictis locis addit etiam Alexander, cons.72.Visis, & diligēter nume.6.vol.2.idem esse quando quis est obligatus ex instrumēto guarentigiato habente executionē paratam, vt sentētia, quod admittit Guid. Pap.d.decis. & sequitur Mars.d. nu.216. licet in Apostil. ad Alex. in d.cons.aliud teneatur, & contrarium firmat Rodo. Suarez, in repe.l.post rem iudicatam, in c.seu §.incip.visum est supra, num.8.& 11. fol. 670. & sequ. cuius opinio verior uidetur ꝑ trad. per eū ibi, & in praxi dicit seruari Gales.in tracta.ad for.Came.oblig.3.par.2.q.in Rubrica, de perso.petentis executionem, nu. 5.Idem est si fideiussor non soluisset, sed tantum deposuisset quantitatem conuentam. l. qui mutuam.§.fideius.ff.mand.& l.fideiussor qui minor, ff.de fideius.& Mars.ibi, qui ēt plures casus ponit, illos etiam quinque casus supra tactos ponit. Soci.in reg.192.Fideiussor, in fallen.ad dictam regulam, & in regu.præcedenti plures alios casus ponit sub regula quod qui steterit diu in fideiussione potest petere se liberali apud quos sunt uidendi, & ad de Pet. Duen. qui alios casus refert in regula 336.Fideiussor. Ad tollendum tamen omnes difficultates, ut fideiussor possit agere ante solutionem, bene esset in instrumentis addere
3 expressum pactum †quod reus teneatur quādocumque, & quoties per fideiussorem petitum fuerit ipsum ab obligatione eximere, & liberare, per d.l.si pro ea, quam Cautelam dicit Rodo.loco præallegato nu.14. fuisse solitum practicare, quam praxim docet etiam Ang.in d.l.si pro ea.Quę autem dicta sunt de fideiussore qui diu stetit in obligatione, quod possit agere ut liberetur, d.l.Lucius, cum alijs
4 supra citatis, non procedit, †quando quis fideiussit pro debito conditionali, ut pro euict. alicuius rei, pro dote restituēda, uel pro tutore qui non pōt conueniri ante finitam tutelā licet enim fideiussor diu in hac fideiussione stetisset, nō potest agere vt liberetur, quia nō stetit in obligatione quæ nondum fuit purificata, cum nūquam fuerit actum de euictione. uel uenit casus restituendæ dotis, uel potest agi actione tutelę.ita trad. Cinus, Bal.& alij in d.l.si pro ea.Bart.Bald. Castr. & Alex. post Iac.de Aret.in l.facere posse.ff.sol.matr. Mars.d. quæstio.31. nu.225. Socin. reg.147. aliàs 191. 1.fallent.& Afflict.decisione 241. num.4.si tamen id expresse permitteretur, & emptor uel alius creditor conditionalis nollet mutare fideiussorem, & alium accipere ad id enim non tenetur, l.si mandato.§.1.ff.māda.tunc satis est si promittens præstet fideiussorem idoneum de conseruando illum primum fideiussorem indemnem ab obligatione, ut trad. Bald.in l.2.§.1.in fi. Lecturę antiquę, ff.si cert.pet.& in l.2.nu.9. C.de senten. quæ sine certa quantit. & in l. si pater, cum quo communiter transeunt ibi Doctor.C.de collat.& trad. Alex.alias decisiones citans in d.l.facere posse num.2.uide, & Hercul.tract. de cautio.de non offen.c.50.nu.75.

Ac penitus sine damno conseruare.

SVMMARIA.

1 Fideiussor numquid possit protestari aduersus creditorem ut agat aduersus debitorem, et creditum exigat dum est soluendo, & si creditor negligat, numquid excusetur.

L.si fideiussor creditori, ff. de fideiussor. declarata.

GLOSSA IIII.

De ista Clausula aliqua trad. Paris. cons.58.nu.11.j.vol. & dictū fuit sup. fol. 120. & de dictione penitus, ēt supra super eo. ver. Sed pone quòd lapsum est tempus exigēdi debitum pro quo præstitus est fideiussor creditor differt exigere, & dubitat fideiussor ne reus labatur facultatibus interim, & propterea denuntiat creditori vt agat contra debitorem, & creditum exigat dum est soluendo, ac protestetur, quod si efficiatur non soluendo, non
1 vult teneri, nūquid excusetur †fideiussor si negligat creditor exigere, si postea reus non sit soluendi? In hac q̄st. distinguendum est, quod si fideiussio sit facta de soluen. id quod creditor ab aliquo puta Titio exigere non poterit, de qua supra dictum fuit, & est casus in l.si fideiussores, in prin.ff.de fideiu.& in l.inter creditores, ff.eod. & tunc certum est quod negligentia sua nocet creditori, d.l.si fideiussores, & trad. omnes in l. si fideiussor creditori, ff. eo.& Ruin. cōs.45.n.4.& 5.5.uol.si vero simpliciter est facta fideiussio et pure, aliud est, d. l. si fideiussor creditori, quæ procedit secundum

dum ius antiquum ante ius Authentic. uel quando esset renunciatum beneficio de fideiuss. ut in casu nostro de quo latè dictum fuit. Et hoc nisi in pnicię fideiussoris, ut ipsum cõuenire posset ad soluen. creditor differet, arg. l. 1. §. denique, & l. 2. §. pen. ff. de aqua. plu. arcen. ubi attenditur animus nocendi. ita dicit glos. & sequitur ibi Bar. qui dicit in dubio nõ censeri dilatum in necem fideiussoris in d. l. si fideiussor, & cęteri sequuntur sed quando habet locum beneficium excussionis, ut quia ei non sit renũciatum illa lex si fideiussor creditori, videtur conuenta, ut tenet Bart. ibi, & sentit Castr. & propterea quemadmodum in cau. d. l. si fideiussores creditor negligens exigere præiudicat sibi respectu fideiussoris, ita etiam in casu isto si sit sibi denunciatum, ut agat & creditum suum exigat. ita firmant Bal. in lectu. anti. ad fi. Castr. nu. 10. & Alex. nu. 10. cum quibus videtur tenere Dec. in 1. not. in allegata lege fi. in princ. ff. si cert. pet. quam opinionem defendit Alex. uel Imo. & Raph. tenentes contrarium, in l. decem, nu. 3. & sequen. ff. de uerb. oblig. & ita cum casus mihi accidisset practicari feci. Bart. tamen in d. l. si fideiussor creditori dat alia remedia fideiussori ut offerat debitum creditori, ut faciat sibi cedi actiones, l. fideiussoribus. ff. eodem titu. uel deponat, & agat contra reum ante quã labatur facultatibus, d. l. fideiussor qui minor eod. tit. de quo supra in præcedenti Clausula dictum fuit.

A præsenti fideiussione promissione & obligatione per eum factis.

SVMMARIA.

1 *Promisisse, fideiussisse, & obligasse differunt.*

GLOSSA V.

1 Differunt † inter se aliquem promisisse, & fideiussisse, ac se obligasse, quia quando quis promittit de euictione uel in casu restitutionis dotis cum nondum purificata fuerit conditio, nondum dr̃ obligatus proprie, nec dr̃ stetisse in obligatione, licet steterit in promissione et fideiussione, quod est cõsiderandum pro formando libello ut Baldus, not. in dicta l. si pro ea, numero quinto, & Alexander, in dicta l. facere posse, numero primo, ut tamen nihil excludatur, omnia uerba hæc copulatiuè apponuntur & ad maiorem declarationẽ etiam additur sequens Clausula.

Et ab omnibus & singulis in præsenti instrumento contentis.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor si soluit creditori & repetat a reo numquid debeat probare solutionem per ueram numerationem seu satis sit probare per confessionem creditoris.*

2 *Fideiussor repetit a reo etiam si non uerè neque realiter soluerit sed tantum delegauit debitorem suum licet inopem.*

3 *Fideiussor & si nihil soluat exigit a principali ut si succesit uenditori, uel gratis fuit liberatus contemplatione ipsiusmet fideiussoris.*

4 *Fideiussor soluens id reo notificatore debet.*

5 *Fideiussor licet sit vsque ad certum tempus obligatus elapso tamen dicto tempore potest soluere, & liberare debitorem, & ab eo repetere.*

GLOSSA VI.

De ista Clausula satis scriptum fuit supra in Clausula ratihabitationis in verbo, omnium & singulorum & super verbo, cum omnibus in eo conuentis. Et quia in instrumẽto fuit promissa solutio per fideiussiones quem reus indemnem cõseruare promittit quæritur an fideiussor soluat creditori, & repetat à reo debeat ꝓbare solutionem per veram numerationem seu satis sit probare per confessiones creditoris, quod tenent glos. & Bart. per verbum forte. in l. duobus §. 1. ff. de iureiur. & Fulgos. sequitur ac nonnulli alij, quos citat Mars. in dicta Rubrica 35. quæst. nu. 265. sed tamen tenendum est contrarium vt tenuit Bar. in consilio 160. Titius promisit. & communiter omnes in d. l. duobus, §. 1. Afflict. decis. 91. nu. 3. Mars. alios citans d. nu. 265. etiam Tiraquel in tracta. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 18. nu. 84.
2 & tit. 2. §. 4. glos. 6. nu. 17. Repetit † etiam fideiussor à reo, & debitore etiam si non vere, & realiter soluerit creditori, sed debitorem suũ sibi delegauerit, etiam inopem. l. qui debitorem, ff. de fideius. immo etiam, & quandoque
3 † etsi nihil soluat exigat, ut si succedit creditori. l. si ei cui damnatur, ff. manda. & l. hęres, §. fi. ff. de fideius. sicut etiã si gratis liberetur contemplatione ipsius fideiussoris ex causa donationis, vel remunerationis. l. idem quod §. fi. ff. mand. secus si simpliciter, l. si vero non remunerandi, in princ. ff. eo. de quo per Marsil.
4 in d. Rubrica, quæst. 43. num. 312. Debet † tamen fideiussor soluens id notificare reo, ne forte is iterum solueret. l. si fideiussor, §. si cũ debitor, ff. mand. quibus addendum est quod
5 licet † fideiussor esset tempore liberatus, vt

quia

quia se obligauit vsque ad certum tempus tãtum, tamen potest soluere & debitorem liberat, ac ab eo repetere potest. dicta l. si fideiussor. §. finali.

Omnibus ipsorum emptorum & suorum vt supra iudicijs, sumptibus, periculis, & expensis.

SVMMARIA.

1 Fideiussori pauperi, et non habenti unde soluat si grauetur a creditore quomodo sit succurrendum ne carcer. mancipetur.

GLOSSA VII.

QVia promittens aliquem conseruare indemnem tenetur eidẽ ad omnia damna, interesse, & expẽsas, & ad suscipiendum iudicium in se, ipsumque defendendum, ut supra diximus in Clausu. Quem Dñm Antonium Mariam cum Clausu. sequ. hæc Clausula videtur esse magis superflua quã necessaria, super qua tamen in capitulo euictionis deo dante aliqua scribemus, sed quid si fideiussor est pauper, et non habet unde soluat, & grauatur à credi-
1 tore, quo modo potest sibi † succurrere ne carceri mancipetur. dici potest hoc casu solui de bonis debitoris, l. si procuratorem, §. si ignorantes. ff. mand. & ibi Bart. & alij trad. Mars. in dicta Rubrica, quæst. 54. numero 364. Paris. dicto consilio 104. numero octauo, tertio uolumine, & Rod. in decla. dictæ l. secundæ foro ll. libro secundo, in §. sed pone. quæstionem, numero 26. fol. 784.

Omni iuris, & facti exceptione remota.

SVMMARIA.

1 Executio sententiæ latæ contra principalem, numquid fieri poßit contra fideiussorem.

2 Sententia lata contra fideiußorem, quæ contra eum executioni mittitur numquid ad eius instantiam poßit mitti executioni contra reum sine alio proceßu.

GLOSSA VIII.

DE ista Clausula sæpissimè supra dictum fuit, nunc duo pro complemento huius materię vidẽda sunt, & primo numquid executio sententiæ latę contra principalem, possit fieri contra fideiussorem & con-
1 cludendum est quod contra fideiussorem † iudicis potest. l. fin. ubi omnes, per illum tex. C. de vsur. rei iud. Bar. in l. 1. ff. iud. sol. Guid. Papa quæstio. 26. Fuit inter. & Cagn. in l. in eo quod plus, §. 1. in fin. secus verò in fideiussore contractus. Guid. Pap. dicta quæstione. Mars. in dicta Rubrica, quæstione 49. num. 349. & Rod. in dicta l. post rem iudicatam, in §. incip. visum est supra, numero primo, fol. 667. & in dicta l. secunda, dicto §. 53. pone, numero 20. vbi nu. 21. extendit.

Secundo numquid sententia lata contra fideiussorem, quæ executioni mittitur contra eum, possit ad eius instantiam pariter executioni mandari contra reum sine alio processu. In fideiussore iudicij iudicatum solui, non est dubium quod potest etiam per illum iudicem qui commisit exceptiones cõtra fideiussorem, licet respectu rei esset incõpetẽs, l. cum vendente, ubi Bald. & Castr. qui dicit fuisse de facto in ciuitate Lucana. C. ubi causę fisc. & l. cum eorum, ubi etiam Bald. & Castr. C. de senten. & idem Bal. Cast. & alij in d. l. fi. C. de vsur. rei iud. & trad. Ioan. de Amic. consil. 34. nume. 2. Boer. decis. 277. numero 4. sed in fideiussore contractus aliud dicendum est, vt trad. Baldus, in d. l. fi. §. 1. numero 6. & in d. l. cum eorum nu. 2. & hanc distinctionẽ sequitur Mars. in d. Rubrica, quæst. 52. & sequen. nu. 362. & 363. & Rod. d. l. 2. d. §. sed pone, num. 21. fol. 782.

FINIS.

[illegible]THOLOMAEI

PASCOLI

[illegible]

[illegible]

[illegible] Lingua [illegible]

[illegible]

VENETIIS

[illegible] Pitteriam

M. [illegible] XCVIII

BARTHOLOMAEI BERTAZOLII FERRARIENSIS,

IVRISCONSVLTI PRAECLARISSIMI,
Et Serenifs. Ferrariæ Ducum quondam Confiliarij.

Repetitio folemnis, L. fi quis maior. C. de Transactionibus.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

Apud Florauantem Pratum.
M D XCVIII.

Typographus Candido Lectori.

Iurisprudentiam humanarum moderatricem rerum Lector beneuole, vt prisca sęculorum memoria omnis summè venerata est antiquitas, ita præsens hoc admiratur & obstupescit indies sęculum, & numinis singulare agnoscit cœlitus beneficium sibi munificentissima præ reliquis & ijs quidem innumeris passim collatis vltrò donarijs contributum, cum huius vnicæ medio Iurisprudentiæ, æqui boniq́ue inter homines sociali concordia copulatos parta administratio indies augeatur magis, adaucta confirmetur, confirmataq́ue perpetua quadam duratione stabilita, in omnem quasi æternitatem diutina persistat viuacitate. Cui quidem Iurisprudentiæ (sic loqui liceat) æternitati, inexhaustis laboribus, indefesso conatu, studio singulari, & veterum prisca maiorũ ætate, & præsenti hoc sęculo pariter nostro potissimũ sanè ac fęlicibus auspicijs plurimum consuluere vt Papiniani, Scæuolę, Dorothęi, Trebonianiq; quamplures, sic pręter innumeros ingenij laude pręstantes viros Iurium consultissimos, non multis ab hinc annis dum fœlici hac spiritus aura frueretur Bartholomęus de Bertazzolijs legum Coriphęus Ferrariensis, genere clarus auito, doctrina multiplici illustris, virtutisque tandem Myrmetia ornatissimus heros, talem se in hac colenda, ornanda, adaugenda, confirmandaque legum disciplina pręstitit athletam, vt non tam Iurium omnes quotquot sunt Candidati tyrocinio adhuc inhęrentes Legali, sed ipsi etiam legum antistites, & pręclarè de hac meriti iampridem scientia viri, iamque emeriti in hac militię palestra veterani, ipsius scriptis theoricam partim contemplationem concernentibus, partim actiuam praxim edocentibus adiuti, haud postremam illi inter huius ętatis Doctores laudem iure merito voluerint adscriptam. Quis enim adeo ab eo quòd passim omnium obuiam est cognitioni remotus inuenitur mortalium, qui nõ luce ipsa clarius videat, huius viri vnius pręclaris ingenij monumentis, abstrusos iurium recessus vt ciuiles, ita & eos qui in criminum enodatione iudicijsque versantur, cunctis faciles tritosq; singulari quadam methodo cõmonstratos, fecisse, eiusdemque doctissima Clientum votis obsecundando Responsa in publicum propalata tanquam ex Tripode & intimis Delphici cuiusdam Apollinis penetralibus, eruta recenter Oraculą, non tam admirationem doctis, quam stuporem pręstantissimis passim huius sęculi ingenijs peperisse. Accedit eximium illud summę vtilitatis commodum in omnes fœlici scriptionis genere tamquam beata quadam optabilique in bonarum sobolem literarum propagine nixu fœcondissimo abundantissimè tanti opera Doctoris, transfusum, & incessanter. Hoc namque citrà inuidię metum vel vllum licet indubitatò nobis asserere, ipsum non tam patrię (cui plurimum profecto deberi vt cõmuni nostrę altrici vltroneè & lubentes agnoscimus) Vrbi Ferrarię, quam circumuicinis Ciuitatibus Insubrum, imo ipso omni Latio, totique demum Europę quæ Iuris agnoscit Cęsarei decreta, & Principum placita Romanorum vt Sacratissimas Sanctiones veneratur, non ingenio minus quam pio semper excelsoque conatu

gnauiter

gnauiter consuluisse. Extra affectum omnẽ loquimur: res ipsa edocet ac testatur, quanta huius opera viri in legalis studij vt paulo antẽ attigi tyrones alumnos & Laurea etiam decoratos Doctorali quamplures viros vbertim cum fœnore etiã literario commoda promanarint. Tu Lector candide nullo liuore tabidus arbiter ęquus ac iudex esto, & Bertazoliũ nostrum imo verius tuum, ab inuidi obtrectatoris lingua mordaci & noxijs vibicibus pro tua vt velis protectum humanitate vehementer optamus. Interim nos tuis auidi subseruire studijs, & commoda adaugere pariter tua percupidi, operam dabimus omnem, vt sicut hunc quem vides tibi offerimus nouiter impressum Bertazolij Tractatum, ita etiam alia pro rerum mediocritate nostrarum indefessè bonarum monumẽta literarum quę in rem futura tuam persenserimus non minori sinceritate quam voto si vitam largiri dignabitur diuturniorem cunctipotens vt semper antea, ita in futurum etiam euulgare constanter studebimus. Vale & plaude.

BARTHOLOMAEI BERTAZOLII IVRISCONSVLTI PRAECLARISSIMI,

Et Sereniss. Ferrariæ Ducum quondam Consiliarij Repetitio solemnis.

L. Si quis maior, C. de Transactionibus.

SVMMARIA.

1 *Maior vigintiquinque annis transactioni iuratæ uel pacto iurato contraueniens pœnas huius legis incurrit.*
Delinquens si pœna ipso iure instigatur priuatur dominio; & num. seq.
2 *Lex nulla debet esse de indubitabili.*
3 *Diuersitas non infert, & separatorum ratio debet esse separata. & infra numero 195.*
4 *Iudicia, & contractus pari passu incedunt.*
5 *Ratio certa reddi non potest in statutis de iure positiuo.*
6 *Periculum ubi maius est, ibi plenius est consulendum.*
7 *Frequentia delicti delictum auget.*
8 *Peccat grauius deierans per Deum, quam per creaturam. & num. seq.*
10 *Principis potestas a Deo est.*
11 *Iuramentum quodcumque etiam per creaturas Christicolis prohibitum est.*
12 *Anima cunctis rebus est præferenda.*
13 *Extensio fauore animæ facienda. & nu. 140. & ibi. & quomodo id procedat vide infra. num. 15.*
Pœnalis constitutio propter iuramentum extendenda. & num. sequent. & ibi.
14 *Dispositio correctoria extenditur fauore iuramenti.*
15 *Pœnalis constitutio licet extendatur quo ad principale dispositum propter iuramentum, tamen non debet extendi quo ad pœnam.*
16 *Extensio nihil aliud est quam quædam augmentatio prioris dispositionis, & ad materiam.*
17 *Augmentum fit cum omnibus suis qualitatibus.*
18 *Extensio fit cum suis qualitatibus, & conditionibus.*
19 *Pœnales casus sunt stricti iuris.*
20 *Pœna non censetur repetita.*
21 *Extensio non potest fieri in dispositione correctoria, & pœnali simul.*
22 *Extensio non fit in dispositione exorbitanti, & pœnali simul.*
23 *Extensio fieri non debet quãdo pęna ipso iure irrogatur.*
24 *Dispositio huius legis non procedit de iure canonico.*
25 *Lucrum inhonestum existimatur de iure canonico quod ex multo rigore descendit.*
26 *Iuramentum facit quem etiam de foro ecclesiastico, vide etiam infra. num. 687.*
Quomodo autem id procedat vide nu. 29. 30. & 726. cum seq.
Ius canonicum attenditur in materia iuramẽti. d. n. 26.
27 *Leges sæcularium principum ad confirmationem iuramenti pertinentes sunt hodie nullius momenti.*
28 *Iurisdictionis est ius legem ferendi.*
29 *Forum ecclesiasticum attenditur propter iuramentum respectu obligationis quæ Deo acquiritur directo ex iureiurando.*
30 *Secus autem respectu obligationis, quæ ipsi parti prouidet.*
31 *Ius canonicum in terris Papæ attendendum.*
32 *Aequitas scripta rigori præfertur.*
33 *Dolus an exigatur ut his pœnis hic explicatis sit locus vide disputatum vsq. in finem quæstionis.*
34 *Periurium non committitur sine dolo.*
35 *Et est quædam falsitas.*
36 *Difficultas excusat a periurio.*
37 *Infamis quis non efficitur ex culpa, sed ex dolo.*
38 *Dolus in causa criminali, & capitali exigitur, nec sufficit lata culpa.*
39 *Causa infamiæ æquiparatur causæ vitæ.*
40 *Retorsio est optimus, & efficacissimus modus conuincendi aliquem. & nu. sequ.*
42 *Periurus etiam est qui iurat falsum, licet credat iurare veritatem.*
43 *Periurus dici non potest cui aliquid impetrari nõ potest.*
44 *Lata culpa sufficit nec exigitur dolus cum ipso iure infamia irrogatur. & num. 46.*
45 *Lex magis factum notat quando ipso iure infamia irrogatur.*
46 *Infamiæ irrogatio non est pœna capitalis.*
47 *Causa qualibet etiam iniusta excusat a dolo.*
48 *Etiam si sit bestialis.*
49 *Credulitas etiam fatua excusat a dolo.*
50 *Temeritas excusat a dolo.*
51 *Lata culpa sufficit ad periurium incurrendum scilicet quo ad reatum, non quo ad pœnam.*
52 *Impotens ad soluendum an sit periurus.*
53 *Distinctio Doctoris concordantis opiniones est amplectenda. & nu. 312.*
54 *Doctori distinguenti tamquam magis veritati appropinquanti standum est.*
55 *Dispositio, seu decisio fundata in duabus rationibus altera sublata non cessat.*
56 *Sententia sustinetur ex causa vera licet etiam falsa sit expressa.*
57 *Dispositio huius legis an habeat locum si causa delegetur de æquitate.*
58 *Pactum nudum facit vt agi possit in causa commissa sola æquitate attenta.*
59 *Dispositio huius legis est rigorosa.*
60 *Clausula, sola facti veritate inspecta, quid importet. & num. seqq.*
63 *Pœna quæ ipso iure imponitur in foro conscientiæ debetur. vide infra nu. 61. 65. 67.*
64 *Pœna in foro conscientiæ exigi, vel retineri non potest. vide num. seq.*
68 *Pœna est commensuranda delicto.*
69 *Dispositio huius legis an habeat locum in muliere iurante & contraueniente, quod non.*

De veritate tamen vide infra nu.101.
70 *Fœmina non habet integritatem intellectus.*
71 *Minor,& fœmina æquiparantur.*
72 *Pœnalis lex, & odiosa est restringenda.*
73 *Si quis,dictio,an comprehendat fœminam,vide hic latè disputatum vsque in finem quæstionis.*
74 *Masculinum genus concipit fœmininum.*
75 *Mulieri non magis succurritur quam alij nisi in casibus a iure expressis,vide nu. seq.*
77 *Mulier quando teneatur si negligendo, vel committendo deliquit.& nu. seq.*
79 *Si qua,dictio,est propria mulieris.*
80 *Aetas perfecta est viginti quinque annorum.*
81 *Mulierum sexus fragilis est.*
82 *Mulieres habent consilium inualidum.*
83 *Consilium animi nullum reperitur apud mulierem.*
84 *Minores, rustici, & mulieres sunt personæ miseratione dignæ,quæ magis per imbecilitatem, quam per contumaciam non parere præsumuntur.*
85 *Masculinum an concipiat fœmininum in pœnalibus, & num.92.& 93.*
86 *Masculinum genus an de propria significatione, vel ex interpretatione fœmininum concipiat. & nu.61.*
87 *Masculinum genus an concipiat fœmininum in correctorijs.& numero 104.*
88 *Quid in exorbitantibus.*
89 *Quid in exorbitantibus & pœnalibus simul.*
90 *Quid in odiosis odio irrationabili.*
94 *Mulier tenetur pœna l.si quis in tantam. C.vnde vi.*
95 *Masculinum genus etiam de significatione Grammaticali fœmininum concipit.& nu. seq.*
97 *Odium irrationabile quid sit,& nu.108.*
98 *Richardus de Salyceto fuit condemnatus in libris nouem in sindicatu ex quo tenuit dictum, si quis, non comprehendere fœminam.*
99 *Statutum quod nullus vadat sine lumine comprehendit mulierem.*
100 *Statutum puniens violentiam cum armis vel sine,comprehendit mulierem.*
102 *Dictio si quis,est communis vtroque generi.*
103 *Proprietas verborum etiam in pœnalibus & odiosus est attendenda.*
105 *Lex quando dicatur correctoria,& quando exorbitans.*
106 *Lex correctoria quomodo differat ab exorbitante remissiue.*
107 *Dictum Doctoris intelligitur secundum legem quam allegat.*
109 *Statutum quod filij bannitorum non possint habitare in ciuitate non comprehendit filias fœminas.*
110 *Statutum quod viri bannitarum expellantur non procedit in vxoribus bannitorum.*
111 *Pœna non debet egredi suum auctorem.*
112 *Statutum quod extante patruo actus paternus excludatur non excludit auiam.*
113 *Sui,dictio, in odiosis odio irrationabili non comprehendit fœminam.*
Rebellis si quis fiat ex forma statuti,ipse & sui,non veniunt fœminæ.
114 *Lex nihil iniqui continere in se præsumitur,propter auctoritatem conditoris.*
Lex pœnalis in foro contentioso seruanda.
115 *Mulier a vero dolo nō excusatur,licet sic a præsumpto.*
116 *Mulier punitur de audacia.*
117 *Glossæ auctoritas,omnem aliam antecellit.*
118 *Rigor scriptus æquitati non scriptæ præfertur.*
119 *Rusticus a pœnis huius legis an sit excusandus, & nu. 130.& 141.*
120 *Rusticus a dolo præsumpto excusatur.*
121 *Et a præsumpta fraude.*
122 *Rusticus a suspicione vsurarum excusatur.*
Dispositio c.ad nostram, de empt. & vend. & cap. illo ver.de pignor.non procedit in rustico.
123 *Rusticus excusatur licet rem emerit non obseruata statuti forma.*
124 *Rusticus excusatur a pœnis iure positiuo illatis.*
125 *Mater rustica transiens ad secundas nuptias non procurans inuentarium fieri a tutore non incidit in pœnam, quod declara vt num.seq.*
127 *Ignorantia iuris positiui rusticos excusat. vide tamen supra num. 121.*
128 *Iusta causa videtur esse rusticitas vt clausula generali rusticus ignorans restituatur.*
129 *Rusticus sagax non excusatur.*
Nec qui vadit sæpe ad nūdinas qui vocatur rusticonus.
130 *Dispositio huius legis an habeat locum in rustico, & num.seq.*
132 *Rusticus sicut vadit ad siluam pro lignis ita debet ire ad ciuitatem pro consilijs.*
Mulieres debent ire pro consilijs sicut vadunt pro indulgentijs.
133 *Rusticus non excusatur in his,quæ sunt contra speciem honestatis.*
134 *Item nisi in casibus a iure expressis.*
135 *Rusticus non excusatur quando factum vergit in detrimentum alterius.*
136 *Rusticus hæres non conficiens inuentarium amittit beneficium l.fin.C.de iur. delib.*
137 *Rusticus non excusatur quando erat in iure naturali, vel in ratione naturali.*
138 *Iuri naturali contrauenit qui promissa non obseruat.*
139 *Rusticus non soluens canonem pro emphiteusi cadit a iure suo.*
140 *Rusticitas non excusat in delictis.*
141 *Rusticus non excusatur etiam ignorans pœnam delicti dummodo sciat se delinquere.*
142 *Ciuitas & vniuersitas an pœnis huius legis affici possit, & num. 170.*
143 *Vniuersitas minori æquiparatur,& nu. 154. 155.& 171.*
144 *Si quis, dictio, in lege apposita non comprehendit vniuersitatem.vide nu.151.154. & 173.*
145 *Si quis, dictio, personam veram non fictam comprehendit.*
146 *Ciuitas,vel vniuersitas non est proprie persona,sed fingitur vice personæ.*
147 *Pœna priuationis a lege imposita non habet locum nisi expressè lex eam imponat.& nu.seqq.& nu.174.*
150 *Extensio an fiat in dispositione pœnali non etiam correctoria.& num.175.178.*
151 *Lex loquens per dictionem, si quis,comprehendit uniuersitatem etiam si sit pœnalis.& nu.154.*
152 *Ciuitas uel uniuersitas an ueniat appellatione personæ.*
153 *Et saltem sub lata significatione.*
154 *Vniuersitas non semper minori æquiparatur.*

Sed

155 Sed quando est Deo dicata.& nu.seqq.& nu. 171.
157 Vniuersitas est fictum corpus.
158 Persona ficta periurio allegari non potest.
159 Communitas, collegium, seu vniuersitas maiorum iurantium, & contrauenientium an pœnas huius legis incurrat.& num. 160. & 192.
162 Extensio an fiat in pœnalibus ne delicta remaneant impunita, & vide num. 177.
163 Et quid si sit eadem ratio.& nu.seq. & 178.
165 Ciuitas puniri potest si delinquat.
166 Cōmunitas usuras recipere nō potest sicut nec priuatus.
167 Communitas seu vniuersitas delinquere potest tam committendo, quam omittendo.
168 Ciuitas Brixiæ fuit condemnata per Henricum Imperatorem aratro subijcienda.
169 Bonifacius Papa totum collegium templariorum destrui fecit, quia erant hæretici.
172 Argumentum de republica ad minorem, & è contra validum.
176 Ciuitas continet fœminas, pupillos & infantes.
179 Tex. in cap. 1. §. porro. Quæ fue. 1. caus. benef. amit. intellectus.
180 Casus omnes de facili numerari non possunt.
Feudi priuationis materia propter debitum vasalli arbitraria.
182 Doli actio non datur contra municipes.
183 Singuli de vniuersitate in quo delinquens puniri possunt.
184 Dispositio iuris non conuenit ubi verba non conueniunt.
185 Maximè in exorbitantibus.& nu. 240.
186 Singuli de vniuersitate non obligantur contrahendo nomine vniuersitatis.
187 Et propterea Singulis impune licet contrauenire, & num. seq.
189 Vniuersitas non incidit in pœnam cōtrauenięte sindico.
190 Argumentum à maiori validum.
191 Procurator etiam cum libera non potest facere dominum incidere in pœnam.
193 Communitas, seu vniuersitas excommunicari posset quando omnes sunt doli capaces.
194 Excommmunicatio non efficit successores in dignitate, quia fertur in animam delinquentis verè, & non fictè.
196 Dispositio huius legis an habeat locū in minore iurāte.
197 Et quid si iuramentum sit duplex.
198 Minor quando propter iuramentum amittat beneficium l. 2. C. de rescind. vend.
199 Iuramentum minorem non facit verè maiorem.
200 Dispositio huius legis hēt locū in casu vero non in ficto.
201 Dispositio hæc an in minore qui veniam ætatis impetrauit sibi locum vendicet.
202 Quid in minore qui ex forma statuti habetur pro maiore.& nume. 208.
203 Statutū quod maior viginti annis habeatur pro maiore vigintiquinque ualet etiam conditum ab uniuersitate.
204 Et talis maior quantum ad omnia reputatur maior.
205 Omne qui dicit nihil excludit, & nu. 707.
206 Mulier minor, quæ habetur pro maiore, non excusatur a pœna statuti loquentis de matribus transeuntibus ad secunda vota, & non petentibus tutorē dari filijs.
207 Statutum non potest fingere in ijs, quæ sunt facti, nec facere quod non factum sit verè factum.
208 Statutum in casu vero non habet locum in casu ficto.
209 Tamquam, dictio, denotat fictionem, & improprietatē.
211 Minor qui iurauit, & effectus maior contrauenit, an in pœnas huius legis incurrat.
212 Furiosus, vel mentecaptus pœnis huius legis non tenetur, & nu. 214.
213 Lex generalis, generaliter debet intelligi.
215 Furiosus etiam si iuraßet, & contraxisset tempore dilucidi interualli nō incideret in dispositionē huius legis.
216 Lex generalis recipit restrictionem de habilitate.
217 Prodigus an pœnis huius legis afficiatur. & nu. 219.
218 Prodigus punitur de audacia pœna l. si quis in tantam. C. vnde vi.
Et non excusatur in delictis.
219 Prodigi contractus est nullus.
220 Nec iuramento firmatur.
221 Dispositio huius legis an locum sibi vendicet in contractu nullo.
222 Aduersus, dictio, quid importet.
223 Lex ista an habeat locum in quolibet cōtractu et pacto.
224 Pactum est nomen generale omnes contractus comprehendens.
225 Pactum licet sit nomen generale, tamen in materia pœnali, & odiosa restringitur.
Verba in dispositione pœnali, & odiosa restringenda. & num. 267.
226 Pactum factum ante litem motam metu futuræ litis trāsactionis vim habet licet non sit proprie transactio.
227 Pactum de re liquida, transactio fit de re dubia.
228 L. 3. in prin. ff. de cond. causa dat. an in verbo, quasi, ibi stet propriè, vel impropriè.
229 Quasi, dictio, denotat improprietatem.
231 Immò est expressiua veritatis.
232 Lex intelligitur secundum materiam tituli sub quo est situata, vide tamen nu. 236. & 237.
233 Statutum descriptum inter ciuilia non censetur loqui in causis criminalibus.
235 Nigrum aliquando est generalius rubrica, & tunc generalitas textus est attendenda.
238 In claris non est opus coniecturis.
239 Pactum in genere potest esse gratuitum.
241 Veerba aliquid debent operari.
Quod procedit in contractibus. nu. 243.
Et in statutis. num. 244.
Et in priuilegijs. nu. 245.
242 Verba in dispositione pœnali magis in specie, quam in genere sunt accipienda.
246 Verbum etiam minimum aliquid operari debet.
247 Sillaba non debet superfluè apponi.
248 Certi condictio specialis non generalis in dubio censetur intentata.
249 Verbum speciale generale præcedens restringit.
250 Verbū speciale iūctū alteri generali alterat illud genus.
251 Genus an restringatur per speciem apposita disiunctiua. & num. 253. & 256.
252 Pactum considerari potest in specie tamquam conuentio facta non prætextu litis.
254 Adoptio, verbum generale, restringitur per verbum arrogatio speciale sequens propter disiunctiuam.
255 Vocabulum æquiuocum comprehendens genus, & speciem, quando pro specie capiatur.
257 Disiunctiua apposita inter genus, & speciem pro expositiua accipitur. vide num. 259.

258 *Distinctiuæ natura est vt inter diuersas species ponatur.*

260 *Geminatio magis deliberatam voluntatem ostendit.*

261 *Geminatio etiam facta in vno instanti declarat animum. & num. 600.*

262 *Transactio est inducta causa dirimendarum litium.*

263 *Ratione cessante cessat dispositio.*

264 *Ratio decidenti huius legis est vltio periurij.*

265 *Illustris vir promittens iuratus iudicio sistere si negligat an has pœnas incurrat.*

266 *L. nam sufficit. de dolo. & l. 2. C. de reb. cred. in totum per hanc legem corriguntur.*

268 *Verba in dispositione pœnali, & odiosa sunt quidem restringenda sed iuxta suam propriam significationem.*

269 *Vendens fundum emptori soluenti partem precij, & residuum promittenti soluere infra certum temporis spacium emptore non soluente an liberetur à periculo euictionis. & nu. 273.*

270 *Emolumentum non continet actionem de euictione.*

271 *Lucrum non consequi aliud est, & aliud damnum facere.*

272 *Contraueniens non amittit ea, quæ sunt de natura contractus; vide tamen infra num. seq. & 275. 276.*

274 *Actione priuatus per exceptionem potest ipso iure priuari. & nu. 563.*

Remittens actionem personalem potest per exceptionem submoueri, vel contraueniens iureiurando promissis ipso iure eam amittit.

276 *Auxilium legis non meretur, qui in legem committit. & num. 646.*

277 *Iuramentum alterat naturam contractus si consensus non deficiat. & nu. 652.*

278 *Contraueniens laudo si in compromisso iurauit, tenetur ad obseruationem parte aduersa ab eo liberata.*

279 *Emphiteuta deficiens in solutione canonis nunquid propter iuramentum possit ante tempus a lege præfixum expelli, vide ad materiam quinque num. seqq.*

281 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo apponitur. de materia vide etiam num. 284. 651. 667. vsq. ad nu. 684. & nu. 710.*

282 *Sapientis est mutare propositum in melius.*

285 *Statutum quod emphiteuta, vel conductor non possit expelli etiam quantocunque tempore deficiens in solutione canonis, vel mercedis, non procedit si sit iuratum per emphiteutam, vel conductorem soluere.*

286 *Venditor si vendat duobus, & secundo tradat, an propter iuramentum primus præferatur, & nu. 288. & 625.*

287 *Iuramentum an priuet contrahentem, vendentemve dominio suæ rei propter inobseruantiam, & nu. 624.*

289 *Compromittens ex necessitate statuti, vel iussu iudicis, & contraueniens an his pœnis affici debeat. vide etiam num. 290. 292. 295. 299. 303. 304. 313. 316. 317. 319. & 321.*

290 *Compromissum pacti appellatione comprehenditur & ad litis decisionem pertinet.*

291 *Promittens coactus à iudice de iudicio sisti coram eo non perdit declinatoriam, & ius petendi compromissum ex forma statuti.*

293 *Appellari potest a sententia arbitrorum electorum ex forma statuti.*

294 *Arbitri electi ex forma statuti sunt magis iudices delegati, quam arbitri.*

296 *Necessitas per allegantem est probanda.*

297 *Canonicus nouiter receptus sponte aliquid soluens non committit simoniam etiam quod statutum ipsum arctaret ad tale quid soluendum.*

298 *Pater licet de necessitate teneatur dotare filiam, si tamen eidem legat aliquam quantitatem non censetur legare pro dote.*

299 *Compulsus dicitur etiam si quis sponte actum faciat dummodo sciat se ad id posse compelli.*

300 *Soluens nulla adhibita coactione si sciebat se ad id posse cogi, dicitur inuitus soluisse.*

301 *Soluens ad edictum Tyranni excusatur.*

302 *Paria sunt esse compulsum, & scire se posse compelli.*

304 *Compromissum est necessariam quando dispositioni id iubenti fieri, renunciari non potest, secus è contra vt num. 306.*

305 *Sponte factum non videtur id ad quod quis cogi potest.*

307 *Compromissum necessarium non censetur respectu partis petentis ipsum fieri.*

308 *Statutum iubens fieri compromissum intelligitur si petitum fuerit.*

309 *Compromissum non solet fieri nisi sponte.*

310 *Compromissum censetur voluntarium cum quis extra casum statuti compromittit.*

311 *Vel quando res est clara, & liquida.*

315 *Notarius censetur rogatus vt apponat clausulas consuetas.*

318 *Coactionis vitium purgat secundus actus spontaneus.*

320 *Ratihabitio laudi etiam iurata non sufficit ad incursionem pœnarum huius legis.*

Duo si exigantur vnum non sufficit.

322 *Sententia nulla potest per partes confirmari, & valet pactum.*

323 *Iudex regulariter non potest cogere partes ad compromissum faciendum, quibus autem casibus id facere possit vide nu. sequ. remissiue.*

325 *Arbitrium liberum quot modis capiatur, & tribus num. seqq.*

329 *Statutum dans liberum arbitrium potestatibus, quando tendit in preiudicium tertij, intelligitur de arbitrio boni viri.*

Quando autem dicatur tendere in præiudicium tertij vide num. 330.

331 *Iudex si est absolutus ab obseruantia statutorum, & sibi sit datum liberum arbitrium, intelligitur de leuibus, non autem de substantialibus.*

332 *Iudex etsi in criminalibus habeat liberum arbitrium, tamen non poterit reum torquere sine indicijs, alias tenetur in sindicatu.*

333 *Liberum, & liberè verbum quid importet, remissiuè.*

334 *Iudex ex quibus verbis in causa sibi delegata habeat liberum arbitrium, remissiuè.*

335 *Et quid vigore talis arbitrij facere possit remissiuè.*

336 *Executor vltimæ voluntatis, cui datum est liberum arbitrium, quid agere possit remissiuè.*

337 *Cogitationis pœnam nemo patitur, declara vt nu. seq.*

339 *Verbum, putauerit, ad effectum refertur.*

340 *Gerundium factum importat.*

341 *Citatio partis an exigatur vt his pœnis locus sit, & nu. seq. & ad materiam nu. 353. cum seqq.*

343 *Libertus per libelli oblationem non censetur patronum*

in ius vocare, & in pœnam non incidit.
344 *Falsi pœna quis non afficitur, si illud falsum in damnum alicuius non redundat.*
345 *Falsificans suam priuatam scripturam puniri non potest ex quo illa falsitas nemini nocet.*
346 *Rationes suas priuatas an quis comburere possit.*
347 *Mendacium nulli damnum inferens est impunibile.*
349 *Interpellare iudicem, verbum, intelligitur citata parte, vide tamen nu. 363. 364. & 365.*
350 *Iudicium sine partis citatione nullum.*
351 *Citati comparitio an exigatur vt his pœnis locus sit, & num. 366.*
352 *Perseuerantia an exigatur vt his pœnis sit locus, & an in casu huius legis admittatur pœnitentia.*
354 *Lex vbi non distinguit nec nos distinguere debemus.*
356 *Alternatiua ostendit diuersitatem casuum.*
358 *Attentatio sufficit ad incursionem harum pœnarum, & nu. 360. 361. 364. 376. cum duobus seq.*
359 *Actus sine effectu, an harum pœnarum faciat incursionem.*
362 *Periurus est, qui iudicem interpellat, vel supplicat Principi, quia iam animo recessit a iuramento, & factis etiam recedere incipit. & nu. 377.*
365 *Interpellare quid sit.*
367 *Citatio facta sine iussu iudicis an operetur vt eam fieri faciens has pœnas incurrat.*
368 *Actus nullus an facientem afficiat pœna.*
369 *Rescriptum impetrans an ex sola impetratione huius legis incurrat pœnas. & nu. 370. & 373.*
371 *Rescriptum prohibitum impetrans in pœnam incurrit cum eo vti cœperit & reum conuenerit. & numero sequen.*
374 *Rescriptum impetratum non cogitur impetrator præsentare.*
375 *Aduersarius an possit se fundare in rescripto per impetratorem non præsentato.*
379 *Rescripti impetratio retorquetur contra dolosum impetrantem etiam si eo non sit vsus.*
380 *Supplicans & narrans transactionem iuratam, ac veniam contradicendi petens an has pœnas incurrat; distingue vt nu. seq. & intellige vt in pluribus nu. seq.*
382 *Auctoritas superioris in iuramento semper censetur exceptuata.*
383 *Iurans seruare statuta, vel consuetudines ecclesiæ potest nihilominus contra formam statuti præbendam impetrare, si de iuramento fiat mentio.*
384 *Iuramentum per Principem sæcularem remitti non potest.*
385 *Etiam si sit Imperator, vel Rex Francorum.*
386 *Iuramenti cognitio pertinet ad ecclesiam. Cum sit materia peccati. nu. 388.*
387 *Iudex sæcularis iuramentum remittere non potest de iure canonico, de iure autem ciuili secus, vt numero 389.*
Hæres defuncti non potest esse periurus propter iuramentum ipsius defuncti. & num. 392.
391 *Princeps ex certa scientia potest has pœnas tollere, & num. seq.*
Quid autem si clausula ex certa scientia non interuenerit. vide num. 394. & 395.
393 *Periurum in casu huius legis quando solum canonicis pœnis puniatur.*
395 *Princeps præsumitur velle vti plenitudine potestatis quando aliter actus non valeret.*
396 *Princeps causam simpliciter delegans sine supplicatione partis pœnis incursis non derogat.*
397 *Habilitationem impetrans ab episcopo an has pœnas incurrat ante quam sit cognitum an licitè contrauenire possit. & post num. 404.*
398 *Habilitatio ei, qui iam periurium incurrit non potest concedi.*
399 *Habilitatio a iuramento an exigat partis citationem, vide etiam nu. 401. 402. & 403.*
402 *Testis quare expressè iurare teneatur.*
404 *Episcopi, & eorum vicarij grauiter errant concedendo habilitationem a iuramento parte aduersa non citata.*
405 *Instrumenta sua tertio tradens vt sic conueniat illum cum quo transegit an in huius legis dispositionem incurrat. & num. seq.*
407 *Vexare aliquem quis dicitur cum iura sua alteri cedit.*
408 *Promittens non petere ante litis contestationem has pœnas non incurrit.*
409 *Petere quis non intelligitur ante litis contestationem.*
410 *Ratum quid importet.*
411 *Firmum quid importet, & quid ratum & firmum. & nu. 413.*
414 *Promissio de non agendo quid importet.*
415 *Promissio de non mouendo controuersiam, querimoniam vel molestiam quid importet remissiuè, cum nu. seqq.*
418 *Perseuerantia in pœnis legalibus exigitur vsque ad sententiam nec sufficit primus contrauentionis actus.*
419 *Secus tamen est in casu huius legis.*
420 *Pœnæ huius legis non infliguntur sine mora, & nume. 440.*
421 *Pœnæ huius legis infliguntur deficienti in modico vel in minimo. vide nu. 423. 425. & 428.*
422 *Modicum vel minimum non est curandum.*
424 *Pœnæ huius legis infliguntur vbi quid deficit etiam in vno nummo.*
426 *Contrauenien in vno, omnium factus est reus.*
429 *Pœnæ huius legis sibi locum vendicant ambabus partibus contrauenientibus. & nu. 430. & 431.*
430 *Paria delicta mutura compensatione tolluntur. & nu. seq.*
432 *Actor ad has pœnas agens debet probare se adimpleuisse pro parte sua, & liquidissimè quidem. nu. seq.*
434 *Pœnæ exigunt liquidam probationem.*
435 *Iuramentum in supplementum probationis, nec in pœnali materia deferendum.*
436 *Iuramentum in causa ardua non deferendum.*
437 *Iuramentum eius est naturæ vt non seruanti fidem fides seruanda non sit.*
438 *Iusta causa contrauenientem excusat.*
439 *Iusta causa excusat a mora. & nu. 734. 735.*
441 *Iusta causa excusat ab interesse.*
442 *Iusta causa excusat a pœna legali.*
443 *A periurio excusatur propter causam superuenientē.*
444 *Iussus iudicis an ab his pœnis excuset, & num. 446. 457. & 460.*
445 *Iussus iudicis excusat a dolo. vide nu. 447.*
449 *Quid autem si sit iniustus huiusmodi iussus.*

450 Iudicis præcepto iniusto non est parendum.
451 Quid autem si sine causæ cognitione procedat.
452 Index sine causæ cognitione procedens censetur vt priuatus.
454 Decretum iudicis inualidum non excusat a pœna.
455 Iussus iudicis non excusat in atrocibus, secus autem in alijs, vt nu. seq.
458 Soluens ad iussum iudicis minori sine curatore liberatur.
459 Contrauenìens in casu huius legis cõmittit in his, quæ solo ciuili iure non etiam naturali sunt prohibita.
460 Iussus iudicis procuratus non excusat a dolo.
461 Pœna huius legis an habeat locum si contractus sit nullus, per totum nu. 478.
462 Pœna apposita in contractu intelligitur commissa si contractus valebit.
463 Contrauenìens laudo nullo an incidat in pœnam.
464 Iuramentum an confirmet contractum nullũ, & nu. 471. remissiuè.
465 Iuramentum facit valere actum omni meliori modo, vide tamen nu. 749. & 770. remissiuè.
466 Iuramentum debet seruari quando non vergit in dispendium salutis æternæ.
467 Iuramentum est sicut herba bethonica, che a tutti li mali è buona.
468 Accessorium aliquando valet, licet principale sit nullum. & nu. 473. vbi ratio assignatur.
469 Pœna etiam ex actu nullo incurritur, quod declara, vt nu. 474.
470 Nullitas contractus an possit opponi per eum, qui iurauit non contrauenire, & nu. 475. cum seqq.
472 Iuramentum etsi confirmet contractum tamen non facit dominum incidere in pœnam, vide num. 475 vsque in finem quæstionis.
476 Promissio de non opponendo nullitatem iuramento firmatam, valet respectu nullitatis propter solemnitatem omissam.
477 Promittens non opponere nullitatem iureiurando an possit propterea opponere si nullitas sit ex defectu iurisdictionis, & nu. seq.
479 Deus est auctor quando in contractu iuratur.
480 Et testis.
481 Promittens sub fide sua, & contrauenìens an pœnas huius legis incurrat. & nu. 490. & 492. cum seq.
482 Fidei præstatio est species iuramenti.
483 Fides præstita habet vim iuramenti.
484 Fidei violator periurus est sicut violator iuramenti.
485 Iurare & fidem promittere sunt paria.
486 Licet grauius puniatur iurans.
487 Fidei præstatio non est iuramentum, Sed ei æquiparatur.
488 Fidem promittens de priuato carcere non exire non tenetur obseruare, secus si iurasset.
489 Fidei violator an priuetur beneficio sicut violator iuramenti, & num. 491.
Præsumptiones legum sunt liquidissimæ probationes.
494 Fides est dictio ambigua. & nu. 501.
495 Fides apud ecclesiasticos pro sacramento fidei accipitur.
496 Fides quomodo capiatur remissiuè.
497 Fides propriè accipitur pro dictorum, conuentorumq. constantia, & veritate dicta a fiendo, quod fiat quod promissum est. & nu. seq.
499 Fides omnis pactio appellari potest.
500 Fides a firmitate dicta.
502 Præsumptio tutior qua animæ consulatur est capienda.
503 Promittens debet admitti ad declarandum, & interpretandum contractum. & numero 505. vbi declaratur.
504 Verba debent intelligi secundum declarationem eius qui ea protulit.
506 Interpretatio debet sumi vt actus valeat.
507 Interpretatio benignior in pœnis est facienda.
508 Promittens sub verbo veritatis an iurasse censeatur, ad effectum huius legis. vide etiam nume. 516. & 517.
509 Confessio facta per aliquem addentem quod ita est in veritate, censetur iurata.
510 Iuramentum an sit si quis dicat asero per fidem meã, vel in verbo veritatis.
511 Quid autem si testis ita iurat.
512 Quid si pro solemnitate iuramentum sit inductum.
513 Veritas verbum est ambiguum.
514 Et potest intelligi tam de diuina, quam de humana.
515 Immo multipliciter.
516 Deus est veritas.
518 Iuramentum an sit si quis sub periculo animæ suæ aliquid promittat.
519 Et an tali casu censeatur saltem implicitè iurasse per Deum.
520 Quid autem si quis dicat sic Deus me adiuuet.
521 Et an hoc procedat in teste, vel quando pro solemnitate iuramentum exigitur.
522 Iuramentum expresse quare exigatur in teste.
523 Tactus scripturæ an in iuramento exigatur vt periurium incurratur. & nu. 537. 538. 540.
524 Iuramentum an sit si quis per salutem suam propriã, vel corpus suum promittat ita, vt bis pœnis locus sit. & nu. seq. vsq. ad nu. 530.
525 Iurans per salutem suam, vel corpus suum, perinde habetur ac si diceret ita Deus saluum me faciat.
530 Iurans simpliciter non exprimendo per quem, an sit huius legis reus, & duobus nu. seqq.
531 Instrumentum si continet quod aliquis iurauit an probet fuisse iuratum ad sancta Dei Euangelia.
532 Quid autem si est apposita dictio, &c.
533 Et cætera, dictio, includit ea, quæ sunt de substantia, & natura actus.
534 Stipulatio actionem ipso iure perimit.
Dispositio huius legis procedit si iuratur ad sancta Dei euangelia.
535 Deus sit mihi testis an sit iuramentum ad effectũ huius legis. & nu. seq.
528 Iuramenti præstatio est quando iuratur super altari, vel contractu in scriptis, vide nu. 540.
539 Fidei præstatio scripturarum tactum non exigit.
541 Iurans de consuetudine tangit scripturas.
544 Iurans super contractu & contrauenìens venit contra duo scilicet contra pactum, & contra iuramentum.
545 Et Deum offendit, & hominem.
546 Iurans obedire rectori, & contrauenìens non incurrit has pœnas.

Iurans

547 Iurans soluere vsuras, et cõtraueniens licet periurium incurrat, tamen infamia non notatur.
548 An vero cæteras hasce pœnas incurrat, vide hic.
549 Declaratoria sententia opus est etiam si pœna ipso iure sit imposita. & num. 659.
550 Declaratoria sententia ferri debet per iudicem auctoritatem habentem super illa causa cognoscendi, vide etiam nu. seq. & 555. & 559.
552 Reseruatio iudicis, qui de ea causa cognoscere non potest superflua est.
553 Declaratoria an sit opus quando infamia ipso iure irrogatur. & nu. 555. cum seqq.
554 Quid autem in excommunicatione, & nu. 560.
555 Pœna ipso iure irrogata secum trahens excutionem declaratoriam non exigit, & nu. seqq.
561 Textus huius legis in verbo, actione priuatus, quomodo intelligatur cum quatuor, nu. seqq.
Promissa non obseruans nullam actionem ex eo contractu intentare potest.
562 Actio remissa per pactum ipso iure non censetur perempta sed exceptionis obice.
563 Priuatio vna potest esse super alia.
566 Periurus an agendo repellatur. & nu. seq.
568 Nemo sine actione experitur.
569 Periurij exceptio est litis finitæ.
570 Pactum nudum an vestiatur iuramento. & nu. 582. & 583.
571 Priuatio præsupponit habitum.
572 Potentius debet operari illud quod ordinatur ad vnũ effectum directè, quam per obliquum.
574 Iuramentum promissorium ordinatur directè ad obligandum.
575 Stipulatio quare actionem parit. & nu. 590. 591.
576 Deliberatè, magis dicitur fieri quod fit sine interrogatione alicuius.
577 Iuramentum censetur quid deliberatè subire.
578 Iuramentum habet vim consensus, & actus geminati, vide tamen. nu. 596.
579 Pactum geminatum parit actionem, & ratio. n. 596.
Constitutum parit actionem, & quare. nu. 595.
580 Iuramentum in multis casibus actionem producit.
581 Iuramentum decisiuum actionem producit, & est speciale. & nu. 587.
Pactum nullum compromissi iuratum parit actionem.
584 Pactum vestitum sicut stipulatio ipso iure actionem perimit.
585 Pœna ex pacto nudo deberi non potest.
586 Stipulationem veteres subiectæ pœnæ addere solebant.
588 Confessio iudicialis actionem, & obligationem parit.
589 Actio oritur ex sententia.
592 Ratio impulsiua non facit militare, vel cessare dispositionem, sed ratio finalis, & duobus nu. seqq.
596 Geminatus actus simultaneus habetur pro vno, & nu. 600.
597 Confessio geminata non dicitur facta vno instanti.
598 Interpellatio trina non dicitur si vno instanti ter dicatur solue, solue, solue.
599 Plura vno impetu facta habentur pro vno.
602 Pactum nudum actionem non producit. & num. 755. & 756.
603 Qui regulæ contradicit id expresse probare debet.
604 Regulę iuris sunt tenaces a quibus non est recedendum nisi contrarium expresse reperiatur in iure.
605 Pactum nudum iuratum actionem producit de iure canonico.
606 Restitui dicitur cum alienum redditur.
607 Verba impropriè accipiuntur quando non possunt accipi propriè.
608 Pœna in instrumentis additur vt id quod interest ad certam æstimationem deducat.
609 Restitutio est in pristinum statum repositio.
610 Restituere id est retro statuere.
Textus hic in verb. rerum proprietate careat quinque habet intellectus d. nu. 610. cum pluribus nu. seqq.
612 Actionem habens, an dicatur rem habere, & numero 618.
613 Res quæ actione recuperari potest in bonis nostris esse censetur.
614 Actionem nullam habens ad rem persequendam rem amisisse dicitur.
615 Actionem habens minus quam rem habere intelligitur quod quomodo procedat vide duobus nu. seqq.
619 Deberi non dicitur id quod perpetua exceptione defendi potest.
620 Debitoris dici non potest qui perpetua actione actorem summouere potest.
621 Creditor non censetur, qui perpetua exceptione summoueri potest.
623 Dispositio huius legis an procedat tam in transigente in actione reali, quam in personali.
626 Dominium sine traditione transferri non potest.
627 Iuramentum obligat præcise ad factum, & nu. 722.
628 Iuramentum non operatur dominij translationem sine traditione.
629 Proprietatis appellatione quid veniat. & nu. 632. & 635.
630 Proprietas ex eo dicitur quod sit proprie tua.
632 Proprium dicitur quod competit alicui soli.
633 Dominium habet latius significatum, quam proprietas, quia comprehendit directum, & vtile.
636 Emolumentum dictio quot modis in iure accipiatur, vide hic, & quatuor nu. seqq.
641 Promittens certam quantitatem pluribus terminis si in vno deficiat an propter iuramentum pro omnibus terminis possit conueniri, vide tamen. num. 645. & 647.
642 Iuramentum licet efficacius obliget, tamen non facit quem tenere in plus.
643 Tempus est pars summę, vide tamen nu. 648.
644 Periurus non punitur, vt plus præstet, quam promiserit.
649 Videtur verbum denotat fictionem.
650 Intelligitur verbum, denotat fictionem.
653 Pœnæ huius legis an ipso iure omnes infligantur, & nu. 657. & 692.
654 Verbum præteriti temporis appositum in lege pœnali importat canonem latæ sententiæ.
655 Mox, verbum, numquid importet ipso iure, & num. 667.
656 Plura sub vna determinatione posita censentur pariter terminata vide tamen nu. 671.
658 Reddere verbum importat retro dare.
660 Iuramentum includit facultatem purgandi moram, sed

sed videndum est infra nu.664.689.732.734.736. & 738.
661 *Mora numquid purgari possit executione facta a lege, & nu.666.690.691.*
662 *Mora purgari non potest quando adest dolus.*
663 *Mora purgari non potest delicto iam consumato, & nu.708.*
665 *Executio in vna ex his pœnis facta an in cæteris purgationem moræ impediat.*
668 *Executio non censetur facta a lege etiam si ipso iure sit imposita pœna ante declaratoriam, vide tamen infra nu. 704.*
669 *Mox, verbum, admittit interuallum temporis.*
670 *Sed modicum.*
672 *Textus in l. qui ea mente. ff. de furt. quomodo procedat.*
673 *Iuramentum vim habet contestationis litis.*
674 *Iuramentum habet vim nouationis, vide nu. 676.*
675 *Mora lite contestata purgari non potest, & numero 699.*
678 *Confitendo quis dicitur consentire.*
679 *Iuramentum habet semper illam tacitã conditionem, quam habet promissio cui adheret.*
680 *Iuramentum se non extendit vltra quam se extendat renunciatio iurata.*
681 *Iuramentum interpretatur secundum intentionem iurantis communem, & verisimilem.*
682 *Iuramentum se non extendit ad ea, quæ verisimiliter pars non cogitauit.*
683 *Voluntas contrahentium præsumitur esse conformis dispositioni iuris communis.*
684 *Iuramentum interponitur super contractu, vt illum confirmet, vel vt illi det robur.*
685 *Actus confirmantis natura est non extendere, neq; ampliare dispositionem super qua interponitur.*
686 *Moræ purgatio est introducta de æquitate.*
688 *Et in foro ecclesiastico admittitur.*
692 *Executio censetur facta in omnibus pœnis huius legis.*
694 *Canon latæ sententiæ quos effectus operetur remissiuè.*
695 *Canon latæ sententiæ priuat delinquentem dominio, & illud transfert in eum cui pœna applicatur.*
696 *Alienatio facta per delinquentem quando pœna ipso iure infligitur etiam ante declaratoriam est nulla.*
697 *Fructus percepti per delinquentem quando pœna ipso iure infligitur sunt restituendi.*
698 *Executio censetur facta a lege per translationem dominij in obseruantem.*
700 *Canon latæ sententiæ idem operatur quod litis contestatio.*
701 *Hæres ex delicto defuncti non tenetur nisi lite cum eo contestata.*
702 *Fallit quando pęna pecuniaria ipso iure irrogatur quia tunc litis contestatio non exigitur, & vide infra nu. 790.& 791.*
703 *Penitentia sicut non admittitur post litem contestatam ita etiam si pœna sit ipso iure imposita.*
706 *Clausula in fine apposita refertur ad omnia præcedentia.*
709 *Intellectus l. fin. C. de non num. pecun.*
711 *Consensus partium quomodo cognoscatur deficere remissiuè.*
712 *Iuramentum extendit vires suas ad omnia iura, quæ ex illo facto, & contractu descendunt.*
713 *Iuramentum minoris, vel mulieris tollit beneficium restitutionis in integrum, & Velleiani, licet non fuerint certiorati.*
714 *Mulier propter iuramentum præsumitur certificata de Senatusconsulto Velleiano.*
715 *Iuramentum ad hoc vt extendat vires suas sufficit quod in genere fuerit cogitatum, & nu. seq. & num. 758.*
716 *Consensus in genere censetur adesse propter iuramentum, & nu.758.*
717 *Iuramentum maiora operatur impedimento purgationis moræ.*
718 *Contractus bonæ fidei æquitatem admittunt.*
719 *Immò in eis exuberat æquitas.*
720 *Moræ purgatio ita impeditur in bonæ fidei iudicij, sicut in stricti iuris.*
721 *In bonæ fidei contractibus maior fides, & obseruantia debet præstari, quam in stricti iuris.*
723 *Iuramentum debet impleri in forma specifica.*
724 *Mora citius in bonæ fidei, quam in stricti iuris iudicijs contrahitur.*
725 *Mora absque interpellatione propter iuramentum contrahitur.*
726 *Iudex laicus potest declarare reum incidisse in periurium.*
727 *Iudex laicus est competens sicut Ecclesiasticus quando agitur ad pœnam periurij, & nu. 728.*
729 *Canonistæ dicunt quod in dubijs spiritualibus Ecclesia cognoscit, & quidquid est dubium trahunt ad suum molendinum.*
730 *Delinquenti non est seruanda æquitas.*
731 *Æquitas scripta in iure censetur ius commune.*
732 *Moræ purgatio admittitur de æquitate canonica.*
733 *Mora purgari non potest quando aduersarius damnum passus est.*
735 *Iusta causa excusata periurio.*
736 *Mora purgari potest si factum sit promissum, & ratio & nu. seq. declara nu.738.*
738 *Mora purgari potest quando ius actoris non est factum deterius.*
739 *Debitor an teneatur accedere ad domum creditoris pro solutione si sit diuersi fori, alias pœnas huius legis incurrat, & nu. seq.*
741 *Res, & pœna peti non potest, vide tamen nu. seq.*
743 *Iuramentum habet vim Clausulę ratę manente pacto, declara vt nu. seq.*
745 *Intellectus. Auth. decernit ius. C. de arbitr.*
746 *Transactio si non valet in vim transactionis an valeat saltem in vim pacti, vide etiam nu. seq. & nu.753. 754.758. 759.768.769.*
Transactio de re liquida, vel facta post rem iudicatam inualida.
748 *Textus in l. cum pater, §. filius matrem. de leg. 2. plures decidit quæstiones remissiuè.*
750 *Iuramentum non facit actum valere, quando defectus est in substantia, secus si est in solemnitate, & nu.757.*
751 *Pactum debet esse de re certa, & gratuitum.*

752 *Iuramentum habet vim iudicij.*
753 *Actus in iudicio si non valet vt fit, valet vt valere potest omni meliori modo.*
756 *Inæqualitas non admittitur in contractibus vide num. 763.*
759 *Pactum compræhenditur sub transactione generaliter accepta.*
760 *Iuramentum confirmatorium, & promissorium a iuramento decisiuo differt.*
761 *Argumentum a simili non procedit nisi in æquiparatis.*
762 *Argumentum a simili corruit data etiam parua dissimilitudine.*
765 *Contractus potest claudicare.*
767 *Actionem veterem remittens, vt sibi aliquid detur, potest ad eam redire si promissa non sint seruata.*
771 *Pœna huius legis applicantur parti non fisco.*
772 *Fiscus pœnas conuentionales non exigit, quia sibi non acquiruntur nisi de eo sit facta mentio in contractu.*
773 *Et nisi stipulatio interuenerit pro fisco recipiente.*
774 *Et idem in legalibus quando actio parti competit.*
775 *Gabellam fraudantium pœna cui applicanda.*
776 *Pœnæ à testatore impositæ cui applicandæ.*
777 *Recipiens residuum sibi debitum his pœnis renunciare videtur, vide tamen duobus nu. seqq.*
779 *Recipiens sortem non censetur remittere pœnas legales nec conuentionalem appositam rato manente pacto.*
780 *Contrarius est qui rem, & precium petit.*
781 *Recipiens sortem cum protestatione quod iura sua sint sibi salua super pœna incursa sibi non præiudicat.*
782 *Protestatio ius conseruat in accessorijs.*
783 *Dominus recipiendo canonem ab emphyteuta cum protestatione quod ius suum saluum sit super caducitate sibi non præiudicat quin ipsum possit expellere.*
784 *Hæres iurantis an his pœnis afficiatur, & nu. seqq.*
786 *Infamiæ pœna auctoris personam non egreditur.*
787 *Hæres non potest esse periurus non obseruando iuramentum defuncti.*
788 *Hæres licet non possit esse periurus tenetur tamen ad contractus obseruationem, & nu. 796. vide tamen nu. 797.*
789 *Iuramentum defuncti obligat hæredem ad contractus obseruationem, & nu. 796. declara vt nu. 797.*
793 *Hæres propter iuramentum defuncti non efficitur de foro Ecclesiæ.*
794 *Hæredis anima iuraměto defuncti illa quia non potest.*
Nec propterea est opus relaxatione nu. 795.
Statutum prohibens mulieres contrahere, intelligitur de contractibus damnosis non de vtilibus. d. nu. 794.
798 *Singularis successor an teneatur ad has pœnas.*
799 *Dispositio huius legis an procedat tam in reo quam in actore.*
800 *Statutum in vno ex correlatiuis habet locum etiam in alio.*
Etiam in pœnalibus. nu. 803.
801 *Correlatiuorum regula est regula parium.*
802 *Lex corrigens in actore extenditur vt locum etiam habeat in reo.*
804 *Etiam, dictio, diuersimodè capitur.*
805 *Etiam dictio implicat identitatem in vtroque casu quo ad hanc legem.*
806 *Iactura large sumitur pro omni damno.*
807 *Damnum quid sit.*
808 *Iactura strictè accipiendo differt a damno. & nu. seq.*
810 *Munus, tribus modis accipitur.*
811 *Princeps indignatur si promissa iurata per nomen suum non seruentur.*
812 *Dispositio huius legis an procedat in iurante per salutem Principis.*
813 *Iurans per salutem alterius Principis, quam Papæ, vel Imperatoris an his pœnis puniatur, & numero 823.*
814 *Princeps superiorem non recognoscens habet plenitudinem potestatis, & omnia potest in dominio suo sicut Imperator in suo Imperio.*
815 *Rex in suo regno dignitates concedere potest.*
816 *Rex in suo regno est monarcha.*
818 *Dispositio loquens in Imperatore locum habet in Regn.*
819 *Rex Franciæ superiorem non recognoscit.*
820 *Rex in regno in temporalibus est vicarius Dei.*
821 *Rex plus iuris habet in regno quam Imperator in Imperio.*
822 *Imperator numquam fuit in pacifica possessione totius mundi.*
Principem, vel regem subesse Imperatori non est de necessitate.
823 *Baldi auctoritas maxima si contradicentem non habeat.*
825 *Pœnalis dispositio loquens in Imperatore an habeat locum in Rege.*
826 *Quid si est rigorosa vt l. bene, & l. omnes. C. de quadr. præscript.*
827 *Maiestas eadem non est in rege, quæ in Imperatore.*
828 *Imperator est dominus mundi.*
829 *Et dominus ordinarius locorum sibi subiectorum.*
830 *Et habet summum imperium super omnes Rationes.*
831 *Et est summus superior, vide tamen nu. seq.*
833 *Deus vt est Princeps in cœlis sic Imperatorem Vicarium suum, & dominatorem constituit in terris.*
834 *Imperator mouetur nutu Dei ad statuendum.*
835 *Imperator vice Dei fungitur, et licet sit ordinarius omnium, tamen est legatus, siue proconsul Dei.*
836 *Dignitatum thesauri sunt recõditi in principe Romano.*
837 *Dignitates regales omnes ab Imperatore tamquam a fonte fluunt.*
838 *Reges successerunt in locum præfecti prætorio, non in locum Imperatoris.*
839 *Imperatoris potestas a Deo est.*
840 *Et aduersus eius supremam potestatem præscribi non potest per Principes quin ipsum habeat in dominum.*
841 *Papa non potest Imperatoris dignitatem supprimere.*
842 *Papa, & Imperator parificantur.*
Dolus præsumptus an sufficiat vt his pœnis locus sit & nu. 850.
843 *Lata culpa an sit dolus præsumptus.*
844 *Et an magis latior.*
845 *Dolus verus, & dolus ex proposito an parificentur, & num. 847.*
846 *Iuramentum non firmat contractum data enormissima læsione.*
847 *Dolus probatur ex coniecturis, & indicijs perspicuis.*
851 *Iuramentum debitoris non habet executionem paratam.*
852 *Sed bene quidem iuramentum creditoris.*

Bartholomæi Bertazolij, Repetitio

In Domino confido.

VT dies non esset sine linea, statueram tempore ocij, aliquam legem & interpretationes Doctorum super ea repetere, non tñ lucubrationes meas in scriptis redigere. Timens ne ad manus peritorum in iure deueniret, & successiuè nedum eis materiam ridendi, sed deridendi præstarent: Attamen cum nouerim memoriam labilem, (mutato in melius proposito) nugas hasce meas cartis commendare non dubitaui, sperans, quòd etsi (vt prius dubitaueram) deuenirent ad peritos, tamen excusationem apud eos mereri, quòd scilicet maturius & diligentius non considerauerim, tum paucis vigilijs in addiscẽdis legibus consumptis, tum etiam exiguitatem temporis, quo a negocijs iudiciarijs & officio tabellionatus vacaui. Sed quicquid sit in hac re, non curo, cum propter meam tantum vtilitatem hæc scripta cõgesserim & non vt ex ijs alij doctiores reddantur, non enim me latet a tenebris lucem haud accipi posse.

Materiam huius l. decreui tractare per quæstiones, vt veritas magis clarescat, eas tamen secundũ ordinem tex. applicando, sequendo semper vestigia excellentissimi inter scribentes D. Andreę Alciati veri legum interpretis.

Hæc l. singularis & notanda est secundum Bar. & singularissima secundum Castren. & Ias. hic. Quæ iuxta communem Doct. diuisionem, in duas diuiditur partes. In prima loquitur in iurante per Deum. In secunda quę ibi est, Etiam eos, loquitur in iurante per Principem. Et hoc dicit in summa.

1 Maior 25. annis contraueniens † transactioni vel pacto iurato per Deum, vel per principem, quinque pœnis hic contentis plectitur: Infamia scilicet notatur, pœnam incurrit conuẽtionalem, actione priuatur, rerum proprietate caret, & vltimũ emolumentum omne quod ex contractu percepit amittit. Quæ omnia parti obseruanti applicantur: licet Docto. duo vltima pro vna tantum pœna accipiant, quod latius suo loco examinabitur.

2 Cum † nulla lex de indubitabili facienda sit, l. quod Labeo, & ibi glossa prima, Digestis, de Carboniano edicto, l. prima, in fine, Digestis, ad munic. §. affinitatis, vbi Aretin. secundo not. Insti. de nup. primo quærenda est ratio dubitandi in hac lege; & Alciat. hic in princip. eam esse affirmat, quod cum olim iure veteri qui aduersus iuratam transactionẽ quicquam fecisset si Dei nomine firmata erat, nulla afficeretur pœna, sed solũ Deum haberet vltorem l. nam sufficit, ff. de dolo; Si per geniũ vel salutẽ Principis fustibus subijceretur, cum temere iurare non debuerit, l. si duo, §. fin. de iureiur. Demum lata est hæc Constitutio pœnam indicens augésque. Sed huic rationi obstare videtur, quod ll. hic allegatæ non loquuntur in iurante super contractu, & sic in iuramẽto promissorio vel obligatorio, sed in iurante in iudicio & sic in
3 iuro decisorio, & † ex diuersis non infertur, l. fin. de calumn. l. si maritus, la prima, in fine, infra de don. inter uirum & vxor. Namq; in deierante in iudicio nihil immutatũ censetur, l. 2. infra de reb. credit. Ad hoc videtur responderi posse, nõ minus
4 rationem dubitandi procedere, cum † iudicia & contractus pari passu incedant, l. 3. §. idem scribit, & ibi Bart. ff. de pecul. Rationem modo decidendi eam etiam affirmant omnes Doct. hic post glo. in verbo, Proprietate, vltionẽ scilicet periurij. Et propterea patet (ut Alciat. hic dicit) hanc l. esse iuris positiui, quod ipse commentitium appellat, arg. in Authen. vt non luxur. verbo, & sacramenta, collat. 6. ita enim visum est legislatori periurium vindicare, cum aliter veteres censerent, Deique iudicio vindictam relinquerent, d. l. 2. & Authen. Decernit ius, infra de arbitr. Sed licèt cum
5 simus in statutis de iure positiuo, & † nõ possit reddi certa ratio, l. non omnium, ff. de legi. tamen si quæratur, quare magis legislator pœna affecerit deierantẽ in contractu quàm in iudicio, videtur responderi posse, id non sine ratione effectum esse, ex quo scilicet magis frequentatur iurari in contractibus, quàm in iudicio, & propterea
6 maius erat periculum periurij, & † per consequens plenius erat consulendum, l. 1. §. sed & si quis, ff. de Carb. edic. c. vbi periculum, de elect. in
7 6. † frequentia enim delicti delictum auget, l. 3. in fine, suprà de episc. aud. l. quicunque, infra de seru. fugit. l. capitalium, §. solent, ff. de pen. Et ad hoc faciunt latè not. per Doct. circa hanc materiam, in l. certi cõdictio, §. si nummos, ff. si cert. petat. Nunquid autem zelo uel reuerentia Dei hoc effectum sit, vt deierantes puniantur his pœnis? videtur dicendum quòd non, cum hic idem constitutum appareat in eis qui per salutem Principis iurant. Nisi ita censeamus respectu diuini numinis tum quoque iuratum censeri, quod verius est, secundum Alci. hic, per tex. in l. qui per salutem, de iureiuran. Sed tamen ille text. in diuersis terminis uidetur loqui, scilicet quãdo iuratur per
8 salutem propriã, non alienam, † grauius namque peccat deierans per Deum, quàm per creaturam, c. mouent, §. sed quęrit, 22. quæst. 1. & propterea grauiori pœna deberet affici, argumento eorum quæ notat glo. in c. penult. in glo. fi. de iureiur. ubi
9 dicit, quòd † mitiori pœna venit puniendus qui venit contra fidem præstitam, quàm contra iuramẽtum per Deum acceptum, quam glos. approbat Ias. in l. 3. §. iurari, prima col. de iureiuran. de quo tamen latius in 36. quæst. infra dicetur. Posset dici pro sustentatione, quod licèt verum sit, seuerius esse puniendum contrauenientem iuramento præstito per Deum, quam per salutem Principis, tamen etiam reuerentia Dei inductum esse ne per Principem vel salutem Principis iuramen
10 tum præstitum quis non obseruet, cum † Principis potestas à Deo sit, & non sit ej resistendũ sed patendum, vt Apostolus ad Roman. c. 14. in prin. osten-

ostendit, & habetur in d.c. mouent. Nec dici potest, quòd etiam hoc casu non offendatur Deus,
11 cum omne iuramentum † etiam per creaturas, Christicolis sit prohibitum, vt habetur Matth.5. & Iacobi 5.& in c.etsi Christus, de iureiuran.

QVAESTIO I.

SEd quia multę qõnes tangũtur hic per Docto. quarum solutiones pendent ab hac quæstiones scilicet an hæc Constitutio fauorabilis & sic extendenda sit, vel odiosa, & sic restringenda. Operæ precium est prius hanc discutere, vt facilius solutiones aliarum habeantur. In hac igitur quæstione Ias. hic, in 2. col. hanc Constitutionem fauorabilem etiam cẽsuit; mouetur enim, quia licet sit pœnalis, tamen quia principaliter est facta propter obseruantiam iuramenti. & sic propter fauorem animæ, censetur fauorabilis & extendenda,
12 cum † anima cunctis rebus sit præferenda, l. sancimus, suprà de sacrosanct. eccles. Et hoc tenẽt Glo. Bart.& communiter cęteri, in Authen. Sacramenta puberum, infra si aduer. vend. & idem quòd
13 † Const. etiam pœnalis extendi debeat fauore iuramenti tenet Ant. de Butr. in c.fi.1.fallent. de consuet. Pet. de Anchar. Imola, & Gemin. in c. 1. de tẽp.ord. in 6. Io. Andr. Butr. Abb. & cæteri, in c. ex tenore, qui fil. sint legit. Abb. in c. quæsiuit, de diuort. Corset. in suis not. in verbo, extensio. Ias. in d. Authen. Sacramenta, 17. colum. & in Authen. Quas actiones, 8. col. vers. quinto limita, vbi multos allegat, supra de sacrosanct. eccles. & in l. cum quidam, num.6. prima fallent. ff. de lib. & posthu. Felin. in c. translato, num.11. de constit. Decius in l. factum, §. in pœnalibus, num.18. de regu. iuris. Crot. in Repet. l. omnes populi, nu. 118. ff. de instit. & iure, Euerar. in suo tractatu cent. mod. argumentandi, in loco à ratione legis larg. ampl. seu genera. ad exten. ipsius l.6. fallent. & in toto opere fol.131. Et hæc conclus. quòd fauore iuramen-
14 ti extendi debeat dispositio etiam pœnalis † procedit etiam in dispositione correctoria, & Alex. tradit cons.42. Super præmissio themate, ad fin. 1. vol. & Felin. in loco præallegato.

Alciat. verò hic tenet cõstitutionem hanc quatenus ad pœnas attinet, fauorabilem, & sic interpretatione ad iuuandam non censeri, quod etiam tenuerunt Aret. Rimin. & Taur. & Cagnol. num. 32. & sequen. Corne. cons.246. & 266. in 3. vol. & Dec. cons.258. in princ. quos ipse allegat. Quantum verò attinet ad obseruationem contractus fauore iuramenti extendendam esse. Quam distinctionem admitto. Et licèt Alciat. hic, nulla iura alleget, ex quibus ostendi possit hanc interpretationem partim fauorabilem & partim odiosam faciendam esse, facit in terminis doctr. Alexandri in l.2.§.sp, in prin. ff. de in ius voc. Marsil. in l. eum qui ędes, col.4. de vsucap. ego tamen eam cõfirmo ex not. decis. Ioan. Andr. & Domin. c. dispen-
15 dia, de Resc. in 6. dicentium, quòd † quamuis constitutio pœnalis extendatur quo ad principale dispositum, scilicet vt obseruetur statutum, tñ extẽsio non procedit quo ad pœnam infligendam, & idem tradunt Ioan. Andr. & Dom. in c. si forte, de elect. eo. lib. Butr. in c. fin. 13. col. & ibi etiam Imola, de consuet. Abb. in procem. Decret. 4. col. & in c. fi. vbi etiam Imola, de Rescript. Imola, in l. si verò, §. de viro, ff. solu. matr. Roman. & Ias. in l. fin. ff. de in ius voc. Euerard. in loco præallegato. fol. 128. litera D. cũ seq. Socin. cons.275. In causa fratrum, 5. col. verbo non omitto, vbi multas glos. allegat. Lãcel. Dec. in l.1. supra de in ius voc. Socin. in l. in testamento, la prima, num.4. ff. de cond. & demon. Dec. in dicta regula factum, §. in pœnalibus, num.7. & Alciat. in suo tract. præsumpt.3. Regula. præsumptione vltima, nu.5. licèt in hoc contrarium tenuerit Perus. in cap. 1. 21. fallent. de temp. ord. in 6.

Contra tamen hanc receptissimam conclusionem tenet Crot. in d. repet. l. omnes populi, 16. cõclus. num.125. dicens, quòd ex quo extensio nihil
16 aliud est † quàm quædam augmentatio prioris di-
17 spositionis, & † augmẽtum fiat cum omnibus suis qualitatibus, l. item quęritur, § qui impleto, ff. locati, l. Labeo, la seconda, in princ. ff. de arbitr. Bar. in l. si conuenerit, §. si nuda, de pignor. acti. & in l. prima, 36. & 37. quæst. infra quæ sit lon. consuet. extensio etiam hoc casu debet fieri quo ad pœnã.
18 Adde, quòd extensio † fit cum suis qualitatibus, & conditionibus, l. fin. infra de inoffic. donat. c. cum ex eo, de elect. in 6. Non tamen est recedendum à communi sententia, propter hanc singularem opin. maximè quia fundamẽtum contrarium non videtur obstare quia etsi augumentatio & extensio fiat cũ suis qualitatibus, hoc procedit in qualitatibus non odiosis, vt sunt pœnæ, quia tunc quo ad pœnas non fit extensio: & ratio est, vt tradunt Doctor. præallegati, & maximè Alciat. d. vlt. præsumptione, num.5. quia non pręsumitur talis fuis-
19 se intentio disponentis, † casus enim pęnales sunt stricti iuris, & non recipiunt interpretationem extensiuam, vt inquit Bald. in l. cum proponas, col. fin. infra de hæred. instit. & sequitur Dec. in d.
20 §. in pœnalibus, num.3. hinc est, quòd pœna † non cẽsetur repetita, vt tradit Bar. in l. multa, & in l. in testamento, la prima, vbi Socin. num.4. de condit. & demonstr. & sequitur Dec. in d. §. pœnalibus.

Secundo quòd extensio fieri non debeat quo ad pœnam, Alciat. hic adducit aliam rationem sci-
21 licet † quòd ex quo constitutio hæc & correctoria & pœnalis est, extra vim verborum non est extendenda, allegat l. fin. cum Authen. ibi, suprà de sacrosanct. eccles. Sed tu allega glos. in terminis hoc decidentẽ, in Clem.2. in verb. in ijsdem, iuncto textu, de ętate & qualit. quam not. & sequitur Anton. de Butr. in c. fin. 1. & 12. fallent. de consuet. Dom. in c.1. prima fallent. de tempor. ordin. in 6. & reputat singularem, Rom. cons.129. Licèt magna, & in l. si quis id quod, de iurisd. om. Iudic. Alex. in l. si constante, num.5. col.3. sol. matr. Ias. in l. fin. ff. de in ius voc. Crot. in d. l. omnes populi, num.105. Dec. in c. translato, in princ. de cõstit. & Euerard. in d. suo tract. in loco allegato fol. 119. in fine.

in fine. Nec obstare videtur si dicatur hanc constitutionem non esse correctoriam, sed tantum limitatoriam seu exorbitantem, vt dicetur infra in 6. quæst. in 3. responsione. sexti fundamenti, num. 105. quia etiam extensio fieri non potest in dispo-
22 sitione † exorbitanti & pœnali simul, etiam si casus ad quem fit extensio, veniret appellatione casus expressi largo sumpto vocabulo, iuxta not. per dictam glos. in d. Clem. 2. & expresse tradit Aret. in c. per tuas, nu. 18. de probat. & sequitur Crot. in d. l. omnes populi, num. 102. Et quòd hæc constitutio quo ad pœnas non sit extendenda vltra prædicta, alia ratione ostenditur: nam ex hac lege pœnæ ipso iure irrogantur non obseruanti, quod patet propter verbũ mox, vbi latius dicetur: sed
23 quando † ipso iure pœna infligitur, etiam ex identitate rationis, extensio non est facienda, vt tradit Io. Andr. in c. odia, 3. col. de reg. iuris. Aret. in §. ius ciuile, sub num. 20. versic. tertio casu, Instit. de iure natur. gent. & ciuili, allegat c. 1. ne cler. vel monachi, in 6. & c. statutum, de rescript. eod. tit. Et idem tenet Euerard. in loco suprà allegato. fol. 134. 1. col. vbi allegat l. fi. infra de interdic. matr. dicens, quòd vbi pœna imponitur ipso iure, propter aliquod delictum commissum, nedum fit stricta interpretatio in pœnalibus, ut scilicet pœnæ locum non habeant in casibus non expressis, sed etiam fit stricta interpretatio ne tam latè sumantur verba, sicut se habere posset significatio verborum quando subest aliqua ratio seu æquitas restringendi. Et idem tenet Socin. d. cons. 275. colum. 5. Concludit igitur in hac prima quæst. dispositionem huius l. quo ac pœnas infligendas extendi non debere tanquam odiosam, quo verò ad cõtractus obseruationem, tanquam fauorabilẽ propter iuramentum extendendam esse.

QVAESTIO II.

Secundo quæritur, Nunquid de iure Canonico pęnis huius Cõstitutionis locus sit? Et glos. in c. apud misericordem, per illum text. 32. quęst. 1. quam dicit singularem Roman. Singul. suo
24 444. Iuramentum, † tenet quòd non, † lucrum
25 enim inhonestum existimatur quod ex tanto rigore descendit, c. suam, de pœnis. Et propterea admittitur purgatio moræ, de quo vltimo dicetur infra, 4. quęst. num.... idem tradit Bald. in l. qui crimen, quæst. 11. infra qui accus. non poss. Butr. & Imola, in c. dilecti, de arbit. Alex. Ias. et Alciat. hic: Sed data veritate huius decisionis, videtur dicendum, nunquam legi nostræ, & eius pœnis locum
26 esse, quia † iuramentum facit quem esse de foro Ecclesiastico, & in materia iuramenti attendi debet ius Canonicum, c. 9. de iureiur. in 6. & tradit latè Felin. in c. cum sit, 5. col. de foro compet. Alciat. in c. cum contingat, num. 50. & num. 226. de iureiur. quod tãto magis procedere videtur, cum
27 leges † secularium & ad sacramenti confirmationem pertinentes, hodie nullius sint momenti, vt Butr. & Abb. in d. c. cum contingat, censuerunt, vbi Abb. col. 10. versic. vnum tamen: cum enim cognoscere non possint, nec legem quidem face-
28 re possunt, quia † ius legem ferendi iurisdictionis est, l. nulli, infra de sentent. Contrarium tamen concludendum est, quia quantum est respectu obligationis quæ directò ex iureiurando Deo ac-
29 quiritur, † forum Ecclesiasticum attendimus, c. debitores, de iureiur. quãtum verò respectu obli-
30 gationis quæ ipsi parti prouidet, † forum seculare est attendendum, & hoc casu huiusmodi causæ cognitio ad secularem iudicem pertinet. Paul. Anchar. et Domin. in d. c. 20. de iureiur. et Alciat. hic, de quo latius dicetur infra, 49. quæst. nume. 726. & seq. Concluditur itaque quòd in terris subiectis temporalibus Romano Pontifici hisce pœnis
31 non erit locus. contra † ius canonicum non ciuile attenderetur. c. si duobus. §. fi. de appella. vbi Dec. post alios, num. 6. & Alci. in d. c. cum contingat,
32 num. 50. † præferreretur enim æquitas canonica scripta rigori, iuxta not. per Abb. & alios in c. fin. de transact. Et hęc erit prima limitatio huius l. vt non procedat de iure canonico.

QVAESTIO III.

Qværitur nũquid pęnæ hui⁹ cõstitutionis sibi locũ vendicet aduersus eũ qui absq; † do-
33 lo malo contrauenit? Et Bald. in l. obseruare, §. proficisci, 2. col. nu. 5. versic. Sed numquid, ff. de offic. procon. & lega. tenet quod non, duplici fretus ratione. Primo quia ista lex imponit pœnam periu-
34 rij, quod † sine dolo non cõmittitur: & licèt nihil ad hoc alleget, tamen adde, quod hoc communiter tradunt Doctor. in l. qui iurasse, in princ. ff. de iureiur. Paul. Alex. & Socin. in l. fin. qui satisd. cog. & hanc etiam communem opin. attestare Ias. in l. Videamus, in princ. ff. de in litem iur. & dicit ipse in d. l. qui iurasse, 2. col. se neminem vidisse Scribentium ab hac opin. discrepare. Hanc etiam tenet Thom. Grammat. Voto suo 10. nu. 24. & 25.
35 Pro qua facit, quod † periurium est quædam falsitas, quæ non committitur sine dolo: l. nec exemplum, inf. de fals. Et facit glos. communiter approbata, in c. breui, de iureiur. ubi habetur, quod
36 † difficultas excusat à periurio, quia propter difficultatem cessat dolus requisitus. Et ad hoc etiam bene facere videtur text. in c. quæritur, §. item opponitur, 22. quæst. 2.

Secundo, alia rõne mouetur Bald. quia in hac
37 lege infamiæ pœna irrogatur, sed ex culpa † quis non efficitur infamis, sed ex dolo, vt est text. in §. suspectus, Instit. de suspect. tutor. Et ratio est secundum Port. in d. §. suspectus, post glos. in verbo ob culpam. Bart. in l. transigere, 2. col. sup. eod. & Ias. in l. in actionibus, 6. col. vbi Dec. num. 21. de in lit. iur. quia quemadmodum in causa criminali,
38 † & capitali dolus exigitur, nec sufficit lata culpa, l. lege Cornelia, ff. ad l. Corn. de sicar. & glos. & Doctor. in d. l. in actionibus, & in d. §. suspectus,
39 ita in causa infamiæ † quæ causæ vitæ æquiparatur, l. iusta, ff. de manumis. vindicta. l. isti quidem, in fin. quod metus causa.

Et

Et hanc opin.Baldi expresse sequutus est Alex. in d.l.si.qui satisd.cog.ad finem,& in consi.92.Per spectis his, ad finem, 1. vol.vbi plenius examinat, ibi dicens, qđ ideo text.legis nostræ voluit his pęnis illaqueari eos tantum qui essent doli capaces idest maiores. Et hanc opin. videtur etiam sequi Grammat.d.suo Voto. 10. allegando Alex. in d.l. fin.& in d. consil. & expresse tenent Guid. Pap.in consi.suo 31.Viso ad plenum,nu.24.& Alciat.hic, dicens, quod hoc modo duram legem interpretatio prudentium frangit; & hanc esse communem opin. attestatur hic Cagnol. alios allegans, num. 187.& Anton.Gab.li.3.suarum conclusionum tit. de transaction.conclusione 1.limitat.1.num.52.

Contrariam tamen sententiam tenet Ias. hic,in princ.Et mouetur ex proprijs fundamentis Baldi,
40 quę retorquet contra eum,†quæ retorsio est optimus & efficacissimus modus conuincendi aliquē, cap. in omni, ibi, nam in lege nostra scriptum est, & ibi Abbas,Imola, & cæteri,de testib. & est text. in c.qui sincera,ibi,ex eorum codicibus ostendentes quæ dicimus. 45.dist. Primo enim mouetur
41 Ias. quia secundum eum,immo † periurium committitur sine dolo, ex sola culpa, ut tenet Bald. in c. licet, per illum text. Si de feudo fuer.contentio inter dom. & agnat. post Andr. de Iser. & ibi Iac. Alua. in 2.& 3.quæst.& idem Aluar.in cap.fin.per illum text.de alien.feudi pater. glos. fin. & Imola, in Clement.Non potest,de procurat.& facit quod vult Bald. in l. secunda, §. quod obseruari, infra de iuram. calumn. quod in iuramento ueritatis,
42 † ille qui credit iurare veritatem, & iurat falsum, tamen est periurius; & sequitur Petr. de Anchar. in c.2.de iuram.calum.in 6. Addo etiam Card. Alex.in d.c.licet,& in d. c. fin. tenentē idem,scilicet periurium absq; dolo incurri posse. Pro quo facit text.à contrario sensu,in c.significante.de pignor.
43 †vbi habetur, quod ille non potest dici periurius, cui aliquid imputari non potest, si igitur aliquid potest imputari,secus erit.

Secundo retorquet Ias.fundamentū Baldi contra ipsum, nam clarum est, quod pœnæ huius ll. infliguntur ipso iure, vt in textu in verbo mox, hic, vbi dicetur. Sed quando infamia non per sen-
44 tentiam,sed ipso iure irrogatur, † tunc sufficit lata culpa, nec exigitur dolus. ita notabiliter tradit glos.quam ibi sequuntur Bart.Bald.& Ang.in l.liberorum, §. notatur, ff.de his qui not. infam. & in l.mora,sol.matr. & in d.l.in actionibus, in verbo, non etiam, & sequuntur ibi communiter omnes, de in lit.iur.& in d.§.suspectus, il 2.vbi Ang.Port. & alij.Bart.in l.quod Nerua,nu.21.ff.depos.Et ratio differentiæ est, quia quando infamia ipso iure
45 irrogatur,†lex magis factum notat, l.palam, §. penult.ff.de ritu nuptiar. Bartol. in d.l.quod Nerua, Port.& Aret.in d.§.suspectus,& Ias.in d.l.in actionibus, 6.col.qui dicit hanc etiam communem sententiam.Et dicit ipsemet Ias.hic,& in d.l.in actionibus, quod hoc fundamentum multum stringit contra Bald.

Fortius censuit Fulgos. quem ibi defendit Dec. in d.l.in actionibus,etiam quando infamia irrogatur per sententiam, latam culpam sufficere, quia
46 †eius pœna non est capitalis, l.capitalium,§.1.ibi, cęteræ pœnæ ad æstimationem, non ad capitis periculum pertinet. ff. de poen. Et quod causa famæ propriè non dicatur capitalis, nec propriè æquiparetur vitæ, probatur in l. si adulterium cum incestu,in fin.ff.ad l.Iul.de adult. ibi, etiam famæ multo magis quam vitæ parcendum est, & hoc expressè tenet Alciat. in d. præsumpt. vlt. supra allegata in 1.quæst.num.12.

Quid tenendum in hac specie, Vtilitas magna est: nam si omninò exigitur dolus, quemadmodū
47 †quælibet etiam iniusta causa excusat à dolo, l.igitur, §. potest, ff. de lib.caus.l.1.in fine, iuncta glos. ff.de abigeis,& glos.in l. plagij criminis accusatio, infra ad l.Flau.de plagiar.facit text. in l.3.§. si quis ignorans,ad Sillan.tradit Bart. & cæteri, in l. iustè possidet,in fine,ff.de acquir.poss. Ias. hic,& in d.l. qui iurasse, & in d. l. videamus, in princ. Alex. d.
48 cons.92.& Grammat.d. Voto 10.nu.26.† etiam si sit bestialis.Socin.in d.l.iustè possidet, 2.col. & in consi.108.col.6.versi.insuper;& refert consi.118.
49 col.4.versi.circa tertiam, immò† credulitas etiam fatua excusat à pœna doli. Ang.in l.1. ad fin. ff. de
50 eo per quem fact.erit,& idē † temeritas,Ang.in d. l.plagij,& in l.prætor,§.hæc actio,ff.vi bonor.rap. refert,& sequitur Ias. hic, & in d.l.qui iurasse, in d.l.videamus,& in l.si quis id qđ,8.col.ff.de iurisd. om.iudic.Grā. Voto allegato,nu. 21. & Curt.sen. consi. 70.in fine,cum alijs allegatis per Grammat. in loco præallegato, ita etiam excusaret à pœnis huius legis. Ego quidem in iudicando, & consulendo ab opinione Baldi, & sequacium temerè nō esse recedendum putauerim, tum propter maximam auctoritatem eam tenentium, propter quod esse ipsemet Ias. hic dicit, durum esse ab ea recedere,tum etiam,quia opinio Baldi optime sustentari, & ab impugnationibus defendi posse videtur.

Et primo quo ad primum fundamentum, supra in contrarium adductum, dupliciter responderi potest, primo, quod opinio tenentium quod quis in periurium sola culpa incidat, non est attendenda, cum receptior sententia sit in contrarium, vt tenuit ipsemet Ias. in locis supra pro fundamento Baldi adductis, & tenent ultra eum alij supra allegati, & propterea ab ea non est recedendum iuribus vulgaribus.

Secundo respondetur, quod allegati pro parte Ias. loquuntur quo ad actum periurij incurren-
51 dum, quia † tunc sufficit lata culpa, sed contrariū tenentes,loquuntur quo ad reatum, & sic ad pœnam periurij infligēdam, quo casu exigitur dolus verus: quæ responsio colligitur ex notabili dicto Baldi in c.1.§.porro, in 2. col. versic. deinde nota, quæ fuer.prima causa benef.amitt.vbi dicit, quod
52 †impotēs ad soluendum, licèt sit periurius,quo ad actum, non est tamen quo ad reatum,& sic pœnā, allegati c. P. & G. de offic. deleg. & ita concordat opin.ipsemet Ias.in d.l.qui iurasse, & in d.l.videamus,

mus, in princ. & ſequitur etiam Franc. Curt. in ad
dit. ad Alex. in d. l. fin. qui ſatiſd. cog. vbi in termi-
nis expræſsè tenet, pœnas huius l. ſibi locum niſi
contra doloſum non vendicare, quia etiam quod
contraueniens deieret, & in actum periurij inci-
dat, non tamen ſine dolo pœnis periurij affici po-
teſt, cum per prædicta ſimul ſtare poſſint, quod qs
actu & verè ſit periurius, & tamen puniri non poſ
53 ſit pœna periurij, per prædicta. Et hæc† diſtinctio
cum opin. concordet, proculdubio eſt ſequenda,
& amplectenda, l. ſi finita, §. illud, de damno inſe-
cto, l. apud antiquos, infra de iureiur. c. litteras, de
reſtit. ſpoliat. cum ſimilibus. Paul. de Caſtro, conſ.
223. Super eo, in fine. Aret. in §. cum ex aliena, 2.
not. Inſtit. de rerum diuiſ. Alex. conſil. 50. num. 7.
lib. 7. Socin. conſil. 56. col. 7. 1. volu. Et dicit Salic.
in l. filiæ cuius pater, col. 3. verſi. expeditis gloſ. al-
54 legans Senecam infra famil. erciſc. quod† debet ſta
ri Doctori diſtinguenti tamquam magis appro-
pinquanti veritati. refert & ſequitur Neuizan. in
ſua Silua nupt. in tract quam opin. ſequi debeant
iud. in iudicialibus nu. 32. Et ita remanet ſolutum
primum fundamentum contrarium.

Quo ad ſecundum fundamentum adductum
contra Bald. pro rei veritate negari non poteſt
quin ſatis vrgeat, & non puto realiter poſſe ſolui.
Tamen non propterea dictum Baldi tamquã mi-
55 nus ſuſtentabile reijciendum eſt, quia† cum dua-
bus rationibus fulciatur, vna tantum remanẽte al-
tera ſublata, non propterea tollitur eius deciſio,
arg. §. affinitatis, vbi Aret. 3. notab. Inſtit. de nupt.
56 Pro quo facit quia† ſi in ſententia duæ cauſę expri
mantur, quarum altera vera eſt, altera falſa, ſuſti-
nentur ex vera, ut not. Innoc. in c. in præſentia, de
renunc. & in communis opin. ſecundum Iaſ. in l.
is ad quem, penult. col. de acquir. hæred. latè tradit
Marſ. Sing. ſuo 617. Memor exiſto, & Alcia. in ſuo
tract. præſumpt. 3. Regula, præſumptione 35. nu.
8. Et ita erit concluſ. firma, quod ceſſante dolo qui
dolus debet eſſe verus, & probari, Non. conſi. 70.
nu. 8. & 9. in contraueniente iureiurando promiſ-
ſis, pœnæ huius conſultationis ſibi locum non ven
dicant; Et hæc erit huius l. 2. limitatio.

QVAESTIO IIII.

Sed numquid pœnæ huius, l. ſint attendendæ
57 † in cauſa ex qua ex cõmiſſione Principis vel
aliter proceditur ſola ęquitate attenta, & cum ma
gis rigorem quam æquitatem concernant, non vi
dentur attendi debere, licèt propter vim iuramen
ti contractus ſit obſeruandus, & ita dicit vidiſſe
ſeruari Alciat. hic, allegãs Guid. Pap. quæſt. 29. Fa-
58 cit, quia in huiuſmodi cauſa † ex pacto nudo agi
poteſt. Bart. in l. Quintus, per illum text. ff. mand.
Bald. in l. ſi pro ea, col. fin. infra mand. & late tradit
Aret. in §. in bonæ fidei, col. pen. Inſtit. de actione.
59 Et dicit † Neuizan. in ſua Silua nuptiali 5. lib. nu.
62. audiuiſſe à præceptoribus ſuis, quod Conſiliũ
Ducis Mediolani, nõ ſolebat obſeruare pœnas hu-
ius l. dicit etiam, quod in quadam cauſa fuerunt
latæ tres vel quatuor ſententiæ conformes in ri-
gore huius legis, & quod poſtea fuit contrarium
iudicatum per Summam Curiam quia ſolent di-
cere illi patres ſe eſſe iudices æquitatis & non
nullitatis; Et idem videtur dicẽdum ſi cauſa ſit de-
legata, vel aliter iudex poteſt procedere ſola facti
veritate inſpecta, cum talis Clauſula non ſit mino-
60 ris potentiæ, quam Clauſula præcedens † poteſt
enim iudex in tali cauſa ſicut Deus, & ſicut Prin-
ceps, iudicare. Bald. in c. Inueſtituram, col. fina. de
noua forma fidel. per tex. in c. ad petitionem, in fi-
ne, vbi idem tenet Felin. de accuſat. refert, defen-
dit, & ſequitur Dec. in c. dilecti, 2. col. de iudic. &
61 † importat vt iudex manu regia, & de facto proce-
dere poſſit ut per Bart. in Extrauag. Ad reprimen-
dum, in uerbo videtur, in fine. Aret. conſil. 80. Di-
ligenter, 4. col. Iaſ. in l. certi condictio, §. ſi num-
mus, 6. col. ff. ſi cert. pet. Imola in Clemen. Sæpè, in
qq. poſt Ioan. de Lign. in pen. & fin. col. C. de ver-
bor. ſignifi. Io. Bapt. Peruſ. in tractatu de arbit. lib.
10. cap. 14. circa medium, Et ita tertio limita hanc
l. non procedere quo ad inflictionem pœnarum,
quando in cauſa proceditur de æquitate vel ſola
facti veritate inſpecta. Sequitur Neuiz. in Sil.
nupt. lib. 5. ampliat. 4. num. 62.

QVAESTIO V.

Qvid in foro conſcientiæ an legi noſtræ, & e-
62 ius pœnis, † locus ſit? & Guid. Papæ d. conſi.
31. num. 17. & in ſuo tractatu quem dicit feciſſe
ſuper hac lege, tenet quod ſic. Pro quo facit, quod
63 quando pœna ipſo iure † irrogatur ut in caſu no-
ſtro, etiam in foro conſcientiæ peti, exigi, & reti-
neri poteſt. Abb. in c. dilecti, 6. col. de arbitr. & in
c. 1. & ibi Felin. nu. 43. in fine, de conſtit. Contrariũ
tamen tenet Alciat. hic per gloſ. in c. fraternitas,
in gloſ. finali. 12. quæſt. 2. quæ indiſtinctè tenet,
64 quod in foro cõſcientiæ † pœnæ exigi vel retineri
non poſſint, dicens, quod quoties, ſupra crimen
65 ſeu maiores delicto ſunt, † etiam quod *ipſo iure* in
fligerentur, non ſunt attendendæ, & in hoc inhæ-
ret opinio. Decij, licet ipsũ in particulari loco hoc
tenentem non alleget. Adde, quod opin. dictæ gl.
eſt communiter approbata, ut not. Bald. in l. poſt
deciſionem, in fine, infra de furt. & in l. iubemus,
§. ſanè, 1. col. ſupra de ſacroſanct. Eccleſ. Alex. conſ.
109. Viſo proceſſu. 2. col. lib. 5. Felin. poſt alios, in
d. c. 1. de conſtit. & ibi Dec. nu. 20. verſic. quicquid
tamen ſit, in prima lectura, & in reg. quod a quo-
quã, ff. de reg. iur. Non obſtat quod pœna illata ip-
ſo iure, poſſit etiam in foro conſcientiæ retineri
66 vel exigi vt ſupra, quia † illud uidetur dubium,
per ea quæ tradit Dec. in d. c. 1. nu. 30. 1. limitatio-
67 ne. Secundo quia illud procedit quando pœna † eſt
commenſurata delicto, tunc enim lex dicitur iu-
ſta ut tradit Dec. d. nu. 29. verſic. modo his relatis,
68 & in d. l. quod a quoquã, & Alciat. hic, † pęna nam
que ſemper eſt commenſuranda delicto, c. quæſi-
uit, de his quæ fiunt à maiori parte cap. c. fœlicis,
§. illud, in fi. de pœn. in 6. 24. quæſt. 1. c. non afferamus

nius stateras, Vnde cum in casu huius legis pœnę
delictum transcendat, sequitur quarta limitatio
huius legis in foro conscientiæ his pœnis locum
non esse, quod tanto magis procedere uidetur,
cum supra in 1. limitatione conclusum fuerit de
æquitate canonica, his pœnis locum non esse.

SI QVIS.

QVAESTIO VI.

QVærunt Doct. super text. hic, nunquid hæc
69 lex † procedat in muliere contraueniente
iureiurando promissis, non procedere tenuerunt
Fulgos. in vna lectura, & Purpur. hic, mouetur ná
que Fulg. quia text. hic in verb. si quis, loquitur in
masculino genere, quo casu innuit, non procede-
re in fœmina. Secundo, quia hæc lex requirit inte
gritatem intellectus, quod patet, quia text. exigit
70 ætatem 25. annorum, quæ † integritas in fœmina
cessat, l. fina. in fine, ff. qui pet. tutor. Tertio, quia
71 † minor & fœmina æquiparâtur, l. 1. §. fin. ff. de e-
72 dendo. Quarto, quia cum ista lex sit pœnalis, † vi-
detur odiosa, & per consequens restringenda, vt
in reg. odia, de reg. iur. in 6. & l. cum quidam, ff. de
lib. & posthum. Cõtrarium tamen tenet ipsemet
Fulgos. in aliá lectura huius legis, ad finem, dicens
hanc legem etiam notandam pro cõtractibus mu
lierum, in quibus interponitur iuramentum, quia
contraueniendo incidũt in pœnas huius l. quia ex
quo ipsa loquitur in materia indifferenti, compre
hendit etiam fœminas, & idem tenet Ant. de A-
lex. hic, quos hic refert & sequitur Ias. hanc opin.
quinq; fundamentis confirmans. Primo quia † et
73 in odiosis quando odium est rationabile lex lo-
quens per dictionem, si quis, comprehẽdit etiam
fœminam, tex. & in l. si quis id quod, in principio,
iuncto versic. sed & vtrumq;, ff. de iurisd. om. iud.
quem text. ad hoc allegat glos. in cap. generali, in
glos. 1. de elect. in 6. & est glos. in Clemen. 1. in
glos. 1. & ibi Imola, de sepult. Bart. in l. 1. de verb.
signif. cum concordantijs. Secundo, & melius, se-
74 cundum eum, quia † quando huic dictioni, si quis,
adijcitur terminus communis, puta homo, vel
terminus maior, qui tamen masculini & fœmini-
ni generis, tunc comprehenditur tam masculus
quam fœmina. Ita Bart. in d. l. 1. de verb. signific. &
in l. 1. in princ. de pecul. Cin. & alij, in l. quicumq;,
inf. de seru. fugit. Imola in l. si ita scriptũ, de leg. 2.
Tertio, quia in hac l. tractatur de obseruantia iura
mẽti, ergo debet cẽseri merè fauorabilis, & exten
denda, iuxta doctr. glo. & aliorum, in Auth. Sacra
menta puberum, aliàs allegata, & late supra in 1.
75 quæst. nu. 12. & 13. dictum fuit. Quarto, quia † mu
lieri non magis succurritur quam alijs, nisi in casi
bus expressis à iure, l. fi. supra de iuris, & facti ign.
glos. 2. quæst. 4. §. vlt. Quinto pro ista parte allegat
glos. ordin. in verb. exceptio, in l. cum proponas,
vbi eam ita Ias. ponderauit, iuncto textu sup. eod.
& ita in hac opin. residet Iason hic. Alcia. verò hic
refert Fulgos. & Purpur. vt supra contrarium te-
76 nere, maximè ea ratione: quod † verbum, si quis,
in rigore isto iuris positiui, fœminam non com-
præhendit, l. 1. §. toties, ff. de vent. in poss. mitt. Re
77 fertq; alios recentiores distinguere, an † negligen
do peccauerit: vt quia conuenta non impleuerit,
& legi nostræ locum non esse, l. 1. §. fin. ff. de eden-
78 do, an † vero perpetrando, & tunc veram esse
Ias. sententiam, ipse tñ, quatenus ad iuramenti ob
seruationem pertinet, putat hac lege mulierem
contineri, quatenus verò ad odium irrationabile
amissionis proprietatis, & commodi, secus esse.
Sed quia hoc est pulchrum dubium, & malè à
Doctor. discussum, ideo latius ipsum examinare
intendo. Pro prima namque opinione scilicet
quòd fœmina non comprehendatur, corroboran
tur fundamenta Fulgos. Primo enim facit, quia se
cundũ Fulg. innuitur ex isto textu, non procedere
in fœmina, ex quo Imperator loquitur per termi
num, si quis cum etiam potuerit loqui per termi-
79 num si qua, qui † est propriè mulieris, l. si qua illu
stris, infra ad Orfic. Authen. Si qua mulier, suprà
de sacrosanct. eccles. quem text. in d. l. si qua illu-
stris, not. Fulgos. ibi, ad ostendendum, quòd termi
nus si quis, non sit communis. & cum hac opinio-
ne residet Socin. in d. l. si quis id quod, nu. 5. Secun
80 do ex quo ista lex exigit ætatem perfectam, † sci-
licet 25. annorum. §. fin. de fiduc. tut. cum glos. & l.
fin. infra de his qui ven. ætat. impetrau. videtur e-
tiam exigere integritatem intellectus, vt dicit Ful
gos. cui addo Alex. in d. cons. 92. penult. col. dicen-
tem, quòd ideo text. l. nostræ voluit his pœnis illa
queari maiores, cũ sint doli capaces: & sic patet,
quod exigit integritatem intellectus: sed cum
hæc integritas non sit par viro & mulieri, quia
81 † sexus mulieris fragilis est, l. 2. §. verba itaque, ff.
ad Velleian. cap. ex parte, il primo de priuileg. &
82 † mulieres habent consilium inualidum, vt dicit
Bald. in c. 1. de iudic. col. 9. vers. vlt. quæro, immò
83 † nullum consilium animi reperitur apud mulie-
rem, vt ipsemet Bald. tradit in c. significauit, col. 1.
de rescript. refer. Dec. in l. 2. num. 49. de reg. iur. vi
detur dicendum, quòd æqua lance mulier his pœ
nis illaqueari nequeat. Tertio addo ad tertium
84 fundamentum, quòd † minores, rustici, & mulie-
res, sunt personæ miseratione dignæ, quæ præsu-
muntur magis imbecillitate quàm per contuma-
ciam non parere, ita Bald. in d. l. 1. §. fi. de edendo,
Quartum fundamentum Fulgos. comprobatur:
quia quando sumus in pœnalibus, & sic odiosis,
85 † masculinum genus non concipit fœmininum,
glos. est not. in d. l. 1. §. quare, in verb. filia, de vent.
in poss. mitten. & glos. 1. in c. generali, vbi dicit,
quòd ita communiter tenetur, de elect. in 6. & est
text. in d. §. quare, & in c. vbicunque, de pęn. in 6.
Alex. multos allegans, in cons. 24. Animaduersis,
2. col. 2. vol. cons. 113. Viso instrumento, eod. vol.
& sequitur Socin. in reg. 255. Masculinum, 3. fal-
lent. Quinto comprobatur opin. Fulg. alia ratio-
ne: quia quòd masculinum cõcipiat fœmininum,
86 hoc est † ex interpretatione & extensione, l. iu-
sta, vbi Alciat. dicit ita communiter receptum es-

ſe, de verb.ſignif. Spec.in tit.de diſput.& allegat.
§.poſt hęc, verſic.vel ibi maſculinum.gloſ.& Din.
in l.1.ſuprà allegata, de verb.ſignif.Cin.in d.l.qui
cumque, Iac. Butr.in l.ſi quis in tantā, infra vnde
vi, & ſequitur Alex. d.conſ.113.quo caſu non fit
extenſio, cum ſimus in pœnalibus, d.l.cū quidam,
de liberis & poſthum.& d.l.fin.de in ius vocan.&
vtrobique per Iaſ. Sexto, quia ex quo ſumus in
87 correctorijs, non fit extenſio quia hoc caſu † ma-
ſculinum genus non concipit femininum, vt not.
Alex.reprobata opinione Com. ibi, in l.Gallus, in
princ.6.col.de liber.& poſthum. & in conſ. 135.
Circa primum, 1.volum.& conſ.234. vol.6.& cō
ſil.153.in 7.& ſequitur Dec. in l.2.num.111.de
88 regulis iur. † quod etiam procedit in exorbitan-
tibus, vt tradit ipſemet Alex.in d.conſ.24. Septi-
mo, cum ſimus in correctorijs & pœnalibus ſi-
89 mul, † maſculinum non concipit fœmininum,
propter ea quæ dicta ſunt ſupra in 1.quæſt.num.
21.Et hoc in terminis tenet Iaſ.in l.ſi quis id qđ,
ff.de iuriſdic.om.iudic. 7.limitat. vnde videtur,
quòd non rectè tenuerit hanc legem procedere
in muliere, cum ſimus in pœnalibus & correcto-
rijs, ſimul, vt tenet Alciat. hic & dictum fuit ſu-
pra.Octauo faciunt quæ habentur per Doctor. in
d. l. quicunque, vbi communiter concluditur,
90 quòd † quando ſumus in odioſis, odio irrationa-
bili, tunc maſculinum non concipit fœmininum;
vnde cum in terminis huius legis, pœnę tranſcen
dant delictum, vt per Alciat. hic, & per conſe-
quens lex ſit iniuſta, vt per Dec.in c.1.de conſtit,
& in reg.à quoquam, vt ſuprà, in 5.quæſt.nu. 67.
& 68.dictum fuit, videtur concludendum nos eſ-
ſe in odioſis odio irrationabili, & per conſequens
mulierem non teneri.

Et tenendo hanc partem, facilis erit reſponſio
fundamentis Iaſ.hic, quia ad primū reſpondetur,
quòd in caſu noſtro odium eſt irrationabile, pro-
pter maioritatem penarum delictum excedentiū,
vt ſupra.Secundo, quia iura contraria non proce-
dunt in correctorijs & pęnalibus ſimul, per addu
cta ſupra in ſeptimo fundamento & ita tollétur
ſecundum fundamentum.Ad tertium fundamen
tum reſpondetur, quòd licèt lex pœnalis fauore
iuramenti ſit extendenda, tamen illud procedit,
quo ad obſeruationem contractus, non autem
quo ad inflictionem pœnæ, vt tenuit ipſemet Iaſ.
in l.fin.de in ius voc. de quo ſuprà in 1.quæſtion.
num.15. Quartum ſimiliter fundamentum tol-
litur, quia tenendo quòd non comprehendatur
fœmina in hac lege, non eſt opus ei ſuccurri. Ad
quintum reſponderi poteſt, quòd dicta gloſ. per
prædic. redditur falſa; Et ſic poſſet concludendo
teneri opin. Alciat. quòd hac lege mulier non
comprehendatur.

Pro contraria tamen opinione quòd immò mu
lier iurans & contraueniens pœnis hic expreſſis
91 afficiatur, probatur, quia† maſculinum genus cō-
cipit fœmininum de proprio ſignificatu, l.1.§.1.
de conſtitut.pecun.l.3.ff.de negot.geſt.& l.1.de
92 verbor.ſignific.quod etiam procedit † in pœnali-
bus, l.qui domum, iuncta l.mater, §.mulier, ff.ad l.
93 Iul.de adult.l.ait diuus, ff.de iure fiſci, quod † cla-
re procedit, quando verbum, ſi quis, profertur à
lege, d.l.ſi quis id quod, c.ſi quis ſuadente, 17.q.4.
iuncto c.mulieres, de ſent. excom. l.ſi quis in tan-
tam, cum gloſ.in verbo, earundem, vbi Bar.Bald.
& Salic.infra.Vnde vi, Roffred.in ſuo cōment.ſu-
per dicta conſtitut.Si quis in tantam, num.9. vbi
94 tenet, † mulierem pœna illius legis plecti poſſe.
Specul.in d.loco, in contrarium allegato, Cin.in
d.l.quicunque, infra de ſeru.fugit. vbi dicit, quòd
eſt communis ſolutio, & ibi Alber.dicit hanc eſſe
95 communem opinionem. Et hoc etiam† procedit,
de ſignificatione Grammaticali, vt dicunt Cin.&
Paul. in d. l.quicunque. Quæ Concluſ. de plano
96 procedit, †quando lex vtitur dictione communi,
vt hac dictione, ſi quis, vt tradunt omnes ſupra al
legati, & Bart.in d.l.1.de verb.ſignif.& in l.1.§.fi.
ff.de pecul.& tradit Alciat.in d.l.1. de verb.ſign.
Et hoc niſi ſit odium irrationabile, quia in talibus
97 odioſis, regula non procedit, vt ſi vnus† pro deli-
cto alterius puniretur abſque eius culpa, l.fin.in
fine, infra de ſecund.nupt.l.3.§.ſi emancipatus, ff.
de bon.poſſ.contratab.de quo etiam dicetur infra
nu.118.& 119. Et exemplificant Doctor. ſcilicet
Cin.poſt Iac.de Rau.Alb.Bald.Paul.Salic.& Are.
in d.l.quicunque. Et hanc concluſionem tenet e-
tiam Bart.in d.l.ſi quis in tantam. Aret. conſ.39.
In facto.Alex.poſt alios, in l.ſi conſtante §.fin.ſol.
mat.& in conſil.125.lib.7.Chriſt. & Aret.in §.fi.
Inſtit.qui dari tut.in teſtam.poſ. Socin. & latiſſi-
mè Iaſ.poſt alios, in d.l.ſi quis id quod, Dec.in d.l.
2.num.108.cum ſeqq.de reg.iur.Marſ. in Repet.
l.vnic.infra de rapt.virgin.nu.225. Et dicit Bald.
98 in d.l.ſi quis in tantam, num.6.quòd † Richar.de
Salic.qui tenuit in Florentia, quòd verbū, ſi quis,
non comprehenderet fœminam, fuit condemna-
tus in ſyndicatu in 9. libris. Et per prædicta tra-
99 dunt Doctor. in d.l.quicunque, quòd † ſi ſtatuto
caueatur, quòd nullus vadat ſine lumine, com-
prehendit etiam mulierem, quod etiam tenet
Bart.in l.iura, ff.de legi.& ſequuntur Bald.Imola,
& Alex. in d.l.ſi conſtante, §.final. vbi etiam te-
100 nent, †ſtatutum puniens violentiam cum armis,
vel ſine, comprehendere fœminam; & ſequuntur
moderni, in d.l.ſi quis id quod, & in d.l.quicum-
que; Ex quibus videtur concludere in caſu huius
legis, etiam fœminam comprehendi quo ad infli-
101 ctionem pœnarum.† Et quòd comprehendatur,
in terminis expreſsè tenet Iaſ. in d.l.ſi quis id qđ,
in princ. vbi allegat illam gloſ. quam etiam alle-
gat hic, & in l.Gallus, in princ. antepenult. col.2.
lectura, de lib.& poſthum. Deci.in d.l.2.nu.108.
ipſam eandem gloſ.allegans.Curt.ſen.in addit.ad
Alex.in l.2.§.liberos, ff.de in ius voc. & idem vide
tur tenere in conſ.ſuo.44. Super contingentia, in
princ. Et tenendo hanc partem facillimè contra-
ria ſoluentur: nam primum fundamentum tolli-
102 tur, quia dictio, † ſi quis, eſt communis vtrique
generi, vt tradunt Bart.& Alciat.in d.l.1. de ver-
bor.ſignif.& in locis ſupra allegatis, & propterea
de pro-

de proprio significatu compræhendit fœminam.
Secundum tollitur per text. in l. fin. supra de iuris
& facti ignor. hic allegatū p Ias. quod mulieribus
non succurritur nisi in casibus a iure expressis, &
ita etiam per hoc tollitur tertiū. Quartum etiam
nō procedit in casu nostro, quia communis opin.
est (vt supra ostensum est) quòd etiam in pœnali-
bus & odiosis, masculinum genus comprehendat,
maximè quando sumus in dispositione legali.
Quintum similiter tollitur, quia (vt supra conclu
sum est) communiter tenetur, quòd de proprio si
gnificatu non ex interpretatione masculinum ge
nus concipit fœmininum, quando lex vtitur ver-
bo communi vtriq; generi, quo casu non est opus
103 extensione, quia etiam † in pœnalibus & odiosis
à proprietate verborum non est recedendum, l.
cum lege, vbi Aret. de testam. Cald. cons. 1. de con
sang. & affinit. Dec. in l. semper in obscuris, num.
5. in l. in contrahenda, num. 14. & in l. factum, §. in
pœnalibus, ff. de regu. iur. Alciat. in suo tractatu
præsumpt. 3. regula, præsumpt. vltima, num. 7. &
8. & vide infra nume. 268. Ad sextum responde-
tur, quòd opinio Alex. quòd in correctorijs non
104 procedat regula, † non videtur vera, nec commu
nis, vt tradit Ias. in d. l. Gallus, in princip. & in d. l.
si quis id quod, in 7. ampliat. nam text. allegatus
in d. l. 1. §. etsi incertum, non procedit in disposi-
tione legali, sed in vltima voluntate, & sic in di-
spositione hominis. Secundo, est aduertendum,
quòd non tractatur hoc casu de extensione fien-
da, cum simus in casu in quo de propria significa-
tione masculinum concipit fœmininum, propter
verbum, si quis, commune vtriq; generi, vt com-
muniter, concludunt Doctor. supra allegati, a qua
proprietate verborum non est recedendum, vt su
pra præcedenti fundamento dictum est. Tertio
105 est aduertendum, quòd † lex nostra non potest di-
ci correctoria, licèt ita eam esse teneat Alciat. hic,
vt tetigi supra. 1. quæst. num. 21. sed tantum limi-
tatoria seu exorbitans, quia in totum non corrigi
tur, l. non sufficit, de dolo, & l. si duo, §. fin. ff. de iu-
reiur. remaneat enim quo ad iudicia incorrecta,
vt supra in ratione dubitandi dictum fuit, & pro-
pterea non procedunt allegata in contrarium,
106 quia † multum interest inter constitutionem cor-
rectoriam & exorbitantem seu limitatoriam, iux
ta not. per Bart. & alios, in l. si constante, in princ.
9. quæst. primæ quæstionis principalis. & per Ias.
in d. l. Gallus, in princ. col. 10. 2. lectura, vbi decla-
rat quæ sit dispositio correctoria, & quæ exorbi-
tans.

Septimum fundamentum similiter non obsta-
re videtur, cum simus in materia, quæ de sui natu
ra, & proprietate compræhendit fœminam, & sic
non est opus extensione, vt supra in præcedenti-
bus fundamentis responsum est. Nec decis. Ias.
107 procedit: quia † debet intelligi secundum leges
quas allegat, iuxta not. per Bart. in l. non solum,
§. si liberationis verba, ff. de liberat. leg. & ibi la-
tius in addit. undè, cum iura allegata per eum, lo-
quantur de extensione fienda, quæ in casu nostro
non est necessaria, vt supra sequitur fundamenti
ipsius destructio. Secundo quia dato, quòd decisio
Iason. esset vera, non tamen procedit in casu no-
stro, in quo non sumus in materia correctoria,
sed tantum limitatoria, vt supra in præceden-
ti fundamento. Octauum fundamentum simi-
liter tollitur, quia Doctor. communiter loquen-
tes de odio irrationabili, exemplificāt in illis, qui
ob delictum alienum absque eorum culpa pu-
niuntur, & sic sentiunt, quòd vbi interuenit cul-
pa, & factum illius cui pœna infligitur, tunc odiū
108 † non sit irrationabile, & ad hoc est text. in d. l. fi.
infra de secund. nupt. & in d. l. 3. §. si emācipatus,
de bonor. poss. contra tab. & dictum fuit supra
num. 97. Hinc dicit Bald. in d. l. quicunque, nume.
109 14. quòd † si ex forma statuti filij bannitorum nō
possint habitare in ciuitate, non comprehendun-
tur filiæ fæminæ: quia odium est irrationabile; &
sequuntur alij ibi, & Ias. in d. l. si quis id quod, &
Dec. in d. l. 2. num. 109. de reg. iuris. Et idem cen-
110 suit Bald. in statuto † disponente quòd viri banni-
tarum expellantur de ciuitate quia hoc non habe
bit locum in vxoribus bannitorum, quia hoc ca-
su cum simus in odiosis odio irrationabili, quia v-
nus punitur pro delicto alterius, masculinum ge
nus non concipit fœmininum. Facit ratio: quia
111 † pœna non debet egredi suum auctorem, l. sanci
mus, infra de pœnis. Per istam etiam rationem de
112 cidit Bald. in d. l. quicumque, quòd † stante statu-
to, quòd existente patruo, auus maternus exclu-
datur: quòd tamen non excluderetur auia, & sequū
tur Doct. in locis præallegatis. Facit etiam quod
113 tradit Aret. in d. cons. 39. quòd † si per consilium
generale populi, factus aliquis sit rebellis, ipse, &
sui, sub illo pro nomine sui, non compræhenden-
tur filiæ fœminæ illius rebellis; & sequuntur Ias.
& Dec. in locis præallegatis. Vndè, cū in casu hu-
ius legis, mulier contraueniens iureiurando pro-
missis & conuentis, non est irrationabile, quòd
his pœnis licèt forte delictum excedentibus, illa-
queari debeat. Secundo respondetur, quòd deci-
sio Dec. in contrarium allegata, nō obstat hoc ca-
su, quia in foro tantum conscientiæ, non iudicia-
rio loquitur, vt supra in 5. quæst. num. 67. & 68. di
114 ctum fuit. in foro enim contentioso, † lex etiam
pœnalis nihil iniqui in se continere præsumi-
tur, propter auctoritatem conditoris, quia est fa-
cta cū maturitate, vt not. Guil. & Imola, post glos.
in Clem. 1. in princ. de sepult. Et cum supra in 3.
quæst. in fine cōclusum fuerit, exigi dolum ut his
115 pœnis locus sit, & † mulier à dolo vero non excu-
setur, licet sic à præsumpto, l. vbi, ff. de eden. not.
Ias. post alios, in d. c. fi. supra de iuris & facti ign.
116 immo † punitur etiam de audacia, vt per Doct. in
d. l. si quis in tantam, supra allegata, cumque pro
ista 2. parte sint plures & maiores auctoritates, vt
117 est glos. in d. l. cū proponas, cuius † auctoritas om-
nem aliam antecellit, vt not. Doctor. in c. 1. de cō-
stit. & latè per Neuizan. in sua silua nupt. lib. 5. nu
mero 25. licèt prima opinio sit benignior & æ-
quior, vt tradit ipse Neuizan. in loco supra allega

to in 4.quæst nu.59.Huic secundæ opinioni adhę
reo à qua in iudicando & consulendo non puto es
se tutum recedere, maximè in foro contentioso,
118 vbi† scriptus rigor æquitati non scriptæ præfer-
tur. Iuxta not. per glos. Bart. & alios, in l. 1. ff. de
legi.cum not per Dec.in l.in omnibus, ad finem,
ff.de regulis iuris.

QVAESTIO VII.

Sed numquid pœnæ huius legis sibi locum vē
119 dicét † in rustico? Et solus Alciat. hic, magna
motus æquitate, tenet ei succurrendum, vt ab eis
excusetur, per l.2. cum ibi not.latè per eum, post
120 alios sup.de in ius vocãdo.Pro quo facit, quia† ru
sticus à dolo præsumpto excusatur, d. l. si quis id
quod, & ibi omnes, & l.2.§.fin. ff.si quis in ius vo-
cat. non ier. Alex.Ias.& alij, in l.vbi, supra allega-
ta, ff.de edendo. Vndè rusticus contumax appella
re non prohibetur, non obstante textu in l.ex con
sensu, §.fin.de appellat.ita Bald. in d.l.2.§.fi.si quis
in ius vocat.non ier. Angel.Alex.& alij, in d.l.vbi
Imola, in d.l.ex consensu, §.fin.Ias.in d.l.si quis id
quod, in 5.notab.nam præsumitur magis imbecil
litate quam contumacia non parere. Bald. in d.l.
121 1.§.fin.de eden.† Excusaturque etiam à præsum-
pta fraude vsurarum, per not.per glos.& Bal.ibi,
in 4.oppositione, in l. cum allegas, infra de vsur.
122 vbi dicit Fulgos. quod † si rusticus emat fundum
cum pacto de retrouendendo, quòd non censebi-
tur contractus vsurarius, quod dictum notat Ias.
pro limitatione c.ad nostram, de empt. & vendit.
& cap.illo vos, de pignor.in d.l.si quis id quod, 5.
123 not. Et idem est, † si contra legem aliquid merca-
tus sit, vt cum res emit inobseruata statuti forma,
ei enim succurritur ne in pœnam incidat, quia nō
ideo malæ fidei censebitur, vt tradit Corn. in cōs.
147.vol.2.per text.in l.1.infra non lic. habit. me-
124 tro.lib.11. Similiter, †excusatur à pœnis iure po
sitiuo illatis, quæ naturali ratione non confirman
tur, Auth.Eisdem, §.item, infra de secund.nupt.vt
125 si† mater rustica secundis nuptijs celebratis, inuē
tarium à tutore fieri non procurauit, vel præpo-
stere eum bona pupilli administrare permiserit.
Paul.de Castro, in d.l.2.supra de in ius voc.dicens
ita consuluisse, quem ibi sequitur Aret. & Socin.
cons.39.col.5.1.lib. Quod tamen intelligit Castr.
126 procedere, † nisi omnino tutorem non petijsset,
& administrationē neglexisset, aut peritiores co-
piam consulendi habuisset, talis enim iuris positi
127 ui ignorantia† rusticos excusat, l. cum de indebi-
to, de probat. Et propterea hæc iusta causa videri
128 debet, † vt eos ex Clausula generali prætor resti-
tuat. Alex.in l.iuris, infra qui admit. & tradit So-
cin.in reg.348.Rusticus. Quę omnia & alia refert
& sequitur Alciat.in d.l. 2. supra de in ius vocan.
129 Quæ tamen procedunt † in rusticis verè ignoran
tib. & imperitis, non autem in sagacibus, vt dicit
glos.in l.Athletas, §.de rusticis, ff.de excus.tut.nec
in his qui sæpe vadunt ad nundinas qui vocantur
Rusticoni, vt inquit Aret.in d.l.2.

130 In contrarium tamen, quòd immò† pœnis hu-
ius leges etiam rusticus afficiatur, facit, quia igno
131 rantia† non excusat etiam rusticum, quando po-
test consulere peritiores, nam ut tradit notab.Bal.
quem cæteri sequuntur, in d.l.iuris, infra qui ad-
mit. quem etiam sequitur Dec. in l.quicūq;, eod.
132 tit. † sicut rustici, & mulieres vadunt ad siluā pro
lignis, & ad ciuitatem pro indulgentijs, ita debēt
ire pro consilijs, & ita eos non excusari quando
peritiores consulere potuerunt, tenet Aretin. in
d.l.2.in princ. Secundo facit dictum Baldi in d.l.
133 quicumque, nu.23. infra de seru.fugit.quod † in
his quæ sunt contra speciem honestatis, rusticitas
non excusat, l.1.vbi etiam ipsemet Bald. infra de
inter. matr. & sequitur Ias. in d.l. si quis id quod,
5.notab.limitat.3. Vnde, cùm in casu huius l.rusti
cus contrauenięndo iureiurãdo conuentis, & pro
missis, quid inhonesti committere videatur, pro-
pterea his pœnis illaqueari honestissimum erit.
134 Tertio quia † rusticus non excusatur nisi in casi-
bus à iure expressis, Ant. de Butr. in c. 2.col.4.de
constit. Alex.Socin.& Ias.in d.l.si quis id quod, &
Fulg.in d.l.iuris. Quarto quia quando factum ver
git in damnum vel detrimentum alterius, ut hic,
(quia propter inobseruationem contractus aduer
sa pars detrimentum seu damnum pateretur,) tūc
135 † rusticitas non excusat, d.l.1.iuncta l.si tutor, in
fine, infra de interd.matr. & ita tradit Bald. in d.l.
1.in fine. Et propterea decidit Bald. in l.finali, in
136 princ.infra de iure deliber. quod si rusticus † in-
uentarium non conficiat ritē, quod non solum nō
corroborabitur, sed in pœnas illius constitutionis
incidet; & sequitur Alciat. in d.l.2. Quinto quia
137 † rusticitas non excusat, quando erratur in iure
naturali, vel in ratione naturali, vt omnes conclu
dunt, in d. l. 2. supra de in ius voc.& Socin.Reg.
349.Rusticis, 1.Fallent. Sed in casu nostro non ob-
138 seruando† promissa dicitur contrauenire iuri na-
turali, vt ipsemet Alciat. tradit in d.l.2.vbi deci-
139 dit, † Emphyteutam per rusticitatem canonem
non soluentem, a iure suo cadere, quia ius natura
le vult, vt promissa seruemus, ergo concluden-
dum est, ipsum etiam his pœnis affici debere. Sex
to, & vltimo cum supra conclusum sit in 3.quæst.
in fine, his pœnis locum non esse, nisi contra dolo
malo contrauenientem, non videtur excusari pos
se, quin afficiatur, cum de eius vero dolo constet:
140 Nam † rusticitas in his quæ sunt de genere pro-
hibitorum, vt in delictis, non excusat. Bald. Alex.
Ias.& cæteri, in d.l.vbi, de eden. Ias.in d.l.si quis id
141 quod, 5. not. 6.limitat.etiam si rusticus † ignoret
pœnam delicti, dummodo sciat se delinquere, se-
cundum Bal.in d.l.2.not.2. supra de in ius vocan.
Et ita quicquid teneat Alciat.hic, qui valde in-
hęret æquitati, puto etiam rusticum deierantem
his pœnis puniri posse, si verus eius dolus interue
niat, per supradicta, per quę omnia in contrarium
adducta tolluntur.

QVAESTIO VIII.

Quærit hic Ias.numquid hęc lex habeat locū
in Vniuersitate vel Cōmunitate seu Ciuita
te † &

142 te † & similibus? Et in facto se in itinere respondisse dicit, eam locum sibi vendicare, & arguit ad partes. Pro parte enim negatiua secundum eum facit quia ista lex non habet locum in minore, pa-
143 tet, quia text. dicit, si quis maior, sed † Communitas seu Vniuersitas minori æquiparatur, l. nihil, ff. ad Maced. l. rem publicam, infra de iure rei pub. lib. 11. l. res publica, vbi glos. & Doct. infra ex quib. caus. maior. cap. 1. de restit. in integr. in 6. Bart. in l. nulli, quod cuiusq; vniuers. nom.

Secundo, & fortius stringit, quia text. dicit, si
144 quis, sed † quando lex uel statutum vtitur dictione si quis, non compræhendit Vniuersitatem, Ciuitatem vel similes, vt egregiè tradit Bald. in l. omnes populi, in antepen. col. vers. sed numquid, de iustit. & iure. lex enim dicens, si quis, loquitur
145 de persona, † ergo non intelligitur de persona fi-
146 cta, l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. gest. Sed † Ciuitates, & Castra seu Vniuersitates, non sunt propriè personæ, sed funguntur vice personæ, l. mortuo, ff. de fideiussor. ergo sequitur hac lege non compræhendi, Et hanc doctrinam Baldi sequitur Petr. de Anchar. in Repet. c. canonum statuta, circa fin. versi. circa tertium membrum, vtrum statutum extendatur ad casum fictum, de constit. Et pro ista doctrina bene facit text. in l. metum, §. animaduertendum, ff. quod met. causa.

Tertio facit, quia ista lex imponit pœnam priuationis, & duplicem, ut patet ex tex. ibi, actione priuatus, & ibi, rerum proprietate careat, sed sic
147 est quod † pœna priuationis imposita à lege, non habet locum nisi expresè lex dicat, §. cum igitur, in Authen. de non elig. secundo nubent. quem ad hoc not. Bald. in Auth. Et testamento, in penult. col. infra de secund. nupt.

Sed tamen prædictis non obstantibus, contrarium ipse Ias. dicit esse tenendum, & ita dicit consuluisse.

Primo quia licèt ista lex videatur odiosa, & sic restringenda, propter impositionem pœnarum, tamen quia principaliter est facta propter obser-
148 uantiam iuramenti, & sic † propter fauorem animæ, censetur fauorabilis, & extendenda, ut per gl. & Doctor. in Authen. Sacramenta puberum, infra si aduer. uendit. Ant. de Butr. in c. fin. 1. Fallent. de consuet. Imola, & Gemin. in c. quamuis, de pactis, in 6. & idem Gemin. in cap. 1. de temp. ordin. in 6. Vnde dato, quod pœnam continet, tamen attento principali fauore iuramenti, & sic animarũ,
149 debet † censeri fauorabilis & extendenda, per illud quod vult Bart. in l. quemadmodum, infra de agric. & cens. lib. 10. & in l. 2. §. exercitum, ff. de ijs qui not. infam. Bald. in l. non fine, circa fin. infra de bon. quæ liber. Paul. de Castro in l. bona fides, ff. depos. Et in hoc fundamento dicit se facere magnum capitale, de quo dictum fuit supra in 1. quæstio. numero 12. & 13.

150 Secundo facit secundum eum, quia † lex quantumcumq; sit pœnalis, dummodo etiam non sit correctoria, extenditur, vt est melior tex. de iure, in c. 1. §. porro, aliàs §. nam natura, & ibi ita ponderat Bald. quæ fuit prima causa benefi. amit. cum alijs per ipsum Ias. allegatis, in l. 1. supra eod.

151 Tertio mouetur, quia lex loquens † per dictionem, si quis quamuis sit pœnalis, tamen comprehendit etiam Ciuitates, & Communitates, & ad hoc ponderat quatuor text. 1. text. in l. nihil interest, ad Maced. iuncta l. 1. & 2. & per totum, ff. eo. & text. in c. quoniam, in verb. si quis inuentus, 47. distinct. iuncto c. conquæstus, de vsur. tertio, textum meliorem secundum eum de iure, in l. ait prætor, in prin. iuncta l. ergo sciendum, in fine, in verbo & Ciuitates, ff. ex quibus caus. maior. quarto, d. l. si quis id quod, iuncta l. si familia, ff. de iuris. om. iud. Ex quibus putat nouiter posse confundi doctrinam Baldi, in d. l. omnes populi.

Et ad allegata in contrarium respondet, quod
152 Bald. vtitur fundamento non tuto, quod † Ciuitas vel Vniuersitas non veniat appellatione personę, per ea quæ dixit ipsemet Ias. in l. fin. super text. in verb. personis, supra de pact. maximè cum saltem
153 sub lata significatione vocabuli, † appellatione personæ, veniat Ciuitas, uel Vniuersitas, secundũ Bald. in d. §. animaduertẽdum, & in l. quicumque, 4. col. infra de seru. fugit. & in c. 1. in princip. de noua for. fidelit. Nec obstat secundum eum, dum dicebatur, quod Ciuitas vel Respublica æquipa-
154 ratur minori, quia dicit, quod immo † non semper æquiparantur, glos. est ordinaria & ibi Barto. in l. 1. §. quod si nemo, ff. quod cuiusque Vniuers. nom. hinc dicit Bal. in l. quoties, la 2. inf. de fideic.
155 qui tunc † Vniuersitas habet priuilegiũ minoris, quando est Deo dicata; & licèt in aliquibus casibus fiat æquiparatio, tamen ex quo in ista materia
156 † non reperitur æquiparata, argumentum non procedit, glos. in c. si postquam, §. fin. & ibi clarius Gemin. de elect. in 6. Idem Gemin. in c. 1. 3. fallet. & not. 6. de tempo. ordin. in 6.

Sed contra Ias. hic tenent omnes recentiores,
157 vt refert Alciat. hic, cum † Vniuersitas quoddam fictum corpus sit, iuris intellectu repræsentatum,
158 d. l. mortuo, de fidei quod † alligari periurio non potest, arg. c. Romana, §. finali, de sent. excom. in 6. Quibus ipsemet Alciat. inhęret, nisi cum de vni-
159 versitate † maiorum 25. annis puta Collegio Doctor. loqueremur, qui omnes iurassent, & deinde omnes contrauenirent. Felin. in c. delictæ, de ex-
160 cept. nec hoc casu sufficeret, quod † maior pars contrauenirent, l. 1. vbi Bald. ff. de magistr. Conuen.

Pro huius quest. veritate enucleanda, ita distinguendum censeo: Nam pono casum quod Senatores seu Consiliarij vnius Ciuitatis congregati in loco solito, sono campanæ, posito partito ad fabas, & sequuta deliberatione, contraxerunt, & iurauerunt, postea similiter deliberatione sequuta, vt supra contraueniunt iureiurando promissis, & tunc quæritur, nunquid Ciuitas vel Vniuersitas ipsa pœnis huius legis afficiatur? & hæc est quæstio Iasonis.

Secundo an saltem afficiantur singuli Senatores qui iurarunt & contrauenerunt.

Tertio si syndicus ab Vniuersitate creatus legitimè

timè, iuret, & contraueniat, an vniuersitas ipsa, his pœnis illaqueari possit?

Quarto quando omnes de Vniuersitate vel de Collegio maiores 25. annis contraxerunt iurati, & omnes contrauenerunt, vt in quæst. Alciat. & tunc videndum est, nunquid Collegium vel Vniuersitas ipsa has pœnas incurrat, vel singuli contrahentes incurrant.

In primo igitur membro, videtur concludendum pro opin. Ias. cuius primum fundamentum confirmatur per not. supra in 1. quæst. num. 13. &
161 14. vbi habetur, quod † propter iuramentum lex etiam pœnalis, & odiosa, sit extendenda. Quibus etiam addo Alex. Loseum in addit. ad Bart. in d. l. quemadmodum, allegatum sup. per Ias. Secundo ad doctrinam Bart. in d. l. quemadmodum allegatum per Ias. scilicet quòd fauore reipublicę ne de-
162 licta remaneant impunita, † fiat extensio etiam in pœnalibus, & odiosis, addo ipsummet Ias. in d. l. cum quidam, pen. col. sæpius allegata, vbi latè in hac limitatione insistit. Felin. in c. translato, col. fi. de constit. Dec. in cons. 65. Mars. latè plures allegantem, in sua Repet. l. vnicæ, infra de raptu virgin. num. 229. & in practica sua Crimin. in §. diligenter, num. 130. & in §. aggredior, num. 58. cum seqq. Secundum fundamentum Ias. confirmatur per not. per glo. in c. 1. in verbo Italiæ. de tēpor. or-
163 din. in 6. quę vult, quòd † quando est eadem ratio, etiam in pœnalibus licita est extensio vel ampliatio, quod tenent quam plures allegati per ipsum Ias. in l. fi. de in ius vocand. & in d. l. cum quidam. Tertium fundamentum Ias. quòd lex loquens per dictionem, si quis, vel similem, comprehendat Ciuitatem, vel Communitatem corrobora-
164 tur: nam quòd immò † comprehendat, est text. cum glos. in verbo aliqui, de elect. in 6. & decidit Alberic. in d. l. quicunque, 4. col. & videtur tenere Cin. in d. l. si quis in tantam, infra Vnde vi. vbi te-
165 net, quòd † puniri possit Vniuersitas vel Collegium; & ibi etiam videtur tenere Bar. iunctis per eum dictis, in l. aut facta, §. fin. de pœnis, & idem expresè tenet Rofred. in commento dictæ constitutionis, si quis in tātam, in suo tracta. de libel. addo etiam Io. Andr. in d. c. conquestus, allegato per Ias. qui ex illo textu arguit contra Communita-
166 tes, & ibi dicit Alanus, quòd † sicut priuatus non potest recipere vsuras, ita nec Cōmunitas. Vltra fundamenta hic adducta per Ias. addo bene face-
167 re, quia † Vniuersitas delinquere potest tam committendo, quàm omittendo, maximè si conuocato consilio maior pars interueniat, & campana pulsetur ac præcedat deliberatio, vt per glos. in l. aliud, §. refertur, de reg. iur. & latè per Bart. in d. l. aut facta, §. fin. de pęn. per glos. & Ang. in l. sicut, §. 1. ff. quod cuiusque vniuers. nomin. & in d. §. animaduertendum; per Canon. maximè Fel. in c. dilectæ, de except. & per Alex. in cons. 13. lib. 6. Et per Felin. & Dec. post alios, in c. cum omnes, de constit. & per Salic. in l. 1. infra de sedit. Et dicit Bart. in d. §. fin. vidisse sententiam diffinitiuam Im-
168 peratoris Henrici, quam dedit † contra ciuitatem Brixiæ, in qua eam condemnauit subijciendam aratro, quam pœnam ex misericordia relaxauit.
169 Et dicit, quòd † Bonifacius Papa propter delictum quorundam Templariorum quia erant heretici, totum collegium templariorum destrui fecit. Vndè videretur concludendum in primo membro huius quæst. Vniuersitatem vel Ciuitatem his pœnis affici posse. quod etiam expresè tenuit ipsemet Ias. in l. si familia, supra per eum allegata.
170 Sed tamen his non obstantibus, † contrarium est tenendum, propter fundamenta pro parte negatiua per ipsum Ias. sup. adducta. Et primo, quia
171 † Vniuersitas seu Respublica minori ęquiparatur iuribus supra adductis, nu. 143. quibus addo So-
172 cin. consil. 75. per totum 4. uol. nam valet † argumentum de vno ad aliud, vt latè tradit Fuer. in tract. aliàs allegato in loco à pupillo ad rempublicam. Secundò quia verissima est conclusio, quod
173 † lex loquens per dictionem, si quis, (quæ loquitur in personam) non comprehendit de sui proprio significatu Vniuersitatem vel Communitatem quæ fictum corpus est, d. l. mortuo, & latè Bart. in d. l. aut facta, §. fina. quam conclusio. Vltra allegatos per Ias. de quibus sup. nu. 144. & 146. tenent Bald. & Paul. in l. item quicumque, supra de episc. & cleric. Bald. in Rubr. infra ad Trebel. & in d. l. sed si hac, §. qui manumittitur, de in ius voc. Anchar. in c. nouit, de his quæ fiunt à maiori parte Capit. Ang. in l. nihil, ad Maced. Rom. consil. 400. Quæritur an statutum. Bald. in c. 1. §. conuenticulas, de pace iur. firm. Ant. de Butr. in c. grauem, de præbend. Io. Andr. & Felin. in c. dilectus, il secūdo, de Simon. Caccialup. in Repet. d. l. omnes populi, pen. carta, verbo item quæsiuit hic Bar. vtrum statuto. Socin. loquens in crimine lęsæ maiesta. in allegato cōs. 275. col. 5. vol. 2. Tertiò, quia non est sublatum tertium fundamentum in contrarium adductum, ut sup. nu. 47. quod etiam tenet Alex. in l. etiam, §. 1. nu. 7. sol. matr. ut etiam
174 refert ipsemet Ias. in d. l. 1. supra eod. Et quòd † priuatio non sit imponenda nisi expresè à lege caueatur, est glos. in c. fina. in verbo ex vi, vbi Abb. de iure patr. Alex. in consil. 103. Videtur prima consideratione, pen. col. versic. pro hoc facit, 1. vol. Felin. in c. 2. nu. 13. de sponsal. Dec. in c. ex tenore, sub num. 8. de rescript. Curt. iun. consil. 119. nume. 9. Alciat. suo tract. præsumpt. vltima præsumptione, nu. 3. Quarto ultra fundamenta prædicta facit, quia cum tractemus de extēsione fien-
175 da, & simus in pœnalibus & sic odiosis, † extensio fieri nō potest, secundum magis communē opin. Doctor. in d. l. fin. de in ius uoc. & in d. l. cum quidam, & utrobique per ipsum Ias. maximè quo ad pœnarum inflictionem ut sup. in 1. quæst. nu. 15. dictum fuit. Quinto, cum simus in pœnalibus, & correctorijs, seu saltem exorbitantibus simul, extensio nunquam est facienda, per not. supra in 1. quæst. num. 21. & 22. quod non animaduertit Ias. quia proculdubio contrarium tenuisset, ut innuit in secundo fundamento adducto pro eius parte: quod tanto magis procedit, cum extensio prohibeatur

